DECRETA AUTHENTICA

CONGREGATIONIS

SACRORUM RITUUM

EX ACTIS EIUSDEM COLLECTA

EIUSQUE AUCTORITATE PROMULGATA

SUB AUSPICIIS SS. DOMINI NOSTRI

LEONIS PAPAE XIII.

Vol. I.

AB ANNO 1588 VIM. IANUARII AD ANNUM 1705 NUM. **2162.**

ROMAE

EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA

S. C. DE PROPAGANDA FIDE

ANNO MDCCCXCVIII.

ex

LEONI XIII. P. :

Beatissime Pater

Quanti intersit sacris ritibus tutandis, servandisque advigilare, vulgata illa monemur Coelestini Decessoris tui. sententia : credendi, statuit lex supplicandi „ (1). Etsi enim non omnes Ecclesiae ritus cum dogmate continentur, ad illud tamen aut proxime accedunt, aut ad fidem et pietatem maximp conducunt.

Quandoquidem Ecclesia, cum vivum Christi corpus sit. vitam Christi vivat. Christi spiritum hauriat, eoque agatur ; cumque actus et mores, vitae indices, et testes sint : hac de causa quidquid agat, quidquid eloquatur, quidquid moliatur in eo sese effundat, seque prodat divina virtus opus est. Hinc illud Innocentii III effatum: ‘‘singula divinis sunt signata mysteriis, singula animum caelesti voluptate perfundunt, singula pietatem cient, alunt, fovent » (2).

Tanti autem fuerunt caeremoniae Epiphanio, ut posteaquam doctis et laboriosis chartis prava ingeniorum dogmata coarguerat, statuerit, in tantis inscitiae et erroris tenebris clarissimum lumen a sacris ritibus praeferri, quo christiani coetus a nefaria haeresi internoscantur (3). Nec alia mens fuit Patribus Tridenti conscriptis, qui

(1) Ep. ad Gall. Episc. c. П.

(2) In Prolog. Myster. Sacr. Each.

(3) Lib. uh. adv. Haeres, n. 21 el seqq.

sacris interdixerunt quibus irrisui et despectui essent caeremoniae, quas sancte custodit Ecclesia.

Haec prae oculis habens Rmus Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella, qui tanta cum laude, tunc sacro praeerat Consilio legitimis ritibus cognoscendis, quique solertissimi praeconio a Te quoque ornatus fuit, utile se facturum existimavit, si (piae hic Ordo, vel ab exordio, edidit decreta, in unum collecta authentice ederentur. Quod quidem propositum Tecum. Beatissime Pater, cum communicasse!, nedum probabile, sed summis laudibus dignum Tibi visum est. Cumque de negotio ageretur difficili et gravi, consultum a Te est, ut peculiari Patrum Cardinalium Consilio, una cum a secretis, ceterisque qui ab actis sunt Sacri Ordinis, Ecclesiae ritibus tuendis, gerendum daretur: aliquot adsc.itis doctrina et eruditione praestantibus viris, qui decreta iam cognita recognoscerent, delitescentia educerent, obsoleta. aut temporum adiunctis minus facientia, delerent.

Pust diuturnos septem annorum labores opus absolutum. Nunc vero in lucem prodire cum debeat, Illi vult esse nuncupatum, cuius nutu et auctoritate susceptum est. Accedit, multa in eo esse quae Tua sunt. Beatissime Pater, cetera quae ad Decessores tuos pertinent, Tibi etiam tribui iure possunt, cum non tam persona, quam

auctoritas, unde illa prodierunt inspicienda sit. Est etiam obsequii genus, quod, monumenti instar, parem Tuam testetur sollicitudinem in Ecclesiae. Latinae ritus, quam Orientalis abunde sensit.

Hoc ergo opus. Tuo inscriptum Nomini. Tibi. Beatissime Pater, hodierna faustissima die. qua ante annos viginti. toto gestiente Orbe. Pontifex Optimus Maximus, sacrorum solemnibus initiatus es. volens lubensque sisto, illudque ut aequi bonique facias, etiam atque etiam rogo. Et dum summum meum in Te studium, memorisque animi significationem obsequentissime ostendo. Deum enixe adprecor ut, aevo extento, diu intersis populo christiano. et Tuos sanctissimos Pedes humillime deosculor.

Romae, ex Secretaria SS. Rituum Congregationis, quinto Idus Martias MDCCCXCVIII.

SANCTITATIS TUAE

[illegible] devotissimus, et mhlictissimus famulus, ei

Diomedes Pvnici x. *Secretis*

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, cuius iussu et auctoritate Sacra Rituum Congregatio Decreta e suis regestis selecta, revisa et typis commissa in lucem profert, in Audientia, subsignata die, ab infrascripto Cardinali Sacrae eidem Congregationi Praefecto habita, collectionem horum decretorum, quae in praesenti volumine ceterisque mox edendis continentur, apostolica sua auctoritate approbavit, atque authenticam declaravit; simulque statuit Decreta hucusque evulgata in iis, quae a Decretis in hac collectione insertis dissonant, veluli abrogata esse censenda, exceptis tantum quae pro particularibus Ecclesiis indulti seu privilegii rationem habeant. Insuper idem Sanctissimus Dominus Noster de praedictis praesens Decretum in forma authentica expediri, atque huic editioni, cusae typis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, praeligi mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscunque, etiam speciali mentione dignis.

Die 16 Februarii, anno 1898.

Loco ✠ Sigilli

C. Card. **MAZZELLA** Ep. Praenestinus

S. R. C. PRAEFECTUS

DIOMEDES PANICI

S. /?. *C. Secrdarius*

LECTORI BENEVOLENTI

Quam pridem credendi et orandi normam discipulos suos quadrageno dierum spatio Christus in coelum iam conscensurus edocuit, eamdem per illos Ecclesiae suae custodiendam evolvendamque tradidisse nemo non e catholicis novit: ea tamen lege ut lidei quidem sensus et ordo ad seculi usque consummationem integer idemque semper consisteret; precandi vero ratio, qua scilicet externus Dei cultus continetur, quae proprio nunc ritus nomine venit, pro temporum rerumque vicissitudine aliis ex aliis modis, nunquam non cum catholica tide constantibus, exercenda relinqueretur.

Hinc eiïeclum ut plura identidem praecepta, quae deprecandi sacrorumve ministrandorum morem respicerent, in dies ederentur vel abolerentur, itemque, ferente Ecclesia, ampli Ilea ren tu r aut contraherentur: ex quo nempe sequebatur ut Religio in vestitu deaurato splendesceret, circumdata varietate.

Id autem maxime vel certe apertius usuvenisse comperimus. posteaquam consultissima Xysti \ I M. Constitutione - *Immensae aeterni Dei* - data die 22 lanuarii 1587, proprius ex Patribus Cardinalibus, tnlistitibus aliisque eruditis viris coetus coaluit. Ritibus sacris tuendis ac moderandis. Is siquidem coelus, seu Congregatio, inde a suo exordio nullo non tempore demandato muneri diligenlissiinam adhibens operam, cavit ne (juid minus rectum minusve lidei consonum aut religionis integritati ac decori impar in Dei cultu exercendo unquam irreperet. Qua de re immensam prope Decretorum segetem a primordiis ad hanc aetatem habemus editam.

Interim, ne qua tanti thesauri pars in oblivionem vel despectum iret, sollertiores quidam Sacrae Lilurgiae moderatores ilemque cultores animum eo intenderunt ut Decretorum omnium collectio sive codex, maturo examine ac delectu habito, exigeretur. Fuerant enimveroqui id genus aliquid adorti essent; quos inter praestare visus est loannes Baptista Pilhonius, Sacerdos Venetus, libro scilicet inscripto - *Constitutiones Pontificiae et Romanarum Congregationum Decisiones ad Sacros Ritus Spectantes* -; quem prelo parentis sui Leonard) Pithonii edidit Venellis anno 1730: in quo commode reperiunlur ea quae, ante S. Rituum Congregationis ortum, necdum in authenticis tabulis exscripta fuerant.

Verum quod alii, ex parte saltem, experti iam erant, idem pleniore et accuratiore studio est aggressus \loisius Gardellinius S. Rituum Congregationis \dsessor, liturgicam disciplinam optime callens et nemini diligentia, tide, eruditione secundus, illum profecto haud fugiebant ingens moliminis pondus et

labor, omoigenaeque difficultates; quamobrem non nisi auctoribus Emis Cardinalibus Arcbinlo et De Somalia S. Rituum Congregationi Praefectis, animum tandem operi ac manum adiecil. Hinc Decretorum tandem Collectio in lucem prodiit, non privata dumtaxat, ut antea, scientiae ac prudentiae commendatione, sed supremae ac publicae auctoritatis veluti signo munita et firmata; quam nemini respuere aut parvipendere unquam liceret. Manebat tamen de cetero integra ab S. Congregatione lex data die 14 Februarii 1632; qua Decretis de Sacra Liturgia utcumque editis fides omnis adimebatur et in posterum ea typis cudendi abnuebatur copia, nisi (acta prius scripto ab ipsa Congregatione facultate.

Veruinlanien Gardellinius, ut ipsernel fassus est, tum Decretorum congeriem tantam colligendi atque ordinandi praepeditus difficultate, tum temporis el opportunitatis angustia pressus, plenam susceptae provinciae oblinendi laudem nequaquam spem habuit. Quapropter Collectionem tide dignam primum evulgare contentus, quaecumque demum in tabulario S. Congregationis Decreta reperil, ea omnia (perpaucis omissis quae centies erant nulla cum utilitate repetita) in unum congessit; iuugens celeris non obsoleta modo Decreta aut senus revocata, sed el aulhenlicas complures responsiones scripto vel ore per S. Congregationis Scribam passim pro suo munere datas.

Quibus autem de caussis, qua methodo, quo ordine ac proposito Vir egregius inceptum suum perfecerit, heic memorare aut perpendere, volentes, praeierimus; quippe cum haec omnia disserat tuclor ipse in suo *Sacrorum Rituum studiosis Monito* primo volumini praefixo.

Haec itaque Gardelliniani operis edilio exorsa esi Romae anno 1807, prelis Salomonianis, complectens S. Rituum Congregationis Decrela ordine digesta ab anno 1602, quo primum ea in Actis describi coeptum. Ast duobus vix intra biennium voluminibus vulgatis, labor invito Auctore interceptus est. Cum enim tolus rei publicae ordo temporum hominumque nequitia perturbatus esset, studiorum otia bonai unique artium cultum simul desiderari necesse fuit. Hinc non ante anuum 1815 ad intermissam operam Auctor redire valuit, typis usus Urbanis Iralrum Bourliè. Quo anno el inseqnenli tabentibus, tria alia Volumina m lucem edidit; quibus Decretorum series, per quinque Libros dispertita. ad diem usque 30 Aprilis 1816 deducebatur, generali Rescriptorum sive Decretorum Indice subieclo.

Porro Uilms abhinc annis sextum Volumen prodivit iisdem prelis, continens binas Appendices; quarum prima novissima Decrela ad annum 1819, altera vero Commentarium exhibuit ad *fnsti actionem Clementis Pp. XI pro Oratione quadraginta* horarum.

Opus tamen istud, immane quidem el operosum, tanto cum labore tantaque temporis atque impensarum usura, ad liosce tandem terminos adductum, longe aliter se habuit, quam ut numeris omnibus absolutum censeri posset. Herniae haud paucae neque illae levioris momenti subinde irrepserant; quod nemo sanus mirabitur, qui sciat hominum nulli perlectum omni £x parte aliquid conficiendum a ualura concedi infirma.

Nihilominus Collectio ista, diu instanlerqne a liturgicanim disciplinarum studiosis efflagitata, universorum expectation! satis tunc fecisse videbitur ; Auctor enim, non ita multo post, editionem alteram parare necessarium existimavit. Hanc utique praestare reapse consueta sibi sedulitate curavit; quae tamen in lucem lata anno 1827, iisdem fratrum Bourliè prelis adhibitis, prioris editionis potius accessio quam editio nova censenda est. Constat enim sex olim vulgatis voluminibus et altero tantum idest septimo adiecto. In istud autem Decrela cetera ad superiorem usque annum 1826 promulgata inseruit Auctor; nec non. supplementi instar, vetustissima quaedam responsa iampridem derelicta, quae ab anno 1558 ad annum 1599, ad S. Ritus quod attinet. S. R. Sedem sive antea, sive post institutam, qtfae Ritibus ipsis tuendis moderandisque consuleret. Congregationem. pro re nata edidisse compertum erat. Hucusque nec ultra progressus videtur optime de re liturgies meritus Gardellinhis; qui senio demum adversaque valetudine laborans supremum diem obiit.

Gardellinianis volumihibus octavum serius accessit, quod redegit atque typis S. Congregationis de Propaganda Fide vulgavit anno 1849 consultissimus Joseph de Ligne S. Caeremoniarum Apostolicus Magister. Decretorum sylloge provecta ad diem 23 Septembris 1848.

Labentibus porro annis, cum Operis adeo probati et Sacrae Liturgiae cultoribus quam maxime accommodati exemplaria difficilia repertu essent. S. Rituum Congregatio cumulatiorem editionem atque accuratiorem perficiendam proposuit. Delectis igitur viris Liturgicanim rerum bene consultis iisdemque curatoribus. Officinae Congregationis Christiano Nomini propagando praestitutum opus commisit; quae quidem anno 1856 ac biennio inseqnenli susceptum munus implevit. Rationem vero et dispositionem in Collectione observatam aperire lectoribus sategerunt iidem eruditi viri prooemio in prima libri fronte inscripto; neque nos ab iis egregie declarata recinere iuval. Advertimus tantum quatuor omnino voluminibus Collectionem istam absolvi; in eaqne Decreta omnia, antiquiora etiam, suo singula in loco exhiberi. Ex veteribus vero Appendicibus binae tantummodo, plus minus Rescriptorum numero auctae vel deminutae, conflatae fuerunt. Hasce autem novissime excipiebant 1res Appendices aliae, quas eadem Officina libraria ab anno 1879 per vices vulgare non destitit.

lamvcro anno 1891 ad finem vergente, novae huius Collectionis exemplaria pariter desiderari coepta; el eapropter quarta totius operis editio communiter exoptabatur, imo el per librarios aeque ac per Lilurgiae studiosos a S. Rituum Congregatione vehementer flagitabatur. Haec tamen, antequam bonis hujuscemodi honestisque votis obsecundandi consilium iniret, necessum decorumque esse duxit ut opus in loto perquam diligenti ac fideli examine excuteretur: quatenus illud depulsa inutilium responsorum sarcina expediretur; Rescripta inter se minus congruentia componerentur; votus Sacrorum Rituum disciplina ad novae recentiorisque normam informaretur; Codex denique lilurgicus integra atque inconlroversa auctoritate praestans exsurgeret; simulque virorum quorumcumque ecclesiasticorum, in primis studiosorum, mole el impendio

imminutus, usui atque commoditati aptaretur. Quamobrem Commissionem, qu.nn nuncupant, sive coetum sex lilurgicae rei peritorum instituit ; cuius foret Dirretorum Rescriptorumque a Sacrorum Rituum Congregatione quovis tempore editorum summam mature prudenlerque per singulas paries aequa judicii lance pensitare: eo consilio ut ab obsoletis quibusque vel incongruis vel mendosis reda quaevis, opportuna, hodieque suo robore manentia secerneret; et hisce quidem retentis, illa respueret: nec non quae plus minus ai» hodiernis lilurgicis institutis dissona aut infirmata viderentur, apte temperata vel explanata in integrum restitueret.

Quascumque vero putiores emendationes aut abolitiones Curatores iidem proponendas esse censuerinl. alterius illae Coetui sive Consilio Patrum Cardinalium ic Viitislitum ex ipsius S. Rituum Congregationis gremio adscilorum arbitrio deferebantur; ut. pro rei opportunitate, mature discussae probarentur vel mitterentur.

Quaedam inierim regulae, quasi canones. Curatoribus adleclis praestituebantur; queis obtemperare ipsi pro viribus studuerunt. Illas autem, quippe quas novisse permagni interest lectorum, brevi sermone exponere aggredimur, aperientes etiam quanam ratione eas actu perlicere statutum sil.

I. Nova Collectio, temporis seu chronologico ordine servato. Decreta denuo referi. quae in recenliore editione tertia per Officinam de Propaganda Fide excusa reperiiinlm : iis tamen non paucis ademptis *a)* quae circa idem subtectum undecumque relatum, saepius repetita supervacuo et otiose locum tenere compertum sit: vel b) quae per seriora authentica responsa fuerint abrogata ; vel c) quae secutu ipsa aut cum certo Rubricarum praescripto confligerent; vel d) quae modo, post novissimas ipsarum Rubricarum recensiones atque emendationes. nire suo prorsus exciderint; vel e) quae, mutatis rerum adiunclis, omni in praesentiarum usu careant ac utilitate.

II. Cum interdum super materia centies retractata, innumera prope Decreta peculiaria haberentur, aptius visum est atque consultius loco illorum Decretum Generale unicum noviter adornare; quod cunctas istiusmodi peculiares definitiones complectens, rem omnem regeret atque absolveret; datum scilicet Rtrmue sive *(Jrbis,* sub aliqua propria die; et si quando, ratione obiecti. *Generali Decreti* titulum sortiri minime posset, tunc *Dubiorum* vel *Romano* titulo inscriberetur.

III. Prolixa ad satietatem et inania quae haud raro prooemia recurrebant quaestionibus appicta, exsulare aut saltem contrahi curatum est; ne studiosorum oculis aditum praepedirent vel etiam obstruerent.

IV. Saepenumero, sub eodem Decreto, ad plura ac diversa Dubia responsio quaeritatur et redditur, quorum aliqua tantum delere oporteat; ideoque reliqua ex ordine numeris aliis ac antea notare necessum erit. Tunc vero ad paginae calcem sublata Dubia proprio singulorum priori numero signata exhibentur.

V. Quoniam Decretorum alias editorum ingens copia exsulaverat, neminem fugiet numerorum reliquis praefigendorum seriem in Nova Collectione necessario immutatam prostare. Quo vero legentium vel inquirentium commodo prospice-

retur, factum est ut recons numerus ad intuentis sinistram in Decreti fronte pareret; ad dexteram autem numerus alter, qui Decretum idem tertia in editione adnolaveral. Hac item ratione consultum est sacrae eruditionis studiosorum necessitati; qui vulgatos de re lilurgica libros percurrentes, testimonia saepe offendunt excerpta e Decretis nostris pristino eorum numero commemoratis.

VI. Cum unicam in Nova Collectione linguam liturgicarn admitti honestius et aequius indicatum sil; quaecumque Decretorum paries, vulgari pridem eloquio editae, in latinum modo versae proferuntur: uno vel allero exemplo tantum excepto, prouti venerandae antiquitatis vel auctoritatis ratio exposcere videbatur.

VII. Quo Decretorum recensio quibuslibet impedimentis vel oneribus liberior incederet, dimotae sunt eruditissimae quidem Adnolationes clarissimi Gardellinii nec non Vola doctorum ab ipso olim recenlioribus Decretis subtexta : quorum tamen pars magna seorsum, ad calcem Operis, Appendicis instar, amandata vulgabitur.

VIII. Denique integrum Opus Index generalis excipiet rerum omnium lilurgicarum, quae per totam Decretorum editorum seriem sparsim occurrerant: qui abunde et accurate litterarum sive alphabeti, quod aiunt, ordinem prosequendo digestus, Decreti cuiusque sententiam brevi, at dilucide enuntiabit: adeo ut perquirentium oculis ac manibus illico praesto adsit quidquid explorare libuerit.

Hisce tandem omnibus ita descriptis et animadversis, munere nos erga Te, benevolens Lector, functos esse censentes, sermoni Unem imponimus. Vale.

INDEX

DIOECESIUM ET DECRETORUM

Abbreviatorum de Parco Maiori. 1160 1836.
Abellinen. 1933. 1940. 1954. 1980.
Abellinen. et Frigentia. 1738.
Abnlen. 19. 92
Abusus. 823.
Accrnoo. 694.
Acerrarum. 2068.
Adiacen. 832. 841. 1072. 1845.
Acsemien. 573. 574. 608. 751. 1044. 1050. 1119. 1671.
Aesina. 103. 109. 124. 668. 700. 961. 1151. 1175 1177. 1398. 1415. 1446. 2137.
Agatha.; (S.) Gothorum. 240. 474. 578. 728. 1639.
Agrigentina. 40. 1492. 1686. 1799.
Alatrina. 1058.
Albanen. 1. 735. 736. 737.
Albinganen. 1252. 1508. 1544. 1596. 1711.
Alecina. 62.
Alexandrina. 156. 248. 511. 1011. 2097.
Alexanen. 1194.
Alexien. 985.
Algaren. 748.
Aliphana. 1857.
Altamurae. 1676.
Altamurae Nullius. 177.
Altamura Nullius Provinciae Baren. 1773.
Ainalphitana. 593. 1178 1546. 2153.
Amerina. 2036.
Ampurien. 754.
Ampurlen. Praecedentiae. 1616.
Anagnina 410. 880. 955. 1577. 1977. 1986. 2052
Anconitana. 487. 745. 1516.
Andogaven. in Gallia. 1498.
Andrien. 101 125. 171 195 287. 481. 505. 1019 1056 12Hi **Ii**65 Isi'.· 2OS5
Andrien Funeralium. 565.
Angeli (S.) de Lombardis. 1682.
Angelopolitana. 1421 1772.
Angloncn. 673. 1848. 1864.
Angren. 1093.
Annecien. 1690.
Antinen. Nullius. 205
Antuerpien. 277. 1744. 1776.
Apnjlina 675. 949. 1914. 1925. 1948. 1952.
Apruiina seu Theraroen. 1254.
Aquaependen. 1298. 1365 1579. 1601 1758. 1886.
Aquae Sextiae. 2150.
Aquen. 667 1850.
Aquilana. 29. 547. 802 1495. 1541 1710. 1819. 2024.
Aquilegien. 593. 603.
Aquileiae. 442
Aquileien. 60.
Aqmnaten. 452.
Arausionen. 2005.
Arben. 491.
Arboren. 285. 1542. 1554. 1617. 1764.
Arequipae- 2049.
Aretina. 619 765 1094 1174. 1216. 1569. 1691. 1702. 1715. 1750. 1957 1964. 2100.
Aretina iuris deferendi Crucem. 1285.
Arianen. 666. 705. ‡585.
Anminen. 261. 581. 717. 849. 1161. 1260 1765. 1779.
Asculanx 401. 450. 461. 497. 588. 642. 788. 1195. 1206. 1245. 1286. 1299. 1465. 1475 1484. 1494. 1558 1763.
Asculana in Apulia. 280 1102 1504. 1791.
Assislen. 496 50Î. 610. 950. 1405. 1578
Asten. 81. 116.
Atinen. Nullius. 205.
Audomaren. in Flandrix 1505.
Augustae Praetoriae. 1946.
Augustana. 409. 414.
Augusteo. 192.
Austria. 51.
Avonionen 864 1429. 1464 1466. 1648. 1675. 2084.
Avonionen Thuriflcalfonis 1724.
Aversana 20. 585. 1576. 2152. 2149.

B

Baldachinis (de) Abbatum. 873.
Balneoregien. 706. 795. 994.
Balneoregien. Praeeminentiarum. 1829.
Barbxstron. 54. 219. 569. 615.
Barcinonen. 268. 1226 1535. 1790.

Baren. 55 196 332. 592. 490. 572. 669. 890. 1042. 1454. 1597 1705. 1706. 1729. 1777. 1824. 2051.
Baren. Functionum. 1625. 1655.
Karen. Nollius. <458.
Karen. Praeeminentianun. 1830. 1840. 2147.
Kanubiianini 161.
Bavarian 51.
Bavarian. 1804.
Bellicx 925
Bdlunen 455
Beneventana 82 178 645 674.846 915 916. 919. 962 1207 1412 1417 1418 1457 1921 1955
Bergomen 874 879. 1755 1858 2017. 2053
Nation. 1081 1720
Bisiniaiwn 264 725.
Bisontins 201 589
Bilectcn 796 1754.
Bitunlina 98 242 1020 1196 1599 1583. 1584 1797. 1878.
Bobten. 1255.
Boiancn 225.556 1162 1410. 2006
Bononien 250 559 582 1152 1406 1556. 1568 1698 1858 2000 2001 2025.
Bononien Consecrationis Moniallum. 2012.
Bononien. Manntentlonis. 1862
Bononien. Praceminontlatum. 1415.
Bosanen 855.
Bosnen. Calendarii. 876.
Boven. 119. 1809.
Bovinen. 1142
Bracharen 159 251 256 245 245 1901
Hragen 63
Brvviani Romani 312.
Briclinorten. 1677 1694 1697.
Brixien. 187. 805. 1105.
Brixtnen. 648
Brugnalrn 1566 1582 1489.
Brumltrtina 59 188 206. 502 349. 554. 455 476 551 638 665 685. 726. 764. 987 1590.
Brundustna Messapiae. 305.
Burdigalen. 485.
Burgen 167 404 467,
Burgi S Domnini. 4228 1798
Burgi S Sepulchri. 2026 2027

O

l^aballionen. 2020.
Cai '.vaugU'tana 28 211 263 294 456 1725 1828 1884 1957
Caugustana Caeremoniarum. 1806
i. u'« irniffutUna de Don « a 316 529 1745
Caosonateu. 85. 954 979 HH. 1550. 1661. 1665. 1815. 1870.
Caiacen. 756.
Caielana. 505. 368 458. 1048. 1064. 1409. 1800. 1810. 1841.
(L-ilagiirilana. 55. 41 64. 1.73 525. 582 416 529. 547. 815. 912. 1082. 1095. 1504.
Calaguritana Praeemiitenliaruin. 1291
Çalarilana 21 107. 628. 875. 895 965. 971. 991
Callieri. 176. 435. 944. 978.
Cameratam. 246 411 587.
Camerinen. 247. 257 699. 772. 887. 891. 956 1001 1140 1826 1857. 1959. 1995 2101. 2124. 2159.
Camerinen. Praecedentiae 1500 2015.
Camplensis. 1172.
Canarien. 48. 852. 1085.
Candiae. 285.
Capuana. 562. 500. 525.
Capuana Praeeminenliarum. 2045.
Capuccinnnim. 365. 573.
Capulaquen. 525. 457. 465. 711. 725.
Camiclilarutn Discalceatorum. 197.
Carpenctoraton. 76 2042. 2087.
Carpenctoratcn. luris Honorifici. 2085.
Casertana. 417. 418. 659.
Cassanen. 468. 909.928. 955.951.956. 1008. 1811
Castellaneten 590. 558 559 560 615 658. 719 744 1217. 1'›‹2 1419.
Caslellae et Legionis. 145.
Castrensis. 1551.
Castri Durantis. 459 441.
Castri Maris 95.
Calacen. 526. 859.
Catanen. 1261
Catanen Terrae Aidonis. 1272
Catanten. 566 1984 2144.
Caurien. 765.
Caven. 1290. 1505. 1570. 1542. 1547. 2041.
Celsonen. 1678.
Ceneten. Opttorgii. 327.
Cophalonen. 494.
Cesenaten. 1530.
Chiton, in ludiis. 282.
Civitatun. 579. 1756. 2050.
Civitatis Castellanae. 383. 718. 1517.
Civitatis Castellanae Oppidi Arignani. 560
Civitatis Castelli. 26 85. 557 622 1084. 1197. 1251 1559. 1587. 1614 1735. 2028.
Civitatis Conchen. 1557
Civitatis Duralis. 1099.
Civitatis Massae. 1315

Civitatis Pennae. 127.
Civitatis Plebis 884. 905. 1151 1128.
Clusina. 750.
Collen. 1565. 1820. 2002.
Colonien. 449.
Comen. 50. 61. 755. 842. 901. 967. 1780. 1805. 1905. 1055. 1996.
Comen, luris parochialis. 1598 2051
Comen. Praecedentiae. 4.
Composlollana. 157. 158. 555.
Compsana. 405.
Conchen. 55. 561. 1049.
Concordiae. 2115.
Congregationis Benodictinae. 1881
Congregationi» Camaldulenslum. 594.
Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium. 1665. 1745.
Congregationis Cassinensium. 1165. 2055.
Congregationis Coolestinorum. 1075.
Congregationis Missionum Prov. Lituanae. 2052.
Congregationis Montis Coronae. 2067.
Congregationis Olivctanorum. 492. 499.
Congregationis Reformatae S. Bernardi Ordinis Cisterciensis. 1218
Congregationis Tiillen. 685.
Congregationis Vallis Umbrosae. 1155.
Conimbricen. 118. 151 159. 1227 1705 1775.
Conimbricen. Insignium. 2161.
Conslanlien. 649.
Conversana. 579 1059 1085. 1155. 1595 1591. 1975.
Corcyren. 244. 586.
Corduben. 17. 1490. 1795.
Cornetana. 65.
Coropolilana Nullius. 205.
Cortonen. 1982. 1997. 2079. 2114.
Cotronen. 1966
Cracovicit 705. 1987.
Cremeu. 2009,
Cremonen, 580 814 821 1555 1455. 1514 1782 **2125.**
Curieu. 2059.
Cur/.ulen. 1401
Cusentina. 518. 567. 749. 915 957. 1122. 1275. 1564 1454. 1467. 1545. 1586. 1599. 1608.

D

Dalmatiamm. 1274. 1275. 1294.
Decretum super Cultu Beatis adhuc non Canonizatis praestando, a S B C ordinaria habita coram SS. I) N. Papa Mexandro VII emanatum 1150.
Declaratio Docroti super cultu Beatis adhuc non canonizatis praestando. 1156.
Decreta de Lectionibus propriis Sanctorum 1651.
Decretum 942. 1816
Decretum de non celebrandis Missis privatis pro Defunctis in festo duplici. 1258.
Decretum de Orationibus fleri solitis ab Advocati-Consislorialibus m Consistoriis publicis. 556.
Decretum pro Patronis in posterum eligendis. 526
Decretum generale. 1592 1403. 1792. 1822. 1831 1852 1855 1883
Decretum generale de non apponendis in posterum in Martyrologio Romano nisi SS. Canonizatis. 1651
Decretum generale super Regularibus. 1096.
Decretum generale ile Officio SS. Nominis B. Mariae Virginis. 1730 1759.
Decretum genoralc super declaratione alienus Decreti generalis editi die 5 Augusti 1662 de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus 1543.
Decretum generale de non transferendis Officiis Sanctorum ad libitum. 1685.
Decretum circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum a S. R. C. Iiabita coram SS. D. N Alexandro PP VII emanatum 1131.
Decreta S. R ad Missale pertinentia. 1555.
Decreta S. R. C. quae ad Officium attinent. 1554.
Dorlonen. 911. 1915.
Dortusen. 462
Dertusen. Praecedentiae. 905.
Discalceatorum S. Augustini m GaJIiis. 767.
Discalceatorum SS. Trinitati- Congregationis Gallicanae. 1654.
Dubia. 1896.
Duliium 586. 315 806. 827. 840. 855. 856. 857. 865. 922 1052 1179 1254 1248. 1474 1769. 1795. 1876.
Duliium circa delationem annuli. 485
Dubium de praecedentia Gubernatorum cum Vicanis Episcoporum. 15.

E

Ecclesiis (de) Lateranensi ct Vaticana. 856.
Egilanien. 96 105. 106. 115 130 599.324
Elboam. 24. 86. 122 156 166. 175. 218. 500. 546. 357. 594.
Elven 152
Enlomilien. 174.
Ephesina. 1006.
Eporedien. 952

Kugubinx (&< 908. »53 103! 1033. 1198. 1262.
IMS 1438 18M. 1967. 1968

F

Fan· η. 4M. 745. 885 954 972. 1324 1555. 1669.
1707 1784. 1871. 1981. 2075. 2102. 2106.
Finen. Iitrium parochlallum. 2098
Farfen. 1211. 1522.
Parfen. seu .Xulllus. 654.
Fasancn Nullius. 1247.
Faumlina. 154. 215. 259. 552. 1235. 1571. 1564
1567. 1576.
Ferentina. 906. 973. 1086. 1212. 1264.
Fcretrana. 400.
Ferrarkn. 272 315. 709. 1670. 2007. 2131.
Fcrraricn. Slalli 2062
Festorum (de) observation· 812. 854.
Fesulana. 479. 1017. 2080
Firmana. 121. 198.659. 660. 751. 775. 1037. 1045·
1292. 1427. 1521. 1749. 1894
Firmana Praeeminentiarum. 1825.
Firmana Terrae S. Victoriae. 564.
Fiorentina. 495 568. 980. 152.5. 1377 1969
Forotivien. 330. 720. 770. 789 1060 1065. 2060.
Forosempronien. 1097. 1191. 1215, 1785 1877.
Frisingcn. 1453.
Fulginalen. 260. 838. 1012 1125. 1355. 1910.
Fnnchalen. 1756.
Fundana. 87. 1061 1087. 1088. 1695
Fundana Dubiorum. 1515.
Fundana Praectnmenlianim. 1842

G

Gadicen. seu Gaditana. 114. 1609.
Galliarum 478. 1074. 1221. 1827 1890. <960.
Galli|K)lilaiu. 533.
Gebennea in Sabaudia. 1499.
Germaniae 454 1104.
Germani (S.) Montis Gassini. 2014.
Gerunilen 1423.1475.1808. 1832 1911 2057.
2088. 2140,
Gerunden luris affinandi. 2120.
Gienen. 66 193. 488. 2110.
Gnosnen. in Polonia. 1748
Goana in Indiis. 186.
Golian. 140.
Granab n. 214 252 255 275 276. 790 882 1265·
Gravinen 1654. 1679
Gravinen. Funerum. 2058.
Grassen in Gallia. 804.
Grwvlana. 791 826. 869

H

Horbipolen. 2016.
Hieracen. 839. 866. 992. 1602.
Ilipporegien. 797.
Hispalen. 8. 14. 128. 155. 180. 225. 509 624. 635
747. 1526. 1444. 1588. 1589. 1821. 1885. 1887.
1919. 1951. 1956. 1979. 2099. 2121.
Hispalen. Translationis Processionis. 1932. 1947.
Hispana. 95.
Hispaniarum. 1652. 1875.
Hispaniarum Portigherii. 265.
Hispaniarum S. loannis de Perna. 515.
liorlana. 1696.
Hydrunlina. 45. 57. 301. 504. 396. 607. 785. 1007.
1635. 1687. 1726.
Hymnorum. 1222.

I

lacen. 267.
ladren. 367. 1420. 1558. 1929.
lanucn. 388. 450. 455. 470. 480. 486. 684. 835.
920.926. 974.996. 1005. 1180. 1450. 1865. 1934.
1936 1959. 2103.
lanuen. Funerum. 1618.
lllenlen. 147. 1740.
Imaginibus Sacris (de). 810.
Imolen. 425. 472. 678. 690 746. 904. 1242. 1557.
1735. 1978.
Imolen. Aspersorii. 1506.
Incerti loci. 585. 597. 691.
ludiarum. 1569
Intcramnen. 447. 510. 655. 727. 808. 1066. 1105.
1112. 1128. 1595.
loseph (S.). 587.
tsemiae. 471.
lustimipolitana. 625. 626. 676. 1859.
luvenaecn. 88 241 670. 1076.

Labacen. 1256. 1312. 1518.
Lamacun 152. 226 252. 1882. 1970.
Lancianen. 569.
Lannen. 989. 2105/
Laudem 144. 1223. 125% 1394. 1453. 1566. 1646.
1721. 1787.
Ijuduncn. 774.
Liurelan v 13. 54 97. 210 714 738. <497. 1515
1592. 2056.
Legionen. 94.
L-odien. 894 1046. 1075. 1244. 2015.

Leopolion. Praecedentiae. 2064.
Lerien, 2089.
Licieit. 173. S70. 623. 766. 1854. 1874.
Licien. seu Minorum Observantium Reformatorum. 759.
Limana. 1239. 1612.
Lisbonon. 89. 194. 319. 413. 445. 895. 1149. 1518. 1607. 1786. 2030.
Lubecen. 1013. 1014.
Lucana. 540. 598. 612. 617. 618. 677. 950. 997. 1021. 1199. 1525. 1327. 1350. 1685.
Lucem 1905.
Lucerina. 165. 256. 555. 566. 1067. 1522. 1908
Lucerina in Apulia. 1526.
Lugdunen. 845.
Lugosien. 1422.
Limen. Sarzanen. 46. 682. 695. 786. 844. 2090
Lunen Sarzanen. Praeeminentiarum. 811.
Lusitana. 1825.
Lycion. 2152. 2155.

M

Maceralen. 278. 792 1089. 1240. 1627. 1909. 2081. 2094.
Maioricen. 955. 1358, 1588. 1414. 1476. 1570. 1594. 1629. 1672. 1701 1781. 1860. 2055. 2054. 2145.
Maioricen. Praeeminentiarum. 1688.
Mantuana. 165. 222. 650. 1544. 1560. 1716. 2029.
Marci (S.). 851. 877.
Marianen. 816. 860. 1447. 1941
Marsicana. 1515.
Marsicen. 2021.
Martini (S.). 629.
Marloranen. 1319.
Marugien. Nullius. 120. 123.
Massae Lubrcn. 1208.
Massana. 845.
Massen. 889.
Matheranen. 259. 296. 522. 590 805. 1106. 1154. 1619. 1757. 1770.
Mazarien. .597. 819. 867. 1113. 1182. 1872 2095.
Mechlinien. 1642.
MediOlanen. 148. 229. 514. 782. 798. 837. 854. 959. 960.086.998. 1008. 1047. 1164. 1187. 1257 1285 1561. 1468. 1477. 1555. 1571. 1624 1717 1727. 1759. 1794.
Mediolanum Desii. 164.
Meliten. II 224.661. 945. 1276. 1580. 1680. 1766. 1904. 2135.
Meliten. Praecedentiae. 1531.
Melphien. IU.
Melphitana. 469. 1277. 1445.
Melphiten. 975.
Messanon. 100. 589. 466. 662 793. 845. 1062 1456. 1645.
Mexicana 58. 524. 1603
Milevilana 664 830. 1448.
Mindonien. 2122.
Minerbien. 870.
Minerbin. 204.
Miniati (S.). 1035. 1063. 1257 1271. 1281. 1675. 1742. 1943.
Minorum Regularis Observantiae. 352.
Miranden. 56. 67.
Mirandulae. 422.
Missalis Romani. 614.
Monopolitana. 146 374. 595. 599. 721. 741. 968 990 1024. 1025 1068. 1295 1455. 1456 1478 1565. 1638. 1689.
Montis Alti. 1944. 2115.
Montis Cassini. 1998.
Montis Falisci. 947. 1507. 1692.
Montis Pelusii. 692. 712.
Montis Pilosi. 77. 157.
Montis Politiani. 1340. 1976
Montis Regalis 255. 446. 1026 1054 1200 1214 1249. 1255. 1266. 1297. 1407. 1917. 2022
Montis Regalis Provinciae Taurinetisis. 1359.
Montis Serrati Nullius Provinciae Tarraconen. 249.
Montis Virginis. 958.
Molulen. 2141.
Muranx 1416.
Mutilem 1572.
Mutinen. 149. 555. 1385. 1801.

Nainicn. 185.550.778. 1135. 1165 1449 1580 1992
Naulen. 1635
Nazarena Iurium Honorificorum. 2069.
Neapolitana. 49. 250. 298 344 348. 407. 620 704. 752 861 886 1051. 1098 1120. 1189 1255. 1575. 1578. 1589. 1457. 1469 1485. 1500. 1501. 1516. 1527. 1554 1550. 1572 1628 1699 1751 1817 1974. 1988. 2150.
Neapolitana Praeeminentiarum. 1508
Nubien. 2107.
Neoeaslren. 126. 964.
Nepesina. 251. 345 459. 1278.
Nerolinen. 199. 200. 208. 215. 220. 1040. 1107 1246. 1354.
Niclem 254. 559. 598. 429 432. 440 482. 548 892. 900. 1090 1408 1562. 1881

Nicoumm. 905 910. 2151.
Nolana 1Î9.757.1111 1150. 1154. 1157.1528.1760.
Nutanda quaedam generalia ail Missale Fratrum Minorum. 1551.
Novanen. 185. 602. 714. 1507. 1400. 1604. 1644 1815 1912 1950 2019. 2054. 2065. 2082.
Ntivarfat Praecedentiae. 1855.
Novanen. Thuriflcationis. 2046.
Movocomen. 917. 921.
Nuceriae Paganorum. 420. 424. 498. 758. 776. 2126.
Nucerina. 504. 525. 914. 918. 1309.
Nucerina in Apulia. 591.
Nucerina Gualdi. 507. 412.
Nullius. 1656. 1649. 1655.
Nullius Altamurae. 775. 1664. 2072.
Nullius Dioecesis Provinciae Treviren. 907 1522.
Nullius Dioecesis Piscien. 1470.
Nullius Dioecesis Provinciae Tarraconen. I486.
Nullius Fulden. 2119.
Nullius Loci Cirignolae. 1219.
Nullius seu Montis Alli. 1600.
Nullius Provincial) Baren 275.
Nullius Provinciae Burgen. 274.
Nullius Provinciae Capuanae. 817.
Nullius seu Tullen. 1757.
Nullius Terrae Pesciae. 402.
Nuntio Apostolico Taurinensi. 45.
Nuscana. 780. 1267. 1451 1573.

O

Observantia Festorum. 812. 854.
Oppidana. 79.
Oppiden. 611. 689. 1459.
Orbis. 1540 1897.
Ordinis s. Augustini. 693.
Ordinis Capuceinorum. 1814. 1866. 1920. 1926
Ordinis Capiireinoriiin Galliae. 2148.
Ordinis Cannelilaruin Discalceatorum Congregationis Italiae. 1640.
Ordinis Coclesünoruin. 72. 1535.
Ordini Discalceatorum SS. Trinitatis Congregationi Gallicanae. 1918.
Ordini Eremitarum S Vuguslini Congregationis •te Observantia lamgolianliae. 2077.
Ordinis S. Frannsci. 42 1116.
Ordinis Mendicantium. 604.
Ordinis Ministrantium Infirmis. 822.
Ordinis Minorum 1351. 1867.
Ordini Minorum Capuceinorum. 1657.
oniin·- Minorum Observantium 696. 1439. 1545. I7U8 2025
Ordinis Praedicatorum. 785.
Orien. 1725.
Oriolen. 475. 506. 541. 543. 828.
Oritana. 592. 644. 760. 829. 1125.
Orlana. 571.
Ortonen. Camplen. 965. 981. 995.
Oscen. 9. 52. 182. 510. 621. 1404.
Ostien. 2.
Ostunen. 427. 505.
Oxomen. 650.

Paceu. 117. 269. 771. 984.
Palenlina. 847.
Pampilonen. 351. 1355.
Panormitana. 78. 295.871. 1268. 1279. 1615. 1728. 1845. 1958. 1975. 2005.
Papien. 59. 421. 451. 1166. 1584. 1591. 1395. 1424. 1479. 1495. 1574. 1622. 1767. 2127.
Parisien. 1183.
Parmen. 538. 1100. 1752.
Passavien. 495. 1517.
Patavina 104. 108. 279 528.350. 1201. 1248. 1425. 1480.
Patavina Plebis Sacci. 216.
Pennen. 406. 475. 600. 1869.
Perusina. 52. 290. 595. 898. 958. 976. 1167. 1269.
Pliaren. 1560. 1402.
Pienlina. 501.
Pisana. 1712.
Pisauren. 151. 556. 585. 415. 544. 561. 752. 982. 1144. 1202. 1282. 1287. 1525. 1879. 2118.
Piscien. Nullius. 1181.
Pistorien. 68.
Pistorien. Praecedentiae. 809.
Placentina. 99. 170. 255. 591. 645. 70i. 715. 923. 945. 948. 1015. 1022. 1157.1145. 1188.1284. 1471 1509. 1625. 1656.
Placentina Almutiae. 1590.
Plocen. 868.
Policastren. 169. 1880.
Polinianen. 1027. 1176.
Polnniae. 465.
Pompeii Stabiae. 2108.
Portion. 1898,
Portugalllen. 1768. 1783. 1856.
Posnanion. 1101. 1562. 1450.
Poienlina. 1004.
Praenestina. 759. 777. 1510, 2156.
Praenestina Praecedentiae. 2078.
Pragen. 603. 606. 999. 1045. 1502. 1991.

Priten. 545.
Puteolana. 1091. 1121.
PuUgnanl Nullius. 1108

II

Ragusina. 1055. 1050. 1077. 1109. 1529. 1755
Ravennatem 227.534. 815. 1145. 158!. 1451. 1704. 1146.
Reatina. 212. 266. 097. 1078. HIO 1192.1585 1002.
Recinelen. 84. 050. 900. 909. 1120. 1961.
Region 502. 707. 941. 1002. 1807.
Regni Corsicae. 1114.
Regni Lusitani. 2104.
Regni Sardiniae. 754. 1747.
Regulari (pro) promoto ad Episcopatum. 181
Reliquiarum incerti nominis. 855.
Rheginen. 1205. 1250. 1520. 1411.
Ripae Transonae. 281.
Ripana. 254. 896. 1028. H08.
Ripana Praecedentiae. 1510.
Rodigen. Andren. Dioecesis. 577.
Romana. 2154. 2158.
Romana Funerum. 1641.
Romana Genuilexionis. 1741. 1754. 1812.
Romana seu Urbis. 824. 1550. 1541. 1546. 1958.
Romana Praecedentiarum. 1899.
Romana Processionis Aperitionis Portae Sanctae. 2045. 2044.
Romana solemnis Benedictionis. 1575.
Rossanen. 56. 671. 1127. 1270. 1401. 1621.
Rossanen. Umbriaticen. 1507.
Ruben. 742. 1460. 1709.
Ruremonden. 1714.
Russiae Graecorum. 799.
Russiae Pallii Graecorum. 818
Rullienen 189.

S

Sabinen. 665. 881. 1695. 1922.
Sacris (de) Imaginibus. 810.
Sagonen. 551.
Sagonen. in Corsica Thurillcationis. 1865.
Salamantina. 90. 155. 154. 155.
Salernitana. 25. 110. 184. 542. 457. 522. 1079. 1158. 1545. 1548. 1650. 1802.
Salernitana Praeeminentiarum. 2154.
Salernitana Processionis. 2109.
Salisburgen. 1955. 1965.
Sarlaten. 2157
Samen 1610. 1659. 1715. 1796. 1855. 1945.
Samen. Functionum et Contributionis. 2100
Sarsinaten. 1058
Sarzanen. 75. 1129. 1220.
Savonen. 408. 489. 517 521. 800. 1440. 1511 1674
Seardonen. 542.
Sebenicon. 2091.
Segobricen. 69. 270. 1441. 2158.
Segovion. 1805.
Seguntina. 162. 970. 1025. 1059. 104! 21!!.
Senarum. 784. 1550. !586.
Senem 1069. 1080. 1568. 1666. 1761. 1771. 1875.
Semigallien. 70. 572. 581. 596. 601 672 1158. 1169 1258. 1288. 1502 !514 1472 1487 1539 1846 1989.
Scverinae (S.). 258. 1159.
Severini (S.). 902. (146.
Siciliae. 850.
Signina. 952.
Sipontina. 1000. 1016. 1660. 1778.
Smirnen. 755.
Soanen. 1999.
Sorana. 1155. 1204. 1205. 1667.
Sorana Processionis. 878.
Spalaten. 115.761. *"
Spoletana. 646. 768. 897. 929. H84. 1681. 1718. 1868. 1927. 1949. 2004. 2063.
Spoletana Praeeminentia?. 1752.
Spoletana Processionis. 1971.
Spoletana Pedisluci. 454.
Spoletana Terrae de Visso. 271.
Squillacen. 1193. 1650. 2116.
Strongolen. 1620.
Sub-Collectorum. 1229.
Subcollectonim Canonicorum. 858.
Suessan. 228. 1928.
Sulmonen. 22.515. 627.640. 651.848 1141. 1170. 1185. 1895. 1906. 1915. 1924. 1942.
Sulmonen. et Vallacen. 516.
Surrentina. 715. 825. 1018. 1052. 1147. 1171.
Sutrina. 142 150. 438. 451. 555. 565. 647. 1224. 1301. 1305. 1647.
Sutrina Praecedentiae. 2073.
Sutrina Praeeminenlianun. 2112.
Sypontlna. 1574. 1551.
Syracusana. 405. 554. 549. 575. 576. 654. 652. 1251.
Svracusana Modicae. 365. 370.
Syron. 1296.

T

Taggon. 1615.
Tarentina. 3. 10. H2. 801. 1652.
Tarracinen. 356. 571. 419.

Tarraconen. 308 426. 1488. 1556.
Tarvûinx 1575. 2092.
Taurinen. 27. 988. 1605. 2086.
Taurinen. Dubium. 1557.
Taurinen. Praeeminentiarum. 2055.
Taunnen. Processionis. 1657.
Tenloncn. 519.
Terulen. 1606.
Thealina. 512. 1581.
Thealina et Pennen 1995.
Thealina Terrae Buccanici. 448.
Thelesina. 291. 535. 520 552 557. 558. 580. 655 716 755. 1009. 1159. 1186. 1250. 1250. 1556.
Tbelesina seu Cerretana. 1684.
Tiburtina. 1762.
Tiburtina Rivi Frigidi. 527.
Tifcrnatcn. 158.
Tinen. 1645.
Tirasonen. 50.
Toletana 55. 57. 551. 687 862 1722. 1955.
Toletana luris sedendi. 2070.
Tolfac 1029.
Tolosana. 1506.
Tolosana Processionis. 1289.
Torcellen. 1225.
Tornacen. 507. 550. 577. 924.
Tortonen. 1426.
Tragurien. 1452. 1626. 2074.
Tranen 191. 652. 779. 985 1055. 1442. 1700. 1839.
Tranen. Praeeminentiarum. 2048.
Trevici. 546
Tricaslinen. 1916.
Tridentina. 1774. 1788. 2066.
Trium Missarum in nocte Natalis Domini 781
Triventina. 1070. 1115.
Troiana. 257. 1293 1552. 2057.
Troplen. 190. 207. 221. 576. 1050
Tudertinx 295 456 946. 1148 1990
Tulien. 143 314. 341 444
Turrilana 286 320 321 508 518. 584 616. 679 698 959. 2155 2162.
Tuseanellae 155. 575.
Tusculana. 309. 708 1565 1396 1428

U

rp-ntina. 655. 680. 807. 1209
I mbrntuen. 202 1432.
trbamae 641 686 729. 787 794. 888 1587 1512 1519. 1861
Urlxvlana 217 288 289 688 1902 2156.
Urbinaten 292. 353 885 1579 1445. 2047.

Urbis. 5. 18. 47. 75. 80. 91. 160. 209. 297. 306. 511 540. 578. 428. 445. 460. 477. 559. 865 872. 899. 927.957. 977. 1010. 1190. 1241. 1280. 1521. 1538. 1348 1491. 1496. 1820. 1829. 1611. 1855. 1951. 1950. 1985. 1985. 2008. 2018. 2040 2058. 2093. 2143.
Urbis Canonicorum Regularium Lateranons. 854.
Urbis Caudatariorum. 262
Urbis S. Hieronymi Illyricorum. 425.
Urbis S. Visitationis Apostolicae. 528.
Urbis seu Nullius. 1547.
Urbis et Orbis. 555. 657, 1483. 1658. 2117.2125.
Urbis et Orbis Regularium. 564.
Urbis S. Petri in Vaticano. 1818. 1854
Uritana. 1559. 1552.

Vaden. 1900. 1907.
Valentina. 58. 71. 769. 1719. 1961. 2142.
Valentina Praeeminentianini 940.
Vallisolctana. 762.
Valven. 102. 637.
Veglen. 931. 1092.
Veliterna. 609. 1117- 1462. 2010. 2011.
Venafrana. 1259. 1893.
Venden, in Polonia. 820.
Venesina. 557.
Veneta. 7. 25 44. 1582. 1751. 1994. 2159.
Venusina. 1481.
Vercellen. 16. 284. 558. 584. 651. 851. 1057. 1549. 1593. 1746. 1789. 1892.
Vercellen. luris praecedendi. 1925.
Vercellen. Salutationis. 1851.
Verulana. 12. 317. 740. 1482. 1524. 1528. 1847.
Vestana. 1511. 1505.
Vicen. 1175. 2096.
Vicentina. 6. 464. 681. 710. 722. 1972. 2061.
Vigilien. 545. 702. 1668.
Viglebanen. 1597 1888.
Vindascini Comitatus sen Carpencloraten. 74
Virodunen. 141. 172.
Visen. 179.
Viterbien. 299. 1215. 1561. 2071. 2129.
Viterbien. Barberani. 258
Volaterrana. 1118. 1557. 1-549
Vratislavlen. 1054. 1071. 1150.
Vulturanen 750

Zagaroli. 656
Zaren 2039.

DECRETA AUTHENTICA

CONGREGATIONIS SACRORUM RITUUM

EX ACTIS EIUSDEM COLEECTA

ALBANEN. (D

Rector Ecclesiae Palricanae S. Petri S. R. Congregationi exposuit, Tureas sacra vasa furatos esse, inter quae vas sacrosanctae Eucharistiae cum particulis consecratis; hinc quid agendum quaesivit de pulvere Ecclesiae. S. R. C. ad Effiam Cardinalem Episcopum Comensem dedit Epistolam, una cum opportuna instructione, quam per Ecclesiae Rectorem exequendam curaret. In illa autem monet ut diligenter examinet pavimentum, si forte aliqua in eo reperialur ex sacris particulis; tunc enim devote ac reverenter super patenam positas vel in aliquod vas ad id destinatum, in tabernaculum recondat et sumat in Missa. Sive autem repetial, sive non, sacras particulas, pavimenti pulverem diligenter cribret, decenterque mundet super altaris mappam. Quod si aliquam particulam vel fragmentum reperial, se gerat ut supra: si Reliquias reperiai, in sericis pannis obvolvat, aptoque loco recondat. Totam vero pulverem, etsi nihil repertum fuerit, in aliqua Ecclesiae parte, muro clausa reponat. Die . . . Maii 1588.

2. OSTIEN. (2)

Vicario Ostiensi. — Cum in S. R. Congregatione lectum fuerit Memoriale tuum super iure praetenso Aloisii Sant'Angelo Canonici istius Ecclesiae, qui ratione Πο-cloralus exigit praecedentiam super alios seniores Collegas suos, S. R. C. declaravit: Docloris gradum, nullum tribuere titulum praecedentiae: ut quiescere debeat locum occupans sibi debitum, idque cures ut observetur, et Deus le sospitet, I ibe die 18 Maii 1588.

3. TARENTINA. (3)

Episcopo Tarentino. — Huic S. Congregationi Rituum exhibitum fuit Memoriale, quo exponitur, antiquam Confralernilatem Carmeli in pago quem dicunt *Grotlaijlie* istius Tarentinae dioecesis, ab alia recenti Gonfraternilatc a Rosario dicta molestiam pali. Illa enim hucusque induta sacco semper processionibus interfuit cum suo vexillo, haec vero sibi arrogat super illa praecedentiam. Porro S. R. C. declarat, servandam esse in casu Constitutionem Gregorii XIII fel. mem., quae iubel, inter Confralernilal.es illi competere praecedentiam, quae prima coepit in loco saccum induere. Atque ita Amplitudo Tua curet fieri. Romae, Iulii 1588.

4. COMEN. PRAECEDENTIAE. (4)

Visa commissione, visis et iuribus et informationibus hinc inde exhibitis, et auditis ambarum partium Advocatis, censuil S. Congregatio: < Clerum dictae Civitatis in quibuslibet processionibus, litaniis, exequiis, Divinis Officiis, et similibus conventibus, et actibus ita ordinari debere, ut ultimo ac digniori loco Canonici et totus Clerus Ecclesiae Cathedralis incedat; secundo loco, et immediate ante ipsum Clerum Ecclesiae Cathedralis incedant Canonici et Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Fidelis cum aliis personis ecclesiasticis dictae Ecclesiae; tertio voro et anteriore loco totus reliquus Clerus saecularis. Et ante singulos praedictos Ordines, singulae eorum Cruces deferantur ». Die ů Augusti 1588.

5. URBIS. (5)

Pro tollendis abusibus, qui in Consecrationibus Praelatorum in Bomana Curia irrepserunt.

«Censui! S. C. primum, ut de celero in Romana Curia nulla liat Consecratio Praelatorum, nisi in aliqua Ecclesia consecrata vel in Cappella Pontificia; memoratis vero omnibus et singulis Consecrationibus in qua-

cumque Ecclesia, ut supra fiendis, intersint omnino el deserviant unus ex Magistris caeremoniarum, unus ex Subdiaconis, onus ex Acolythis, et unus ex Mazzeriis Ponlificiis.

Et licet oblationes, quae in Missa Consecrationis fieri solent, ad Episcopum Consecrantem spectare dicantur, si tamen ex benignitate el liberalitale Consecrantium dimissa fuerint, prout passim dimitti solent, dividantur una cum aliis regaliis el emolumentis inter praedictos omnes Ministros, qui singulis Consecrationibus interfuerint, ita tamen ut ex Clericis, qui illis pariter inservierunt, pro labore aliquid ex ipsis emolumentis erogari debeat.

Quo vero ad conficiendum Instrumentum iuramenli, quod, ex praescripto Constitutionis SSmi D. N. de visitandis certis statutis temporibus SS. Apostolorum Petri el Pauli liminibus, ab Episcopis ad Ecclesias Cathédrales ordinandis vel transferendis, in manibus S. R. E. Diaconi Cardinalis ordine Prioris, praestandum erit, si Magistri 'Caeremoniarum ad id adhiberi solent aut debent, adhibeantur, praescriptumque vel solitum emolumentum consequantur.

Pro Instrumento vero Consecrationis, de quo ipsi soli rogali erunt, id lanium percipiant, quod hactenus ea de causa a singulis Episcopis consecratis solvi aut erogari consuevit ».

6. V1CENT1NA. (6)

Vicario Generali Vicentino. — Cum haec Sacrorum Rituum ac Caeremoniarum Congregatio pertractaverit de dissensione, quae oriri solet in aliqua ex istis luci Confralernilalibus, super delatione cadaverum Confralium qui testati sunt, se Confralernilalis habitu indutos velle sepeliri ; S. R. Congregatio consuit id esse servandum, quod fere ubique locorum servatur, el maxime in Urbe, a qua reliquae civitates fas est exemplum sumant; hoc est, deferendos eos esse a Confratribus eiusdem Societatis, ad quam pertinuerunt viventes, habiluque indutos Confralernilalis, quaecumque sil Ecclesia, in qua tumulari debeant. Hoc S. R. Congregationis nomine A. T. significatur, ut id cures diligenter servetur. Deus te servet. Ab Urbe, 8 Dec. 1588.

7. VENETA. (8)

fbno Domino .Nuntio, Vcnctiis. — Cum SS. Dirus Noster audierit quid inter Amplitudinem Tuam, el Rmum Patriarcham Veneiiarum intercesserit super solemniori benedictione, Ei placuit Memoriale super hoc nobis remittere, quod nomine Serenissimae Dominationis Sanctitati Suae exhibitum fuerat. De eo autem praecipit, ut in hac S. R. Congregatione examinetur, et statuatur quod magis super allato casu conveniens sit : quod et factum est, perpensis etiam iis, quae Amplitudo Tua Ulmo Episcopo Montis Alti hac super re scripsit. Relatione autem ab hac Sacra Congregatione Sanctitati Suae facta, placuit Illi decernere quod esset in casu agendum, quod el servandum praecipit: voluilque ut id Amplitudini Tuae significarem, ut praesentibus Litteris exequor. Roma, 9 Mail 1589.

« Super Benedictionibus solemniorihus decrevit Sanctitas Sua, ut quotiescumque Venetiarum Patriarchae, vel eius Suffraganeo exercenda sunt Pontificalia, Vesperae celebrandae aut solemnia Missarum, vel iisdem functionibus intéresse debet aut Processionibus, et solemnes impertiendae erunt quacumque in Ecclesia, etiam S. Marci, benedictiones, si Nuntius praesens fuerit, el Patriarcha, vel eius SulTraganeus, officium agens miserit Canonicum vel aliam personam, ad solemnis benedictionis impertiendae facultatem ab illo expetendam, is denegare eam nullo modo debeat, neque moras trahere; sed eiusmodi sil contentus obsequio in Sanctam Apostolicam Sedem. Quod etiam agendum praecipit Sanctitas Sua, etsi praefatus Patriarcha aut illius Suffraganeus Processionibus, Vesperis Missarumve solemnibus assisteret lanium in cappa, multoque magis, si alteruter pluviali el mitra paratus esset, uti fieri solet ac debet in maioribus solemnilalibus, et a fortiori si ipsemet officium ageret ».

8. HISPALEN. (10)

Pro parte Ulmi Cardinalis de Castro supplicatur Ulmis DD. Viris, quatenus dignentur declararo, an, quando ipse Ulmus D. Cardinalis vadit ad actus solemnes Inquisitionis in habitu el ornatu Pontificali, quo Illiîii S. R. E. Cardinales utuntur, equitans pontilicaliler debeat ire, el incedere medius inter duas Dignitates sive Canonicalum in Ecclesia Calhedrali habentes, an vero solus, ita quod nullum habeat a dexteris, neque a sinistris; el an praedicti Dignitates seu Canonicalum habentes in Calhedrali, ipsum comitantes anteire seu subsequi debeant?

Rursus an ipse Ulmus D. Cardinalis pon-

lificaliter indutus, in ipso actu Inquisitionis debeat sedere medius inter Inquisitores, an vero in aliquo loco, vel sede superiori supra locum el sedem, ubi sunt Inquisitores?

Necnon quid in utroque casu faciendum sil, quando idem Ulmus Cardinalis incedit el sedet in praefatis actibus private el non solemniter, nec in ornatu pontificali?

Congregatio Sacrorum Rituum, auditis el consideratis petitionibus nomine praefati Ulmi Domini Cardinalis factis, censuil : « Ipsum Ulmum D. Card, ad actus Inquisitionis solemnes procedentem , sive cum Cappa pontificali, sive cum Rocbello el Mozzetla, non medium inter duas Dignitates seu Canonicos Ecclesiae suae incedere, sed solum praeire debere ; quod si Episcopos aliquos in Comitatu huiusmodi esse contigerit, integrum erit Illiîio Cardinali unum vel duos ex eis, sive unum primo loco, el alterum secundo honoris gratia sibi ad latera adiungere. In iisdem actionibus solemnibus locus et sedes praedicti Illini Cardinalis sint digniores, ornatiores el eminenliores, ita ut plane a sede Inquisitorum el Episcoporum separatus, el inter illos omnino non sedeat ». Die 31 Augusti 1389.

9. OSCEN. (18)

Congregatio Illustrissimorum Dominorum Cardinalium super Sacris Ritibus, consideratis el diligenter examinatis infrascriplis Dubiis, ab Episcopo et Capitulo Ecclesiae Oscen, in supplici libello propositis, ad ea sic respondendum censuil :

DUBIA.

1. Primum est, quod in Ecclesia Oscen. Epistola decantatur in pulpito iuxta Chorum, ubi Episcopus residet, non autem in Presbyterio.

2. Item Evangelium decantatur ibidem.

3. In Missa solemni dantur a Sacerdote 1res benedictiones.

4. In Processionibus tam intra, quam extra Ecclesiam, el in absolutionibus mortuorum , etiam loco parato Sacerdos , Diaconus el Subdiaconus, ut aequaliter incedant, portant pannum sericum in forma Gremialis.

5. Subdiaconus autem, qui Celebranti assistit, non tenet Crucem, sed Crucifer-rarius deputatus specialiter indutus Superpelliceo sine Pluviali.

0. Diaconus el Subdiaconus sedent ad *Kyrie eleison*, *Gloria* et *Credo* in Missis Corivenliialibus et Anniversariis, etiam dum dicitur Graduate et Epistola.

7. Hora sexta dicilur ante Missam , et si diceretur postea, celebratio esset intempestiva, quia propter frigiditatem terrae populus tardius venit ad Ecclesiam.

8. Dicilur *Credo* in Missa solemni statim linito Evangelio ante Concionem.

9. In diebus Adventus, Quadragesimae el aliis ieiuniorurn, Diaconus el Subdiaconus non utuntur Planetis plicatis, sed Dalmaticis.

Et insuper nonnulla alia, licet perpauca, his similia, quae omnia a consuetudine Provinciae el Ecclesiae Oscen, derivantur.

10. Dubitatur, an Canonici praefati possint se tueri huiusmodi generali consuetudine in praemissis, ita ut non possint, neque debeant cogi recedere ab illis, praetextu, quod in aliquo, non tamen in Sacramentalibus, sunt diversa a caeremoniis?

11. Iu eadem Ecclesia sunt statuta el consuetudines antiquissimae, praescribentes modum servandum in celebratione el caeremoniis Pontificalibus, quem Episcopus non vult servare, spretis statutis el consuetudinibus dictae Ecclesiae.

12. Episcopo pontificalia exercenti assistunt tantum duo, qui dignitatem oblinent Pluvialibus induti, non Dalmaticis.

13. Confessio cantatur a Diacono dumtaxat quando Episcopus celebrat, non autem quando alias est praesens.

14. Subdiaconus, qui semper est Canonicus, non portat caligas el sandalia ad Episcopum ponlificaliter celebraturum.

15. Cum sedet Episcopus, assistentes habent subsellia ad latus Episcopi; Diaconus el Subdiaconus in scabellis post Episcopum: sic, el nonnulla alia faciunt diversa a Caeremoniali Episcoporum.

16. Dubitatur, an Caeremoniale Episcoporum, quod nondum prodiit expurgatum, nec pro eo servando est edita aliqua Con slilulio, obliget in dicta Ecclesia; an vero sil standum statutis el consuetudinibus dictae Ecclesiae et Provinciae impressis, et aliis, ita ut non possint Canonici Oscen, cogi ab Episcopo recedere a dictis statutis el consuetudinibus, quin imo debeant praedicta Statuta el consuetudines omnino servare?

17. Item supplicantur declarari, quod, sicut Calhedralis debet in caeremoniis se conformare cum Metropoli, ita inferiores Ecclesiae cum Calhedrali Oscen, debent se conformare in celebratione Officiorum el caeremoniis.

!8. Ut omnis tollatur occasio dubitandi » irea delationem Crucis, exponitur DI). VV. Ulmis, quod in dicta Ecclesia, praeter pro-f-sdones, quae ordinarie omnibus Dominicis intra annum et aliis festivis diebus fiunt mtra Ecclesiam Cathedralem, cum mulio-nes intra annum Canonici cum Episcopo, et <inc eo, tum etiam Presbyter, Diaconus et Subdiaconus processionali1er accedunt ad alias Ecclesias intra et extra Civitatem existcntes, et multum a dicta Calhedrali distantes; ideo supplicatur declarari, an, dato quod Canonici non possint se tueri generali consuetudine, Subdiaconus teneatur in tali casu, quando processiones fiunt extra Ecclesiam, portare Crucem?

19. Cum Constitutione fel. rec. Pii V non sint appositae censurae super observatione. caeremoniarum, supplicatur declarari non posse Episcopum in his publicaro edicta vel iussiones sub censuris, ob periculum irregularitatum.

RESPONSIONES.

1. Ad primum: « Consuetudo cantandi Epistolam in Choro in pulpito, si adhuc in Ecclesia Oscen, servatur, tollenda non est, retinenda cum sil antiqua ».

2. Ad secundum: «Idem respondendum, ut scilicet servetur consuetudo cantandi Evangelium in ambone, sive in pulpito, cum id fel. rec. Pius V permiserit in sua Bulla specialiter pro Regnis Ilispaniantta edita die 17 Decembris 1570.

3. Ad tertium: «In Missa solemn: cum datur benedictio in fine, semel tantum produci debet signum Crucis super populum a Sacerdote celebrante, ut in Missalibus emendatioribus habetur ».

i. Ad 'r et 5: « In processionibus et \bsolutionibus non debent Subdiaconus, Diaconus et Sacerdos aequaliter incedere, sed Subdiaconus debet praeire deferens Crucem medius inter duos Acolythos tenentes candelabra accensa. Praeterea permitti pot-' I, ut Subditconus, Diaconus et Sacerdos pu iti dum incedunt, deferre possint pannum seruurn inte se, tamquam gremiale, stante ea consuetudine ».«

G. « Diaconus et Subdiaconus sedere possunt una cum Celebrante, dum cantatur a Choro *Kyrie eleison, Gloria* et *Credo,* et i dabitur tempus, licebit eis etiam seduc dum cantatur Epistola a Subdiacono, et Graduate a Cantoribus ».

7. « Missa Convenlualis dici debet post Tertiam tn Festis duplicibus et in diebus Dominicis juxta Rubricam Missalis, non post Sextam ; quod si propter terrae frigiditatem populus tardius venit ad Ecclesiam , praestat differre tempus recitandi Tertiam, quam debitum ordinem intervertere ».

8. « *Credo* in Missa solemni dici debet post Concionem, non ante, iuxta Rubricas Missalis, et consuetudinem Romanae Ecclesiae ».

9. « In Missis de tempore Adventus et Quadragesimae Diaconus et Subdiaconus uti debent planetis plicatis , non Dalmatica et Tunicella, inita Rubricas Missalis ».

10. «Consuetudines, quae sunt contra Missalo Romanum, sublatae sunt per Bullam Pii V in principio ipsius Missalis impressam, et dicendae sunt potius corruptelae, quam consuetudines, neque illis possunt se tueri Canonici, quominus cogi valeant per Episcopum ad observantiam Rubricarum et Regularum Missalis ».

11. « Non decet Ecclesiam Oscen, aliud habere Caeremoniale ab impresso, quo nunc ulilur Ecclesia Romana, nec ipsis Canonicis licet se tueri contra dictum Caeremoniale quibusdam privatis consuetudinibus ac statutis, cum praesertim dictae consuetudines et statuta sint irrationabilia, nec a Sede Aposlolica confirmata ».

12. « Episcopo ponlificaliter et solemniler celebranti Archidiaconum a dexteris, et alium Diaconum a sinistris, diaconaliter paratos, assistere oportet, praeter alium assistentem Pluviali indutum, qui, ut habetur in Caeremoniali Episcoporum, debet esse Prior Canonicorum, dignior Capituli ».

13. « Confessio cantanda est per Diaconum, sive Episcopus celebret, sive non celebret, iuxta Rubricas Caeremonialis Episcoporum , quoties habebitur Concio sacra post Evangelium ».

11. «Subdiaconus paratus, etiamsi sil Canonicus, caligas et sandalia velo lecta ambabus manibus usque ad faciem elevatis portare debet ad Episcopum celebraturum, ut in Caeremoniali Episcoporum praescribitur ».

15. « In sedendo tam assistentes, quam Diaconus et Subdiaconus pro loci sitii et commoditate ita se gerant, ut se inferiores ministros Episcopi, non pares et aequales ostendant ».

IG. « In dubio standum est libro Caeremonialis, qui authenticus est, cl allegari potest et debet ad decisionem Causarum : consuetudines autem, quae allegantur contra ipsum, bonae non sunt, sed abusus qui-

dam Episcoporum indiligentia introducti, cl ideo omnino tollendi ».

17. < Ecclesiae inferiores sequi non debent caeremonias Calhedralis Ecclesiae in iis, quae sunt contra Rubricas et regulas Missalis et Caeremonialis Episcoporum ».

18. « In Processionibusquibusdam solemnioribus, ulpole Candelarum, Palmarum, Sabbato Sancto, in absolutionibus defunctorum, et quoties Episcopus ponlilicalilcr celebraturus in Ecclesia Calhedrali processionaliler procedit a Sacrario, sive ab alio loco deputato ad Altare, Subdiaconus etiam Canonicus deferre debet Crucem, quae tamen sit longitudinis competentis et ad portandum facilis; in alus autem Processionibus a supradiclis, alius, nempe Cruciferarius consuetus, ipsam deferat Supeipelliceo vel Tunicella indutus, nullo autem modo Pluviali ».

10. « Potest Episcopus etiam per censuras aliasque poenas ecclesiasticas compellere Canonicos et Capitulum ad observantiam Rubricarum Missalis et Caeremonialis Episcoporum, nisi specialiter fuerit eis in aliquibus indultum per supradiclam Bullam Pii V. pro Regnis Hispaniarum editam ».

« Postremo ad id, quod supplicatur nomine Episcopi do hymno .hc *maris stella,* dicitur, quod quotiescumque decantabitur praedictus hymnus, debent non solum Canonici et reliqui de Capitulo, sed omnes et quotquot aderunt , gonufleclere, genuque llcxi persistere, donec quatuor primi versus decantati fuerint. Dio 16 Martii liiUI ».

10. TARENTINA. (17)

Oborta controversia inter Vicarium Arcliiepiscopi Tarentini, et Archidiaconum Capituli oiusdem Ecclesiae super eorumdein praecedentia et aliis iurihus; audito volo Archiepiscopi,

Congregatio consuit : « Vicarium Tarentinum praecedere debere omnes Canonicos, Dignitates et Archidiaconum. Munus vero distribuendi Missas ad Archidiaconum, et eo absente vel alias legitime impedito, ad proxime succedentes Dignitates, et postea ordine successivo ad digniores Canonicos, qui praesentes fuerint, spectare; ita ut Tabellae distributionis ex Vicano et Archidiacono ille subscribat, qui usque ad praesentem diein subscribere consuevit. Si vero circa distributionem huiusmodi quaestio oriatur, Vicanus, prout iuris fuerit, provideat. In reliquis servanda esse Decrelaalias facta ». Die 17 Sepi. 1591.

MELITEN. (18)

Quinque Dignitates Capituli Meliten praetendunt, ipsis celebrantibus solemniter, ex aliqua consuetudine Canonicos ministrare dobéré; contra vero Canonici asserentes sese in presbylerali Ordine constitutos non decere in inferiori deservire; coque magis quia in eodein Capitulo adsunt Hebdomadarii, quorum alii Presbyteri, alii Diaconi, vel Subdiacom, quibus proplerea id oneris incumbere videtur. Auditis proinde partibus, Sacra Congregatio decrevit, ut sequitur: *Canonici Dignitatibus U Canonicis inserviant; Mansionarii cero Mansionariis.* Die 2& Novembris 1591-

12. VERULANA. (10)

Pendente lite coram S. Hola inter Abbatem Collegiatae S. Erasmi, et Decanum Calhedralis Ecclesiae Civitatis Verulanae,supur lure incedendi in Processionibus, dictus Abbas, ne quid in sui praeindicium facere videretur, abstinebat se a publicis Processionibus: cum vero Episcopus Verulanus, ut vitaret scandala, recursum habuerit ad Sacram Congregationem,

S. R. C. consuit: « Abbatem Collegiatae Ecclesiae S. Erasmi Verularum in futurum Processionibus et aliis actibus publicis una cum suo Capitulo intervenire debere sine praeiudicio tamen litis pendenliae, ac iurium suorum tam in petitorio quam in possessorio ». Die 10 Decembris 1591.

13. LAURETANA. (20,.

Cum Magister Chori Ecclesiae Laurelonae sil coniugalus, supplicatum est S. Rituum Congregationi, ut declaret: an liceat eidem intonare, et legere Anliphonas, Capitula, et alias similes functiones facere? Congregatio censuil,

« Quod si Magister Cappellae est Clericus et in habitu Clericali incedit, id facere non prohibetur; sin autem contra, curet Episcopus, ut abstineat ». Die 20 Februarii 1592.

14. HISPALEN. (21)

Nomine Illini ac Rmi Domini Cardinalis de Castro Archiepiscopi Ilispalon., S- Congregationi supplicatum fuit, ut propositis inferius Dubiis, suam declarationem exponendo, respon lere dignaretur:

DUBIA.

I. An quando ipso Cardinalis Archiepiscopus solemniter celebrat vel alia Pon-

tificalia munera exercet, compellere possit Dignitates et Canonicos, universumquO Capitulum Ecclesiae suae Metropolitanae, ut sibi assistant et inserviant? et posito quod eos cogere possit, prout sibi de iure licere existimat: quonam ritu, et a quibus inserviendum et assistendum sil?

2. Praeterea si quando contingeret, ut Missa per eumdem Arcbiepiscopum solemniler celebranda, vel aliae functiones Pontificales essent exercendae extra Metropolitanam Ecclesiam, in aliqua tamen eiusdem Civitatis vel Suburbiorum, an similiter possit compellere Capitulares, ut sibi inserviant et assistant, et si praedicta Ecclesia esset Collégiale, in eaque aliae Dignitates et Canonici adessent?

3. An Dignitates, Canonici et Capitulum teneantur Arcbiepiscopum euntem ad Ecclesiam diebus festis cappa indutum comitari, el ex quo loco? Item, an etiam in reditu debeant eum deducere, et usque ad quem locum? Et an, si privatim ad Ecclesiam venerit, sil ei obviam prodeundum, rediensque sit deducendus, et quomodo?

'i. An decens sit, Arcbiepiscopum cum cappa incedentem, unam aut duas Dignitates ad latus suum admittere?

An Archiepiscopo Ecclesiam intranti, prima et celeris praeslanlior Dignitas debeat olTcrre aspersorium?

0. An primam et praestanliorem Dignitalem in Ordine Sacerdotali oblinens, teneatur pluviali indutus assistere et servire de libro Archiepiscopo soleinniler celebranti, sive alias Pontificales functiones exercenti? Quinam praeterea diaconali habitu induti debeant assistere, elevare fimbrias, imponere et deponere Mitram, et qui debeant cantare Evangelium et Epistolam?

Supplicatur pro declaratione contentorum in supradiclis capitibus, etiamsi antea per longum tempus in omnibus, vel aliquibus eorum secus observatum esset, quam in Concilio Tt idenlino statutum et in Caeremoniali Romano dispositum est.

HESP05SI0XES.

Ad 1 Congregatio respondet: * Posse Arcbiepiscopum ex Decreto Concilii TridentIDi, sess. 24, cap. 12, eos compellere, ut sibi assistant et inserviant. Modus autem -distendi et inserviendi is esse debet, quem regulae Caeremomalis libri praescribunt ».

Ad 2. respondet: * Licere etiam ipsi Archiepiscopo eosdem compellere, quoties al alias eiusdem Civitatis et Suburbiorum Ecclesias accedit ad aliquod pontificale munus exercendum; verum cum honoris et servitii sui causa voluerit ab Ecclesia Metropolitana Dignitates et Canonicos, aliosquc Capitulares extrahere, qui sibi soleinniler celebranti vel Pontificalia exercenti assistant et inserviant, curet (ut par est), ne ipsa Ecclesia Metropolitana ministris omnibus destituatur, debiloquo cultu et oflicio defraudetur. Accedens vero ad Ecclesias, in quibus aliao adsint Dignitates et Canonici, curet quoque pro sua prudentia, ut omnes confusiones et perturbationum occasiones removeantur; et sciat Dignitates et Canonicos Ecclesiae Metropolitanae debere omnino praecedere Dignitates et Canonicos Ecclesiae Collegialae ».

Ad 3. respondet: « Dignitates, Canonicos et Capitulum debere ad cubiculum accedere, ubi Archiepiscopus induitur cappa, ut eum ad Ecclesiam venientem debito cum honore comitentur: in reditu etiam debere saltem usque ad ostium domus ipsum Archiepiscopum associare. Ei vero privatim venienti nonnullos ex Dignitatibus et Canonicis ad ostium Ecclesiae occurrere, et in reditu similiter usque ad ostium Ecclesiae ipsum comitari debere ».

Ad 4. respondet: «Archiepiscopo cum pontificali cappa incedente neminem arrogare sibi debere, ut se non vocatum ad eius latus adiungat; ipsum vero Archiepiscopum pro sua dignitate magis decere, ut solus incedat, quam ut ullas Dignitates vel Canonicos, qui sua membra et subditi sunt, ad latus suum habeat ».

Ad b. respondet: « Debere primam Dignitatem aspersorium Archiepiscopo offerre, eiqne legitime impedita, illud ipsum munus subire debere aliam Dignitatem aut personam, quae dignior ex Capitulo aderit. Al in alia Collegiala Ecclesia aspersorium esse porrigendum a Praeposito eiusdem Ecclesiae, vel (quocumque nomine nominetur) ab eo, qui in illa digniorem personam gerit, ut tam Ecclesiae quam personae porrigenti, ea ratione honor tribuatur ».

Ad 6. respondet: « Oblinentem primam Dignitatem in Ordine presbylcrali Pluviali indutum fungi debere assistentis munere, qui de libro serviat, naviculam Archiepiscopo in throno existent! porrigat, cumdeinque ibi thurificei; eo vero legitime impedito, digniorem de Capitulo in Ordino presbylerait praesentem , cl legitime non impeditum debere in eius locum succedere. Munus autem assistendi ad Archiepiscopi la-

tera, fimbrias elevandi, imponendi el deponendi Milram, aliavein Caeremoniali descripta agendi, perlinere ad Archidiaconum el antiquiorem Diaconum Canonicum , ambos Dalmaticis nidulos; quod si Canonicus Diaconus nullus aderit, ultimum Presbyterum Canonicum in diaconali tamen habitu succedere debere, qui stabit a sinistris Archiepiscopi, et Archidiaconus a dexteris, licet ipse Archidiaconus Ordine lanium diaconali fuerit initiatus. Epistolam vero et Evangelium cantare debere duos Canonicos ex Ordine diaconali el subdiaconali, modo tamen in ea Ecclesia sini distincti inter Canonicos huiusmodi Ordines, alioquin duos ex Ordine presbylcrali, illudque munus per lurnum singulos, cuiuscumque Ordinis sint, peragere debere. Diaconum aulem Evangelii Archiepiscopo ad Altare exislenli naviculam ministrare, el eum ibi thurificare debere ».

Supradicta omnia visum esi , auditis prius dicti Ulmi Cardinalis de Castro Archiepiscopi Hispalen. el eiusdem Ecclesiae Capituli Procuratoribus, ita obseivanda esse, quousque SSffii D. N. iussu el auctoritate novum Episcoporum Caeremoniale edatur, quod nunc in Congregatione Cardinalium examinatur, quamvis antea in iis non fuerinl plene observata Concilii Trideniini Decreta cl Caercmonialis Romani regulae, quibus inhaerens Congregatio, seque ad probatos S. R. E. ritus el consuetudinem accommodans, censuil ea in hunc modum esse pro nunc execulioni demandanda, dum nihil relevans in contrarium adducitur. — Ita est: Antonius Marius Caballus Secretarius.

Congregatio Sacrorum Rituum visis, consideratis el maturo discussis omnibus, quae nomine Capituli Ecclesiae Hispalen. per eius Procuratorem proposita sunt circa responsiones ab ipsa Congregatione facias ad nonnulla capita alias nomino Illini et Riîii D. Cardinalis de Castro Archiepiscopi Hispalen. proposita, quas Illnius et Rihus D. Cardinalis Gesualdus suis literis supradiclae Congregationis nomine ad eumdem D. Cardinalem de Castro sub die 30 mensis Octobris proxime praeteriti 1689 scriptis insertas transmisit: visis quoque iterum el denuo consideratis supradiclis responsionibus, necnon ulriusque partis Procuratoribus, tam voce quam scripto pleno el sufficienter auditis, censuil « standum esso in Decretis iuxta responsiones, ul supra facias, infrascripta tamen declarando pro ipsarum maioris nilelligenlia », instante eodem Capitulo sive cius Procuratore.

Primo declarat * Arcbiepiscopum ad Ecclesiam cum cappa pontificali accessurum, ul soleinniler celebrei vel ul assistai Divinis Officiis, concioni aut processioni, vel ni aliud quidquam ex Pontificalibus exerceat, curare debere, ul Capilulo congruo lem pore intimetur hora eius accessus ad Ecclesiam, ad hoc ut ipsum Capitulum commode se ad eius occursum accingere possit. Archiepiscopus vero convenieniem el opportunam horam eliget, verbi gratia, si Missam solemnem in aliquo die feslo sil celebraturus, tunc post Primam in Choro finitam, antequam Tertia inchoetur, ad Ecclesiam accedere poterit. Quo casu Dignitates, Canonici ceterique Capitulares sialim posl Primam completam, facio modico intervallo, prodire obviam debcnl Archiepiscopo ad ipsius cubiculum, eumque ad Ecclesiam venientem deducere, quemadmodum ipsa Congregatio faciendum esse respondit. Cumque Archiepiscopus ad Ecclesiam venerit, Tertia suo tempore inchoanda eril iuxta praescriptum Caercmonialis Romani, idque omnino faciendum est, non obstante quacumque consuetudine ipsius Capituli nomine allegata. Cum enim Pastor teneatur ad suam Ecclesiam accedere, el ex eius praesentia divinus cultus augmentum, Ecclesiaque ipsa splendorem el decorem non modicum accipiat, non est ei praebenda causa vel non accedendi, ex quo debita cum decentia id facere nequeat, vel indecenter accedendi».

Insuper declarat, < quod quando Archiepiscopus, finita Missa vel aliqua Hora Canonica, est ab Ecclesia discessurus, tantisper cessandum est a reliquis Horis decantandis, quousque Capitulares abeuntem Archiepiscopum reducere possint, ul in omnibus congrua obedientia Praelato, el debitum Deo obsequium impendatur, cui Sacrificium cum inobedienlia non placet ».

Declarat praeterea, « quod si interdum contingat \rchiepiscopum, vel processione vel aliqua Hora Canonica nondum finita, abire compelli ob aliquam sui necessitatem, tunc opus non eril ul omnes Capitulares cum eo discedant, sed satis eril, si quatuor de Capitulo eum domum reducant, ita ut processioni vel Divinis Officiis impedimenti aui perturbationis occasio non praebeatur; quamvis haec, quae perraro eveniunt, minime consideranda sint, cum leges ad ea quae frequentius accidunt, accommodentur. Ad evitandas autem perturbationes el confusiones in iis diebus, in quibus Archiepiscopus Divinis Officiis est interfuimus, cam-

pana aliquanto citius solito pulsetur, ut umpore et rebus agendis simul consideratis, cuncti rectius fiant et horis congruis expleantur ».

2. Declarat, « quod Archiepiscopo accedente ad Chorum cum cappa pontificali, Capitulares eum associantes eumdem habitum gestare debeant, quem in ipso Choro deferre solent. In hac autem associatione Cipilul.ires inter Crucem Archiepiscopalem et Archiepiscopum ordine procedere debere ».

3. Declarat, « omnes Dignitates, omnesque Capitulare qui ad Chorum vadunt, teneri omnino Archiepiscopum associare. Qui autem sint legitimo impedimento delenii, dispositioni iuris communis relinquitur ».

4. Declarat, « tunc dici Archiepiscopum privatim ad Ecclesiam accedere, cum sine cappa pontificali accedit ».

5. Declarat « nullam Dignitatem, Canonicum, aliamve personam propria auctoritate vel vigore cuiusvis consuetudinis ad latus Archiepiscopi vel cappa pontificali vel sacris vestibus induti incedere debere, nisi ipse ex sua humanitate aliquem vocare velit ».

(i. « Cum prima Dignitas Archiepiscopo Ecclesiam intranti aspersorium porrigere teneatur, *Congregatio declarat,* quod ipsa prima Dignitate legitimo aliquo impedimento detenta, huic muneri supplere debet prima ex iis omnibus, qui in Ecclesia sunt praesentes: legitimi autem impedimenti causa non censetur, quod aliquis in Choro sil occupatus, nisi sacris vestibus ad Missam maiorem celebrandam sit indutus ».

7. Declarat « debere omnino aliquem Cappellanum vel Portionalium Ecclesiae ad id deputatum, Archiepiscopo librum manibus sustinere. Primam vero Dignitatem cum pluviali assistentem debere ad dexteram Archiepiscopi celebrantis parumper caput -upponere ad librum, quem Cappellanus aut Portionarius manibus sustinet dum in -i 1' "minenti ipso Archiepiscopus intonat Hymnum *Gloria in* cxcehis, cantat Orationem, *Credo,* et Domiiinj *vobiscum* ad OlTertoiium. Sed quando Archiepiscopus legit Epistolam, Graduait· et Evangelium, prima Dignitas nihil aliud agens, stabit in loco no erectus. Digito autem indicare debet bgenda in libro, quando Archiepiscopus e ' ad Altare: neque dedignari debet prima Dignila quod his muneribus fungatur, cum nnxune honorifica sint, et eadem omnia faciat prior Episcoporum Cardinalium dum assistit Summo Pontifici celebranti ».

Declarat quoque < primae Dignitatis Assistentis propriam sedem esse scabellum ligneum, quod tamen permittitur depictum vel aliqua pulchra forma fabrefactum, dummodo sit nudum, nullo scilicet panno vel alia re coopertum, in plano solii ad pariem dexteram Archiepiscopi praeparatum, atque eo loco et ordine silum, ut ipsa prima Dignitas assistens et ad Altare et ad faciem Archiepiscopi respicere possit, qui locus dignior reputatur locis Diaconorum ministrantium ». Die 23 Martii 1592.— .1. *Curd. Gesualdus Episcopus Portuensis.*

15. DUBIUM. (23)

De praecedentia Gubernato) uni cum Vicariis Episcoporum.

Congregatio Sacrorum Rituum censuit, « quod Gubernatores Civitatum et Provinciarum circa eorum praecedentiam cum Vicariis Episcoporum, ut si fuerint Praesides insignium Civitatum vel Provinciarum, veluti Bononiae, Marchiae Anconitanae, Umbriae et similium, thurilicenlur et habeant pacem immediate post Episcopum, et ante Vicarium, etiam Episcopo ipso absente.

< At Gubernatores Civitatum minorum thurilicenlur et habeant pacem immediate post Episcopum, ubi fuerit praesens: eo vero absente, si ipsi Gubernatores fuerint Episcopi, ante Vicarium, propter dignitatem Episcopalem; si vero non fuerint Episcopi, post Vicarium immediate ante Dignitates et Canonicos, ita ut dignitas ecclesiastica saeculari semper praeferatur ». Die 10 Iunii 1592.

1G. VERCELLEN. (24)

In Ecclesia Calhedrali Vercellensi complures reperiri SS. Reliquias, nulla, ut deceret, theca inclusas, exposuit eius Civitatis Episcopus, quas cum alio transferri convenienlerque custodire cuperel, verebatur nihilominus auctoritatem Brevis Gregorii 1'1'. XIII prohibentis, ne e Mediolanensi Pi ovincia SS. Reliquiae sine Aposlolicae Sedis licentia extraherentur, non obstante vivae vocis oraculo Sixti PP. V declarante, quod sola ad id sufUceret Episcopalis auctoritas cum Capituli interventu. Supplicavit igitur idem Verceilen. Episcopus, ut dictum Sixti V. oraculum Aposlolico Brevi confirmaretur, consullâque super hoc negotio Sac. Ril. Congregatione,

Eadem C. S. R. censuit: *Breve quod petitur concedi posse.* Die 14 Iolii 1592.

17. CORDUBEN. (20)

Tredecim in Cordubensi Ecclesia Cappellaniae pro Magistro Cappellae, Iribus Bassis, Iribus Altis, iribus Tenoribus el Iribus Supranis, Sixti PP. V auctoritate taliter constitutae reperiunlur, ul quae uni Cantorum est affecta, alteri conferri non possit; occurrente vero vacatione, propter lalem necessitatem, saepe contingit, ut Cappellania conferatur alicui Caniorum ex eo ordine, quo Ecclesia tunc non indigel, cum is forte, qui necessarius essel, excludi debeat. Supplicavit igitur Cordubense Capitulum, ut SSiuus Lileras Apostolicas huic inconvenientiae remedium afferenles expedire dignaretur; super quarum expeditione cum requisitum fuerit Votum huius S. C.,

C. S. R. censuit: «quod, quatenus Episcopus, Decanus et Capitulum Ecclesiae Corduben. canonico titulo habeant ius conferendi tredecim Cappellanias eiusdem Ecclesiae, ul in supplicatione et in quasi possessione earum collationis existant, eisdem concedi posse, quod Cappellanias praedictas earumque singulas pro tempore vacaturas, quibuscumque Canioribus, Supranis, Bassis, Aliis el Tenoribus voces apliores habentibus el in. arto Musicae perilioribus, proul eiusdem Ecclesiae necessitas el commoditas Episcopo, Decano el Capitulo praefatis exigere videbuntur, indifferenter singulas singulis tempore vacationis possim conferre: si quisque tamen alia requisita pro tali Beneficio ecclesiastico oblinendo habuerit, el iuxla Concilii Tridenlini Décréta habilis el idoneus iudicalus fuerit, non habito respectu, quod iuxla concessionem fel. rec. Sixli V quaelibet Cappellania ex iisdem singulis Cantoribus ordinalim el particulariter fuerit el sil assignata ». Die 11 Augusti 1592.

18. URBIS. (28)

Pro Ecclesia S. Mariae Transtyberim.

S. R. C. censuit : « .Decreti editi per Capitulum el Canonicos Ecclesiae S. Mariae Transtyberim super caeremoniis et ritibus in praedicta Ecclesia absque eorum consensu el approbatione non introducendis, tamquam nulli ex defectu iurisdictionis, nullam penilus habendam esse rationem ; el licuisse atque licere 11 Inio Domino Titulari dictae Ecclesiae el eius Vicario circa incensalionem el delationem pacis Bénéficiait cl Cappellanis eiusdem Ecclesiae, ea praescribere el ordinare, quae in Missali el Caeremoniali Romano continentur; eaque sic praescripta et ordinala a Capitulo, Canonicis, Cappellanis el Beneficialis quibuscumque in dicta Ecclesia observari el exequutioni demandari debere ». Dic 1 Septembris >592.

19. ABULEN. (32)

Proposita inerunt huic St Congregationi quinque Dubia nomine Ecclesiae Calhedralis Abulensis, videlicet:

Primum: An propter nimiam distantiam, quae est inter Altare et (Chorum, in aspersione aquae benedictae diebus Dominicis fieri solita, liceat duos Sacerdotes colla el stola indutos deputare, quorum alter Chorum, aller populum aspergal, Celebrante inierim circa Altare hanc functionem exercente?

2. An Diaconus Evangelium caniare debeat in pulpitis existenlibus in Choro iuxla veterem consuetudinem, etiamsi vertat faciem versus Altare?

3. An propter relatam distantiam inter Chorum et Altare liceat Celebranti post cantum Evangelii intonare *Credo* vel *Dominus cobiscum,* antequam deosculelur Missale, et incenselur a Ministris, ne cogatur illos diu expeclare?

4. An in recitatione Primae, dicto *Benedicamus* ante lectionem Martyrologii et y. *Pretiosa,* liceat celebrare Missam, el in eadem Missa, dicere Vesperas defunctorum, el postea habere Capitulum, el in fine eiusdem legere Marlyrologium, el prosequi usque ad finem Primae, ut cogantur .omnes inleresse eidem Capitulo? (i)

C. S. R. ad capita Ecclesiae Abulen. nomine proposita, sic respondendum censuit:

Ad 1. « Hebdomadarius aquam benedictam aspergat in Ecclesia iuxla Rubricas Missalis. Quod si Chores adeo sil elatus, ut nisi per scalas ad eum non pateat accessus, alter Sacerdos supcrpelliceo et Stola indutus in Choro aspersionem faciat ».

Ad 2. « Si pulpitum ad recitandum Evangelium ex velere Ecclesiae consuetudine ibi fuerit iuxla facultatem Regnis Hispaniarum a S. M. Pio V. concessam, in eodem pulpito, ul prius cantetur: sin minus, in plano Presbyterii in cornu Evangelii, iuxla Rubricas Missalis Romani, cantetur ».

(1) E. Dub. 5.

Ad 3. * Quoniam libri osculandi oblatio Celebranti facienda non modo maxime decens est, sed etiam mysterio non caret, et Celebrans, antequam *Credo* incipiat, thurificandus est a Diacono, sino cuius et Subdiaconi assistentia inconveniens est, ul *Credo* inlonel : ideo omnino expeclandum est Celebranti, donec Subdiaconus ei librum offerat osculandum, et a Diacono incensetur. Quod aequa mente ferendum est Episcopo cl alteri cuicumque, cum Romani Pontifices in Cappella sua idem expeclare non graventur ».

Ad 4. < In Prima post *Benedicamus* slalitn legatur Marlyrologium et *Pretiosa* cum sequentibus ; quibus omnibus expletis, Missa celebretur, deinde Capitulum habeatur; ad quod intéressé négligentes aliqua proposita mulcta compellantur». Die 17 Nov. 1592.

20. AVERSANA. (33)

Super recitatione cuiusdam particularis Officii, in qua ex vetustissima consuetudine nonnullae caeremoniae extra praescriptum Caeremonialis Romani exerceri solent, consuluit Episcopus Avcrsanus hanc Sac. Congregationem infrascripla dubia proponendo, videlicet :

Primum. An ex quatuor Dignitatibus Capituli, nempe Decano, Cantore, Archidiacono et Succentore, Decanus et Cantor debeant necne assistere Episcopo in sede poniiliivliler celebranti?

2. An Archidiaconus inservire debeat tamquam Cappellanus assistens ad librum Episcopo solemniler celebranti, nec tamen det osculum pacis Choro et Canonicis?

3. An Succentori incumbat cantare Evangelium ; nec tamen thurificet Canonicos in Choro ; unus ex Canonicis dicat Epistolam : quatuor ex quartoslallis convenienter parati inserviant in solio tenentes baculum, mitram, librum et lumen?

i. Assistentibus hinc inde Decano et Cantore, Archidiacono vero et Succentore librum, lumen et incensum ministrante, qui' eorum sil primo luco thurilicandus, et cui primum pax danda?

5. An qnarlosiaHi, qui tenentur in Missis praesertim Conventualibus cantare Evangelium, et in Diaconatus Ordine ministrare, debeant in dictis Missis per se ipsos incenare et pacem dare, quam dari faciunt per Subdiaconum, incensum vero per unum ex Clericis Seminarii ?

IIESPOXSIOXF.S.

Ad 1. < Vesperas, vel Missas Episcopo solemniler celebranti, Archidiaconus a dexteris, et alter Canonicus Diaconus ex antiquioribus a sinistris, diaconali habitu induti, assistere debent. Quod si in ea Ecclesia Diaconus nullus adsit, tum loco Diaconi Canonicus alius ultimus ex Ordine presbylerali, diaconaliter tamen indutus, assistentis Diaconi munus suppleat. Prima Dignitas, seu dignior Capituli ex ordine presbylerali, pluviali indutus assistentis munus obibit, (pii cantanti Episcopo librum a parte dextera capite suo sustinere, cique apud Altare existent, digito, quae dicenda sunt, indicare, aliaque peragere debet, quae in Caeremoniali praescribuntur. Episcopo vero non celebranti, sed Divinis assistenti, iidem qui supra, Archidiaconus et alter Canonicus Diaconus seu Presbyter assistere debent ».

Ad 2. « Assistens Presbyter pluviali indutus pacem acceptam ab ipso Episcopo pontilicaliler celebrante, Canonicis et aliis iuxla Rubricas Caeremonialis deferre debet ».

Ad 3. « Succentor, seu quivis alius cuiuscumque sit dignitatis et praeeminenliae, Evangelium in Missa pontificali cantans, thurilicare debet Canonicos aliosque de capitulo iuxla Rubricas Caeremonialis, lit. de Missa pontificali. Quarloslallorum vero munus erit inservire Episcopo de mitra, de baculo, de libro cl de candela ».

Ad 4. « Primo loco, post thurificatum Episcopum thurificari debet prima Dignitas assistens cum pluviali, secundo Diaconi assistentes a lateribus Episcopi, tertio Dignitates et Canonici in Choro sedentes, quarto celeri iuxla Rubricas eiusdem Caeremonialis loco supra citato ».

Ad 5. « Quartoslalli Evangelium et Epistolam cantantes in Missis Conventualibus et aliis quibuscumque, servare omnino tenentur Rubricas Missalis Romani reformati, tam quoad thurilicalionem, quam etiam quoad pacis distributionem spectat, ul nimirum quarloslallus Evangelium cantans thurificet Dignitates et Canonicos, et alios qui thurificandi sunt; Subdiaconus vero pacem a Diacono acceptam, servato Rubricae Missalis ordine, existenlibus in Choro aliisque deferat ». Die 17 Novembris l.‘>92,

21. CALARITANA. (34)

Porrectis SSfilo humillimis precibus ex parte Gaslonis de Moncada Sardiniae Proregis, ul in sua Cappella existenle in Palatio Residentiae, in qua celebratur Missa, possint etiam recitari matutina tam in Festis solemnibus, quam aliis infra annum diebus ; necnon, ut eundo in aliquam Ecclesiam

praeter Cathedralem possit ibi praedicari facere verbum Dei, etiamsi in Calhedrali Ecclesia praedicetur ; C. S. R. censuil: < Licere Proregi supradiclo matutinum in suo Sacello recitari facere, sed privalim absque ulla solemnilale : quo vero ad sermonem, seu concionem, nihil ». Die 2 Decembris 1592.

22. SULMONEN. (35)

Ad sedandam controversiam obortam inter Rectores Curatos Parochialium Ecclesiarum, el inter Canonicos cl Arcbipresbyleros Calhedralis Sulmonen. Civitatis, super praerogativa deferendi Stolam el pluviale, ac praecedendi in itinerario cum ad dictas 1'arochiales Ecclesias cadavera efferuntur; C. S. R. censuil: « In Processione funebri, nbi cadaver defertur, dictos Canonicos cl Capitulum Calhedralis Ecclesiae Sulmonis praecedere debere, cl Parochum deferre stolam, tamquam suae in cadaver illud iurisdiclionis signum, quemadmodum el Romae servatur ». Die 2 Decembris 1592.

23. VENETA. (36)

Nuntio Apostolico apud Venetos. — Cum Doni. Pius Bcnlivoglio Sanctorum Venetorum acta redegisset, huic Sac. Rituum Congregationi fuerunt exhibita, ul antequam ederentur ea examinaret, cum lectionibus Breviarii Romani respondere debeant. De eiusmodi autem negotio pluries in hac Congregatione tractatum fuit, illudque nonnullis peritioribus commissum ut examini subiicerenl, eidemque Congregationi referrent. Verum iis defunctis, indicatum esi, praefatam revisionem agi securius posse atque commodius Venetiis, ubi iure supponuntur scripta in variis tabulis authentica, ex quibus praefata Sanctorum acta excerpta fuerunt. Hinc S. C. Amplitudini Tuae, cui Opus exhibendum erit, curam demandat illud per aliquos peritos viros examinandi, inter quos praecipue recenseantur P. Inquisitor Generalis Veneliarum, P. 1). Paulus Comilolo e Societate Iesu, et P. Ludovicus Do Grigis Minoris Observantiae. Absoluta autem revisione, placeat Amplitudini Tuae ea omnia conscribere quae adnolalione digna indicata fuerint, et subscripta ad hanc Congregationem mittere, ul quid agendum sil decernat. Urbe, 1592.

24. ELBOREN. (41)

Ad litteras Archiepiscopi Elboron. censuil S. C. respondendum esse « cum transmissione copiae Decretorum, quae oiim pro Ecclesia Ilispalensi facia fuerunt, el Inec quoad Archiepiscopi instructionem el etiam observationem, quatenus Capitulum non contradicat. Quod si idem Capitulum contradixerit, citandum erit coram S. R. C., ul audiatur, siculi iuris est. Cappam vero, cum ad Ecclesiam iturus est, cur Archiepiscopus non gestet, mirati valde sunt Ulmi Dût ». Die 16 Februarii 1593.

25. SALERNITANA. (42)

Officiales Regiae Audientiae Salerni, nempe Auditores, Advocatus Fiscalis el alii praetendunt in Missis solemnibus incensum el pacem prius sibi dandam esse, quam Vicario el Canonicis; necnon primum locum habere immediate posl Archiepiscopum. Quapropter ad petitionem eiusdem Archiepiscopi, qui ad hanc S. Congregationem recursum habuit, ul declarare dignaretur, quis eorum praecedere debeal, el primo loco sit thurificandus, eadem S. C. censuil « Scribendum Archiepiscopo in favorem D. Vicarii el Canonicorum ». Die 16 Februarii 1593.

2G. CIVITATIS CASTELLI. (43)

* Thurilicenlur ante Priores dictae Civitatis Capitulum et Canonici, cum huiusmodi Priores Magistratus non sint ex maioribus, do quibus loquitur Rubrica Missalis ». Die 16 Februarii 1593.

27. TAURINEN. (44)

Dubia pro Sedis Apostolicae Nuntio apud Serenissimum Sabaudiae Ducem, el Archiepiscopo Taurinen., SSmi D.N. iussu, sacrae Illiùur. DD. Congregationi super sacris ritibus examinanda, el execution! tradita.

1. An Archiepiscopus Taurinen. debeat uti Cruce, Nuntio Sedis Apostolicae cum facultatibus Legali de latere in eadem Civitate commorante?

2. An eidem Archiepiscopo liceat uti Rochetto discooperto?

3. An liceat Nuntio facultates Legati de latere habenti, libere el absque Archiepiscopi licentia in Calhedrali aliisque Ecclesiis baptizare, confirmare, Ordines conferre, aliaque Sacramenta ministrare, quae proprie ad ipsum Archiepiscopum loci Ordinarium spectant?

4. An Archiepiscopus pontilicaliter celebrans, sive Divinis Officiis cum cappa assistens, debeal oh praesentiam Nuntii sedere alibi, quam in suo throno?

5. An Archiepiscopus celebrans, sivo, ul supra, Divinis assistens, debeal, .mle-

quam populo suo sil de more benedicturus, petere licentiam a Nuntio ibidem praesente?

C. S. R. habita 9 Martii 1593 ad suproscripta dubia sic. respondendum consuit:

Ad I. < Archiepiscopus incedens vel equitans per Civitatem et Dioecesim suam. Crucem ante se praeferri facere debet, etiamsi Nuntius in iisdem locis commoretur. Quod si contingat Archiepiscopum simul cum Nuntio iter habere, vel eumdem Archiepiscopum ad invisendum Nuntium accedere, tunc quidem ob reverentiam Sedis Apostoli -ae, quam in ipso Nuntio agnoscere et venerari debet, Archiepiscopus abstinebit a delatione Crucis ».

Halio est < quia si ambo simul incederent, certe Archiepiscopus a sinistris esset Nuntii, neque propterea conveniret ante ipsum praeferri Crucem, qui minorem se Nuntio in ambulando profitetur, et absurdum praeterea esset Archiepiscopum tunc uti Cruce cum maiorem se visitat, qui Crucis usum non habet ».

Ad 2. «Potest et debet Archiepiscopus uti Rochello discooperio quandocumque voluerit, exceptis tamen duobus supradictis casibus ».

Ad 3. < Ndn licebit Nuntio in Calhedrali, sive in aliis Ecclesiis Archiepiscopali ditioni subiectis, ministrare quaecumqiie Sacramenta ad Archiepiscopum loci Ordinarium spectantia, nisi id vel specialiter et expresse in facultatibus sibi a Sede Aposlolica fuerit permissum, vel obtinuerit prius ab Archiepiscopo facultatem. In ducali autem Cappella, voluti ab Archiepiscopali iurisdiclionc exempta, eadem Sacramenta absque ulla licentia ministrare poterit ».

Ad 4. « Praeter thronum nunc sub baldachino positum, Archiepiscopus curet aliam sibi sedem cum ciborio in Choro construendam inler Dignitates, quao sil magis pressa, et humilis, quam thronus; et quotiescumque Nuntius Aposlolicus Duci in Ecclesia Metropolium assistet, ob reverentiam Sedi Apostolicae debitam idem Ordinarius a throno consueto discedat, et in sede praedicta Chori sedeat, sive celebret, sive Dhinis Officiis assistat. Throno vero praedicto, praeter hunc casum, semper utatur, ut hactenus consuevit ».

Ad 8. Respondit: «Idem servandum, quod alias Venctiis fieri praeceptum fuit. Vt nimirum Archiepiscopus antequam sil populo benedicturus, opportune per unum ex Canonicis vel per Ministrum caeremoniarum, Nuntium in Episcopali tamen dignitate constitutum, ex sua humanitate invitet ad benedicendum; qui tamen huiusmodi reverentiae sibi oblatae significatione contentus, benedicere omnino recusabit, ne acceptando jurisdictionis episcopalis libertatem impedire, vel sui Patris ac Pastoris benedictione populum privare videatur ».

Haec quidem S. C. Decreta audivit, et approbavit SSmus Dnus Noster. Die 1(1 Februapii 1593.

28. CAESARAUGUSTANA. (48)

Capitulum Clericorum, et Parochiam Ecclesiae S. Pauli Caesarauguslan. solent quotannis in prima Dominica post diem 17 Iunii immediate sequenti processionem generalem facere, in qua insignem Reliquiam S. Gregorii, cl aliorum Sanctorum Reliquias processionaliter deferunt. Cupiunt in eadem Processione deferre posse SSmum Sacramentum, ulqne interessenles processioni, ani visitantes eamdem Ecclesiam, eo die plenariam Indulgentiam consequantur. El S. C. respondit : *Nihil.* Die 23 Martii 1893.

29. AQUILANA. (47)

Civitas Aquilana SStho humiliter supplicavit, ut per Breve Aposlolicum prohibere dignaretur, ne capsa, in qua conditum est Corpus S. Bernardini Protectoris Civitatis eiusdem aperiri possit, nisi bis in anno, scilicet die 20 Maii Feslo eiusdem Saucii, el 28 Augusti iuxta veterem consuetudinem; necnon quoties interveniret aliquis ex S. R. E. Cardinalibus, ani Rex vel Prorex Neapolis; rernissoque supplici libello ad nostram Congregationem Sac. Rituum, eadem C. respondendum censuil: *Concessum.* Die 23 Martii 1593.

30. COMEN. (48)

Ad Dubium: An Cappellani perpetuo bénéficiait Cathedralis Ecclesiae Comen. comprehendantur sub illis verbis: El Iotus Clerus Cathcdralis Ecclesiae, in quodam Decreto contentis:

C. S. R. habita die 11 Maii 1593 respondendum censuil: « Dictos Cappcllanos, si Ecclesiae adscript! sint, aut aliquo modo ei uti de gremio inserviant, praeter celebrationem Missae in suis Cappellis, comprehendi ».

31. BAVARIAE. (SI)

Ad petitionem Rodulphi Baronis Cal. de Boluailler censuil, si SSfilo D. N. placuerit, « ex speciali privilegio posse concedi, ut

in Ecclesia etiamsi non sil Cathcdralis, neque Parochialis, neque Collegiate, neque Convcnlualis, sed simplex, in locis ubi non adesi Parochialis, possit asservari SSiuum Eucharistiae Sacramentum, de consensu Ordinarii, et absque Parochi, intra cuius Parochiae lines cxistit, praeiudicio, dummodo Ecclesia ipsa sil decens, et solila conferri in titulum, ei nunc habcal Beneficialum perpetuum qui eius curam gerat, el Sacramentum possit caute custodiri, el ibi lampas perpetuo accensa habeatur ».

liem : « Quod in aliqua certa Cappella decenter ornata, ad solum Divinum cultum ab Episcopo dedicata, elab eodem visitanda, servatis aliis servandis, possit celebrari super Altare porlalile ». Die 23 Martii 1593.

32. OSCEN. (53)

Nomine Decani ut Capituli Ecclesiae Oscen, supplicatur per Illrhos DD. Cardinales super sac. Ritibus declarari : An Episcopus cum duobus de Capitulo possit circa caeremonias aliqua ordinare el stabilire?

Ad praedictam petitionem Sac. Ril. Congregatio respondentium censuil : « Concedi posse Episcopo, ut ipse iuxla cap. 12 sess. 24 de reform., cum duobus Canonicis, quorum unus ab ipso, alter a Capitulo eligatur, in iis quae ad debitum in Divinis Officiis regimen spectant, et caeleris quae necessaria erunt pro ipsius Ecclesiae utilitate, certam formulam praescribere valeat usque ad Synodum provincialem proxime habendam, quae tamen regulis Caeremonialis Romani ac Breviarii et Missalis nuper reformatorum Rubricis non adversetur». Die 6 Iulii 1593.

33. TOLETANA. (54)

Cum in Oppido Orani Toletanae Dioecesis Dominicani el Franciscani, necnon Fratres Mercedis in Processionibus turmalim pennixlique incedant, supplicatum fuit, ut S. C. ordinem praescribere dignaretur, quo dictis Religiosis incedendum sit.

Et S. C., re tota iussu SSihi Domini Nostri diligenter perspecta el mature discussa, censuil : « Scribendum atque expresse mandandum esse Vicario praedicti Oppidi Orani, ut posthac curet praefatorum Ordinum ac etiam aliorum, si qui futuris temporibus illuc convenerint, Fratres in omnibus tam publicis quam privatis Processionibus ita procedere, ut Ordines ipsi inter se minime confundantur, sed unus ab alio separatus, el singulorum Ordinum Fratres bini cum omni decentia ac modestia incedant : quod si forte hactenus eiusmodi 'confusionem controversiae de praecedentia exortae pepererunl, observandam curet fel. rec. Gregorii XIII Constitutionem super Fratrum mendicantium el Confralernilalum laicorum praecedentia, editam die 15 Iulii 1583 quae incipit : *Exposcit,* videlicet, ut ii praecedant qui alias in quasi possessione praecedentiae seu iuris praecedendi illic fuerint ; si vero non probetur aut non constet de quasi possessione praecedentiae huiusmodi, tunc ii praecedant qui antiquiores illo in loco sunt ». Die 6 Iulii 1593.

34. BARBASTREN. (55)

Pro Abbate el Monachis Monasterii S. Victorians. — Abbas el Monachi Monasterii S. Vicloriani Nullius seu Barbaslren. Dioecesis asserunt, praedictum Monasterium ulpole in deserto loco situm, exponi noclu praecipue furum maleque viventium invasionibus, el propter redituum tenuitatem Monachos alibi commorantes rhedis vecios ad Horas Canonicas inibi celebrandas ferri, non sine maximo periculo, noctis praecipue tempore, quo nebulones praedicti, el in eos grassari el Ecclesiam depraedari possunt: quapropter postulant sibi concedi matutina ibi sub noctem recitandi facultatem. El S. C. respondit : « Extruanl oraiores Sacellum privatum, commodum, ubi matutinum hora consueta celebrari possit: tempus vero ad id ab Ecclesia praescriptum non immutetur ». Die 20 Iulii 1593.

35. CALAGÜRITANA. (56)

In Causa Collégialité Ecclesiae de Victoria Calagurilanae Dioecesis super Vesperis solemniler celebrandis, Sac. Rituum Congregatio habita die 20 Iulii 1593 censuil : < Hebdomadarium seu alium qui officium faciat, in Vesperis solemnibus indui debere pluviali a principio Vesperarum, et sic indutum permanere usque ad finem. Quod eo magis observandum est, ubi assistentes quoque pluviali induti essent, abusu quocumque non obstante». Die20Iulii 1593.

36. ROSSANEN. (57)

Praepositus Ecclesiae S. Petri Terrae Corigliaui Rossanen. Dioecesis conquestus est, quod in aliis inferioribus eiusdem loci Ecclesiis dic Sabbati Sancti aliqui citius Officium incipere, campanasquopulsare audent, quam ipsa ceterarum Matrix S. Petri Ecclesia : quapropter supplicavit Sacrae Congregationi, ut super hoc inconvenienti op-

porlune, prout iura postulant, providere dignaretur. Et S. C. respondendum censuit: < Celebretur Officium ab aliis quibtiscumque Rectoribus Ecclesiarum pro eorum arbitrio : Campanas vero nemo pulsare audeat, priusquam Ecclesia Praepositi Oratoris ». Die 20 Iulii 1593.

37. TOLETANA. (58)

Ad petitionem Confralomitalis SSmi Corporis Christi Oppidi de Fuente nobella Toletanae Dioecesis, ut liceat differre in Dominicam infra Octavam Corporis Christi Processionem, quam ex instituto facere debent Feria sexta eiusdem Octavae, idque, ut Confralrcs qui in ipsa Feria, ulpole non festa, in rebus rusticis occupantur, ad celebritatem convenire possint ; el S. C. censuit respondendum : *Nihil.* Die 20 Iulii 4593.

38. VALENTINA. (59)

In Parochiali Deniae Ecclesia Valentinae Dioecesis adest ex legato pio, obligatio celebrandi quasdam Duplas institutas ad honorem aliquorum Sanctorum, de quibus recitabatur Officium cum solemnilatibus Vesperarum in Vigilia, el Missae in Festo ante reformationem Breviarii per fel. rec. Pium V faciam ; postquam dubitatum fuit, an, propter concursum dictarum Duplarum cum Feriis vel Festis in Calendario descriptis, binae Vesperae duaeque itidem Missae celebrandae essent, vel potius aliqua commemoratio in Vesperis facienda? Et S. C. respondendum censuit: < Per Breve SSmiD. N. declarari posse satisfieri per commemorationem in Vesperis de die occurrente, iuxta formam Breviarii, faciendam illius Sancti, cuius duplex, antiqua obligatione, celebrare tenentur, dummodo is Sanctus, vel in Marlyrologio Romano, vel in particulari Ecclesiae illius descriptus sil, ac accedente consensu el approbatione Ordinarii. Missa vero celebretur ut solet ». Die 20 Iulii 1593.

39. 1'AVIEN. (63)

Pro *Episcopo Papiensi.* — Vox illa — 1'efo: significat velamen album, sed ille mos equitandi in Processionibus recessit ab aula, praeterquam in ingressu Episcopi ad 'itum Episcopatum, quo casu licet equitare equum album seu albo velamine coopertum. Die Î4 Angusti 4593.

10. AGRIGENTINA. (6Ï

Pro *Ecclesia Agrigentina.* — « Cum ex descriptis in Calendario Agrigentinae Ecclesiae Sanctis, nonnulli neque in Calendario Romano neque in Marlyrologio universali reperianlur, priusquam ad ulteriora procedatur, exhibeant Procuratores Agrigentini publica Documenta, quibus constare possit, an vere tales sint, ut eorum Festivitates sint celebrandae, el quonam modo allegatae consuetudines introductae sint, aut quando et unde ortum habuerint ». Die 7 Septembris 1593.

41. CALAGURITANA. (65)

Pro Dignitatibus ct Decano. — In Ecclesia Dei ordo praecipue servandus est. Itaque cum maxime indecens sit, maiores inferioribus ministrare ; censuil S. C. quod, « celebrantibus Canonicis seu Portionariis, Dignitates praedictae neque Evangelium neque Epistolam cantare debent ; quae Dignitates celebranti Episcopo assistere el inservire tenentur ». Die 7 Sept. 1593.

42. ORDINIS S. FRANCISCI. (67)

Habita fuit Congregatio Sac. Rituum, in qua proposita Causa praecedentiae inter RR. Patres Procuratores Generales Fratrum Minorum de Observantia, el Fratrum Minorum Convenlualium Ordinis S. Francisci, auditis partibus, visisque el examinatis tu-ribus, per utrasque exhibitis : C. censuit : « Fraires Minores Observantes suum Procuratorem Generalem legitime hactenus habuisse, el ex fidibus quas ipsi exhibuerant, constare dictum eorum Procuratorem Generalem in Cappella Pontificia ante Procuratorem Generalem Minorum Convenlualium sedisse. *Quamobrem etiam censuit :* Dictum Procuratorem Generalem Minorum Observantium in hac quasi possessione sedendi manulenendum esse ». Die 26 Nov. 1593.

43. HYDRUNTINA. (68)

Archipresbyler el Archidiaconus Ecclesiae Parochial» S. Petri Galarini Dioecesis Hydrunlinae conquestus est, Vicarium Foraneum dictae Terrae praetendere locum el stallum certum in Choro el in Processionibus, seque velle ingerere in caeremoniis el servitio Ecclesiae, aliisque in rebus ad eosdem Archipresbyterum el Archidiaconum spectantibus : quapropter recursum ad hanc S. C. habuerunt, ut providere desuper dignaretur. El eadem C. censuit : * Supradictum Archipresbyterum Ecclesiae Parochialis Casalis novi praecedere debere Vicarium a Vicario Generali deputatum, Foraneum, eique primam sedem in Choro, praeemt-

nenlias ac praerogativas omnes in Ecclesia deberi : ipsi vero Vicario tamquam simplici Sacerdoti locum inter alios iuxta receptionis suae tempus esse assignandum ». Die 14 Decembris 1593.

44. VENETA. (00)

Congregatio Sac. Rituum censuit : < Concedi posse Fratribus Ordinis Minorum Conventualium Venetiis commorantibus, in sua Ecclesia tamen, vulgo dicta *delli Prati,* in Nocte Nativitatis D. N. I. C. inchoare Matutinum ad populi commoditatem post pulsatam primam horam, coque solemniter el cum debitis caeremoniis decantato, stalim Missam celebrare, etiamsi debitam horam praeveniant ». Die 14 Decembris 1593.

45. NUNTIO APOSTOLICO TAURINENSI. (71)

SSmi D. N. iussu proposita et examinata sunt in Congregatione Sac. Rituum nonnulla dubia una cum literis, el Ecclesiae Taurine». typo a D. V. missis, quorum definitiones cum ad Sanctitatem Suam relatae fuerint, easdem approbavit, atque etiam iussil, ut lam ad 1). V. quam ad S. Sedis Aposlolicae Nuncium transmitterentur : ut in futurum nullum amplius habeant haesitandi locum, sed certo sciant, quid sibi faciendum sil cum eiusmodi sese occasio praebuerit. Eorum itaque omnium exemplum cum his literis mitto D. V., el eidem a Deo omnia feliciter evenire cupio. Roma XV. Cal. Aprilis 1593.

Archicpiscopo Taurinen. — Perillustris el admodum Rer. Domine. — « Accepi I). V. literas, el eodem fere tempore libellos petitionis eius ad SSiîiiim I). N. missos. Quibus quidem propositis el in pluribus Congregationibus mature discussis, S. C. consuit ; nihil immutandum esse in iis quae alias decrevit, sed tantummodo declarandum, Dominationem Vestram, dum ponlilicaliler celebrat, uti posse faldistorio in loco decenti, idesl in cornu Epistolae posito, etiam praesente Nuncio Aposlolico, el Sedem Episcopalem in Choro erigendam omnino esse : quae si in medio inter Dignitates commode erigi non possit, in alio digniori loco dicti Chori pro loci opportunitate construatur, ita ut Dignitatibus praecedat, et a superiori parte Ciborium habeat, ab inferiori autem duobus sil gradibus elata, el hac quidem praesente Nuncio ob Sedis Aposlolicae reverentiam, ve) faldistorio utatur: illo autem absente, uti poterit alia pontificali sede ». Roma XVIII. Cal. Iunias 1593.

46. LUNEN. SARZANEN.

Nostra Sac. Rituum Congregatio perspectis el cognitis SSmi D. N. iussu, quae in libello hoc nomine Presbyterorum S. Mariae dc Spetia exponebantur, inlelligens consuetudinem ab ipsis allegatam conformem esse sacris Canonibus, qui iubent singulis ex uniuscuiusque ordinationis tempore dandum esse locum, censuit : < Amplitudinem Iuam his literis esse commonendam, ut, ea consuetudine restituta, locum cuilibet, iuxta suae ordinationis tempus, debitum assignet; enmque ordinem pro sua prudentia inviolate posthac conservandum curet, nisi dignitatis alicuius praeeminentia aut praerogativa personalis aliud non postularet. Si quid tamen Amplitudini Tuae ad hanc rem occurrerit rescribendum, stalim nostram Congregationem faciant certiorem ». Roma Idibus Octobris 1593.

47. URBIS. (74)

Quaeritur: an Canonicus, qui in Ecclesia Calhedrali locum tenet Vicarii, el gerit personam Cardinalis Archipresbyteri, debeat in Choro habere digniorem locum, et praeferri etiam iis Canonicis, qui sunt Episcopali dignitate insigniti?

Hem : Si contigerit aliquando Vicarii Papae Suffraganeum, qui in illa Ecclesia iurisdictionem non habet, devotionis tantum causa adesse in Choro, non autem actu exercendi aliquod Pontificale munus, an tunc debeat ei praeferri Canonicus, qui tenet locum Vicarii, el refert personam Archipresbyleri Cardinalis, suffragante praesertim velere illius Ecclesiae consuetudine?

Ad dubia proposita nomine < Canonici locum Vicarii oblinentis in Ecclesia, quae Archipresbyterunt habet Cardinalem, S. *R. C. censuit :* Uniusmodi Vicarium, si iurisdiclionem habet, praecedere debere omnes in eadem Ecclesia, etiam eum Episcopum, qui Suffraganei officio in Urbe fungitur, et alios quosque devotionis causa Divinis Officiis in Choro inleressenles ». Die 8 Februarii 1594.

48. CANARIEN. (76)

Ex parte Episcopi el Capituli Canaliensis proposita fuerunt S. R. C. infrascripla dubia :

I. Utrum Dominus Episcopus possit compellere Fratres Mendicantes, quorum Mona-

sieris consistant intra sepia moenium dictae Civitatis ad interessendum omnibus Processionibus solemnities Corporis Christi, et ahis infra annum fieri solitis?

2. An Fraires praefati teneantur antecedere omnes de Capitulo in ordine Processionis, ita ut inter ipsos Capitulates non debeant immisceri, ei in isto casu, cessante Apostolico privilegio, possint se iuvare alicuius temporis praescriptione?

S. R. C. respondendum consuit :

Ad 1. < Episcopum compellere posse supradictos Fratres Ordinis Praedicatorum et Ordinis Minorum de Observantia ad Processiones iuxla decretum Sacri Concilii Tridenlini 25 sess. de Regularibus cap. 13, el declarationem a Sac. eiusdem Concilii Congregatione editam ».

Ad 2. « Ut confusio omnis tollatur, eosdem Fratres suo quemque Ordine separalim a Capitulo Ecclesiae Catbedralis, ceterisque Clericis saecularibus incedere debere, non obstantibus allegatis». Die 10 Maii 1594.

49. NEAPOLITANA. (78)

Visum est S. R. C. < Dominum Archiepiscopum Neapolitanum contentum esse posse, ut Magistri Annuntiationis eiusdem Civitatis, in repositione SSihi Sacramenti, quae fit in Octava Corporis Christi post Vesperas, possint deferre praedictum SSfiium Sacramentum extra Ecclesiam, el procedere iuxla extensionem murorum eiusdem Ecclesiae et domus, ita ut semper ab uno latere dictos muros habeant : dummodo tamen non interveniant alii Religiosi, neque laicoruni societates, praeter illos eiusdem Ecclesiae el domus, vel ab ipsa dependentes ». Die 11 lunii 1594.

50. TIRASONEN. (79)

Ad Dubium nomino Episcopi Tirasonen. propositum : an scilicet Archidiaconus Ecclesiae Calhedralis teneatur assistere, el in sede siue *retpaldo* seu fulcro sedere in aliis Ecclesiis, ad quas praedictus Episcopus adire contigerit?

S. It. C. censuir. < Supradictnm Archidiaconum compelli posse per Episcopum Tirasonen., ut ponlificaliler celebranti aut alia Pontificalia exercenti, non solum in Cathedrali, sed in praescriptis etiam Ecclesiis, sibi assistai el inserviat ; cumque sic assislentem ac ministrantem scabello, sive sella rasa, qnam vocant, proni minidrum deed, contentum esse debere ». Die ..... 1594.

51. AUSTRIA. (82)

Il Memoriale dato in nome di V. S. Illma, el rimesso da Sua Sanlilà alla nostra Congregazione dei Sacri Hili, < *b* stalo lello con molla consolazione di tutti questi Signori miei Ulmi el mia, vedendosi chiaramenle quanto bene corrispondano le opere el effelti alia speranza grande, che sempre s' *b* avulo della prudenza el zelo di V. S. Hirtia nel buon governo di cotesta sua Chiesa, con 1'inlrodurvi hora 1'nso del Messale et Breviario Romano, conforme aquello, che dalla S. M. di Pio V nella riformazione di essi, s'è desiderato, che riuscisse universalmenle per luito il Mondo : al che gioverii molio l'esempio, che ne darâ la Chiesa di V. S. Illma, la quale perciô potrà a piacer suo, et qnanlo prima sarà meglio, che tale f ii parere di questi miei Signori Ulmi, esegnir questo suo pio el sanlo pensiero di far ricevere et ristampare per uso della sua Chiesa li Messali el Breviarii Romani, confidando questi miei Signori Illini che in questo Ici farà usar dihgenza tale, che la slampa riesca ben correlta el emendata, conforme in luito alia nuova riforma el slampa delli Messali el Breviarii Romani senza allerazione alcuna ».

Quanto all'aggiiinla delle Messe el Officii de'Santi parlicolari Patroni delle Chiese, questi miei Signori Ulmi dicono: « esser necessario, che li Santi suddelli sieno descrilli nel Marlirologio Romano, o almeno nel parlicolare di cotesia Chiesa, qual sia sicuro el approvalo, el avverlire insieme; se si prétende pigliare la Messa et Officio dal Comune dei Messale el Breviario Romano, perche in lal caso V. S. lilina lo potrà far senz' allro, ma quando si desideri havere Messe el Officii proprii el parlicolari, sarà necessario che si veggano el approvino prima che si slampino, da questa Santa Sede, la quale non suol concedere al présente, per Decrelo già fallo, allro di pra prio, che le lezioni della Vita dei Santi, de'quali si avrà da recitare ITfficio, che nel resto bisognerà contenlarsi di pigliare ogni cosa dal suddello Comune, el questo, ollre che oggi è necessario, sarà ancora molio piii lodevole per conformaret coi giudicio della Chiesa universale. Inlanlo non s'havcrii da rilardare Γ opera principale della slampa de' Messali el Breviarii, poichè le lezzioni proprie dei Sanli sudeiii, dopoclit! saranno esaminaie ei approvale qui, si dovranno siampare scparaiamenle

et aggiungersi nel fine dei medesimi Breviarii, come sogliono far molle Religioni degli Officii propri dei Sanli loro parlicolari. Cosi aspetlando questi miei Signori Ulmi, el massime io, come servitor suo parlicolare, d' intendor maggiore el piû felice progresso del buon governo di V. S. Illma, in colesla sua nobilissima Chiesa ecc. ». Di Roma . . . . . 1594.

PERUSINA. (83)

Super benedictione solemni Campanarum, quae habentur in Palalio .Magistratus istius Civitatis, nonnulla Amplitudo Tua proponit Dubia, quibus per praesentem Epistolam respondeo.

1. Cum Campanae turris Palatii Aposlolici Perusini loco profano sint sila (quamvis in dicto Palalio duae habeantur cappellae), et profanis usibus inserviant, ut pro indicendis bellis, consilio publico, scholis elc., dubitatur, an pro iis aptari possil formula Ponlificalis, pro Campanis Ecclesiae adhibenda?

2. Dubitatur, utrum dicta benedictio praesumi debeat, quia praefatae Campanae comparatae fuerunt altera sub Pontifice Urbano VI, altera sub Xysto IV ; cum enim tunc temporis civitas Perusina perturbationibus fuerit obnoxia, censeri ne polesl, Episcopum extra eam commoratum fuisse?

3. Si Campanae sint benedicendae, decet ne Episcopum super turrim pergere ut eas benedicat, cum sine ingentibus expensis demitti illae nequeant?

S. R. C. ad primum dubium respondit: « Non videntur posse benedici solemni ritu Campanae, quae solum deserviunt profanis usibus ; nam, ut ex ipsa benedictione, quae habetur in Pontificali, colligi polesl, Campanae benedicuntur in usum tantum ecclesiasticum, ut celera vasa sacra: et ideo inunguntur variisque caeremoniis consecrantur fere ad eum modum, quo consecrantur Altaria ».

Ad 2. Dubium : « Campanae de quibus agitur non videntur praesumi posse esse benedictae non solum quia factae sunt tempore bellorum et schismatum, sed etiam quia sunt institutae ad profanos usus ».

Ad 3. Dubium : « Non videtur ullo modo decere, ut Episcopus in habitu pontificali ascendat turrim, ut Campanas solemni ritu benedicat : posset tamen Sacerdos aliquis turrim ascendere, et aqua benedicta Campanas aspergere». Die 16 Iulii 1594.

53. BAREN. (86)

Ad petitionem Prioris et Capituli Ecclesiae S. Nicolai Baren. S. C. censuil: « Ipsum Priorem S. Nicolai Baren, omnino teneri ad publicas Processiones accedere. Eo autem absente, seu aliqua iusta legitimaque causa impedito, ipsius Vicarium una cum Canonicis et Capitulo suae Ecclesiae; nonnullis tamen pro necessario eiusdem Ecclesiae servitio ibidem relidis ». Die 24 Iannarii 1595.

54. LAURETANA. (88)

Congregatio Sac. Rituum censuit : < Servandam esse laudabilem suprascripti loci, aliarum Civitatum Provinciae, atque finitimarum Ecclesiarum consuetudinem, Caeremonialis Romani regulis et rationi consentaneam, ut nimirum supradiclo Episcopo pontificaliter Missam celebranti, aqua ad eius manus abluendas per Priores eiusdem Civitatis ministretur ». Die 24 Ianuarii 1595.

55. CONCHEN. (90)

Decanus el Capitulum Calhedralis Ecclesiae Conchen. exposuerunt, Regulares diversorum Ordinum ius sibi arrogare velle incedendi in Processionibus permixtim inter Beneficiatos et Curalos eiusdem Civitatis.

Et S. R. C. censuit: « Regulares omnes tam Civitatis, quam Dioecesis Conchen., in Processionibus ante Clerum saecularem distincte ac separalim ab eodem Clero, debito inter se ordine servato, sub suis Crucibus incedere debere ». Die 29 Novembris 1595.

56. M1RANDEN. (91)

S. R. C. censuil : « Concedi posse Episcopo Mirandensi Lileras Apostolicas in forma Brevis, quibus detur ei facultas compellendi Canonicos et Dignitates per muletas et poenas etiam per censuras Ecclesiasticas, ut sibi celebranti atque Pontificalia exercenti, ex Decreto Concilii Tridenlini assistant et inserviant iuxla Pontificalis el Missalis Romani Rubricas ». Die 24 Ianuarii 1596.

57. 11YDRUNTINA. (92)

Archipresbylero el Archidiacono Terrae S. Petri Galalini reclamantibus apud Sacram Rituum Congregationem contra Dom. Fabrilium Lanaro e Comitibus Del Sacco, proventuum baronalium dictae Terrae conductorem, ius quarumdam caeremoniarum in proprium honorem sibi arrogantem; S. R. C. declaravit : Praefato viro nullam competere

caeremoniam tamquam conductori, sed tanquam Comiti thus addendum ad Offertorium, et dandam pacem slatim post primam dignitatem, vel, illa absente, post dignioiem Canonicum. Atque ita servari mandavit. Romae 13 Martii 1896.

58. MEXICANA. (93)

< Pro Monialibus Mexiciapud Indos orientales petentibus, ut possint recitare Officium Romanum, potest concedi Officium Romanum, tum quia rationes ab oratricibus adductae videntur iustae, tum quia S. M. Pius V in Bulla confirmationis Missalis et Breviarii ab eo editi, hortatur omnes ad recitationem Officii Romani, quamvis alia Officia toleret ». Placuit. Die 27 Maii 1596.

59. BRUNDUSINA. (94)

Ad instantiam Archidiaconi Brundusinae Civitatis petentis, ut non liceat Oeconomo Regio, vacante Sede Episcopali, sibi arrogare supra dictum Archidiaconum praecedentiam.

In Congreg. Sac. Rituum habita in Palatio nostrae solitae residenliae in Urbe sub die 3 mensis Iulii anni 1596 inter celera fuit decretum, ut infra, videlicet:

< Oeconomus nullum ius habet in spiritualibus, neque in Ecclesia: et ideo Dignitates et Canonici praecedere debent Oeconomum; cui tamen locus honorificus dumtaxat debetur. Et facto super hoc verbo cum SSiîio D. N. 1'1'., suae vivae vocis oraculo approbavit et confirmavit ». Datum Romae die 3 mensis Iulii 1596.

GO. AQUILEIEN. (95)

Patriarcha Aquileiensis Ecclesiae S. C. supplicat, ut declaret, quis locus dandus sit Coadiuloribus Episcoporum Suffraganeorum in Synodo Provinciali? El S. R. C. rescribendum censuil:

< Coadiulores cum futura successione in Synodo Provinciali sedeant iuxla tempus eorum promotionum ». Die 30 Septembris 1590.

61. COMEN. (97)

Alexander Giovius Comen. Civitatis Clericus in Romano Seminario scholaris exponil, per eius Civitatis Episcopum tempore fel. rec. Gregorii XIII. Breviarium fuisse reformatum, quod in illa Ecclesia et Dioecesi recitari consueverat, mandatumque fuisse, ut omnes Clerici eius iurisdicIloni subiecli, ememodi Officium sub poenis arbitrariis, praeter peccati culpam, quacumque ex causa recitare deberent. Nunc vero praedictus Clericus in Romano Seminario moram faciens, Romanum Officium cuperel recitare, ne si aliquod circa suae Dioecesis Officium sibi dubium oboriatur, nec qui illud declaret, inveniat: porrecta de hac re Datariae supplicatio, huic Congregationi remissa fuit, cui respondere placuit:

< Romae Romanus mos servetur, et ideo Romanum poterit Officium recitare ». Die 30 Septembris 1596.

62. ALECINA. (100)

Episcopus Alecii cum prohibuisset, ne in Ecclesia S. Viti Oppidi Lequilis Alecien. Dioeces. Missa celebraretur, nisi post medietatem Missae solemnis parochialis, a Felice Cascione S. Vili Rectore recursum fuit ad hanc Congregationem, quae decrevit: Licere cuilibet Sacerdoti .Missam celebrare, orta iam die, atque ita observandum scripsit Episcopo, qui denuo S. C. supplicavit, varias adneclens causas, cur praedictam prohibitionem sustinere nitilur, rescriptum fuit:

< S. R. C. stat in decisis, eo magis cum causae ex adverso allegatae facile refellantur ». Die 10 Ianuarii 1597.

63. BRAGEN. (101)

Archiepiscopus Bragen. in Hispaniis exponit, tam in veteri quam in novo Caeremoniali, cum de primo Metropolitani in suorum Suffraganeorum Urbes ingressu verba facit, mandari Suffraganeum Episcopum illi obviam fieri processionaliler cum Clero et Canonicis; atque idem alias a S. Hola decisum fuit anno 1538 in Causa inter Metropolitanum Ilydruntinum, et Alicienscm Episcopum: supplicat igitur ad omne dubium tollendum, ut S. C. suam declarationem velit apponere. Et S. R. C. respondendum censuil:

« Quotiescumque Archiepiscopus incedit soleinniter, debet Episcopus Provincialis illi processionaliler obviam ire ». Die 10 Ianuarii 1597.

61. CALAGURITANA. (102)

Abbas ei Canonici Collegialae Ecclesiae S. Mariae Zennaruzzae Calagurilanae Dioecesis in aspero frigidoque monte sitae, exponunt, solere in ea Ecclesia media node Matutina recitari; atque idcirco brumali tempore propter imbres magnasque tempestates mullos saecularium Officium relinquere, mullasque infirmilales causari ; quapropter

petunt, ut liceat Matutinum récitai i post Completorium diei praecedentis. Et S. R. C. rescribendum censuit : *Nihil.* Die 10 Januarii 1597.

65. CORNETANA. (103)

Coniralernilas Confalonis S. Crucis Civitatis Cornelanae in Congregatione diei 7 Augusti praeteriti anni 1590 supplici libello exposuit, se, uti priori loco erectam, celeras et praecipue eam de Misericordia, in Processionibus aliisque functionibus praecedere solitam. S. C. respondit, produci et audiri partium iura; quibus visis ac consideratis, S. R. C. respondendum censuil:

« Manuleneatur Coniralernilas Confalonis in suo iure praecedendi Confralernilalem Misericordiae; tum ob possessionem in qua exislil, tum etiam ob antiqua documenta quae exhibuit ». Die 10 Januarii 1597.

66. GIENNEN. (104)

Parochiani Ecclesiae S. Crucis Giennen. Civitatis, postulant Episcopo imperari per Sac. Ril. Congregationem, ne eiusdem Ecclesiae ministros adigat ad commodanda aliis paramenia sacra, quae iidem Parochiani ob Ecclesiae paupertatem suo aere et eleemosynis fieri curaverunt. El S. R. C. censuil respondendum :

« Possunt supplicata concedi, et mandetur Episcopo, etiam sub censuris, ut a talibus de celero abstineat ». Die 10 Januarii 1597.

67. MIRANDEN. (10B)

Decanus el Capitulum Miranden. iterum supplicat impertiri licentiam recitandi Matutinum post Completorium a die prima Novembris ad diem primam Maii, idque propler nimia eius loci frigora. El S. R. C. censuil rescribendum: *Nihil.* Die 10 Januarii 1597.

68. PISTORIEN. (100)

Operarii S. Jacobi in Civitate Pistoria cum alias supplicassem pro concessione Officii particularis de S. Jacobo, ut recitatur in Hispania praeter hymnos, qui Italiae non convenirent, responsum fuit, non esse relinquendum Officium Romanum; sed, si aliud ex devotione recitare velint, recitent: de hymnis nihil actum; ac proinde nunc petunt, ut mutentur hymni. El S. R. C. censuil respondendum: « Utantur hymnis de communi Apostolorum, cum non sil absque maxima causa ab usu Romano recedendum ». Die 10 Januarii 1597.

69. SEGORBIEN. (107)

Decanus et Capitulum Segorbien. in Hispania exponunt, ex antiqua consuetudine canlare solitos esse de die Matutinum in Vigiliis Festorum Corporis Christi, Transfigurationis Domini et Visitationis B. M. V., deinde concurrentibus ad Officia ad fidem recenter conversis, cecinisse non modo in praedictis, sed eliam in Festis Assumptionis el Conceptionis B. M. V., SS. Petri el Pauli, S- Augustini, el per lotam Octavam Corporis Christi. Quare supplicant ob spiritualem progressum dictorum conversorum illic maxime confluentium, ut liceat Matutinum, ui supra, canlare tam in dictis Festis, quam in ceteris anni solemnilalibus.

Et S. R. C. respondendum censuil: < Nihil, sed per Octavam Corporis Christi tantum potest lolerari ». Die 10 Januarii 1597.

70. SENOGALLIEN. (108)

Abbas Terrae Montis Novi Senogallien. Dioecesis praetendit non solum sibi, sed suis etiam Clericis deberi praecedentiam supra Priorem S. Severi, qui tamen allegavit consuetudinem contrariam sibi faventem, quamvis contentus esset a sinistris ipsius Abbatis incedere. Cum in anleaclis Congregationibus responsum fuisset pro Priore, Abbas consuetudinem negans, primam iterum renovavit instantiam.

Et S. R. C. respondendum censuit : < Servetur solitum, el probetur allegata consuetudo ». Die 10 lanuarii 1597.

71. VALENTINA. (III)

Abbas el Fratres Monasterii Montis Sancti Ordinis Cistercien. Yaientinae Dioecesi', siti in Monte Terrae Nativae exponunt: in eadem Terra intolerabilem esse aeris frigiditatem, ipsosque Fratres solere ante Solis ortum Matutinum recitare in Choro, quo ut eant, transeundum esi per locum sub diu exislenlem, imbribus ac frigori expositum; supplicant igitur, ut liceat post Completorium recitare Matutinum a die prima Novembris ad diem primam Maii. El S. R. C. censuit respondendum: *Nihil.* Die 10 mensis lanuarii 1597.

72. ORD. COELESTINORÜM. (112)

Fratres Coeleslini Parisiensis Civitatis exponunt se ex fundatione Regiorum Secretariorum teneri quolibet die Dominico Of

ficium defunctorum recitare, non obstante quod sequatur Festum semiduplex vel octava, quod repugnare videtur Constitutionibus ecclesiasticis. Quapropter supplicant dispensari, vel posse dictum Officium recitare alio die non impedito.

Et S. R. Congr. respondendum consuit: < Dummodo ordinarium Dominicae Officium celebretur, nulla ratio obstat, quod mortuorum Officium etiam in Choro ab Oratoribus dicatur, cum maxime aequum sil, ut piorum voluntates debilis huiusmodi obsequiis non fraudentur ». Die 9 Martii 1897.

73. SARZANEN. (113)

Episcopus Sarzanen. exposuit SSmo, se in visitatione montium Ponlis-Iremuli reperisse, quod Parochiales Ecclesiae S. Benedicti in Villa Ponloli , Assumptionis in Villa Alboreii, S. Michaelis in Villa Brai unitam illi S. Georgii in Villa Brat, S. Mariae in Valdina, quae non mullum inter se distant, quamvis a Cathedrali 30 millia passuum dissitae, nullam aliam recognoscentes Matricem, tempore benedicendi Fontes unaquaeque suum Fontem per unicum Sacerdotem benedicit; Olea sancta, vel ex aliena Dioecesi, vel promiscue ex quacumque commodiori, et saepe etiam vetera sumunt, iisque pro novis utuntur. Quapropter supplicat, ut liceat erigere aliquam ex illis Ecclesiis in Matricem, ubi fiat benedictio Fontis, et distributio novorum sanctorum Oleorum pro omnibus aliis subtectis Ecclesiis. SSihus remisit ad Congregationem Ulmorum Cardinalium super Sacris Ritibus, qui diligenter examinent, et, si opus fuerit, Sanctitati suae referant.

In Congregatione Sac. Rituum habita sub die 9 Martii 1897 fuit decretum , ut infra, videlicet : *Congregationi concedendum ritum fuit.*

Facta super hoc relatione in scriptis SStho D. N., approbavit Decretum, et in haec verba ťescripsit < Sed fiat expeditio Romae, quia Episcopus de iure communi non potest alterare statum Ecclesiarum. Et videndum erit, quae iurisdiclio sil concedenda Plebano in reliquos Parochos ». Die dicta 9 Martii 1897.

74. VINDASCINI COMITATUS (116)
«u CARPENCTORACTEN.

Rector Comitatus Vindascini varias cau-
-3s exponit, cur Episcopus Cnrpendoracten. non debeat praecedere, recursumque habens ad S. C., huiusmodi ius sibi vindicaro conatur.

EI S. R. C. respondendum censuit: « Nihil; sed servetur decisio saepius facta, ita tamen, quod in Congregationibus seu parlameniis dumtaxat, in quibus status conveniunt, et Rector praesidet uti summum caput, Episcopus vero interest, tamquam Praelatus ecclesiasticus, eumdem Episcopum debeat Rector antecedere ». Die 9 Martii 1597.

75. URBIS. (117)

Vicarius S. Mariae Maioris in Urbe exponit, Dominum eiusdem Urbis Gubernatorem praetendere honorem porrigendi aspersorium cum aqua benedicta SSmo D. N. ad eamdem Ecclesiam accedenti, etiam praesente dicto Vicario, si nullus adsit ex S. R. E. Cardinalibus. Quapropter supplicat declarari ad quem id honoris spectare videatur?

Et S. R. C. respondendum censuit: « Ingredient» SSmo D. N. aliquam ex tribus Patriarchalibus Urbis Ecclesiis, aspersio aquae benedictae non a Gubernatore eiusdem Urbis, qui nullam habet regulariter iurisdictionem spiritualem, sed a Vicario eius Ecclesiae, aut, eo absente, ab antiquiori digniorique Canonico tamquam Capituli capite praebeatur ». Die 9 Martii 1597.

7G. CARPENCTORACTEN. (118)

Episcopus Carpencloracten. exponit, Generalem Armorum Avenionensium praetendere, ut Episcopus illi obviam extra Civitatem equitans occurrat, et incedat ad sinistram, quod ab aliis etiam eorum locorum Episcopis exigere contendit.

EI S. R. C. declaravit, ut sequitur: < Episcopus, cuius maxima est dignitas, debet ubique in Ecclesia, Civitate et Dioecesi Carpencloracten. Generalem Armorum Avenionis antecedere. Quod ex simili ratione cum Archiepiscopo Avenionensi per Congregationem servari mandatum fuit ». Die 28 Martii 1597.

77. MONTIS PILOSI. (119)

Canonici Cathedralis Ecclesiae Montis Pilosi petunt declarari, an sil servanda eiusdem Ecclesiae consuetudo, ut Canonici Dignitatibus inserviant quando ponlificaliler celebratur?

Et S. R. C. respondendum censuit: « Vetus consuetudo absque ratione et temere non est mutanda. Servelur itaque ea in Ecclesia usus hactenus receptus; quod, si

quid habent in contrarium, orelenus dicant ». Die 28 Martii 1897.

78. PANORMITANA. (121)

Societas Alborum Civitatis Panormitanae recursum alias habuit ad S. Congreg. contra alias Societates sibi usurpantes habitum similem, rescriplumque obtinuit sub die 7 Augusti 1896: Servetur omnino ea habituum distinctio, quae a primaeva uniuscuiusque institutione fuit adhibita, quae aliquo modo aut artificio interverti non permittatur, et ad maiorem facilitatem interposuit inhibitionem Domini Auditoris Camerae: nunc vero nonnullae Societates petierunt ab A. C. moderari inhibitionem, et A. C. mandavit reduci ad terminos iuris. Quapropter praedicta Societas Alborum supplicat mandari Domino A. C. ne se intromittat in rebus S. R. C. spectantibus, praefatamque moderationem surreptitie impetratam declarari.

Et S. R. C. censuit: « Ut A. C. nullatenus in negotiis ad dictam Congregationem quomodocumque speclanlibusse intromittat, ea inconsulta, sed revocare debeat inhibitionem ad terminos iuris reductam ». Die 28 Martii 1897.

79. OPPIDANA. (123)

Censuit Congregatio : < Ut, citra praeiudicium iurium ambarum partium, pendente Causarum et litium decisione faciendа, servetur concordia inita inter R. Priorem et Monachos Monasterii S. Calharinae Ordinis Coeleslinorum Terraenovae Provinciae Calabriae ultra Dioecesis Oppidanae ex una, et Rectorem ac Clerum dictae Terrae ex altera, et signanter circa delationem SSihi Sacramenti in eius Festo, ut processionaliler exeat ab Ecclesia S. Mariae clericorum saecularium, et ducatur ad Ecclesiam Divae Calharinae Monachorum Coeleslinorum , ibique solemniler Missae Sacrum fiat, quo peracto, reducatur ad Ecclesiam praefatam S. Mariae, cum hoc sacris ritibus non repugnet. Si quid vero in contrarium per Rectorem et Clerum praetenditur, S. C. ipsos in eorum iuribus audiet ». Die 8 Maii 1897.

80. URBIS. (128)

Ad quaedam Dubia in Sacra Congregatione proposita, quorum tenor in foliis reperiri non potuit, fuit responsum , ut sequitur, videlicet:

Pro Prolonotariis : « Feria VI in Parasceve SS. D. N. fimbrias deferre ad cubicularios intimos pertinet, cum eo die Summus Pontifex sil absque pluviali; qua in re nullum Prolonotariis praejudicium videtur afferri, qui solemnilalibus aliis eidem Summo Pontifici cum pluviali et mitra eo in ministerio solent inservire ». Die 8 Maii 1897.

81. ASTEN. (126)

Praepositus Ecclesiae Cathedralis Aslen. per 1res sententias conformes obtinuit remitti in suo slallo, quod prius ab Archidiacono fuerat occupatum: et Archidiaconus coactus est in ultima sede Chori se collocare, mullique ex Canonicis suum antiquum slallum relinquentes Archidiaconum sequuli, prope illum consedere, quod est contra veterem eius Ecclesiae consuetudinem, iuxta quam antiquiores Canomci prope sedem Praepositi gradalim assidere solent. Supplicat igitur praefatus Orator, ut quisque secnndum suam anteriorilatem et eiusdem Chori consuetudinem debeat, ut antea, in suo loco sedem habere.

Et S. R. C. rescribendum censuit: < Scribatur ad Episcopum, ut curet consuetudinem solitam servari; qua in re, si quid habuerit quod difficultatem faciat, inierim supersedeat, dum Congregationem faciat certiorem ». Die 21 Iun. 1897.

82. BENEVENTANA. (127)

Quamvis S. R. C. visum fuerit, Vicarium temporalem et Consules Beneventanae Civitatis thurificandos esse, eisque pacem dandam post Rmum Archiepiscopum, Dominum Gubernatorem. Dignitates et Canonicos Cathedralis Civitatis eiusdem, moderni tamen Consules eamdem moverunt difficultatem, ideoque supplicatum fuit pro Decreti observatione.

Et S. R. C. respondendum censuit: « Non est ullo modo a Decreto alias facto in C. S. R. recedendum, et Magistratus debet Divinis Officiis in Ecclesia Metropolitana, quao eius Civitatis caput est, omnino intéresse». Die 21 Iunii 1897.

S3. CIVITATIS CASTELLI. (128)

Canonici Cathedralis Civitatis Castelli exponunt, ex immemorabili prorsus eiusdem Cathedralis consuetudine prius Canonicos et postea saecularem Magistratum thurificari solere, quod et Decreto et Epistola S. C. dio 9 Martii 1593 fuit confirmatum. Nunc vero renuunt Priores ol Confalonerius, non sine Gubernatoris assensu, ad Ca-

thedralem accedcrc, nisi ante Canonicos thnrificentur: quarc supplicant eidem Congregationi dignetur praecipere Gubernatori, ut obliget expresse dictos Confalonerium cI Priores ad accedendum Ecclesiae Cathedral) pro Divinis Officiis auscultandis, et sint contenti incensatione post praefatos Canonicos, iuxta antiquissimam eius loci praxim.

EI S. R. C. respondendum consuit : < Decretum alias facium, quod justissimum, omnino servetur. *Censuilque Congregatio* Magistratum Divinis Officiis Ecclesiae Cathedralis diebus solemnibus (attento velere usu) interesse debere. Displicuit praeterea Congregationi vehementer licentia Gubernatoris, qui in execulione antedicli decreti contra omne ius mandavit supersederi, et facto super hoc verbo SSmo D. N. omnino suae vivae vocis oraculo approbavit et confirmavit ». Die 21 Iunii 1597.

84. RECINETEN. (129)

Cum Recinetensis Civitatis Ecclesia Cathedralis, olim a S. M. Sixlo PP. V suppressa, fuit restituta, placuit Prioratibus pro tempore aquam ad lotionem manuum Episcopo solemniler celebranti porrigere: at cum postea conarentur hunc morem abolire, occursum est Decreto S. C., quae etiam Breve SS. D. N. desuper expediri curavit. Recinetenses, ne viderentur id facere coacte nil attendentes Breve, mox decreverunt velut ex se ipsis, dandam esse aquam ad manus, quod usque adhuc praestiterunt. Nunc vero recenter consilium inivere in quo statuerunt formam et modum, quo eadem aqua sit praebenda, adieclo poenali et infamiae decreto contra aliter facientes : quapropter Episcopus Laurelan. et Recinelen. ad S. C. pro medio opportuno recursum habuit.

F.t eadem S. C. rescribendum censuil:

« Detestata est Congregatio Magistratus Recineteu. temeritatem, qua Decreto alias facto, Brevique Apostolico non solum ausus est contraire, sed decernere praeterea, ut illi parentes infamia notarentur, novosque ritus caeremoniarum pro eorum libilo praescribere: eapropter serventur et exequantur Decreta per Congregationem alias lata, et Breve Apo>tolicum desuper expeditum ». Die 21 Iunii 1597.

85. CAESENATEN. (131)

Andreas Fornacinus Rector S. Demetrii Dioecesis Caesenaten. exponit, centum ab hinc annis celebratam fuisse dicti Sancti Festivitatem die 10 Augusti, ad quam multi concurrentes eleemosynas erogabant, quae pro Rectoris stipendio inserviebant: quatuor ab hinc annis Lucas de S. Damiano Curatus S. Ioannis Baptistae Ravennaten. Dioecesis in sua Ecclesia Praecursori praefato dicata instituit celebrationem Festi S. Demetrii, cuius neque Reliquias habet neque titulum : quapropter supplicat, ut opportunum apponatur remedium.

Et S. R. C. respondendum censuil: « Scribendum ad Vicarium Apostolicum Ravennaten., ut praecipiat Lucae de S. Damiano Ciiralo Ecclesiae S. Ioannis Baptistae Dioecesis Ravennaten., quod desistat, et rei Iotius statum ad S. C. ipse perscribat ». Die 18. Iulii 1897.

86. ELBOREN. (133)

Pro parte Decani et Capituli Elboren. supplicatur declarari infrascripla dubia, videlicet :

1. An in Missa solemni Archiepiscopo sine cajppa ponlificaliter assistenti Sacerdos pluviali indutus, illius manu prius osculata, aspersorium debeat porrigere: an potius, facta reverentia, illum aspergere?

2. An Archiepiscopo Horis canonicis praesenti, cum Canonici in fine Completorii aqua benedicta asperguntur, idem sit praestandum, et a quo, et quomodo?

3. An Archiepiscopus sine cappa pontificali , vel cum ea in Missa solemni assistens, habere debeat duos Assistentes?

4. An Archiepiscopus accedens ad Ecclesiam sine cappa pontificali, debeat facere confessionem cum Celebrante a sinistris, et duobus Assistentibus a dexteris?

8. An solemniler Celebrans debeat versus Archiepiscopum facere confessionem, an autem versus Altare ?

(5. Au Archiepiscopo, cum fuerit sine cappa pontificali in Missa solemni, ea sint solemni ritu praestanda a Ministris Altaris et a Canonicis, quae Pontificale Romanum ei, si fuerit cum cappa pontificali, exhibenda praescribit?

7. An Canonici ad accipiendos cineres, ramos palmarum et candelas statutis diebus per annum de manu Archiepiscopi, vel alterius qui id officium celebret, sine mucetis laneis et nigris (quibus ut ordinario habitu in Choro super superpelliceo lineo utuntur) debeant accedere ?

8. An Dignitates vel Canonici, cum Archiepiscopo sine cappa pontificali existent!

quoquo modo assistuni, id sine eisdem mucetis facere dcbeanl, an cum illis?

9. An Archiepiscopo sine cappa pontificali incedente, debeant Canonici el Capitulum ad eiusdem cubiculum accedere?

10. An in aspersione aquae benedictae diebus Dominicis fieri solitae Celebrans, qui sine Ministris vagatur per Chorum habens in manu hyssopum, ut cuique secundum eius gradum aquam porrigat, possit per unum ex Ministris populum aspergi facere?

S. R. C. respondendum censuil:

Ad 1. « Declarent usum illius Ecclesiae ».

Ad 2. « Declarent, ut supra ».

Ad 3. « Si haheal cappam, habebit Assistentes; secus, si sine cappa ».

Ad 4. < Nihil ».

Ad 5. « Fiat versus Altare, et quando dicit: *et tibi Pater,* vertat se ad Praelatum ».

Ad 6. « Nihil si sine cappa ».

Ad 7. « Accedant parati si Archiepiscopus benedicit: secus in habitu, prout assistunt in Missa ».

Ad 8. « Nil si sine cappa ».

Ad 9. « Canonici non tenentur ad Archiepiscopi cubiculum accedere, nec ipsum sine pontificali cappa existentem associare ».

Ad 10. « Missae Sacrum faciens per Chorum tantum a Ministris associatus aspergat. Per Ecclesiam vero et ad populum poterunt Ministri ipsi aspergere in Sacrificio illo ». Die 2 Septembris 1597.

87. FUNDANA. (134)

Pro parle Episcopi Fundani fuerunt proposita infrascripla Dubia, videlicet:

1. An Capitulum Collegialae S. Mariae Civitatis Fundanae debeat dare praecedentiam Capitulo Ecclesiae Cathedralis invitato, vel ad Festum Titularis seu alterius, vel ad funeralia, in eadem Collegiala?

2. An, cum utrumque Capitulum invitatur ad Processionem funeralium, debeat Capitulum Collegialae accedere ad Calhedralem, ut se cum Capitulo Cathedralis eiusdem coniungat, vel liceat id facere in quadam via?

Quoad primum caput, consuit S. C., < Canonicos Cathedralis Ecclesiae Fundanae praecedere debere Canonicos celerosque Ecclesiae Collegialae, tam in funeralibus officiis celebrandis , quam in aliis actibus , etiam intus Collegiatam ».

Quoad secundum : « Canonici et Capitulum Ecclesiae praedictae Collegialae in funeralium Processionibus congregentur in Ecclesia Calhedrali, el inde cum Canonicis Cathedralis discedant el incedant, consuetudine in contrarium asserta non obstante ». Die 2 Septembris 1597.

88. 1UVENACIEN. (135)

Iosephus de Mena alias recursum habuit ad S. C. contra Episcopum Iuvenacien., qui eum compulerat ad inleressendum Choro, postquam Archidiaconalum, quo fungebatur, renunciaveral. Et S. C. censuil rescribendum: «Scribatur ad Episcopum Iuvenacien., quare Oratorem ad narrata adstringil? el interim abstineat ab huiusmodi iussu ». Cum vero Episcopus non visus est ilii acquievisse supradicto Decreto ; iterum Orator adiit S. C. pro nova in posterum provisione.

El Sac. C. « Stat in alias decretis sub die 8 Februarii praeteriti 1597, el proinde dictum Iosephum de Mena Oratorem non teneri ad narrata; nec quoquo modo adsIringi posse tam per praesentem Episcopum, quam eius in futurum Successores ». Die 2 Septembris 1597.

89. LISBONEN. (136)

Orta controversia inter Decanum el Cantorem Ecclesiae Lisbonen. super quibusdam praeeminenliis, quae in regimine Chori solent exerceri, recursum esi ad S. C., ul declaret, ad quem eorum pertineant infrascripla, videlicet:

1. Mandare incipere. 2. Mandare cantare. 3. Mandare recitare alta vel submissa voce, paullatim vel celeriter. 4. Minuere Lectiones. 5. Sonare *Te Deum laudamus* totum aut pariem. 6. Locum dare in Choro. 7. Excitare dormientes, quando punclalor non attendit. 8. Vocare Bénéficiâtes, ut vadant ad adiuvandum cantare. 9. Determinare dubia, de quo recitandum est. 10. Mandaro recitare de Sancio aut de Feriis. 11. Regere Processiones intus et foris. 12. Mulciare Bénéficiâtes el Thesaurarios, qui desum in Processionibus. 13. Punire pueros Chori, et eis imperare. 14. Non convenire in Choro sine colla. 15. Facere nolam, per quam omnes inserviant in hebdomada. 16. Mandare dicero Missam quando deesl nolalus, et eodem modo Evangelium et Epistolam. 17. Dare signum el ictum incipiendi Lectiones Nocturnorum defunctorum. 18. Dare ictum et signum exeundi e Choro?

Censuil C. : « Concedi posse Decano

Lisbonen. (ria capita tn eius supplici libello petila, nempe mandare incipere, el dare ictum et signum incipiendi Lectiones Nociurnorum, et facere signum exeundi a Choro. Cetera vero ad Cantorem spectare >. Die 2 Septembris 1597.

90. SALAMANTINA. (139)

Inter Capitulum el alias Ecclesias Salmanlicen. Civitatis orta est controversia, praetendente Capitulo illis non licere uti Cnice argentea sine manica; facloque ad S. R. C. recursu,

Congr. censuil (partibus inde auditis); « Delationem manicae neque tribuere Jurisdictionem aut praeeminenliam, neque adimere; ritui vero non repugnare, quominus Regii Cappellani Ecclesiae S. Marci Salamanlin. possint uti, vel non uti dicta manica. El facto verbo cum SSfno D. N. placuit, el suae vivae vocis oraculo adprobavil el confirmavit ». Die 10 Februarii 1598.

91. URBIS. (140)

Sacrisla in Cappella SSihi D. N. sedeat in gradibus Altans post Auditorem Rotae servientem de Mitra, el post eum pacem accipiat, el thurificelur. Die 10 Februarii 1598.

92. ABULEN. (142)

Decanus Ecclesiae Abulen. exposuit consuevisse olim Canonicos ante versum – *Pretiosa* – in Prima facere processionem pro defunctis, inde convocare Capitulum, el, eo peracto, prosequi Primam; qui mos, cum visus sil repugnare rubricis ecclesiasticis, intermissus esi, et posl Primam integre absolutam processio facta, el Capitulum celebratum. Sed cum in praeiudicium rerum ecclesiasticarum inulti nunc deserant Capitulum, supplicat, ut liceat pristinam consuetudinem reassumere.

El S. R. C. respondendum censuil; < Si adsunt negotia necessaria pro Capitulo poterunt convocari Capitulares, etiam poenis appositis, sed non impediatur processio post Primam ». Die 7 Aprilis 1598.

93. CASTRI MARIS. (143)

Contraires S. Mariae in Portu Civitatis CisIri Maris Stabien. [undatae a Piscatoribus ^serunt se per Breve SSrni D. N. obtinuisse licentiam piscandi diebus festis de praecepto post auditam Missam, el Divinis Officiis i elebralis, impendendo tamen ad Cappellae beneficium lucri piscatorii medietatem. Vicarius eiusdem Civitatis praetendit Oratoribus piscari non licere, nisi post solemnem Missam Calhedralis, habiloque ad Congregationem recursu, Eadem respondendum censuil : « Audita privata Missa ». Die 7 Aprilis 1598.

94. LEGIONEN. (144)

Pro parte Episcopi, et Capituli Legionen. supplicatur declarari infrascripla Dubia, videlicet :

1. An, quando Episcopus, Capitulum el Clerus Calhedralis Legionen. accedit ad Ecclesiam S. Isidori processionaliter in die Festivitatis eiusdem Sancti, vel alias quandocumque ob aliquam necessitatem el causam, Prior et Clerici Regulares S. Augustini commorantes in Monasterio eiusdem Ecclesiae possint impedire et recusare dictam Processionem, vel potius debeant et teneantur illam intra eorum Ecclesiam reverenter admittere et recipere?

2. An quandocumque dictum Capitulum processionaliter iter faceret prope dictam Ecclesiam el Monasterium S. Isidori, dicti Clerici Regulares teneantur el debeant campapas eorum Ecclesiae pulsari facere, el pariem viarum eis tangentem el perlinentem tergere, praeparare, el ab omni immunditia expurgari facere, proul fit in aliis viis Civitatis?

S. R. C. decrevit, ut infra, videlicet;

Ad 1. « Tenentur Prior el Clerici Regulares •Monasterii S. Isidori obviam ire el recipere Processionem in dic Festi S. Isidori, el Litaniarum maiorum, vel publicam aliquam ob causam, vel si vigel consuetudo ».

Ad 2. * Tenentur Clerici Regulares praedicti in transitu Processionis Campanas pulsare, ac vias mundare in praefalis diebus lanium el ob narratas causas. Verum si dicti Prior el Clerici Regulares in aliquo se gravatos circa omnia praedicta senserint, Sacram adeant Congregationem, quae providebit, ui iuris ». Die 7 Aprilis 1598.

95. HISPANA. (145)

Clerus Hispanus asserit in maiori illarum Ecclesiarum parte vigere consuetudinem oblinendi Dignitates cum Canonicalu vel poi tione aut dimidia portione ; ideoque tenentur praestare servilia spectantia tam ad Dignitates cum Canonicalu, quam ad portionem vel dimidiam portionem. Visum est indecens Dignitates praeeminenliam celeris habentes talia munia obire; sed tamen hinc

evenit, ul ea servilia non praestantes emolumentis minime gauderent, ex quo cum orta sit controversia, et ante (fiversos Judices agitata, tandem recursum est ad SSmi D. Nostri supremam auctoritatem ; negotioque ad S. R. C. remisso, eadem Congr. censuit : « Dignitates posse asserta minuta servilia omittere, dummodo alios eiusdem Ordinis inferiorum serviliorum (ne Ecclesia debito defraudetur obsequio) ad id muneris adhibeant, el distributiones quotidianas vel alia emolumenta, causa dictorum serviliorum debita, minime lucrentur; sed actu inservientibus accrescant el distribuantur ». Die 7 Aprilis 1598.

96. EGITANIEN. (147)

Pro Episcopo Egilanien. Lectum fuit Memoriale, in quo petebat a Sacra Rituum Congregatione resolutionem infrascriplorum Dubiorum. Quibus Dubiis et petitionibus eadem S. R. C. die 10 Iumi 1602 respondit, ut infra, videlicet :

Ad 1. An ipse Episcopus possit prohibere Canonicis, ne Capitulum seu Congregationes faciant dum in Ecclesia Horae Canonicae cantantur, el Missa maior celebratur, non obstante quavis praetensa in contrarium consuetudine?

Respondit : < Episcopum posse id prohibere, iuxta aliam similem declarationem faciam ab eadem Sacra Congregatione in una Lisbonen. sub die 17 Novembris 1000, in qua declaravit, non esse celebrandum Capitulum dum Missa seu Horae Canonicae in Ecclesia celebrantur : idqne etiam fuit decretum in Conciilis Basileensi, Coloniensi el Mediolanensi, el aliis: ita ul Canonici contravenientes puniantur in amissione quotidianarum distributionum, nisi adesset urgenlissima causa vel maxima necessitas ».

Ad 2. In quo narratur, quod cum in Oppido *Abrantes* duae sint Ecclesiae Parochiales, ulriusque Rectores el Parochiani praetendunt, quod Episcopus teneatur incipere Visitationem a sua Ecclesia. An Episcopus possit Visitationem incipere ab ea Ecclesia, quae sibi magis placuerit, non obstante quavis dictarum duarum Ecclesiarum, seu earum Rectorum el Parochianorum praelensione ?

Respondit : « Episcopum posse Visitationem incipere ab ea Ecclesia, quae sibi magis placuerit, reservatis iuribus, el sine praeiudiciopraelensionis alterius Ecclesiae».

Ad 3. An Episcopus possit cogere Rectores Parochialium Ecclesiarum suae Dioecesis, ul vinum, hostias, paramenta etcetera ad celebrandum necessaria subministrent Presbyteris in eorum Parochiis commorantibus, et in eorum Ecclesiis celebrare volentibus, iuxta antiquam consuetudinem?

Respondit : < Episcopum non posse cogere praedictos Rectores, sed hortari, et Rectores recte facturos si monitionibus et hortamentis Episcopi pareant ».

Ad 4. An Episcopus possit cogere Regulares, ul in commemorationibus ultimis, quae fiunt in Missis privatis et non solemnibus, nec duplici ritu celebratis, videlicet pro Papa, pro Episcopo, pro Rege, pro Principe el Prole Regia, el cuncto Populo Christiano etc., iuxta antiquam consuetudinem Regni, ul omnino ipsi Regulares faciant commemorationem Episcopi, seu Antistitis Ordinarii, quia id Regulares non faciunt, sed loco Antistitis suum Ordinem commendant?

Respondit : < Episcopum Regulares ad hoc faciendum cogere non posse ».

Ad 5. An Episcopus in Ecclesiis Parochialibus Oppidi de Castello Blanco suae Dioecesis, duo Tabernacula lignea in aere pendentia fere supra Altaria, ubi Missae celebrantur, fabricata, ibique rumores et strepitus fiunt cum scandalo populi, possit ad formam non scandalosam, et in loto Regno solitam reduci facere?

Respondit : < Episcopum posse id facere vel in generali Visitatione, vel prout melius sibi videbitur ».

Ad 6. An Episcopus possit prohibere, ne Commendator el Praefectus de Castello Blanco, et Praefectus de *Abrantes* sedes apud Altare Cappellae maioris portare faciant, ibidemque sedeant Divinis Officiis inleressenles, adstaulibus suis familiaribus cum scandalo populi, non obstante quacumque consuetudine in contrarium pro dictis Commendatore el Praefectis faciente?

Respondit eadem S. C. : « Episcopum posse id facere ad tollenda scandala, vel in Visitatione generali, vel prout melius sibi videbitur, maxime si sedes praedictae locentur in Presbyterio, prout praesupponilur ». Die 10 Iunii 1602.

97. LAURETANA. (148)

Pro parte Episcopi Laurelani quaesitum fuit : An faciente Officium Vesperarum uno ex Beneficialis dictae Ecclesiae parato cum pluviali, et cum assistentia duorum Clericorum eiusdem Ecclesiae pluvialibus similiter paratorum, thurificandi sint ipsi duo

Clerici ante Beneficiates non paratos in Choro sedentes ?

Congé. S. R. respondit : < Ratione paraincntonim thurificandos esse Clericos praedictos paratos, ante Beneficialos non paratos in Choro sedentes ». Die 10 Iunii 4002.

98. BITUNTINA. (149)

Pro Clericis Regularibus S. Silvestri in Civitate Bituntina commorantibus, quoad iunera et sepulturas, Congregatio S. R. decrevit: «In omnibus servandum esse Decretum in simili causa ab ipsa Congregatione alias factum pro iisdem Clericis contra Episcopum et Capitulum Ecclesiae Lycien. Et proplerea non licere Clero Ecclesiae Bilnnlinae, invitis praedictis Clericis, in eorum Ecclesia Missas seu Officium Defunctorum celebrare: sed, associato funere ad eorum Ecclesiam, redire debere iuxta formam dicti Decreti Lycien. ». Et ita declaravit. Die 10 Iunii 4602.

99. PLACENTINA. (451)

Pro Monachis S. Sisti Congregat. Cassinen. Placentiae commorantibus narratum fuit, quod ipsi Monachi numquam in eadem Civitate, nec alibi soliti sint accedere ad alias Processiones, praeterquam ad Processionem SSmi Sacramenti. Nunc vero Episcopus vult eos cogere, ut accedant etiam ad Processiones, quae fieri solent pro Rogationibus maioribus et minoribus singulis annis, ad quas nunquam antea accesserunt : et proplerea petierunt, non adstringi ultra eorum solitum et consuetum.

Congr. Sacr. R. respondit : « Monachos praedictos non esso ullo modo cogendos accedere, nisi ad Processionem SS. Sacramenti, iuxta antiquam eorum consuetudinem ; quam tam dictis Monachis Placentiae commorantibus, quam aliis eiusdem Congregationis Cassinen. ubique conservandam esse censuit et declaravit ». Die 10 Iunii 1002.

100. MESSANEN. (102)

Ad petitiones porrectas pro parte Vicarii Generalis Civitatis Messanen. circa modum dandi pacem inter Missarum solemnia ipsi Vicario, qui in Choro apud stallos Canonicorum sedere solet ;

Sacra R. C. censuit : < Non esse recedendum ab ultimo statu, iuxta regulas Caeremonialis Episcoporum introducto, dandi pacem <um osculo tam ipsi Vicario, quam ceteris omnibus vins ecclesiasticis in Choro sedentibus ». Et ita declaravit. Die 8 Iulii 4602.

101. ANDRIEN. (153)

Pro Canonicis et Capitulo Ecclesiae Calhedralis Andrien. Congregatio Sac. Rituum declaravit: < Dictos Canonicos et Capitulum non esse cogendos ab Episcopo, ut praeter eorum solitum et consuetum cantent 1res Nocturnos pro quolibet defuncto qui ad eorum Ecclesiam ad sepeliendum deducitur : sed satis esse, si unum Nocturnum decantent, prout hactenus consueverunt ». Die 8 Iulii 1602.

102. VALVEN. (154)

Canonici et Capitulum Ecclesiae Valven. petierunt: An Abbates benedicti, qui alias in Synodo Dioecesana habuerunt praecedentiam , attenta declaratione Congregationis Sac. Concilii et novi Caeremonialis Episcoporum , quod Canonici processionaliter et capitulariter procedentes, praecedant ipsis Abbatibus, debeant adhuc eisdem Abbatibus cedere, vel super illos praecedentiam habere ?

Sac. C. R. respondit : < Non esse recedendum a Decreto Congregationis Sacri Concilii, et dispositione libri Caeremonialis Episcoporum ». Die 8 Iulii 1602.

103. AESINA. (157)

Ad petitiones porrectas pro parte Philippi Canonici et Priorum Aesinae Civitatis, qui conquerebantur de quibusdam Canonicis Diaconis, qui male interpretando librum Caeremonialis Episcoporum, praetendebant illius vigore a dexteris et sinistris, quasi assistentes Episcopi procedere, quotiescumque ipse Episcopus ad Ecclesiam cum cappa, ut divinis Officiis assisteret, accedebat ; nec cum aliis Canonicis in loco suo procedere volebant, et ita impediebant locum Priorum, qui hactenus Episcopum ad Ecclesiam accedentem associaverunt ;

Sac. Rit. Congr. respondit : « Non recedendum esse a dispositione libri Caeremonialis, qui aperte quid in simili casu faciendum sit declarat Lib. 1, cap. XV, nec prohibet, quin Magistratus possit medium inter duos ipsius Magistratus Priores Episcopum ad Ecclesiam accedentem associare : Quod si in Ecclesia Aesina consuetum sil, servari posse ; Canonicis vero Diaconis locum praedictum non convenire, nisi quando Episcopus paratus cum mitra ad Ecclesiam accedit ». Et ita declaravit die 3 Aug. 1602.

(04. PATAVINA. (158)

Canonici el Capitulum Ecclesiae Patavinae S. R. Congr. exposuerunt, quod in dicta Ecclesia quadraginta Presbyteri reperiunlur, Cappellani nuncupati, qui ex antiqua immemorabili consuetudine ac statutis el ordinationibus capitularibus, ab Ordinariis el Visitatoribus Aposlolicis confirmatis, varias functiones ecclesiasticas pro servitio Episcopi, Chori el Canonicorum facere consueverunt : veluti psallero in Choro, inservire Episcopo el Canonicis in Missis el Divinis Officiis, eisdemque assistere cum pluviali, dum solemniter Missas seu Vesperas celebrant, praeintonare antiphonas, thurificare Chorum el populum, ac similia. Quae omnia nunc facere dicti Cappellani, non sine scandalo, recusant, sub praetextu, quod in novo Caeremoniali Episcoporum functiones praedictae , non Cappellanis, sed vel Acolythis, vel Beneficiatis, vel Canioribus assignentur.

S. R. Congr. reieclis vanis el frivolis corumdom Cappellanorum praelensionibus declaravit : « ipsos Cappellanos teneri ad observationem omnium praedictarum el aliarum quarumcumque functionum ecclesiasticarum, quas hactenus ex antiqua consuetudine facere el servare consueverunt ». El ita servandum esse decrevit et ordinavit. Die 3 Augusti 1602.

105. EGITANIEN. (160)

Pro Episcopo Egilanicn. in Congr. S. R. quaedam dubia fuero proposita, de quibus ab eadem S. C. decisio seu resolutio petebatur.

1. An Episcopus pro statuendis legibus synodalibus seu dioecesanis, attenta aeris intemperie el nociva sanitati ipsius Episcopi, possit in alium locum salubriorem et commodiorem, pro dictis legibus determinandis el statuendis ad se vocare duos Canonicos procuratores Capituli el duos alios procuratores Cleri ? S. R. Congr. respondit: < Posse, dummodo duo Canonici praedicti longiori tempore, quam a Concilio praescribitur, a sua Ecclesia non abfuerint ».

2. An quoties Episcopus cum cappa ad Ecclesiam, ut divina ofiicia celebret, seu illis assistat, progreditur, Canonici eum a loco suae habitationis, quem non distare maiori spatio ab Ecclesia, quam viginli passibus asseritur, associare teneantur? Sacra Congr. respondit: «Teneri, dummodo distantia sit brevis proui praesupponitur ».

3. Circa locum Vicario generali dandum, dum ab Episcopo pro negotiis urgentibus tractandis ad Capitulum destinatur, cum locus certus pro Vicario in Capitulo hactenus non sit determinatus, licet in Processionibus Capitulum praecedere soleat : Sac. Congr. respondit : < Vicario Generali convenire locum supra omnes Canonicos tam in Congregationibus capitularibus el sessionibus, quam in Processionibus dummodo Canonici sacris vestibus parati non incedant ».

4. An Episcopus in Civitate aut Suburbio extra Ecclesiam Calhedralem Pontificalia exercere volens, possit de Capitulo aliquos secum deducere, qui sibi assistant, remanentibus aliis m Choro, qui satis sint ad divina officia celebranda? Sac. Cong. inhaerendo decretis alias in simili casu factis, el decretis S. C. Concilii, censuit : « Posse ».

5. An Episcopus possit prohibere, ne pro admittendis noviter provisis in Ecclesia de aliqua Dignitate, Canonicatu vel Beneficio exigatur summa pecuniarum cum chirolhecis, prout hactenus consuetum fuit? Sac. Congr. respondit : < Episcopum non posse id prohibere, si pecuniae vertantur in utilitatem et servilium Ecclesiae ; si vero vertantur in Canonicorum seu aliorum privatam utilitatem, posse prohibere». El ita declaravit, el ad praedicta dubia ut supra respondit. Die 3 Aug. 1602. (1)

106. EGITANIEN. (161)

Pro parte Episcopi Egilanien. iterum institutum fuit super primo dubio in praecedenti Congregatione proposito, et pro concessione longioris temporis quam a Concilio praescribitur, cum id tempus non sufficiat ad leges synodales statuendas, in quibus determinandis diu laboratur, cum omnia exacto examinentur coram Episcopo el dictis Procuratoribus el aliis Docloribus ; el cum dictae leges respicianl utilitatem publicam totius Dioecesis, petitum fuit, ut dictis duobus Canonicis licentia concederetur abesse ab Ecclesia per lotum tempus, quod huiusmodi negotium durabit : maxime cum in Ecclesia pro eius servitio triginta existant personae ;

Sac. Congr. respondit : « Tempus indefinitum non esse dictis Canonicis concedendum; sed, attentis narratis, posse concedi

(1) E. Dub. 0.

tempus sex mensium », censuil el declaravit. Die 30 Aug. 1002.

107. CALARITANA. (162)

Ad instantiam Archiepiscopi el Canonicorum Calaritanae Ecclesiae Sac. Riluum Congregationi expositum fuit, quod ultra solitos assistentes Archiepiscopi, dum soleinniler célébrai Missas seu Vesperas, duo alii Canonici et quatuor Beneliciali pluvialibus parantur, qui sic induti hastas argenteas deferentes solent intonare Introitum, Graduate et Psalmos, ac Anliphonas decantandas Canonicis intimare. Quibus Canonicis el Beneficialis incensum el pax dabatur post Decanum el omnes alios Canonicos : licet postea, ut eisdem Canonicis el Beneficialis. paratis incensum et pax daretur ante Decanum el alios Canonicos, introductum fuerit. Quare tam pro parte Archiepiscopi, quam Decani el lotius Capituli, ad lites evitandas, petilum fuit, quid in hoc casu servandum sil?

Eadem Sac. Congr. respondit : « Incensum et pacem dandam esse duobus dictis Canonicis paratis ante Dignitates et Canonicos non paratos, Beneficialis vero quatuor paratis immediate post omnes Canonicos, el ante omnes Beneficialos non paratos ». El ita declaravit. Die 30 Aug. 1602.

108. PATAVINA. (163)

Ad instantiam Ueneficiatorum el Cappellanorum Ecclesiae Calhedralis Patavinae, qui unum Presbyterum ex ordine Cappellanorum in secundum Magistrum Caeremoniarum elegerunt iuxta formam libri Caercmonialis Episcoporum, quia in dicto libro locus certus non assignatur, ubi dictus Magister Caeremoniarum incedere debeat in Processionibus, supplicatum fuit pro declaratione dicti loci.

Sac. Congr. respondit : < Magistris Caeremoniarum non dari certum locum in Processionibus, sed eos ubique assistere el discurrere debere, ubi opus est, in ordinandis el disponendis dictis Processionibus ». El ita declaravit. Die 30 Augusti 1602.

109. AES1NA. (166)

Canonici Diaconi Aesinae Civitatis petierunt a Sac. Rituum Congregatione declarari, « ut ipsi' Diaconis et non Presbyteris Canonicis compi lat assistentia, quando Episcopus procedit cum cappa in Processionibus».

Eadem Sac. Riluum Congreg. respondit: « Nullam Episcopo convenire assislenliam neque Diaconorum, neque Presbyterorum, quando procedit cum cappa, nec est sacris vestibus paratus ». El ita declaravit. Die 30 Augusti 1602.

110. SALERNITANA. (167)

In Metropolitana Ecclesia Salernitana recitantur Divina Officia, ac celebrantur sacrae Missae nonnullorum Sanctorum particularium, qui in Breviario Romano descripti non sunt, vel quorum Officia non eodem modo recitantur : quorum aliqui dictae Ecclesiae sunt Patroni, aliqui illi praefuerunt, aliqui miraculis ibi fulgent, aliquorum vero Corpora, vel insignes Reliquiae, ibi etiam requiescunt.

Item, quia Basilicae eiusdem Ecclesiae, superior in B. Virginis, et inferior in S. Matthaei Apostoli el Evangelistae, cuius corpus ibi reconditum est, honorem dedicatae sunt : ideo extra tempus Adventus el Quadragesimae, el quando non occurrunt Vigiliae et quatuor Tempora, vel Festa novem Lectionum ; singulis Sabbatis in B. Mariae, et singulis Feriis quintis in S. Matthaei honorem Officia ad instar semiduplicium Festivitatum recitantur, et Missae celebrantur tum a Presbyteris et Clericis de gremio eiusdem Ecclesiae, vel eidem adscriplis, quam ab aliis etiam Regularibus in praedicta Civitate vel Dioecesi commorantibus, in quibus celebrandis vel recitandis varii ritus secundum propriam cuiuslibet voluntatem hactenus fueriini introducti et servati. Ul unus et idem in psallendo modus, ab omnibus ibidem servari possit, supplicatur declarari a S. R. C.

1. An qui sunl de gremio, vel adscript! servitio dictae maioris Eçclesiae, qui alias non tenentur recitare Officium in Choro, sed tantum private ratione sacrorum Ordinum seu Beneficiorum, teneantur saltem private recitare praedictorum Sanctorum, necnon Sabbati el Feriae V diebus praedatis B. Virginis cl S. Matthaei Officia, prout in Choro huiusmodi Ecclesiae maioris recitantur?

2. Quid de aliis Clericis tam saecularibus quam regularibus in praedicta Civitate vel Dioecesi commorantibus?

3. Quid de Canonicis et aliis de gremio, vel adscriplis servitio dictae maioris Ecclesiae extra Civitatem vel Dioecesim rastis ex causis existenlibns? Item, quid de aliis Clericis ilemqiie Regularibus, qui tamen eorum habitationem vel beneficia ibi habent?

4. Si aliqui ex praedictis non tenentur, si voluerint se conformaro, ac Matris Ecclesiae praedictae vestigia sequi in praefatis Officiis recitandis ac Missis celebrandis, possint id licite facere, el satisfaciant eorum obligationibus de Horis Canonicis recitandis ac Missis celebrandis?

Ultimo. An iisdem modo et precibus recitari debeant praedicta Officia, el huiusmodi Missae celebrari ab iis, qui recitare seu celebrare tenentur vel intendunt, prout in Choro dictae Maioris Ecclesiae recitantur?

Ad supradicta Dubia Sacra Rituum Congregatio respondit, ut infra: Ad 1. el 2. « non teneri ». Ad 3. < si sunt Canonici el Bénéficiait, decere ». Ad 4. «si percipiunt fructum ab Ecclesia, posse ». Ad 5. el ultimum, « debere eos, qui sunt de gremio Ecclesiae, recitare Officium prout recitatur in Choro ». El ita respondit el declaravit. Die 30 Augusti 1602.

UI. MELPHIEN. (1C8)

Ad dubia proposita pro parte Episcopi Melphien. Sacra Riluum Congregatio respondit, ul infra, videlicet:

Ad 1. De assistentia duorum Canonicorum tantum, el non Presbyteri, toleranda nec ne ? Respondit : « Servandam esso regulam libri Caeremonialis ». Ad 2. el 3. de assistentia facienda Episcopo, quando assistit paratus cum pluviali et mitra ad Vesperas seu Missas, el quando assistit cum cappa; Idem respondit «nempe servandas esse regulas praescriptas in dicto libro Caeremoniali ». Ad 4. de hastis baldachini deferendis in Ecclesia, respondit: « Docere, ul servetur liber Caeremonialis, si pacifice et sine magno scandalo eius usus introduci poterit ». El ita ad supradicta dubia respondit. Die 30 Augusti 1602. (1)

112. TARENTINA. (169)

Canior Ecclesiae Tarentinae, qui est secunda Dignitas in eadem Ecclesia, exposuit, quod absento Archiepiscopo ot Sede vacante, Archidiaconus qui est prima Dignitas, solet in die Purificationis benedicere el distribuere Candelas; et Feria IV. Cinerum benedicere et distribuero Cineres; el qualibet tertia Dominica cuiuslibet mensis deferre processionaliler SS. Sacramentum, el similiter in die festivitatis eiusdem: quae omnia, absente Archidiacono, solet facere ipse Canior: et nihilominus nonnulli ex dictae Ecclesiae Canonicis praetendunt, quando sunt hebdomadarii, excluso ipso Canlore, dictas functiones facere in grave ipsius praeiudicium : quare petiit a Sacra Riluum Congregatione, ul in possessione praedicta exercendi munia el functiones supradiclas in absentia Archidiaconi manuteneatur: nec liceat ipsi Archidiacono praedicta munia alteri Canonico, invito ipso Canlore, demandare. Eadem Sacra Riluum Congregatio censuil : « Servandam esse consuetudinem in favorem Cantoris, quatenus adsit. Verum autem adsit necne, probet apud Ordinarium ». Et ita declaravit. Die 28 Septembris 1602.

113. EGITANIEN. (172)

Episcopus Civitatis Egitanien. in Sac. Riluum Congregatione quaedam dubia proponi fecit, de quibus resolutionem petiit pro bono et quiete suae Ecclesiae, el ul Canonicos possit in eorum officio continere.

1. An, praesupposita consuetudine, quod Canonici possint ab Ecclesia longiori tempore, quam a Concilio praescribitur, abesse, Episcopus talem usum aut consuetudinem , ad praescriptum praedicti Concilii reducere possit? Eadem Sacra Riluum Congregatio respondit : « Posse ».

2. An tempore vacationis concessae Canonicis, possint omnes simul per tempus sibi concessum ab Ecclesia abesse? An vero alii post alios, ne servitium Ecclesiae tempore vacationis omnino deseratur? Congregatio respondit : « Non omnes simul a servitio vacare debere, sed alios post alios, ordine servato; ita ul Ecclesia servitio non defraudetur ».

3. An Canonici praesentes el non impediti teneantur per se ipsos suis muneribus el officiis satisfacere, vel per substitutos? Congregatio respondit: «Canonicos per se ipsos servire, et sua munia exercere debere, et non per substitutos ».

4. An Episcopus possit cogere Canonicos in Choro, ut extollant vocem, maxime eos, qui in hoc culpabiles sunt, nec volunt cum aliis communicare in cantu? Congregatio respondit: « Decere, ut Canonici voce non impediti alte canant in Choro, coadiuvanles alios, el posse Episcopum illos ad id faciendum hortari ». (2)

5. An Canonicus fabricae administration! deputatus, propter hanc causam toto anno ab Ecclesiae servitio eximatur, et nihilo-

(I) E. ad 5 el 6. — (2) E. Duh. (*i.*

minus distributiones integre lucretur? Congregatio respondit: « Teneri Canonicum praedictum Ecclesiae inservire, sicut tenentur omnes alii Canonici; el si facere id contemnat, mulctandum esse in amissione distributionum, sicut mulclanlur alii non servientes ».

6. An pueri, in privatis Missis, Sacrisliae el Choro inservientes cum collis, debeant saltem Ordines minores habere vel primam Tonsuram, el pure laici ab huiusmodi mimsterio arcendi sint? Congregatio respondii: «Convenire praedictos pueros saltem primam Tonsuram habere, dummodo per aetatem eiusdem Tonsurae sint capaces ».

Et ita in omnibus supradictis dubiis eadem Sacra Rituum Congregatio ul supra respective respondit el declaravit. Die 23 Novembris 1602.

114. GADICEN. *seu* GADITANA. (173)

Canonici Ecclesiae Gadicen. exposuerunt, quod Porlionarii eiusdem Ecclesiae praetendunt, quod Canonici teneantur illis ministrare cantando Epistolam el Evangelium quando celebrant etc.

Sacra Rituum Congregatio, cum indecorum el indecens sit digniorem inferiori ministrare, ut alias declaravit, censuit: « Canonicos Ecclesiae Gadicen., Porlionariis aut dimidiis Porlionariis, aliisque inferioris ordinis Presbyteris Missas el Divina Officia celebrantibus pro Diacono vel Subdiacono inservire, aut alias ministrare nullo modo debere, neque sub soliti aul consuetudinis praetextu, maxime si legitime praescripta non sit, ullatenus ad id cogi aul compelli posse ». El ita declaravit. Die 23 Novembris 1G02.

115. SPALATEN. (174)

Archiepiscopus Spalalcn., qui, Deo adiuvanle, intendit singulis diebus praedicare in sua Ecclesia tempore Quadragesimae, petiit, quo habitu id facere debeat?

Sacra Rituum Congregatio respondit: « Habitu quotidiano et ordinario id faciendum esse, nempe cum rochello et niozzetla, nisi solemmter prius celebraverit, quia tunc servanda est forma libri Caeremonialis ». El ita declaravit. Die 23 Novembris 1G02.

lie. ASTEN. (17G)

Praepositus generalis Clericorum Regularium S. Pauli decollati Sacrae Rituumi Congregationi exponi fecit, quod cum dicti Clerici in Civitate Asten. obtinuerint quamdam Ecclesiam Parochialem, Canonici Regulares Lateranenses praetendunt praecedere Parocho dictae Ecclesiae in publicis Processionibus, in quibus non omnes Clerici collegialiter, sed unus eorum tamquam Curatus et Parochus in loco suo inter alios Curatos procedit.

Sacra Congregatio Rituum respondit: « Nullam habere, nec posse praetendere Canonicos Lateranenses praecedentiam supra dictum Clericum Regularem S. Pauli, quando in Processionibus tamquam Parochus inter alios Curatos in loco suo procedit ». Et ita declaravit. Die 23 Novembris 1602.

117. PACEN. (179)

Petrus Mexia Ecclesiae Pacen. Canonicus Sac. Rituum Congregationi exposuit, quod, cum Canonici el Capitulum soleant singulis diebus Dominicis, et aliis quibusdam festivitatibus per annum, post horam Tertiae, Processiones quasdam intra Ecclesiam facere; dum ante Altare SS. Sacramenti transeunt, ex invelerala consuetudine, seu potius abusu, non genufleclunt, sed lanium caput inclinant; ipse vero Oralor, ob reverentiam tanti Sacramenti usque ad terram genufleclil: celeri Canonici id aegre ferentes, ipsum, ob hoc, tamquam invetleratas Ecclesiae consuetudines servare nolentem, mulctare praetendunt. Quare petiit: an id licite facere possint?

Sacra praedicta Congregatio respondit: « Non solum non licere Canonicis, qui non genulleclunl ante SSinum Sacramentum mulctare eos, qui genulleclunl, quin potius ipsi non genufieclentes ab illis, qui genulleclunt, mulctandi essent, cum omnes fideles ante SSinum Sacramentum transeuntes genulleclere teneantur. El ita per omnes Canonicos Ecclesiae Pacen. in futurum servari, non obstante quacumque eorum praetensa in contrarium consuetudine, quam corruptelam potius et abusum esse declaravit ». Eadem Sacra Rituum Congregatio praecepit et mandavit. Die 14 Decembris 1G02.

118. CONIMBRICEN. (180)

Cum alias saepe Sacra Rituum Congregatio declaraverit, « non debere Canonicos Capitulum celebrare, dum in Choro cantantur horae canonicae, seu Missa Conventualis celebratur: idem etiam servandum esse decrevit a Canonicis Conimbricen. Ecclesiae », et ita ad instantiam R. P. D. Al-

phonsi de Caslroblanco eiusdem Ecclesiae Episcopi declaravit. Die 14 Deccmb. 1602.

(19. BOVEN. (182)

Episcopus Boven. Sacrae Rituum Congregationi exposuit, quod licet Ecclesiam suam ex ritu Graeco ad Latinum reduxerit, tamen Canonici adhuc intendunt recitare Matutinum post Vesperas iuxla ritum Graecum, non autem mane, prout faciunt Latini, el ideo super hoc petiit declarari, quid magis conveniat.

Sacra Rituum Congregatio respondit: < Convenire, ul Canonici in omniuus se conforment ritui latino ». El ita declaravit. Die 14 Decembris 1602.

120. MARUGIEN. NULLIUS. (183)

Cantor Terrae Marugii Nullius Dioecesis in Hydrunto, exposuit Archipresbylerum eiusdem Terrae substitutum sibi elegisse, quem in eius absentia Missas solemnes celebrare vult, quas ipse Archipresbyter, si adesset, celebraret, et quae, ipso absente, ad Cantorem el alias Dignitates, seu antiquiores Presbyteros dicti loci perlinerent: necnon praetendere ipsum Archipresbylerum, ut dictus eius substitutus sedeat el honorem incensi el pacis habeat, in loco proprio ipsius Archipresbyleri supra omnes alios, in grave praeiudicium Dignitatum el ceterorum Presbyterorum antiquiorum dictae Terrae.

Sacra Rituum Congregatio « id minime licere respondit, sed Missarum celebrationem in absentia Archipresbyleri, vel etiam in eius praesentia, si ipse celebrare noluerit, ad Dignitates seu antiquiores Presbyteros, non autem ad Archipresbyleri substitutum pertinere, cui tamquam substituto nec locum ullum, nec incensi aul pacis honorem convenire ». Et ita censuit el declaravit. Die 14 Decembris 1602.

121. FIRMANA. (184)

Cum in libro Caeremoniali Episcoporum in Gap. de Litaniis el Processionibus statutum sil, ut in Litaniis maioribus ot minoribus, Processio a Calhedrali, seu ab aliqua alia Ecclesia, ad aliam dirigatur; Ulmus el Rnius D. Cardinalis Bandinus Archiepiscopus Firmanus tres Ecclesias in diversas partes prope moenia Civitatis capaces el commodas deputavit, ul ibi Rogationum Processiones, quae triduum ante festum Ascensionis Domini fiunt, terminarentur, el iuxla eiusdem libri dispositionem, ibidem Missa solemnis cantaretur. Cum autem dictae Ecclesiae sint Regularium, nempe alia Canonicorum Lateranensium, altera Fratrum Sancti Francisci, et tertia Fratrum S. Augustini, praetendunt ipsi Regulares huiusmodi Missas cantare, el impedire ipsum Archiepiscopum, quominus possit per suos Canonicos, quos secure in Processione ducit, Missas praedictas celebrare facere. Quare pro parle dicli Ulmi D. Cardinalis Archiepiscopi pelilum fuil a Sacra Riluum Congregatione < An id iure Religiosi praedicti facere, seu praetendere possim? »

Eadem Sacra Rituum Congregatio respondit: « Nullo modo posse Regulares impedire, quominus Archiepiscopus per suos Canonicos Missam solemnem cantari faciat etiam in Ecclesiis Regularium et exemplis, Civitatis seu Dioecesis, quo huiusmodi Processiones terminantur: nec ad Regulares praedictos, sed ad Archiepiscopum, seu Canonicos, iuxla dispositionem dicli libri Caeremonialis, dictarum Missarum celebrationem pertinere ». Censuit et deçlaravit. Die 25 lanuarii 1603.

122. ELBOREN. (185)

Decanus, et Capitulum Ecclesiae Elboren. sede vacante, Vicarium Generalem exislenlem confirmavit, el 1res alios Viros de Capitulo, Gubernatores nuncupatos, deputavit, quibus lotius Dioecesis regimen, sede vacante, incumberet, et deputations huiusmodi Literae nomine Decani et Capituli expeditae fuerunt, prout etiam ipsi insuis Decretis ac mandatis iurisdictionem a Decano el Capitulo ubtinere fatentur. Cum autem dicti Vicarius et Gubernatores primas sedes etiam super Decanum in actis publicis, ratione dicli Gubernii et lurisdictionis praetenderint: pro parte eiusdem Decani a Sac. Rit. Congr. quaesitum fuit : < An dictis Gubernatoribus Capitularibus tam in sedendo quam in incedendo, vel in aliis actibus publicis locum praecedentiae supra ipsum Decanum et alios Capitulares ipsis antiquiores aul digniores possint occupare? »

Sac. Rit. Congr. respondit: « Didis Gubernatoribus Capitularibus nullo modo convenire praecedentiam supra Decanum, nec supra alios Capitulares ipsis antiquiores aul digniores, nec id potuisse, nec posse praetendere; sed in omnibus actibus publicis, in stallis seu locis et sessionibus propriis, ubi stabant, seu sedebant, aul incedebant antequam Gubernatores deputati fuissent,

sure, sedere, vel incedere debere » consuit ct declaravit. Die 25 Januarii 1603.

123. MARUGIEN. NULLIUS. (186)

Ad instantiam Cantoris Terrae Marugii nullius Dioecesis in Hydrunto expositum fuit: Vicarium eiusdem Terrae in spiritualibus praetendere, ad ipsum privative quoad Dignitates, el alios dicti loci Presbyteros spectare celebrationem Missarum solemnium, in quibus etiam cogere praetendit ipsas Dignitates, ut sibi celebranti ministrent, cantando Epistolam et Evangelium.

Sacra Rit. Congr. respondit: < Missarum solemnium celebrationem ad Dignitates, non autem ad Vicarium spectare : nec Vicarium Dignitates cogere posse, ul sibi celebranti ministrent » censuil el declaravit. El ita in Terra praedicla Marugii servandum esse decrevit el ordinavit. Die 25 Ianuarii 1603.

124. AES1NA. (189)

Cum Aesinae Ecclesiae Canonici asseruerint, consuevisse eos Dominicis diebus cantare Missas, non autem Vesperarum officium facere, el Episcopum, praeter solitum, cogere illos, ul etiam Dominicis diebus officium Vesperarum faciant, et petierim ultra solitum non adslringi;

Sac. Rit. Congr. respondit: « Convenire ul Canonicus, qui Missam celebravit, faciat etiam officium Vesperarum in diebus Dominicis, el ordinationem Episcopi circa hoc. omnino servandam esse decrevit, non obstante quacumque in contrarium allegata consuetudine ». Et ita censuil el declaravit. Die 25 Ianuarii 1603.

125. ANDRIEN. (190)

Societatis SSmi Sacramenti in Calhedrali Ecclesiae Andrien. Gonfratres semper consueverunt in Processionibus SSmi Sacramenti inlorlicia accensa deferre, ul cum nunc in die solcmnissimo festivitatis eiusdem, eadem inlorlicia accensa deferre ab Episcopo prohibeantur, sub praetextu, quod tali die, iuxta formam novi Caeremoniahs, Cient i el Gappcllani illa deferre debeant, petierunt a Sacra Rituum Congregatione manulenen in possessione deferendi eadem inlorlicia accensa tam in Processionibus SSiiii Sacramenti, quae fiunt per annum , quam ip solemnissima Processione, quae lit in die festivitatis eiusdem SSmi Sacramenti.

Eadem S. R. C. respondit: « Id non prohiberi ex libro Caeremomali, in quo potius omnes tam laicos, quam Clericos, ad honorandum tantum Sacramentum, inlorlicia seu candelas accensas deferre debere, quatenus id fieri possit, declaratur : quem ordinem, prout dicitur in libro Caeremoniali in titulo de festo SSmi Corporis Christi, el Processione mandavit : Nec posse super praemissis dictos Gonfratres ab Episcopo molestari » declaravit. Die 12 Aprilis 1603.

126. NEOCASTREN. (191)

Vicariis foraneis, ratione dicti Vicariatus, supra Archipresbyteros, Canonicos, seu Presbyteros Gollegiatarum, vel Parochialium Ecclesiarum, nullam deberi praeeminentiam, saepe Sacra Rituum Congregatio declaravit, el < idem servandum esse in Terra Madiae Neocaslren. Dioecesis inter Vicarium foraneum, et Archipresbylerum dictae Terrae » eadem Sacra Riluum Congregatio censuil. Die 12 Aprilis 1603.

(27. CIVITATIS PENNAE. (192)

Fuit alias declaratum a Sacra Rituum Congregatione, ul Vicarius Generalis praecedere debeat omnes Dignitates et Canonicos, dummodo non sint parati sacris paramenlis, et dummodo Vicarius non sit ex numero Dignitatum vel Canonicorum eiusdem Ecclesiae, et velit tamquam Dignitas, vel Canonicus in Choro assistere, distributiones quotidianas lucrandi causa, quia tunc sedere debet in stallo, seu loco suae Dignitatis vel Canonicatus. In reliquis omnibus Vicarium Generalem praecedere debere Sacra Riluum Congregatio censuil, et « idem servandum esse cum Vicario Generali Civitatis Pennae, quem esse Archipresbylerum et secundam Dignitatem asserunt », declaravit. Die 12 Aprilis 1603.

128. HISPALEN. **(194)**

Ad dubium propositum pro parte Beneliciatorum Parochialium Ecclesiarum Hispalen. Civitatis, An scilicet in die S. Mani, in quo fiunt Processiones pro Litaniis maioribus, et in eadem Civitate Processio dirigitur et terminatur ad Ecclesiam Beato Marco dicatam, Missa ibi de Litaniis, quae dicitur Feria secunda Rogationum prout hactenus consueverunt, seu potius de S. Marco celebranda sit?

Sacra Riluum Congregatio respondit : < Missam de S. Marco celebrandam esse ». Et ita censuil et declaravit. Die 23 Maii 1603.

129. NOLANA. (190)

Pro parle Canioris ac Archidiaconi Ecclesiae Nolanae, in qua, ultra quatuor Dignitates, Praebendae Canonicorum distinctae sunt, nempe Presbylerales, Diaconales cl Suhdiaconales. Quaesitum fuit : An Episcopus possit cogere Dignitates ut sibi hinc inde assistant ; et casu, quo Episcopus non Dignitates, sed Canonicos Diaconos ad assistendum sibi, ul decet, eligat: An dioti Canonici assistentes in receptione candelarum, cinerum et palmarum celeris Canonicis, ac etiam Dignitatibus, ratione dictae assistentiae, praeferendi sint?

Sac. Rit. Congregatio, respondit: «Servandam esse formam libri Caeremonialis, in quo statuitur, ul quando Praebendae snnl distinctae, Canonici assistentes eligantur ex numero Diaconorum. Et quod in receptione candelarum, cinerum el palmarum, quilibet accedat ordine suo, hoc est primo loco Dignitates, deinde Canonici Presbyteri, tum Diaconi, el demum Subdiaconi: nec in praemissis habendam esse rationem assistentiae, licet quoad incensum el pacem, ipsi Canonici assistentes, etiam ordine inferiores praeferendi sint ceteris omnibus etiam Dignitatibus. El ita in Civitate Nolana servandum esse » eadem Sacra Congregatio censuil el declaravit. Die 23 Maii 1603.

130. EGITANIEN. (497)

Pro parte Canioris Egitanien. Ecclesiae, quaedam dubia Sacrae Rituum Congregationi exposita sunt, videlicet :

1. An vox el locus in Capitulo debeatur Dignitatibus, qui Praebendam habent aequalem cum Canonicis, el ex communi massa deductam possident : ita ul ad hoc, ut vox el lorus detur, necessarium sil ul Canonicalus cl Praebenda coniunclim in eadem persona concurrant, vel sufficiat habere Praebendam sine Canonicam, vel Canonicalum sine Praebenda? Sacra Riluum Congregatio respondit : « Servandam esse consuetudinem hactenus in Ecclesia Egitanien. servatam », 2. Si ultima dies mensis sit Dominica, vel festiva, ah Vesperae Defunctorum pro die sequenti prima mensis recitandae sint, vel Matutina el Laudes Defunctorum sine Vesperis? « Vesperas Defunctorum posi Vesperas Dominicae, vel festivitatis ultima dic mensis recitandas esse » Sac. Congr. re-' spondii.

3. An Cineres, qui super capita fidelium imponuntur Feria quarta Cinerum, debeant esse aqua madidi in modum Iuti, ut consuetum est in Ecclesia Egitanien., vel potius aridi in modum pulveris? Sacra Riluum Congregatio respondit : « Cineres aridos debere esse el in modum pulveris, ut in Ecclesia universali ». Et ita declaravit et ad praedicta dubia, ut supra, eadem S. R. C. respondit. Die 23. Maii 1603. (4)

131. CONIMBRICEN. (498)

Ad dubia proposita pro parte Capituli Ecclesiae Conimbricen. S. R. C. respondit ul infra, videlicet:

Ad 4. An Episcopus sedens in Choro, dum versus Altare genufleclit, ita genuflectere possit, ul totaliter terga Capitulo vertat ? « Non indigere responsione, cum clarum sil longe melius esse vertere renes Canonicis et Capitulo, quam Altari ».

Ad 2. An Sedes Episcopi in Choro existons fixa el immobilis, seu amovibilis vel porlatilis esse debeat ? Respondit : « Sedem Episcopi debere esse fixam et immobilem inxta dispositionem libri Caeremonialis in titulo ile Sedibus Episcopi etc. licet iuxla dispositionem loci possit amoveri, el in alio loco opportuno et decenti locari ».

Ad 3. An dicta Sedes serico ornanda sil tam quando Episcopus pontificaliter celebrat, quam quando Divinis Officiis assistit? Respondit: « Semper convenire, ut Sedes Episcopi sil ornata serico, vel alia materia coloris convenientis tempori, iuxla regulam libri Caeremonialis in dicto titulo de Sedibus Episcopi ». Et ita eadem sacra Congr. respondit el declaravit. Die 23 Maii 1603.

132. LAMACEN. (199)

Expositum fuit pro parte Episcopi Lamacen. solere Canonicos et Dignitates ipsius Ecclesiae ministrare Episcopo mitram, gremiale, thuribulum el alia necessaria, quod nunc facere recusant, sub praetextu quod ea munia a Cappellanis Episcopi fieri debere liber Caeremonialis Episcoporum decernat. Sicut etiam sceptrum argenteum gestare cum pluviali in quibusdam diebus festivis, ut solebant, amplius nolunt, praetendentes id agendum esse a mediis Canonicis et Tertiariis, ex praescripto eiusdem libri Caeremonialis. Quia vero liber praedictus non tollit antiquas et laudabiles cae-

(I) E. Dub. 2, 3 et S.

ħ-monia in Ecclesiis a Canonicis servari solilas, h<el ubi caeremoniae non recte peraguntur, quid agendum sit ubique, doceat. S. B. C. circa praemissa: < Dignitates et Canonicos Lamacensis Ecclesiae debere antiquas et laudabiles praedictas consuetudines serrare » censuil el declaravit. Die 5 lulii <603.

133. CALAGURITANA. (200)

Cum inter Capitulum Ecclesiae Collegialae Civitatis de Logrogno Calagnritanae Dioecesis ex una, et Capitulum generale Rectorum Parochialium Ecclesiarum ex altera partibus, circa eorum praecedentias, seu praeeminentias pendeal lis in Rota coram R. P. I). lusio, el iuxta sententiam Laudi invictae mem. Caroli V Imperatoris sub die 21 Aprilis 1538, Rota censeat in omnibus inter Collegiatam el Parochiales servandam esse aequalitatem, praeterquam in manu dextera, quae semper tam in Processionibus et in incedendo, quam in stando el sedendo Ecclesiae Collcgialae reservata fuit; et orlum fuerit dubium circa modum thurilicandi, dandi pacem, el accipiendi palmas inter dictas Ecclesias, nempe a qua parle inchoandum sil et prosequendum, el cum huiusmodi sint propria Sacrae Congregationis Rituum, Rota eiusdem Sarrae Cong. sententiam super praemissis, antequam ad decisionem Causae deveniat, habere procuravit.

Sacra vero Congregatio, audita relatione Illihi et Rihi D. Card, de Monte, cui haec Causa ad referendum ab eadem Congregation·· commissa fuerat sub dio 23 Maii proxime praeteriti, el attentis narratis, el pracsupposito Laudo praedicto, el partibus hinc inde informantibus auditis, iudicavil: «Convenire, ut thurificatio el pax deniur el continuentur ab ea parte, aqua c-i ţurnu idest, si tornus competat Collégiale mcohelur a latere dextero, idest, .i Decano Collcgialae inclusive: si vero turmis competat Rectoribus Parochialium Ec‹ l· -ilium, mcohelur a latere sinistro et a Rectore tuini, et prosequatur ab ea parte usque ad Clericos caiumdem Parochialium inclusive ».

« In accipiendis vero palmis servetur ordo Processionis, et incedant bini, videlicet unus de Collegiata a dexteris, el alius d·' Capitulo generali a 'im<lns, ei ille primus accipiat palmam, qui est in lurno, ad effectum ul in omnibus, excepta dextera, Ui supra senetur aequalitas} el acceptis palmis singuli ad loca sua revertantur. Et ita pro maiori decentia actus servandum esse » eadem S. C. censuil el indicavit. Die 5 lulii 1603.

134. FAVENTINA. (201)

Pro parte Gubernatoris Favenlinae Civitatis, qui Protonotarius esi et in habitu Prolonoiarii cum rocchetto incedit, a S. R. C. quaesitum fuit : An ipse Gubernator ante Cenomcos immediate post Episcopum, vel Canonici ante ipsum, ut praetendunt, lhurificandi sint?

Eadem Sac. Rn. Cong.: «Gubernatorem praefatum in habitu Ecclesiastico cum rocchetlo el mantelletla incedentem, el Divinis assistentem, immediate post Episcopum, el ante Canonicos thurificandum esse » censuil et declaravit. Die u lulii 1603.

L35. HISPALEN. (202)

Recusantibus Porlionariis Hispalensis Ecclesiae ea munia in Ecclesia subire el ministrare, quae subeunda el ministranda esse per Bénéficiâtes seu Mansionarios liber Caeremonialis Episcoporum declarat, eo sub praetextu, quod haec vox Portionalius in libro praedicto non reperialur; Sacrae Rituum Congregationi pro parle Dignitatum et Canonicorum eiusdem Ecclesiae Ilispaleu. expositum fuit el petilum : An Portionarii praedicti sub vocabulo Beneliciatorum seu Mansionariorum comprehendantur?

Cum autem Porlionariornm ordo immediate sequatur post ordinem Canonicorum, sicut Beneficialorum, Mansionariorum ordo post Canonicos sequitur, el quaestio sil nominis tantum, quae iuxta diversorum locorum usum dictione variantur, licet in effectu sint eadem. S. R. C. declaravit : « Portionarios repraesentare Bénéficiâtes seu Mansionarios, et ad omnia munia servanda teneri, ad quae iuxta formam libri Caeremonialis Bénéficiât! tenentur ». El ita censuil et declaravit. Die lulii 1603.

13G. ELBOREN. (203)

Narratum fuit, ex immemorabili consuetudine Elborensis Ecclesiae, solitum esse eiusdem Ecclesiae, Sedis vacantis tempore, per Decanum el Capitulum eligi 1res personas Capitulates, quibus cura Archiépiscopales in locum Archiepiscopi committitur, el Gubernatores Archiepiscopalus nuncupantur, qui in Palatio seu Domo Archiepiscopali pro audiendis et terminandis, quae concernunt eorum lurisdictionem et

officium, saepe conveniunt. Decanus autem quamvis non sit unus ex praedictis Deputatis, voluit tamquam Decanus in praedictis audientiis assistere, el cum dictis Gubernatoribus in primo loco sedere el volare. Quare, an id facere possit et permittendum sil, pro parte dictorum Gubernatorum quaesitum fuit:

Sac. Rituum Congr. respondit: « Id minime Decano seu cuivis alio Canonico non deputato licere: licet in Choro, el dum omnes simul capitulariter conveniunt, Decanus et celeri Canonici praecedentiam, iuxta solitum, etiam ipsis Gubernatoribus praesentibus, habere debeant », prout alias ab eadem Sac. Congr. ad instantiam Decani declaratum fuit. El ita censuil el declaravit. Die δ Iulii 1003.

137. MONTISPJLOSI. (204)

Solitum esse semper in Civitate Monlispilosi per Baronem sive Vice-Baronem eiusdem Civitatis in solemni Processione SSflti Sacramenti hastam unam baldachini deferri, el in proxime praeterita eiusdem SSfiii Sacramenti solemnilate a Vice-Barone moderno id recusatum esse, Sacrae Rituum Congregationi pro parte Episcopi eiusdem Civitatis expositum fuit, asserentis non sine scandalo adstantium Vice-Baronem praedictum hastam baldachini supra SSmum Sacramentum per substitutum suum deferre fecisse, Vicc-barone praesente, et post baldachinum subséquente: quod an in posterum tolerandum sit, Episcopus postulavit.

Eadem Sacra Rituum Congregatio respondit: «Debere Baronem seu Vice-Baronem per seipsum, el nullo modo per substitutum hastam baldachini supra SSmum Sacramentum deferre, prout alii Barones et Vice-Barones hactenus fecerunt, vel si id facere recusent, ad Processionem non accedere ». Et ita censuil et declaravit. Die 5 Iulii 1603;

138. TIFERNATEN. (203)

Cum domus Episcopi Tifernaten., licet non contigua Ecclesiae Cathedrali, eidem tamen sil satis vicina, ut notissimum est et Sacrae Rituum Congregationi constat;

Eadem Sacra Rituum Congregatio, ut alias saepe in similibus, ita nunc ad instantiam Episcopi praedicti declaravit: «Teneri Capitulum et Canonicos in habitu canonical! accedere ad domum praedictam, ipsumque Episcopum cappa indutum a camera, seu loco deputato in eadem domo, ad Ecclesiam Calhedralem associare, quotiescumque Episcopus ad eamdem Ecclesiam solemniter celebraturus, vel ut Divinis Officiis assistat, accesserit: el finita Missa seu Officio, ipsum in eodem habitu ad eumdem locum reducere. Quotiescumque vero Episcopus in Ecclesia Cathedrali pro sua devotione Missam planam celebrare voluerit, debere duos Canonicos eiusdem Ecclesiae, iuxta antiquam el laudabilem consuetudinem hactenus servatam, eidem assistere el ministrare ».

« Quod si post Missam planam velit Episcopus etiam Missae solemni vel conventual! seu Divinis Officiis assistere, non esse opus ut ab universo Capitulo el Canonicis associetur a dicto Altari ubi celebravit, ad Sedem Episcopalem, sed satis esse si a duobus Canonicis praedictis, qui eidem in Missa ministrarunt, comitetur ».

« Cum vero Episcopus ad aliam Ecclesiam suae Civitatis accedere voluerit, non posse semper Canonicos cogere, ut eidem assistant; sed ita demum si ob aliquam publicam solemnitalem, vel celebraturus, vel episcopales functiones executants, vel ad Ordines conferendos accesserit. Quo casu etiam curare debebit, ut in Ecclesia Cathedrali remaneant Canonici el Ministri necessarii pro eius servitio ». Et ita in omnibus supradictis Sacra Rituum Congregatio censuil et declaravit. Die 3 Iulii 1603.

139. CONIMBRICEN. (206)

Cum alias ad instantiam R. P. D. Alphonsi de Castroblanco, Conimbricen. Episcopi, sub die 8 Iulii 1602, Sacra Rituum Congregatio declaraverit: Canonicos teneri ad observationem Cap. XV lib. 1 Caeremonialis Episcoporum, et debere ipsum Episcopum a domo suae habitationis ad Ecclesiam Cathedralem in habitu canonical! associare, quotiescumque in diebus festivis x el solemnibus cum cappa ad celebrandum, vel Pontificalia exercendum, aut Divinis Officiis interessendum accedere voluerit; el pro parte eorumdem Canonicorum in eadem Sacra Congregatione semel atque iterum instituai fuerit pro revocatione seu moderatione supradicti Decreti; sub praetextu, quod non modo domus Episcopi non esset Ecclesiae contigua, sed etiam longius ait ea distaret, quam Episcopus exposuerit, el praeter longitudinem, viam esse arduam et difficilem aquis plenam, et fere ad Processionis usum impraclicabilem asseruerint: el cum eadem Sacra Rituum Congregatio

veram informationem super praemissis habere procuraverit, el demum habuerit per literas eiusdem Episcopi el fides publicas Notariorum, ex quinus neque viam arduam aut difficilem, seu aquis plenam; neque tam longam esse, ut Canonici asserebant, clare constitit ; ideo < a praedicto Decreto non esse recedendum indicavit, el ad illud omnino servandum Canonicos leneri declaravit, eisquc in posterum super praemissis perpetuum silentium imposuit ei imponi mandavit ». Die 5 Iulii 1603.

140. GOTIAN. (207)

Solitum esse Regios Gubernatores Status Gotiani in Sardiniae Regno tam ex antiqua consuetudine quam ex privilegio Regum habere praecedentiam supra omnes Barones titulatos, ac supra Magistratum; el incensum el pacem ante omnes Rectores ei Parochos, el alios quoscumque viros Ecclesiasticos inferiores dicti Status, Sacrae Rituum Congregationi narratum fuit. Quam quidem consuetudinem Reclor Villae *liem-lutti* eiusdem Status Gotiani, cum moderno Regio Gubernatore loanne Cedrelies servare recusavit, el incensum, ac pacem ipse Reclor sibi et ceteris omnibus Ecclesiae Presbyteris el Clericis ante praedictum Gubernatorem dari iussit contra debitum el solitum : quare petiit dictus Gubernator nihil innovari, el consuetudinem praedictam servari, maxime cum Caeremoniali libro noviler impresso non repugnet.

Sacra Ril. Congregatio, audita super praemissis relatione Illtîli et Rmi I). Cardinalis Antoniani, cui alias hoc negotium ab eadem Sacra Congregatione commissum fuerat: < Consuetudinem praedictam servandam esse declaravit el ordinavit; et si quid Curatus praedictus Villae *Henetutti* in contrarium praetendit, comparcat et iura sua deducat, sed inierim nihil innovare praesumat ». El ita censuil, declaravit el ordinavit. Die 5 Iulii 1G03.

141. VIRODUNEN. (208)

In Monasterio seu Domo Virginum oblatarum S. Mauri Virodunen. Catherinae Abbatissae eiusdem Monasterii, Vrsulam Coadlltricem cum fulura successione Sedis Apostedicae auctoritate datam fuisse narratum est; ac inter ipsam Coadiutricem et Priorissnn eiusdem Monasterii contentionem praetedenliae ortam luisse, Sacrae Rituum Congregationi expositum fuit el petilum, cuinam earum praecedentia tam in Processionibus, (piam in sessionibus el aliis similibus publicis seu privatis actibus debeatur?

Eadem Sacra Rituum Congregatio ře spondii: < Goadiulricem in omnibus Priorissae praeferendam esse ». El ita censuil et declaravit. Die 5 Iulii IGÛ3.

142. SUTRINA. (210)

Curatum S. Silvestri in Civitate Sutrina praecedentiam praetendere supra Canonicos el Capitulum Ecclesiae Calhedralis eiusdem Civitatis expositum fuit, quoties dicti Canonici el Capitulum invitati, funus alicuius defuncti ad dictam Ecclesiam S. Silvestri associant.

Sacra Rituum Congregatio declaravit; « Canonicos el Capitulum Ecclesiae Galhedralis semper el ubique quoscumque Curatos, etiam in eorum propriis Ecclesiis, praecedere debere, el ita in Civitate Sutrina servari » mandavit. Dic 2 Aug. 1003.

143. TULLEN. (211)

Subpraefecium, seu Gubernatorem in temporalibus pro Rege Chrislianissimo in Civitate Tullen., contra solitas antiquas el laudabiles Ecclesiae Tullen. consuetudines, thus sive incensum , ac Evangelii textum el pacis osculum in Missae maioris celebratione in Ecclesia Calhedrali, sibi post Episcopum privalim danda seu offerenda esse contendere; sub eo praetextu, quod nonnullae Ecclesiae vicinae id , quod ipse Gubernator petit, aliis similibus Regiis Gubernatoribus paucis abhinc annis dederint seu obtulerint, Sacrae Rituum Congregationi pro parte Decani et Capituli eiusdem Ecclesiae Tullen. narratum fuit el petilum, an id, quod dictus Gubernator postulat, praestare debeant?

Eadem Sac. Rituum Congregatio; * Nihil circa praemissa innovandum, el antiquas et laudabiles praedictae Ecclesiae Tullen. consuetudines servandas esse » censuil et declaravit. Die 2 Augusti 1003.

111. LAUDEN. (212)

Laudensis Ecclesiae Canonici el Capitulum Sacrae Rituum Congregationi exposuerunt , ex antiqua el inveterata consuetudine, etiam ante reformationem Breviarii fel. rec. Pii Papae V, solitos esse tempopé quadragesimae recitare Psalmos Graduates Feria lenia post Completorium, qui Feria quarta ante Matutinum, inxla Rubricas dicti Breviarii reformati, recitandi sunt ; et Feria

quinta post Completorium Psalmos Poenicnliales, qm, secundum dictas Rubricas, Feria sexta post Matutinum recitari debent. Quam eorum antiquam el inveteratam ionsueludinem, ut in posterum sine aliquo conscientiae scrupulo continuare possint, licet penitus dictis Rubricis Breviarii reformati conformis non sit, licentiam petierunt.

Sacra Rituum Congregatio censuil: « Canonicos el Capitulum praedictum allegatam consuetudinem , quatenus vere, ul narralum est, adsit, continuare posse», El ila declaravit. Die 2 Augusti 1603.

143. CASTELLAE *et* LEGIONIS. (213)

Clerum Saecularem in universo Regno Caslellae el Legionis, Fratribus, Monachis, el Regularibus quibuscumque praeferendum esse in omnibus Processionibus el aliis actibus publicis declaratum fuit, lam per Breve SSmi D. N. Papae, quam per Decreta Sacrae Congregationis Rituum : sed cum aliquando contigerit eumdem Clerum Saecularem ad Ecclesias Regularium ex quavis causa accedere, nonnulli ipsius Regni Regulares praecedentiam Clero Saeculari in eorum propriis Ecclesiis dare recusarunt, quasi sub Brevi el Decretis praedictis casus iste comprehensus non fuerit.

Quare eadem Sacra Rituum Congregatio, ad tollendam omnem dubitandi rationem : < In omni loco, etiam in propriis Ecclesiis el Conventibus Fratrum, Monachorum, el Religiosorum quorumcumque in universo Regno Caslellae ot Legionis Clerum saecularem eisdem Fratribus, Monachis, el Religiosis praeferendum esse » censuil el ileclaravit. Die 6 Septembris 1G03.

146. MONOPOLITANÀ. (216)

Pro parle Episcopi el Ecclesiae Monopolitanae Sacrae Rituum Congregationi expositum fuit, in eadem Ecclesia quatuor esse Dignitates, nempe Archidiaconum, Afchipresbylerum et duos Primicerios ad Chunim regendum destinatos, qui proplerea unus hinc, alius inde in principio Chori stare seu sedere consueverunt: ceteros Canonicos, qui Praebendas distinctas non habent, sedere seu slaro solere hinc inde immediate post praedictos duos Primicerios, cl secundum anlianilatem locum digniorem oblinere. Quando aulem contingit Episcopum celebrare, vel Missis aut Vesperis solemnibus assistere, dubilalum fuit, an dicti duo Primicerii, qui in Choro destinati sunt, ad assislenliam vocandi sini, vel quis, seu qui ex Dignitatibus vel Canonicis praedictis in Officio assislenliae, lam quando Episcopus celebrat, quam quando nun célébrai, eidem ministrare debeant, cum non salis dare casus iste in libro Caeremoniali Episcoporum expressus sil.

Sacra Rituurn Congicgalio censuil : < Primicerios non esse a loco el officio suo assistendi el regendi Chorum dimovendos ; sed in Oflicio assislenliae apud Episcopum, quando celebrabit solemniter, vocandam esse primam Dignitatem, quae, ut praesupponitur, Archidiaconus est; el is, si in presbylerali Ordine erit constitutos, Officium Presbyteri assistentis exercet, ul ‹avetur in Caeremoniali praedicto lib. 1, cap. 7. Duo vero praedicti el digniores Canonici, immediate sequentes po>»i Primicerios, Officium duorum Diaconorum assistentium hinc inde apud Episcopum exercent, ul praescribitur in cap. 8 dicti libri Caeremonialis. Quod si Archidiaconus non erit Presbyter, ipse a dextris Episcopi Officium primi Diaconi assistentis exercet, a sinistris vero primus Canonicus immediate sedens post Primicerium ; el Archipresbyler in hoc casu Officium Presbyteri assistentis exercet. Episcopo vero non celebrante, sed Vesperis aut Missis solemnibus praesente, semper ab Archipresbytero, qui, ul supponitur, est secunda Dignitas, Officium Presbyteri assistentis agendum, et a duobus primis Canonicis immediate sequentibus post Primicerios duorum Diatonorum assistentium Officium exercendum esse » eadem Sacra Congregatio Rituum censuit el declaravit. Dio ü Septembris 1603.

(47. ILLERDEN. (220)

Decanus el Capitulum Illerdensis Ecclesiae, qui, ul asseruerunt, ex privilegio et concessione Apostolica Canonicatum suppresserunt, el fructus eiusdem cum Praebenda cuidam Theologo Regulari ad nutum amovibili assignaverunt, ul legeret el praedicaret etc., cui etiam distributiones quotidianas dederunt etc., petierunt ul dictus Theologus Regularis non teneatur in Choro cum celeris Canonicis assistere.

Sac. Rituum Congr., auditis pernionibus praedictis, censuit : « Praebendam el Canonicatum praedictum conferendum esse in perpetuum, et in titulum Clerico saeculari, qui praedicet, legat el cum celeris Canonicis munus Praebendae Theologalis adim pleat, iuxta formam Concilii Tridenlini, quia

nullo modo convenit, ut Regularis cantet Officium in Choro cam Canonicis et Presbyteris saecularibus ». Et ita censuit el declaravit. Die 15 Novembris 1503.

148. MED1OLANEN. (221)

Pro parte Praepositi, Capituli et Canonicorum Collegiatae Ecclesiae Sanctorum Cyri et Materni in Oppido Desii Mediolanen. Dioeces. Sac. Hit. Congr. expositum fuit, solitum esse in eorum Ecclesia Canonicos sedere in Choro per ordinem, secundum anleriorilalem seu anlianilalem admissionis ad Canonicatam, nullo habito respectu ad qualitatem personae, si una sil magis qualiticala, quam alia. Novissime autem cum eiusdem Ecclesiae Canonicatum obtinuerit loannes Baptista Pirannia Doctor in Theologia, ratione sui Doctoralus, ipsum praetendere primum locum in Choro supra Sacerdotes el Canonicos antiquiores.

Eadem Sac. Bit. Congr.: « Vanam ol inanem esse praetensionein dicti novi Canonici declaravit, cum longe dignior sil ordo sacer Presbyteratus, quam gradus Doctoralus ; el ideo illum in loco suae admissionis ad Canonicalnm, el non supra alios sedere el incedere debere » censuit el declaravit. Die 29 Novembris 1G03.

119. MLTINEN. (222)

Annibal Borellus Canonicus Ecclesiae Caihedralis Mulinen., cum Canonicatum suum tum Parochialt Ecclesia permutaverit, quae permutatio cum effectum habere non potuerit, ad suum Canonicatum redire proturavit, et per sententiam Rotalem obtinuit : sed Canonici illi non suum antiquum stallum, sed ultimum locum dare voluerunt, ab coque, quasi tunc novum Canonicatum obtinuerit. certam summam pecuniarum pro admissione a novis Canomcis solvi solitam exigere procuraverunt. Quarc ad Sac. Rit. Congr. recursum habuit, ab eaque petiit declarari, non novissimum locum, sed antiquum sibi assignandum esse, ipsumque non teneri ad solvendum pecunias, quae a novis Canonicis pro ailmis-'ione solvuntur etc. et latius prout in Memoriali.

Eadem Sacra Rituum Congregatio, auditis precibus praedictis el visis copiis dci tsioDum el Sententiae DI), de Rota, cen-•nit el declaravit: « Praedictum Annibalem Hii ellum restituendum esse ad locum, seu lallum suae antiquae provisionis, Praebendae el Canomcatus, quae oblinebat ante permutationem factam cum Ecclesia Parochiali, quae non habuit effectum, prout Rota declaravit : nec potuisse Canonicos de iure cogere dictum Annibalem ad solvendum localia solita pro nova hac admissione, vigore Rotalis Sententiae ; cum iam semel in pruna eius admissione fuerim per eum soluta el haec non sil nova provisio, sed ipse redeat ad suum Canonicatum : et ideo in omnibus el per omnia, lam in loco el iuribus, quam in Praebenda, Canonicalu el stallo antiquis, quae oblinebal anie permutationem, eadem Sacra Rituum Congregatio cumdem Annibalem restituendum esse > declaravit et restitui mandavit. Die 29 Novembris 1003.

150. SUTRINA. (223)

Decretum alias facium pro Capitulo Calhedralis Ecclesiae Sutrinae Civitatis, quod Canonici el Capitulum diclac Ecclesiae Calhedralis in Processionibus el funeralibus semper et ubique praecedere debeant quoscumque Curatos etiam in eorum propriis Ecclesiis, non habere locum, Sac. R. C. declaravit, quando Canonici sine Cruce el sine consensu Capituli uli singuli incedunt. Die 20 Decembris 1(503.

151. PISAUREN. (224)

Cum ad instantiam Capituli el Canonicorum Calhedralis Ecclesiae Civitatis Pisauren. in Sacra Rituum Congregatione declaratum fuerit Canonicos et Capitulum una cum Mansionariis, Curalo et Cappellanis Ecclesiae Calhedralis debere praecedere in omnibus Processionibus et defunctorum funeralibus, quibuscumque Curatis dictae Civitatis, iuxta antiquam consuetudinem eiusdem Civitatis, quae Caeremoniali libro conformis est: el Curati sub praetextu cuiusdam Decreti Synodalis, quod numquam fuit usu receptum, ad Sacram Episcoporum Congregationem recursum habuerint, el litteras ab ea obtinuerint pro observatione dicti Decreti Synodalis, et demum ab eadem Sacra Congregatione Episcoporum Causa commissa luerit ad eamdem Sac. R. Congregationem : audita relatione Ulmi et Riiii D. Cardinalis Galli, cui haec Causa ab ipsa Rituum Congregatione commissa fuerat, et re inter Patres mature discussa el examinata;

Eadem Sacra Rituum Congregatio consuit el declaravit: «Consuetudinem antiquam el diu observatam in procedendo, servandam esse tam in Processionibus quam in funeralibus, non obstante allegato De-

creto Synodali, quod usu receptum non (uit : el Curatum Ecclesiae, ad quam corpus defundi defertur, quando adest Capitulum Ecclesiae Calhedralis, debere praecedere quoscumque alios Presbyteros, non autem dictae Ecclesiae Calhedralis, et non cum Mansionariis, nec inter illos aut post illos. In Ecclesia vero ad quam funus defertur, ad Curatum ipsius Ecclesiae perlinere Offi-cium facere circa corpus defundi ». Die SO Decembris 1(503.

152. ELVEN. (227)

Pro parle Episcopi Elven, quaedam du-bia in S. R. C. proposita el examinata fue-runt.

1. An Canonici, attenta distantia domus Episcopalis ab Ecclesia Cathedral» per spa-tium centum decem passuum, teneantur ipsum ducere el reducere a domo ad Ec-clesiam, et ab Ecclesia ad domum, prout cavetur in libro Caeremoniali Episcoporum, el prout hactenus fecerunt, licet nunc id facere recusent? Sacra Ril. Cong. iuxla re-solutiones alias in similibus factas, censuit el declaravit : « Canonicos teneri ad asso-ciandum Episcopum, quoties ipse cum cappa ad celebrandum Divina Officia, vel ut illis assistat, ad Ecclesiam accedit. Debere ta-men Episcopum curare, ne occasione huius comitatus Ecclesia omnino deseratur, ita ut in ea nulli vel pauci Canonici aut Presby-teri pro servitio Ecclesiae remaneant: quod prudentiae et discretioni ipsius Episcopi eadem S. R. C. moderandum reliquit ».

2. An ipse Episcopus possit prohibere, ne Canonici mozzeltam cum cucullo defe-rant, quem habitum sibi ipsi auctoritate propria, ut asseritur, usurpaverunt? Sac. Ilii. Cong. respondit : « audiendos esse Ca-nonicos, de quorum praeiudicio agitur: et ideo monendos esse, ut comparcant per se vel per procuratorem in Curia el coram Illiiio el Ruto D. Card. SS. Quatuor iura sua producant, el doceant qua auctoritate praedictum habitum deferant, seu deferre praesumant ».

3. An ipse Episcopus possit cogere Ca-nonicos, ut sibi cappas pro usu Chori pa-rent iuxta morem mullarum Ecclesiarum? Sacra Rituum Congregatio respondit: « Non posse Episcopum hoc facere, cum nec Ca-nonici nec alii cappam deferre possint, sine expressa el speciali licentia Sedis Apo-stolicae ».

4. An possit Episcopus parare sibi Se-dem in cornu Evangehi cum iribus gradi-bus, illamque ornare etc.? Sac. Congregatio respondit : « Servandam esse formam libri Caeremonialis Episcoporum in titulo de Se-dibus Episcopi lib. 1, capit. 13 ».

*». An cum ipse Episcopus assistit Di-vinis cum cappa lata, debeat salutare Ca-nonicos, qui ante ipsum transeunt, dete-gendo caput, vel salis sit illis manu bene-dicere ? « Salis esse manu benedicere » Sacra Congregatio respond il.

6. An possit prohibere Clericis ei Pre-sbyteris, ne accedant ad funeralia, in quibus Confraternilates Laicornm praecedentiam su-per ipsos Clericos vel Presbyteros, sub prae-textu consuetudinis, praetendunt? Sacra Con-gregatio respondit: «Clerum semper debere praecedere quibuscumque Laicornm C.onfra-ternilatibus, el si quid in contrarium ser-vetur, abusum el non consuetudinem esse declaravit ».

7. An Episcopus possit prohibere, ne Canonici vel maior pars eorum simul va-cationem trium mensium, quae ex privi-legio conceditur, accipiant; ne Ecclesia de-stituatur omnino a debito servitio per di-ctum tempus? Sacra Congregatio respondit: < Servandam esse in hoc resolutionem Sa-crae Congregationis Concilii ». Et ita. ut supra, ad omnia praedicta dubia eadem Sa-cra Rituum Congregatio respondit. Die 10 Ianuarii IG04.

153. SALAMANTINA. (228)

Episcopus Salamanlinus in Sacra Rituum Congregatione proponi fecit: Capitulum el Canonicos suae Calhedralis Ecclesiae non solum recusare onus ministrandi sibi et in-serviendi, quando extra Ecclesiam Caihe-draleni ad alias suae Civitatis Ecclesias ac-cedit ad celebrandum, vel Ordines Sacros conferendos, seu Parochias visitandas sed etiam de facto prohibere Canonicis sponte accedere et ministrare volentibus, ne ipsi Episcopo extra Calhedralem Ecclesiam in-servire sen ministrare praesumant. Quod an eis licitum sil, postulavit.

Eadem Sacra Rituum Congregatio re-spondit : « Non solum id Capitulo el Ca-nonicis non licere, quin immo teneri Ca-nonicos el cogi posse ab Episcopo, ut sibi ministrent et inserviant, non modo in Ca-thedral! , verum etiam in quibuscumque aliis suae Civitatis Ecclesiis, ad quas, ad publicas vel solemnes episcopales functiones exercendas, Episcopum ire contigerit ». Et ita censuit el declaravit. Die 10 fan. 1604.

154. SALAMANTINA. (229)

Pro parle eiusdem Episcopi Salamantini .t Sacra Rituum Congregatione quaesitum init : An Caeremoniale Episcoporum nuper editum tollat immemorabiles Ecclesiarum consuetudines ?

Eadem Sacra Ril. Congr. respondit, ut alias saepe: < Caeremoniale praedictum abusus tollere, non autem immemorabiles consuetudines, maxime si consuetudo immemorabilis legitime praescripta sil ». Et ita censuit et declaravit. Die 10 lan. 1604.

155. SALAMANTINA. (230)

Quaesitum etiam fuit pro parte eiusdem Episcopi Salamanlini : An Decretum a Sacra Rituum Congregatione emanatum, quod Canonici vel Dignitates, etiam sub praetextu consuetudinis, nisi legitime fuerit praescripta, non teneantur ministrare in divinis, cantando Epistolam vel Evangelium, Portionanis vel dimidiis Portionariis aut aliis inferioribus Missas solemncs celebrantibus ; habeat locum, quando Canonici, vel Dignitates praedicti, una cum Dignitate vel Canonicalu possident Praebendas vel portiones, quae adnexum habent onus praedictum (antandi dictas Epistolas seu Evangelia : vel possint munia praedicta per alios subire cl adimplere, vel ab illis excusari, dimittendo distributionem ordinariam, quam pro dictis ministeriis habuissent?

Eadem Sacra Rituum Congregatio respondit : < Posse Dignitatem vel Canonicum munia praedicta per alium adimplere cum licentia Episcopi, dummodo ipse Canonicus vel Dignitas provideat de serviente seu ministrante pro eo ». Et ita censuit et declaravit. Die 10 Iannarii 1604.

156. ALEXANDRINA. (232)

Ad infrascripta dubia proposita pro parte, et ad instantiam Abbatis Saecularis et Collegiatae Ecclesiae S. Petri in *Rroglio* Xlexandrin. , Sacra Rituum Congregatio , audita relatione Ulmi el Rihi D. Cardinalis Galli, respondit ut infra, videlicet:

Ad 1. An Episcopus possit extra suam Calhedralem , etiam in Ecclesiis exemplis et S. Sedi Aposlolicae immediate siibicclis, intra fines tamen suae Dioecesi^ exisleniibus, dum Missae aut Vesperis solemnibus, quacumque ex causa interest, eosdem Canonicos ex dicta sua Cathedrali assistentes issnmere, et Canonicorum circulos ad *Glo-lm* in fjrceliû etc. habere? Respondit: < Episcopum posse sibi assumere suos Canonicos in Ecclesia exempla, cl ibi celebrare, et habere cum eisdem circulus ad *Gloria etc.* ».

Ad 2. An etiam possit Ecclesiae Saecularis Collegiatae et ab Ordinario exemptae ac S. Sedi Apostolicae immediate subtectae, Abbas titularis usum Mitrae habens dum in sua Abbatial) Ecclesia sibi pleno iure subiecta, divinis solemniler interest, huiusmodi assistenliam a suis Canonicis, in quos jurisdictionem exercet, habere? Respondit, < Posse Abbatem, Episcopo absente, suos Canonicos assumere, et eamdem in Canonicos Collegiatae iurisdictionem exercere, quam Episcopus in suos ».

Ad 3. Quid sil agendum , quando contingat Episcopum processionaliler cum Capitulo Cathedralis Ecclesiae accedere ad dictam Ecclesiam Abbalialem, ut supra exemptam, et in eadem Missae solemni aut Vesperis intéresse, circa Sedes Episcopi loci Ordinarii, et Abbatis exempti , necnon Canonicorum ulriusque Capituli? Respondit: « Episcopalem Sedem in cornu dexlero Chori sive Ecclesiae collocandam esse uno gradu emineniiorem cum ornatu congruo et situ aliquatenus superiori, respectu Sedis Abbatis, et a latere Episcopi sequantur immediate Canonici Cathedralis Ecclesiae ; in sinistro vero cornu ponendam esse Sedem Abbatis uno gradu humiliorem absque ornatu et loco aliquatenus inferiori, adeo ut non sil opposita Sedi Episcopali ; et apud Abbatem ordine sedeant ipsius Collegiatae Ecclesiae Canonici ».

Ad 4. de thurificalione, respondit : « Thurilicandum esse primo Episcopum triplici ductu thuribuli, et post Episcopum immediate Canonicos Cathedralis Ecclesiae, duplici ductu; deinde Abbatem duplici ductu, et demum Canonicos eius Ecclesiae Collegiatae unico ductu thuribuli ».

Ad 5. et ultimum de Confessione facienda ab Episcopo cum Sac.erdole, de incenso imponendo et benedicendo, et de solemni benedictione post Vesperas seu post Missam danda:

S. R. C. respondit: « Omnia haec ad Episcopum perlinere ». Et ila censuit el declaravit, et ad supradicta dubia in omnibus, ut supra, respondit. Die 7 Febr. 1604.

157. COMPOSTELLANA. (233)

(him m Ecclesia Dei alia ministrorum in divinis inservientium, alia populi Divina audientis loca esse debeant, Sacra Rituum

Congregatio, viso cl considerato Memoriali nomine Decani ei Capituli Ecclesiae Composlellanae porrecto, censuit: <Non licere nec permitti debere laicis, dum divina Officia in ipsa Ecclesia peraguntur, inter Praebendalos ac Ministros, in Choro vel Presbyterio, stare vel sedere, nec licere Magistralibus aut Indicibus laicis proprias Dignitatum Sedes aut Canonicorum stalla in Choro praedicto aut Presbyterio occupare, etiamsi aliquando id eis permissum fuerit ». Die 4 Februarii 1G00.

Supiascriptum Sacrae Illiluum Congregationis Decretum lam in Archiépiscopal! Gomposlollana Ecclesia, quam etiam in Processionibus, et in aliis Ecclesiis, ad quas ire seu assistere Capitulum et Canonicos eiusdem Ecclesiae Composlellanae contigerit, observandum esse eadem Sacra Rituum Congregatio censuit et declaravit. Die 21 Februarii 1(504.

158. COMPOSTELLANA. (234)

In controversia super praecedentia inter Praecentorem Ecclesiae Composlellanae et Vicarium Generalem, qui etiam dictae Ecclesiae Canonicus exislit, censuit Congregatio Sacr. Rituum , Vicarium Generalem, quoties ut Canonicus in Choro, ut quotidianas distributiones lucretur, et in Capitulo seu aliis actibus interesse intendit in habitu et apparatu Canonical), in loco suae receptionis sedero aut incedere debere : quoties autem ut Vicarius vult praecedere Canonicos, Canonicalem habitum dimittere debere : et ita observandum esse, donec allegatam consuetudinem immemorabilem ipse Vicarius probaverit, qua probata et mature considerata Congregatio respondebit.

Decretum supradicluin alias in Sacra Rituum Congregatione examinatum, approbatum et ab Ululo et Rmo D. bonae niern. Cardinali Gesualdo subscriptum, eadem Sacra Rituum Congregatio « iterum approbavit, confirmavit, et ut supra in omnibus observari mandavit». Die 21 Febr. 1G04.

159. BRAC1IAREN. (238)

Pro parte Archiepiscopi Bracbaren. in Sacra Rituum Congregatione expositum fuit: Dignitates et Canonicos suae Ecclesiae recusare assistere Episcopo Sulfraganeo ab ipso Archiepiscopo deputato ad reconciliandam Ecclesiam vel atrium illius, quando aliquo casu polluitur; nec velle ad dictas reconciliationes accedere. Quare quaesitum fuit: « An dictae Dignitates et Canonici ad inleressendum seu assistendum cogi possint? »

Sacra Rituum Congregatio respondit : « Teneri Canonicos et Dignitates Episcopo Sulfraganeo assistere, quoties praedictas vel similes functiones episcopales nomine proprii Archiepiscopi exercet ». Et ita censuit cl declaravit. Die 21 Febr. 1G04.

160. URBIS. (23G)

Quaesitum fuit : An Canonicus celebrans in aliqua Ecclesia Collegiala de Urbe, praesente proprio Vicario illius Ecclesiae ad Missam Convenlualem, teneatur in fine Missae ante benedictionem reverentiam facere ipsi Vicario?

Congregatio Sacr. Rituum respondit : « Non teneri ». Et ita declaravit. Die 21 Februarii 1G04.

161. BARNABITARUM. (237)

Clerici Regulares Congregationis S. Pauli decollati, Barnabilae nuncupati, in S. Rituum Congregatione exposuerunt, ipsos non esse solitos facere Oflicium circa corpora defunctorum, quae quandoque in eorum Ecclesiis sepeliuntur, immo id eis ex eorum Constitutionibus prohiberi, cum nec corpora defunctorum associent ad sepulturam, nec canium, vulgo firmum, habeant. Quare, ut Oflicium huiusmodi a Curato seu Parocho defuncti fiat, proni in Ecclesiis omnium Clericorum Regularium in Urbe fit, instanter petierunt.

Sacra Rituum Congregatio: * Constitutiones ei lura dictorum Clericorum Regularium servanda esse, nec ab illis recedendum esse » censuit et declaravit. Die 20 Martii 1G04.

162. SEGUNTINA. (239)

Pro parte Portionaliorum Ecclesiae Segunlinae Sac. Ril. Cong. expositum fuit quemdam Ostiarium, seu Sceptriferum, vulgari sermone *Portigwrum* nuncupatum, hominem laicum, solere cum veste longa, et sceptro argenteo comitari Sacerdotem una cum Diacono et Subdiacono paratis, tam quando a Sacrislia ad Altare maius pro Missa celebranda accedunt, quam quando inde, finita Missa, ad Sacrisliam redeunt; ac etiam dum quibusdam diebus dicti Celebrantes cum duobus assistentibus paratis pluvialibus, cl cum Decano, Canonicis, ac toto Capitulo, praecedente Subdiacono cum Cruce, per Ecclesias Processiones faciunt, vel pro defunctis, vel alia de causa, ipsum

Ostiarium solitum osse incedere inter Subdiacontini deferentem Crucem elevatam cum manica, el Diaconum ac Presbyterum celebrantem, et duos praedictos Assistentes pluvialibus indutos; el cum videatur indecens el indecorum, hominem laicum inter Clericos paralos incedere; petierunt per eamdem Sac. Congregationem locum decentem assignari, el decerni pro dicto Ostiario seu Sceptrifero; videlicet, si ita placuerit Ulmis DD., ante Crucem, prout in Ecclesia Toletana servatur.

Quae quidem S. II. C., habita prius super praemissis informatione ab ipso Episcopo Segunlino, qui etiam per litteras fidem fecit, quod in Ecclesia Toletana dictus Ostiarius, non inter Clericos seu Ministros paratos, sed ante Crucem incedit : « Debere etiam in Ecclesia Segunlina eo modo, proui fit in Toletana, dictum Ostiarium seu Sceptriferum non inter Clericos seu Ministros paralos, sed ante Crucem incedere, non obstante quavis in contrarium consuetudine », censuil et declaravit. Die 20 Martii 1604.

163. LUCERINA. (240)

Cum in Ecclesia Lucerina in Apulia Dignitates, el Canonici ea, quae ad ipsas spectant iuxla formam libri Caeremonialis Episcoporum noviter editi, exequatur, el octo Clerici eiusdem Ecclesiae, vulgari sermone abbates nuncupati, ea munera obire recusent, quae a Clericis seu Beneliciatis obeunda esse, idem liber Caeremonialis disponit.

Sac. Hit. Congr. < Dictos Clericos per Episcopum , el alios ad quos spectat, ad ea munia subeunda iuxla formam dicti libri Caeremonialis, debilis el opportunis remediis cogendos esse » censuil el declaravit. Die 10 Aprilis 1604.

161. MEDIOLANEN. DESII. (241)

Cum alias in Sac. Cong. Rituum ad instantiam Canonicorum Ecclesiae Collegiatae Sanctorum Cyri el Materni in Oppido Desii Mediolanen. Dioecesis declaratum fuerit Canonicum Doclorem noviter admissum ratione sui Docloralus non debere praecedere aliO' Canonicos antiquiores: et postea pro parte Io. Baptistae Pirannia Canonici Praebendae Theologahs eiusdem Ecclesiae in t idem Sac. Rit. Congregatione allegatum fuerit, ipsum Io. Baptistam locum praetendere supra alios Canonicos , non tamquam -implicem Doclorem in Theologia, sed tamquam Canonicum Praebendae Theologalis cum particulari assignatione loci supra o innes Canonicos in prima Sede Chori, post Dignitates, iuxla formam Decreti in Synodo Dioecesana facti per bo. me. Carohun Card. Borromaeum, el prout alii Canonici eiusdem Praebendae Theologalis, ipsius Io. Baptistae praedecessores habuerunt : et habita de praedictis omnibus informatione a R. P. D. Senaea,

Eadem Sac. Hit. Cong, declaravit: « Servandum esse Decretum Synodale praedicti Rmi D. bo. me. Caroli Cardinalis Borromaei, el eidem Ioanni Baptistae Pirannia locum assignandum iuxla formam dicti Decreti Synodalis, el prout habuerunt alii Canonici eiusdem Praebendae Theologalis, sui praedecessores ». El ita censuil el declaravit. Die 8 Maii 1604.

165. MANTUANA. (243)

Ecclesiae Mantuanae Canonicos ex antiqua el immemorabili consuetudine, statutis etiam eiusdem Ecclesiae confirmata, solitos esse, dum solemniler celebrant, praeter Diaconum et Subdiaconum, unum Cappellanum assistentem cum pluviali habere, quam assistentium solis Praelatis, non autem Canonicis dandam esse, ex praescripto libri Caeremonialis, Magistrum caeremoniarum eiusdem Mantuanae Ecclesiae asseruisse, Sac. Hit. Congr. narratum fuit, el petilum: An dicla immemorabilis consuetudo continuanda sil, necne?

Eadem S. R.C. respondit : « Librum Caeremonialem Episcoporum in praemissis non obstare, el ideo praedictam Ecclesiae Mantuanae immemorabilem consuetudinem servandam esse, et nihil innovandum » censuit el declaravit. Die 16 Iunii 1604.

166. ELBOREN. (244)

Petitionem SSfho D. N. faciam ab Archiepiscopo Elboren., ut quod ipse sine consensu Capituli sui fecil, aperiendo quamdam parvam fenestram, quae ex aedibus suis in Ecclesiam respicit, in loco satis alto et decenti, quam etiam transenna munivit, ut inde, non visus ab aliis, divina Officia quandoque audire possit, el per eam aspicere, an per Canonicos el eiusdem Ecclesiae Presbyteros et Clericos recte et decenter ecclesiastica munia execuiioni demandentur, Aposlolica auctoritate confirmaretur.

S. R. C. < Pro usu el persona Archiepiscopi Ianium concedi posse » censuil el declaravit. Die 19 Iunii 1604.

167. BURGEN. (245)

An Cappfillani, qui cappas seu pluvialia in Ecclesia Burgen. Canonicis in qutbasdam solemnilalibus ministrant, capite detecto, ul hactenus consueverunt, vel cooperio, ut modo praetendunt, ministrare debeant? pro parte Capituli Burgen. petilum fuit.

S. R. C. respondit : < Capite delecto Cappellanos ministrare debere, iuxla solitum ». El ita in posterum servari mandavit. Die 19 Ianii 1604.

168. EUGUBINA. (246)

Quaesitum fuit pro parte Episcopi Eugubini in S. R. C.

1. An Abbas el Monachi S. Petri de Eugubio Congregationis Montis Oliveti, possint, absque licentia Episcopi, facere Processionem deferendo per Civitatem SSmum Sacramentum, praesertim cum Ecclesia Sancti Petri sil curata?

2. An Abbas possit solemniler benedicere populo, celebrando ponlilicaliler in dicta Ecclesia?

3. An in Processionibus, quae liunl per Civitatem, possit dictus Abbas deferri facere coram se mitram el pastorale?

Eadem S. R. C. ad supradicla dubia respondit ul infra, videlicet:

Ad 1. « Posse Abbatem facere Processionem cutn suis Monachis, sed absque aliis Religiosis, dummodo non exeat extra limites Parochiae ». Ad 2. « Posse Abbatem, dum ponlificaliler celebrat in sua Ecclesia , populo solemniler benedicere, sed non in praesentia Episcopi ». Ad 3. « Negative, quia Abbas extra suam Ecclesiam el Conventum non polesl uti mitra et baculo pastorali ». El ita, ul supra, censuil el declaravit. Die 17 Iulii 1604.

169. POLICASTREN. (250)

Pro parte Marchionis Cameratae Policastren. Dioecesis in S. R. C. expositum fuit, fratrem Vincentium Ordinis Praedicatorum Episcopum Bethlehem, el olim Coadiutorem Episcopi Marren., praetendere in dicto Oppido Cameratae omnes praeeminenlias, quae debentur Episcopo proprio in sua Ecclesia, in praeiudicium ipsius Marchionis etc.

Eadem S. R. C.: « Episcopo praedicto, qui nullam iurisdiclionem in dicto Oppido Cameratae habet, praedicta el alia similia, quae proprie Episcopo in sua Ecclesia et Dioecesi debentur, non convenire censuit et declaravit; el, ul in futurum a praedictis el similibus abstineat, maxime in praesentia ipsius Marchionis » ordinavit.

Alia vero in Memoriali contenta remisit ad S. C. Episcoporum el Regularium. Die 21 Augusti 1604.

170. PLACENTINA. (251)

Regulares in Civitate Placentina, praeter debitum ritum, el regulam praescriptam in libro Caeremuuiali Episcoporum, ac etiam in contemptum Ecclesiae Calhedralis, Sabbato sancio pulsare campanas, antequam in Ecclesia Cathedrali pulsentur, S. R. C. narratum fuit.

Eadem S. R. C.: * Non licere Regularibus id facere declara'ii, el ul in futurum a praedictis abstineant » praecepit el mandavit. Die 21 Augusti 1604.

171. ANDRIEN. (252)

Pro parte Capituli el Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Andrien. S. R. C. expositum fuit: Canonicos Collegiatae Ecclesiae S. Nicolai in eadem Civitate praetendere contra solitum, debitum, el antiquum usum, in Piocessione SSrni Sacramenti incedere inter Clericos el Canonicos eiusdem Ecclesiae Calhedralis, ita ul post Crucem primo loco Clerici Calhedralis, deinde Canonici Collegiatae, el demum Canonici Calhedralis incedere debeant: el cum ipsa Collegiala non soleat, nec debeat in dicta Processione deferre Crucem, praetendere nihilominus loco Crucis, contra solitum, quaedam Insignia erigere et deferre.

Eadem S. R. C.: «A solito non esse recedendum censuil ei declaravit, ut Canonici Collegiatae Ecclesiae in primo loco post Crucem Calhedralis incedere debeant, el post eos in ultimo el digniori loco Clerici el Canonici Ecclesiae Calhedralis, inter quos nec Clerici nec Canonici aliarum Ecclesiarum debeant se miscere. Neque Canonicis Collegiatae Ecclesiae licere contra solitum erigere Insignia ». El ita in omnibus supradietis in praedicta Ecclesia Civitatis Andrien. servari praecepit el mandavit. Die 21 Augusti 1604.

172. VIRODÜNEN. (253)

Cum alias in Sacr. Rit. Congr. sub die 5 Iulii 1603, ad sedandas differentias praecedentiae ortas inter Ursulam Coadiutricem cum futura successione Catharinae Abbatissae Monasterii seu Domus Virginum Oblatarum S. Mauri Virodunen., el Priorissam eiusdem Monasterii, declaratum fuerit Coad-

.iuiricrm in omnibus Prionssae praeferendam esse. Dubitatum fail, an dicta Ursula Coadiulrix camdem praecedentiam habeat tarn in Processionibus quam in Choro et in diis actibus publicis, etiam in praesentia ipsius Catharinae Abbatissae.

Eadem S. R. C. declaravit : « Praeeminenliam el iurisdiclionem Coadiulricis cessare in praesentia Abbatissae : el ideo, praesente Abbatissa, Priorissani esse ipsi Coadiutrici praeferendam » censuil. Die 16 Octobris 1604.

173. LICIEN. (256)

Vicariis Foraneis per Dioeceses Episcoporum constitutis, ratione sui Vicarialus huiusmodi, in Choro, Sessionibus, Processionibus el aliis similibus ecclesiasticis functionibus, nullam praeeminenliam seu praecedentiam super alios antiquiores seu digniores ipsius Ion Presbyteros, Dignitates, seu Canonicos competere, saepe S. R. C. declaravit. < Et ita inter Vicarium Focaneum Terrae Squinzani Licien. Dioec. et Archipresbvterum eiusdem loci servandum esse » censuil el declaravit. Die 16 Oct. 1604.

171. ENT0M1LIEN. (256)

Pro parte Episcopi F.nlomilien. quaedam dubia declaranda in S. It. C. proposita fuerunt. El I. An toleranda et continuanda sit consuetudo Societatis seu Confraternilalis Disciplinant!um eiusdem Civitatis, quae Feria V. maioris hebdomadae, hora quarta nodis solet processionalilcr accedere devotionis causa, ad visitandum Altare maius Ecclesiae Cathedralis, quo mulieres etiam concurrunt, unde scandala oriri possunt? S. R. Congr. respondit: < Tolerandam esse laudabilem consuetudinem Confraternilalis Disciplinanlium: sed ad evitanda scandala, prohibendum esse mulieribus, ne nocte in Ecclesiam ingrediantur, vel per Civitatem discurrant ».

2. \n Syndici Civitatis eiusdem in Missis -ob mnibus triplici ductu thuribuli, sicut Episcopus, thurificandi sint, sicut in eadem Civitate introductum esse affirmatur? Eadem S. R. C. ťespondit « Unicam lanium el digniorem personam, idesl Episcopum, triplici ductu esse thurilicandum, Syndicos vero et alios Episcopo inferiores satis esse si duplici ductu thurificentur ».

3. Λη ψ'β Episcopus possit moderari consuetudinem, sive abusum, ne unus civis duo vel tria aut plura scamna, pro suo servito» collocet, el aliorum loca occupet? Eadem S. R. C. respondit: « Posse Episcopum modérai e arbitrio suo scamna el loca laicorum in Ecclesia, et providere ne unus solus multa loca occupet, ita ut pro aliis locus non relinquatur ». Et ita eadem S. R. C. censuil et declaravit, et ad supradicta dubia respondit. Dic 11 Dec. 1604.

175. ELBOREN. (257)

Pro parte Capituli Ecclesiae Elboren. S. R. C. expositum fuit, nonnullos viros laicos, vel etiam Canonicos, non tamen de gremio Capituli, nec colla, aut alio habitu ecclesiastico indutos, occupai e in Cappella maiore dictae Ecclesiae, quae angusta est, el vix ad Canonicos et alios Capitulares recipiendos capax, dum ibi Vesperae et divina Officia celebrantur, loca et slalla Canonicorum el aliorum de gremio Capituli, inibi habitu ecclesiastico, idesl vappis, rocchello, vel collis iuxla cuiusque dignitatem el qualitatem, secundum usum dictae Ecclesiae indutorum: et petitum fuit, ut huiusmodi abusum eadem S. R. C. tollere dignaretur.

Cum autem in Ecclesia Dei alia Canonicorum et ministrorum in divinis inservientium, alia populi audientis loca esse debeant, ut in alia simili causa Ecclesiae Composlellanac declaratum fuit sub die 4 Februarii 1600 et sub die 21 Februarii 1604 eadem S. R. C. censuil el declaravit : « Non licere, nec permitti debere laicis nec etiam Clericis, qui non sint de gremio Capituli, in Ecclesia Elboren. occupare loca seu slalla Canonicorum el aliorum de Capitulo habitu ecclesiastico indutorum, neque praedictis laicis, vel etiam ecclesiasticis aut amicis el familiaribus Archiepiscopi, habitu ordinario et nigro indutis licere in Cappella praedicta maiore inter Canonicos el alios de gremio Capituli habitu ecclesiastico indutos sedere, etiamsi aliquando id eis permissum fuerit ». El ita declaravit el exequi mandavit. Dic 8 lanuarii 1605.

176. CALLIEN. (258)

Pro parte Praepositi Callien. S. R. C. expositum fuit, quod licet Praepositura huiusmodi in Ecclesia Callien. sil antiquissima et prima Dignitas post Episcopalem el ab immemorabili tempore, qui eam obtinuerit, solitus fuerit in absenlia Episcopi Missas ei alias fun» tiones ecclesiasticas celebrare et exercere ; nihilominus Archidiaconus, moderna Dignitas, quae ab annis 70 citra in dicta Ecclesia erecta est, in cuius erectione

Archidiaconus ipse renunciavil omnibus privilegiis iui'is communis, cum clausula : Remanente in suo robore Dignitate Praeposiiurae : praetendit ad ipsum de iure in absentia Episcopi, non autem ad Praepositum, Missarum el aliarum praedictarum functionum ecclesiasticarum celebrationem pertinere.

Eadem S, R. C. « Praepositum in sua possessione manulenendum, el nihil innovandum esse » censuil et declaravit. Die 8 Ianuarii 11105.

177. ALTAMURAE NULLIUS. (259)

Cum Ecclesia Collegialae S. Nicolai Graecorum in civitate Altamurae Nullius Dioecesis Provinciae Baren., ritu graeco a SS. D. N. suppresso, ad latinum ritum reducta sil, el in ea duo Ianium Clerici graeci, Dignitatem in ea habentes, relicti fuerint ; nempe Horatius Campanilis Canior, et Angelus Antonius Protomaslrus Thesaurarius, cum facultate ut possint, eorum vita durante, ritum graecum continuare, el illis delicientibus, in eorum locum Presbyteri lalini subrogandi sint : el cum dicta in Ecclesia ad praesens, Ofiicium more latino celebretur et ipsi Clerici graeci in Choro tamquam Dignitates cum aliis Presbyteris lalinis assistant; petierunt a S. R. C. licentiam recitandi Ofiicium more latino.

Eadem S. R. C. censuil: « Licentiam petilam dictis duobus Clericis graecis concedi posse, prout concessit, dummodo ipsi graeci in omnibus ritui latino se conforment ». El ita declaravit. Die 29 Ianuarii 1(505.

178. BENEVENTANA. (201)

Consueverunt Rihi DI). Archiepiscopi Ecclesiae Beneventanae, ultra Vicarium Generalem habere etiam Auditorem, qui in praesentiarum Canonicus eiusdem Ecclesiae ac etiam Index el Examinator Synodalis est. Dubitatur modo : an idem Canonicus, ex eo quia Auditor Archiepiscopi existil, in congregationibus et sessionibus, quae fiunt tam ratione examinis promovendorum ad Ordines el Beneficia, quam aliis ex causis, alios Canonicos, qui Indices vol Examinatores Synodales similiter existunl, praecedere, vel inter ipsos in loco promotionis suae sedere debeat, maximo Rfho D. Archiepiscopo vel eius Vicario Generali praesentibus?

S. R. C. respondit : « Canonicum praedictum Auditorem Archiepiscopi in sessionibus el congregationibus cum aliis Canonicis coram Archiepiscopo vel eius Vicario Generali, debere sedere vel stare non sopor alios Canonicos, sed in loco suae promotionis ». Et ita declaravit. Die 29 Ianuarii 1(505.

179. VISEN. (2(531

Pro parte el ad instantiam Episcopi Visen. in S. R. C. infrascripta dubia proposita fuerunt, quibus particulariter re'ponderi supplicavit, videlicet :

1. An Praelati Archiepiscopi seu Episcopi possint esse Indices ad declaranda dubia super sacris Ritibus el Caeremoniis exorta? S. R. C. « Negative » respondit.

2. Dubitatur inter Dignitates el Canonicos : an quando Episcopus divinis Officiis interest, nec Pontificalia exercet, eidem assistere debeant Canonici Presbyteri el Diaconi, vel etiam Dignitates? Eadem S. R. C. respondit: « Servandam esse formam Caeremonialis in Gap. de assistentia duorum Canonicorum lib. primo, cap. 8 ».

3. An in Regno Lusitano recitari possit Ofiicium de festis particulariter concessis per Breve Apostolicum Regno Hispaniae, ut est festum Expectationis et alia similia, attento quod Regna sunt diversa, quamvis sub unius Regis potestate existant? Eadem S. R. C. « Negative » respondit.

4. An in Ecclesia Visen. recitari possit Ofiicium de Communi pro Sanctis, quorum festivitates ab immemorabili tempore celebrare consueverunt, quamvis non sint canonizat!, prout est S. Elisabeth Regina, S. Theolonius el alii similes? Eadem S.R.C. « Affirmative » respondit, < dummodo adsit immemorabilis consuetudo». Et ita in omnibus, ut supra, censuit, declaravit el respondit. Die 11 Iunii 1(505.

ISO. HISPALEN. (264)

Abbatissa et Moniales Conceptionis B. M. Virginis, alias de Pace, Ordinis S. Augustini in Civitate Hispalen. a fundatione earum Monasterii solitas fuisse recitare Officium Sauciorum dicti Ordinis, quando occurrunt, absque alterius Ofiicii recitatione, S. R. C. exposuerunt , quod licet semper sine scrupulo servaverint, tamen quia novissime a quodam eorum Visitatore monitae fuerunt, non posse id, luta conscientia, sine Sedis Aposlolicae dispensatione, continuare ; eidem S. R. C. supplicare fecerunt, ut, ad omnem scrupulum tollendum, eis dictam licentiam et dispensationem concedere dignaretur. Quibus auditis,

Eadem S. R. C.: « Stante antiqua consue-

tudine a fundatione Monasterii introducta, «ensuit et declaravit dictas Abbatissam et Moniales, tuta conscientia, posse continuare in recitatione Officii Sanctorum sui Ordinis, quando occurrunt, absque eo, quod aliud Officium dicta die recitare teneantur, prout continuandi in dicta earum consuetudine antiqua facultatem et licentiam eis dedit ». Die II Iunti 1605.

181. PRO REGULARI PROMOTO (205) AD EPISCOPATUM.

Cum quidam Frater Professus Ordinis S. Augustini Eremitarum promotus fuerit ad Episcopatum in Indiis, quaesitum fuit a S. R. C.

1. An talis Episcopus Divina Officia iuxta formam sui Ordinis, an vero iuxta formam traditam et assignatam Dioecesi a Sede Apostolica, recitare teneatur? Eadem S. R. C. respondit: < Episcopum debere Officium recitare ct Divina Officia celebrare iuxta ritum suae Dioecesis ».

2. An occurrente una eademque die festum alicuius Sancti suae Dioecesis, el festum alterius Sancti sui Ordinis, de quo celebrandum sil? Eadem C. respondit : « Celebrandum esse festum de Sancto Dioecesis ».

3. An Cappellani sive Regulares $inl sive Saeculares, qui alternis vicibus cum Episcopo Regulari Officium recitare solent, debeant se conformare Episcopo circa recitationem Officii? Eadem S. R. C. « affirmative » iespondil, et ul supra , in omnibus servandum esse censuil el declaravit. Dic II Iunii 1605.

182. OSCEN. (267)

< Preces ordinatas ab Episcopo Oscen., ut ad impetrandam pluviam in omnibus suae Dioecesis Ecclesiis in Missa conventuali recitentur post Orationem Dominicam, antequam Sacerdos dicat: *Libera nos quaesumus Domine etc.,* non esse eo tempore recitandas, ne Sacrificium Missae interrumpatur » : S. R. C. ad instantiam Ecclesiarum eiusdem Dioecesis Oscen, declaravit. Die II Iunii 1605.

183. NOVAR1EN. (269)

Duo Presbyteri ambo Cappellani titulares m Ecclesia Parochiali Terrae Traechae Novarim. Dtoec. de praecedentia inter ipsos › ostenderunt : quorum alter, cum non esset Pre'byler ordinatus, prius possessionem dictae Cappellaniae accepit, .alter vero post, nm Presbyter ordinatus, tamquam Presbyter locum super Cappellanum non ordinatum obtinuit, qui postea ordinatus voluit illum praecedere, cui Episcopus Novarien., ul asseritur^ annuit. Sed cum hoc negotium in S. R. C. propositum fuerit,

Eadem S. R. C. respondit: < illum praecedere debere et locum digniorem oblinere, qui prius Presbyter ordinatus fuit ; et non qui prius, cum non esset Presbyter possessionem Cappellaniae accepit ». El ita declaravit. Die 16 Iulii 1605.

184. SALERNITANA. (270)

Capitulum el Canonici Ecclesiae Salernitanae S. R. C. exponi fecerunt, eos habere in eorum Ecclesia nonnullas particulares et antiquas caeremonias a Pio IV fel. ree', approbatas, quae libro Caeremoniali Episcoporum noviter impresso non sunt conformes; el ideo ,ib eadem S. R. C. declarari petierant, eos non esse obligatos ad observationem dicti libri Caeremonialis.

Quae quidem S. R. C. respondit: « Omnes Ecclesias, Metropolitanas, Cathédrales et Collegiatus, dictum librum Caeremonialem in omnibus ad unguem servare debere, praeter quam in illis, quae de antiqua, immemorabili ac laudabili consuetudine, alio vel diverso modo ab eo, quo in Caeremoniali praescribitur, observantur ». El ita censuil el declaravit. Die 16 Iulii 1605.

185. NARNIEN. (271)

Canonici el Capitulum Ecclesiae Calhedralis Narnien. SSmo D. N. et S. R. C. exposuerunt, Priores el Magistratum eiusdem Civitatis contra antiquam dictae Civitatis consuetudinem, et contra id quod in libro Caeremoniali Episcoporum statuitur, praelendere inter Missarum solemnia thurificaiionis honorem et pacem ante ipsos Canonicos, tam in Calhedrali Ecclesia quam in aliis Ecclesiis eiusdem Civitatis, ad quas Capitulum Ecclesiae supradictae et praedictum Magistratum ire contingit. Quod cum a Canonicis el Capitulo, iura ecclesiastica tuentibus, non fuerit permissum; ipsum Magistratum debitum el solitum obsequium erga Episcopum ad Ecclesiam accedentem in solemnioribus festivitatibus amplius praestare et ad Ecclesiam Calhedralem ire recusasse, non solum ad solitas solemnilales per annum, et ad Conciones tempore Adventus el Quadragesimae; sed neque ipsa die, qua Priores novi sui Magistratus Officii possessionem sumunt, el in Canonicorum, Capituli, Fabricae el Ecclesiae praeiudicium, prohibuisse eis debt-

tum et consuetum cerae tribulum a Consulibus artium cl Massariis Castrorum cl Villarum in suburbiis persolvi; ac etiam in solemnissima SS. Sacramenti Festivitate, el Processione solitum obsequium el reverentiam praestare, el tubicines Palatii ad Processionem honorandam mittere recusasse; et quod privatis civibus, sine contradictione exhibere solent, recusasse etiam Priores, seu eorum aliquem ad locum capilularem accedere, quando opus fuit pro auctorizanda cassalione Instrumentorum per Notarios defunctos rogatorum, iuxta eorum ordinationes seu statuta; el velle cogere Capitulum lotum, ul ad eorum Palatium accedat pro huiusmodi Instrumentorum cassalione; aliaque plura in praeiudicium el odium dicti Capituli et Ecclesiae Calhedralis Magistratum praedictum fecisse et attentasse; eidem S. R. C. ab eisdem Canonicis et Capitulo narratum fuit.

S. R. C., cui specialiter hoc negotium terminandum ab eodem SS. Domino Nostro Papa commissum fuit, animadvertens maxime convenire ul iura ecclesiastica tueantur, et laudabiles consuetudines in Dei el ministrorum eius honorem conserventur, el quae in libro Caeremoniali Episcoporum nuper edito statuuntur, ubique terrarum el praecipue a subditis Romanae Ecclesiae el in Civitatibus Sedi Aposlolicae subieclis inviolabiliter serventur, partibus in iure el in facto informantibus bene auditis: «Praedictum Magistratum el Priores Civitatis Narnien. thuris el pacis honorem dictis Capitulo el Canonicis, iuxta antiquam consuetudinem el regulam in dicto Caeremoniali statutum, cedere debere tam in Ecclesia Calhedrali quam in aliis Ecclesiis, ubi Capitulum et Canonici praedicti simul cum Magistratu conveniunt, censuil et declaravit. Ipsum Magistratum debere Episcopo ad Ecclesiam accedenti debitum obsequium praestare, el in diebus solemnibus per annum, et tempore Quadragesimae el Adventus ad Ecclesiam Calhedralem ad divina Officia el Conciones audiendas ire, et consuetudinem antiquam per novos pro tempore Priores omnino servandam esse, eundi scilicet prius ad Ecclesiam Calhedralem, quam possessionem Officii in Palatio capiant: nec licere Magistratui prohibere solitum tribulum Ecclesiae vel Canonicis seu Fabricae debitum a Consulibus artium el Massariis Castrorum el Villarum: Magistratum supradictum in Processione SS. Sacramenti solitum obsequium praestare teneri, et tubicines publicos ad illam honorandam mittere, el unum ex Prioribus debere ad locum Capilularem ire, ut eorum moris est, quoties opus fuerit pro auctorizanda cassalione praefatorum Instrumentorum : nec Magistratum quidquam in praeiudicium Episcopi, Ecclesiae, Capituli el Canonicorum innovare seu attentare posse, eadem S. C. censuil el declaravit : el si quae innovata sint, in pristinum reduci mandavit. El praedicta omnia ad unguem servanda Magistratum teneri, el per Gubernatorem Civitatis Narnien. el alios Superiores Ecclesiasticos et temporales opportunis remediis cogendos esse » censuil, voluit et ordinavit ». Die 16 Iulii 1605.

18G. GOANA IN INDUS. (272)

Cum alias a fel. rec. Clemente PP. VIII Frater Dominicus Torradus Ordinis S. Augustini, qui in Civitate Goana in Indiis Orientalibus commoratur, electus fuerit Episcopus Fulsicalen. in partibus infidelium , ni in administratione Sacramentorum Archiepiscopo (loan, tamquam Suffraganeus coadmvare posset: et in illis remotissimis regionibus Episcoporum numerus a Sacris Canonibus requisitus in Consecratione Episcopi minime reperiatur, nec ad praesens reperiri possit; pro parte dicti Archiepiscopi Goan. SSmo Domino Nostro supplicatum fuit, ut ipse Archiepiscopus Goan. cum assistentia duarum Dignitatum Ecclesiae Goan. loco Episcoporum possit munus Consecrationis eidem Electo Fulsicalen. impendere. Et cum SSmus Dominus Noster negotium terminandum ad S. R. C. remiserit;

Eadem S. C.: « Attentis narratis el Episcoporum penuria in illis remotissimis partibus, el ad favorem fidelium Civitatis, Dioecesis, et Provinciae Goan., ut commodius ibi Sacramenta tam ab Archiepiscopo quam ab eius Sulïraganeo ministrari possint cl valeant; censuil pro hac vice lanium el de speciali gratia posse concedi eidem Archiepiscopo Goan. facultatem et licentiam consecrandi in Episcopum praefatum Fratrem Dominicum electum Fulsicalen. cum assistentia duarum Dignitatum Ecclesiae Goan. loco duorum Episcoporum ». El ita declaravit. Die 16 Iulii 4605.

187. BRIXIEN. (273)

Officiales Civitatis vulgo *la baiica,* contra antiquam Ecclesiae Brixien. consuetudinem, et contra conventionem novissime factam inter eos et Clerum el per annos sex continuos servatam, praetendere thuris el pacis

honorem el praecedentiam super Dignitates el Canonicos: Capitulum el Canonici Ecclesiae Brixien. S. R. C. exposuerunt et declarationem super praemissis petierunt.

Eadem S. R. C. respondit: «Conventionem factam inter Officiales *Banchae* et Capitulum servandam esse, el quatenus illam Officiales praedicti servare recusent, antiquam Ecclesiae Brixiensi.s consuetudinem circa praemissa, quae libro Caeremoniali conformis est, quibuscumque non obstantibus, servandam esse » censuit et declaravit. Die 16 Iulii 1605.

188. BRUNDUSINA. (275)

Cum alias a S. R. C. declaratum fuerit Missarum solemnium celebrationes, quas Archiepiscopus, si praesens esset, faceret; eo impedito, absente, vel defuncto, non ad Vicarium generalem, sed ad Dignitates el Canonicos in Civitate Brundusina perlinere. Dubitatum fuit : An alternalim id faciendum sit vel successive. Congregatio respondit: «Successive id esse agendum, ideal: Si prima Dignitas impedita sil, secunda celebret; si secunda, tertia; si omnes Dignitates sint impeditae vel absentes, tunc ad primum Canonicum vel secundum successive eanimdem Missarum celebrationem perlinere > declaravit.

El insuper quia Vicarius eiusdem Ecclesiae habet etiam in eadem Dignitatem; quaesitum fuit: an possit distributiones quotidianas lucrari assistendo in Choro cum pallio communi tamquam Vicarius, el non cum colla tamquam Dignitas? S. R. C. respondit: « Didum Vicarium distributiones quotidianas lucrari non posse, nisi in Choro assistat cum colta el habitu Dignitati suae convenienti, prout assistunt ceterae Dignitates el Canonici. Locum vero Vicarii, in quo tamquam Vicarius ad Officium el Contiones sedeat, illum esse debere, quem idem Vicarius haberet praesente Archiepiscopo: nec licere sibi Sedem cum tapete et pulvino sericeis parare in loco, in quo sfderei Archiepiscopus, si praesens esset. In Processionibus vero, in quibus Vicarius non in habilu Canonical! tamquam Dignitas vel Canonicus, sed in habilu suo ordinario tamquam Vicarius incedit, praecedentiam ei deberi super omnes alias Dignilales cl Canonicos, etiamsi aliquis eorum habeat Dignitatem Piolonolarii, et in habilu Prolonotani incedat : sed quatenus eliam dentur distributiones Canonicis Processionibus interessentibus, illas Vicarium lucrari non posse, nisi in habilu Canonical! incedat ». El ita S. R. C. declaravit. Die 16 Iulii 1605.

189. RUTHENEN. (270)

Cum in Cathedrali Ecclesia Rulhenen. Archidiaconus, qui in dicta Ecclesia non est prima Dignitas, electus Episcopus titularis in partibus infidelium, deputatus fuerit Coadiulor Episcopi Rulhenen. cum futura successione, el cum retentione Archidiaconatus praedicti: dubitatum fuit, an Coadiuloria praedicta durante, eliam in praesentia Episcopi, ipse Coadiulor Archidiaconus debeat ob dignitatem el ordinem Episcopalem tam in Choro quam in Processionibus, et in quibuscumque aliis actibus publicis, ac eliam in loco capitulari, absente Episcopo, habere locum supra omnes alias Dignitates el Canonicos digniores el antiquiores.

S. R. C. respondit: « Placere sibi in hoc consuetudinem trium Ecclesiarum Patriarchalium Urbis, nempe S. Ioannis Laieranen., S. Petri, et S. Mariae Maioris, in quibus si aliquis Canonicus habuerit Dignitatem seu Ordinem Episcopalem cum retentione Canonicatus, praecedit omnes alios Canonicos, eliam ipso in Canonical:! anteriores el digniores; el ita eliam servandum esse in Ecclesia Rulhenen. in casu proposito » censuit et declaravit. Die 24 Septembris 1605.

190. TROPIEN. (278)

Ante publicationem novi Caeremonialis Episcoporum solitum fuisse in Ecclesia Tropico., ut Canior, qui esi lerlia Dignitas, in Vesperis primam anliphonam, secundam vero Decanus prima Dignitas, reliquas per ordinem successive aliae Dignitates et Canonici praeinlonarenl, S. R. Congr. expositum fail. Sed quia ex dispositione didi Caeremonialis statutum est, ul prima antiphona a celebrante praeinioneiur, reliqua a Canonicis ab nlraque parte Chori, incipiendo a dignioribus: Canior, qui ante Caeremonialem primam anliphonam intonabat, praetendit ut sibi el non Decano secunda praeinlonareltir. Quaesitum foil: an Decano vel Caniori praedicta secunda anliphona praemtonanda sil?

Eadem S. R. C. respondit : « Servandam esse formam Caeremonialis praedicti lib. 2, cap. 3, ubi, quomodo diclae antiphonae praeintonandae sint, praescribitur ». Ei ita ccnsnil el declaravit ac serviri mandavit. Dic 24 Septembris 11505.

19 t. TRANEN. (279)

Licet pluries a S. B. C. declaratum fuerit Vicariis Foraneis per Dioeceses constitutis, nullam super Archipresbyleros, Dignitates, Canonicos, seu Presbyteros deberi praeominenliam ratione dicti Vicarianis, neque in Choro neque in Processionibus; tamen Vicarium Foraneum Terrae Corali Tranen. Dioecesis praetendere dicta inlelligenda esse decreta quando Vicarius assistit in Choro cum colta, et non quando assistit cum pallio communi; eidem S. It. C. pro parte Capituli el Cleri diclae Terrae Corali expo situm fuit, el petitum ut praemissa declarare dignaretur.

Eadem S. R. C. declaravit: « Decretum sen Decreta praedicta de Vicariis Foraneis inlelligenda esse indistincte, tam quando Vicarius est cum colla quam quando est sine colla, tam in Choro (piam in Processionibus, quibus in locis Vicarius Fornneus debet tamquam unus ex Presbyteris sen Canonicis diclae Ecclesiae in loco sibi convenienti, iuxta provisionem seu ordinem suum sedere, stare el incedere cum colla, prout alii Canonici seu Presbyteri sedent, stant el incedunt, alias non lucrabitur distributiones quotidianas; neque Vicarius ratione Viearialus praedicti debet thuris honorem et pacis osculum recipere ante Dignitates, Canonicos, seu Presbyteros ipso digniores. Et ita declaravit, el per dictum Vicarium Foraneum Terrae (.orati servari mandavit ». Die 24 Septembris 1605.

192. AUGUSTEN. (281)

Consuetum esse in Ecclesia el Dioecesi Augusten., ut si dies Commemorationis omniiim Defunctorum venerit in Dominica, celebretur ipsa die Dominica, el non transferatur in Feriam secundam sequentem; el nl in Missis Defunctorum Sacerdos det in tine benedictionem populo; et quia Episcopus dictam consuetudinem tollere procuravit, Clerus eiusdem Civitatis el Dioecesis a S. R. C. quaesivit, an Episcopo id liceat facere?

< Abusum esse et non consuetudinem eadem S. H. C. respondit, ut Commemoratio omnium defunctorum celebretur in die Dominica, el nl in Missis pro Defunctis in line delnr a Celebranto benedictio, et ideo reformationem Episcopi circa praemissa laudavit, ut scilicet ad usum Romanae el universalis Ecclesiae praedicta reducamur, prout reditcenda esse » censnil el declaravit. Die 2\ Septembris 1605.

193. G1ENNEN. (282)

Pro parte Ecclesiae Collegiatae et Primariae in oppido de Ubeda Giennen. Dioecesis S. R. C. expositum fuit: Cappcllannm maiorem el alios Cappellanos Ecclesiae, sen Cappellao S. Salvatoris, noviler post omnes alias Ecclesias in dicto Oppido erectae, contra antiquam dicli Oppidi el Ecclesiarum lotius Hispaniae universalem consuetudinem el contra regulas libri Caeremonialis, praetendere in Processionibus generalibus habere locum inter Canonicos el Bénéficiâtes diclae Ecclesiae Collegiatae, el cum illis incedere: videlicet Cappcllanus maior praetendit incedere immediate post Dignitates el ante omnes Canonicos diclae Ecclesiae Collegiatae; alii vero Cappellani minores eiusdem Cappellae S. Salvatoris praelendiinl incedere immediate post Canonicos, Priore^ el Beneficialos, el ante Cappellanos eiusdem Ecclesiae Collegiatae, et aliarum omnium dicli Oppidi Ecclesiarum, quae fundatione antiquiores sunt ipsa Cappella S. Salvatoris: ex quo, cum ordinis non modica perturbatio in dicto Oppido seu Civitate Ubedae oriatur, praedicti Dignitates, Canonici et Capitulum eiusdem Ecclesiae Collegiaiae petierunt declarari ab eadem S. R. C. quo loco dictus Cappcllanus Maior S. Salvatoris, el alii eiusdem Cappellae Cappellani minores, in Processionibus generalibus incedere debeant.

Eadem S. R. C. « Consuetudinem dicli Oppidi seu Civitatis Ubedae, quam conformem esse generali consuetudini omnium Ecclesiarum Hispaniae narratum est, el secundum regulas Caeremonialis Episcoporum lib. 2, cap. 32, servandam omnino esse censuit: ul scilicet Cappellanos maior S. Salvatoris cnm diis suis Cappellanis minoribus incedat in loco ei conveniente, iuxta tempus fundationis suae Ecclesiae seu Cappellae, et nullo modo incedat ante vel inter Canonicos praedictae Ecclesiae Collegiatae: neque Cappellani minores eiusdem Cappellae S. Salvatoris ante Cappellanos praedictae Collegiatae, vel mixti cum eis incedere praesumant ; sed in loco eis debito, nl supra dictum est, cnm suo .CappeÎlà'no maiori : Ecclesiae vero Collegiate el omni eius Clero, ordinalim, ulti/nus el dignior locus servetur, iuxta regulat dicti libri .Uajfc remonialis ». Et ita censuit, dcchravjt ŕψ servari mandavit. Die 24 SepimtahtiVTfiiti.

194. LISBONEN. (28.3)

Pro parle Archiepiscopi Lisbonen. petilum foil: An liceat Sacerdotibus Missas celebrantibus mulare vel addere aliqua ex his quae sunt in Missali ordinario? v. g. Poierunlne Fratres vel Monachi cuiiiscumque Ordinis, ubi dicitur summus Pontifex noster Paulus, el Antistes noster fournies, tacere Antistitem Ordinarium et nominare Superiores suos tam in Canone Missae, quam in Oratione? et dato quod teneantur semper nominare Ordinarium: Quaeritur quomodo ei a quo compellendi sint?

« Nihil omnino mutandum, adimendum, vel addendum per quoscnmque Clericos vel Presbyteros Saeculares, vel per Fratres, Monachos, aul cuiusvis Ordinis Regulares ex his quae in Missali ordinario tam in Rubricis, quam in nigro praescribuntur, et mullo minus in Canone. S. R. C. respondit. Qui secus fecerint, temeritatis nolam incurrere el animadversione dignos esse censuit eos Religiosos qui, Antistitis nomine tacito, eius loco in precibus sive in Canone, suae Religionis Superiorem nominant » declaravit. Die 12 Novembris 1605.

195. ANDRIEN. (286)

Cum alias pro parte Capituli Ecclesiae Cathedralis Andrien. in S. R. C. expositum fuerit, Canonicos Ecclesiae Collegialae S. Nicolai eiusdem Civitatis voluisse contra solitum el ritum deferre Crucem in Processione SS. Sacramenti; et eadem S. C. sub die 21 Augusti 1604 declaravit a solito non esse recedendum: poslea vero dicli Canonici S. Nicolai obtulerint se paratos, conica assertionem Canonicorum Ecclesiae Cathedralis, probare eorum consuetudinem deferendi dictam Crucem in omnibus Processionibus, el de eiusdem S. C. mandato examen fuerit commissum in partibus, et per Vicatium Generalem dictae Civitatis Andrien. ad Urbem transmissum : el S. C. negotium hoc examinandum commiserit Ulmo et Rmo Dno Cardinali Columnae, a quo, visis el mature consideratis scripturis transmissis el testium examinatorum depositionibus, tam pro parte Canonicorum Cathedralis Ecclesiae quam pro parte Canonicorum Collegialae, circa eorum consuetudinem deferendi Crucem m omnibus Processionibus et praecipue in Processione SS. Sacramenti ;

Udem S. R. C., audita relatione praedicti Ulmi et Rffii D. Cardinalis Columnae, et cum liber Caeremomalis Episcoporum, super quo maxime fundatur Capituli Cathedralis Ecclesiae intentio, nec Regularibus nec Clero Saeculari in huiusmodi Processionibus prohibeat solita Insignia gestare; declaravit: « Licere dictis Canonicis S. Nicolai in huiusmodi Processionibus, praecipue autem in Processione SS. Sacramenti, deferre Crucem elevatam cum solito vexillo appenso, iuxla eorum antiquam consuetudinem: dummodo incedant in loco convenienti, id est ante Canonicos Ecclesiae Cathedralis, quibus ultimus el dignior locus reservatur ». El ita, non obstante dicto Decreto, servandum esse in futurum censuit el declaravit. Die 14 Ianuarii 1600.

196. BAREN. (289)

In Civitate Baren, solere Presbyteros Ecclesiae S. Nicolai eiusdem Civitatis dum Mannam eiusdem S. Nicolai ad infirmos deferunt, illam deferre superpelliceo indutos solemniler cum luminaribus, lanternis, ac si Sacramentum extremae unctionis ad infirmos deferrent, S. R. C. pro parte Archiepiscopi dictae Civitatis expositum fuit, el pelilum: an conveniat?

Eadem S. R. C. < Non modo Mannam S. Nicolai, sed neque extremae unctionis oleum solemniler cum superpelliceo ac lanternis ad infirmos deferendum esse », respondit et declaravit. Die 28 Ianuarii 1606.

197. CARMELITANORUM (290)
DISCALCEATORUM.

Pro parte Procuratoris Generalis Ordinis Carmelilanorum Discalceatorum propositum fuit in S. R. C., an stante fundationi· cuiusdam eornm Monasterii in Hispania, cum onere ul in Collecta, quae de consuetudine el privilegio Apostolico, pro Papa, Rege, eius prole et exercitu dicitur in Missa, nomen eius Fundatoris Cardinalis defuncti addatur; conveniat, ul in eadem Collecta el pro vivis et pro defunctis oretur?

Eadem S. R. C. respondit: « Non convenire, nec potuisse Fundatorem Monasterii Religiosis ipsius Monasterii hanc legem imponere, ut in eadem Collecta, quae ex privilegio Apostolico pro Rege lanium, eius prole, populo el exercitu dicitur, etiam ipsius Fundatoris nomen exprimatur: nec ad onus illud exequendum compelli posse Religiosos praedictos, cum praeter debitum ritum sit in una eademque Collecta, quae pro vivis dicitur, Fundatorum nomina exprimere ». El ita declaravit. Die 28 Ianuarii 1606.

198. FIRMANA. (291)

Cum in Civitate Firmana Prior Monasterii S. Calharinae Ordinis Canonicorum Regularium Laleranen. ex antiqua consuetudine el privilegio Romanorum Pontificum usum habeat mitrae el baculi et aliorum indumentorum pontificalium, quibus uti solet in quibusdam solemnilalibus, el praecipue in festo S. Calharinae Virginis el Martyris: el nonnulli Priores praeteriti dicli Monasterii modum in celebrando et utendo diclis indumentis pontificalibus excesserint, volentes se in omnibus el per omnia aequiparari Archiepiscopo eiusdem Civitatis Firmanae, quando solemniler celebrat; el pro parte eiusdem Archiepiscopi ad S. R. C. recursum fuerit, ut modum el formam dicto Priori praescribat, quibus exercendo Pontificalia el solemniler celebrando uti debeat.

Eadem S. R. C. ordinavit Magistris Caeremoniarum SS. 1). N. Papae, ul modum el formam in scriptis redigerent, a quibus dictus Prior Monasterii S. Calharinae, quando solemniler celebrat, recedere non debeat. Dicli vero Magistri Caeremoniarum, mandatis eiusdem S. R. C. parendo, formam infrascriplam in scriptis redegerunt :

« Ul Prior praedictus, quando solemniler celebrabit, contentus sil sua Sede, quae, ul asseritur, locata est, el esse debet in cornu Evangelii in plano Presbyterii cum duobus tantum gradibus parvis, el sine ullo suppedaneo, suggestu lapideo vel ligneo, ac sine baldachino desuper, sed cum postergali tantum ex aliquo panno, vel serico levi, sine auro, coloris convenientis solemnitali quae celebratur ».

Hem, < ul dictus Prior non habeat duos Diaconos assistentes quando célébrai, ut supra, sed contentus sil ei esse debeat Subdiacono el Diacono, qui in Missa cantaturi erunt Epistolam et Evangelium, el uno Cappellano cum pluviali qui assistat ad librum, nec alios Ministros habeat praeter praedictos, nisi aliquos Clericos et Ministros cum colla, qui sibi de mitra el baculo et aliis necessariis ministrent, ac etiam Altari inserviam ».

Item, « ul in Altari sex lanium, et non septem candelabra cum totidem candelis, et sua Cruce locentur, nec Abacus alius praeterquam parva mensa in cornu Epistolae, super quam duo possint locari candelabra, mitra, qua Prior utitur, Calix, Missale, thuribulum cum navicula, et alia necessaria pro actu celebrationis ».

Hem, « ul dictus Prior sub mitra, birelo parvo nigri, et non alterius coloris omnino uti debeat ».

Ha censeo ego Paulus Alaleo Magister Caeremoniae. SS. D. N. Papae.

Ita censeo ego Cnido Ascanius Praevoslus Magister Caeremon. SS. I). N'. Papae.

Ha censeo ego loan. Paulus Mucantius Magislei Caeremon. SS. D. N. Papae.

Quae quidem omnia eadem S. R. C. approbavit, et a praedicto Priore moderno S. Calharinae, el aliis Prioribus eiusdem Monasterii pro tempore futuris, in perpetuum servari mandavit. Die 28 lanuarii 1006.

199. NERITONEN. (293)

Ex Decretis et Constitutionibus synodalibus Ecclesiae Nerilonen. slalulum esse, ut Chori Praesidens curam habeat indicendi per sonum Campanae horam inchoandi divina Officia, S. R. C. pro parte Capituli eiusdem Ecclesiae narratum fuit el expositum: quod Vicarius Generalis diclis Constitutionibus et ordinationibus synodalibus non obtemperando, horam ipse inchoandi divina Officia indicere vult suo arbitrio, el prohibet Officium inchoari, donec ipse ad Ecclesiam veniat; et aliquando, post solitum signum datum el trinam Campanae pulsationem, congregatis omnibus in Choro per horam unam, duas, et aliquando amplius se expectare facit, non sine murmure et populi scandalo, ac maximo lotius Capituli incommodo. Quare super praemissis opportune provideri petierunt.

Eadem S. R. C. * Non esse a Constitutionibus synodalibus recedendum censuit, et Officium slalim inchoandum esse, datis solitis signis personum Campanae, non e\-peclalo Vicario vel aliis, declaravit ». El ita in Ecclesia Nerilonen. servari mandavit. Die 25 Februarii 1600.

200. NERITONEN. (294)

Multi cives el habitatores Civitatis Nerilonen. S. R. C. exposuerunt: Introductum esse lucri causa per Sacristas Ecclesiae Cathedralis eiusdem Civitatis, in benedictione Sponsi et Sponsae, usum ornandi locum ubi Sponsi benedicuntur in Ecclesia, cum tapetibus, pulvinaribus et baldachino, quod pallium vocant: pro quo pallio dando, pactiones prius faciunt cum contrahentibus, el illud non concedunt, nisi duos, tresve aureos, vel quanti convenerint, prius ipsi Sacrisliae solverint. Quare dicli cives petierunt, ul eisdem Sacristis ordinetur ne

quidquam pro dictis palliis a Sponsis in futurum exigant.

Eadem S. R. C. « Nec pallium seu baldacliinum in huiusmodi benedictionibus Sponsis convenire debere censuil, nec quidquam exigendum esse a Sacristis pro tali pallio dando, declaravit: et ordinavit, ul in futurum nullo modo pro Sponsis benedicendis pallium, seu buldachinum paretur; nec Sacrislae quidquam omnino exigere audeant seu praesumant pro tali benedictione ». Et ita censuil, ordinavit, et in praedicta Ecclesia Nerilonen. el Civitate exequi mandavit. Die 25 Februarii l(>06.

201. BISUNTINA. (285)

Slephanus Pierard, cum esset Abbas Monasterii de Gratia Dei Ordinis Cislerciensis, fuit benedicius cum birelo dumtaxat, eo quod Abbates dicti Monasterii non habent privilegium utendi mitra. Postmodum fuit translatus auctoritate Apostolica, et factus Abbas Monasterii S. Vincent» Ordinis S. Benedicti in Bisunlina Civitate, cuius Monasterii Abbas pro tempore existons habet usum mitrae. Dubitatum fuit : An idem Abbas Stephaniis iterum esset benedicendus, vel ex se ipso mitram, sandalia, aliaque indumenta pontificalia accipere possit, quae Abbatibus usum mitrae habentibus, in benedictione traduntur?

S. R. C. respondit: < Abbatem praefatum non indigere alia benedictione, sed posse per se mitram el alia praedicta insignia el indumenta capere » acclaravit. Die 25 Februarii 1606.

202. UMBRIATICEN. (296)

Archipresbyter Oppidi Tiropolilani Umbrialicen. Dioecesis S. R. C. exposuit: Solitum esse in dicto Oppido, ul defunctorum corpora, quae extra Ecclesiam Parochialem sepelienda sunt, prius ad dictam Ecclesiam Parochialem el Matricem deferantur, ul ibi Officium super eis liai, et deinde ad alias Ecclesias, ubi iuxta defunctorum mentem vel haeredum voluntatem sepelienda erunt, portentur. Nihilominus Fraires Minores Observâmes dicli Oppidi praetendunt corpora defunctorum ad eorum Ecclesiam seu ad alias Cappellas deferre, quando ibi sepelienda sunt, quin piius deferantur ad Ecclesiam. Matricem: quod est contra consuetudinem, et in grave ipsius Archipresbyleri praeiudicium el damnum. Quare super praemissis declarationem petiit.

Eadem S. R. C. declaravit: «Posse corpora defunctorum iuxta eorum dispositiones vel haeredum voluntatem, directe deferri ad Ecclesiam vel Cappellam, ubi sepelienda erunt, quin prius ad Ecclesiam Matricem deferantur; dummodo Archipresbylero seu Curato iura el emolumenta solita sepulturae solvantur ». Et ita declaravit. Die 25 Februarii 1606.

203. ATINEN. NULLIUS. (298)

•S. R. C. expositum fuit pro parte Canonicorum Atini nullius Dioecesis: Praepositum eorum deputasse in suum Vicarium Generalem unum ex ipsis Canonicis, qui ratione Vicarialus huiusmodi, tam in Choro el in omnibus actibus Capitularibus el Canonicalibus, quam etiam in Processionibus primum locum oblinere vult, unde ad tollendas omnes lites el dissensionis causas inter ipsum Vicarium et alios Canonicos, petierunt declarari : An dictus Canonicus Vicarius semper, el in omni loco super omnes alios Canonicos praecedentiam habere debeat?

Eadem S. R. C. respondit : « Didum Vicarium, praesente Praeposito, in omnibus actibus Capitularibus el quandocuinque distributiones quotidianas lucratur, debere stare vel incedere in suo slallo vel loco Canonical! ; absente vero Praeposito, tamquam Vicarius Generalis, in primo el digniori loco ». El ita censuil el declaravit. Die 4 Martii 1606.

20 L MINERBIN. (299)

Pro parte Episcopi Minerbin. Administratoris pontificalium in Ecclesia Valentin. S. R. C. expositum fuit, quod licet ipse antiquior Ordine el promotione sit Episcopo Oriolen., nihilominus in quadam Episcopi Consecratione, ipse Oriolen. Minerbinum praecedere voluit, sub eo praetextu, quod Ecclesiam suam praedictam resignaverit : ideo petiit declarari, quid conveniat?

Eadem S. R. C. respondit : « Ordinem, characterem el titulum semper inhaerere personae Episcopi consecrati, quae nunquam dimittit, nec dimittere potest: et ideo, licet adminislralionem Episcopatus quis dimittat, titulum el ordinem semper relinere : el consequenter debere praecedere omnibus aliis Episcopis post ipsum electis et consecratis» censuil et declaravit. Die 4 Martii 1606.

205. COROPOLITAN. NULLIUS. (300)

Priorem Monasterii Ordinis Coeleslinorum Terrae Coropolilanae nullius Dioe-

cesis, qui iri Capitulo generali Congregationis eiusdem Ordinis ad triennium eligitur, ul praesit non solum Monachis dicti Monasterii, sed etiam Clericis saccularibus, et tamquam Ordinarius curam habeat in spiritualibus omnium animarum dictae Terrae, sub praetextu assertae antiquae consuetudinis, solere in Processionibus praeter Cruces Monachorum el Cleri, ante se immediate ab nno Clerico Crucem deferri facere, quasi esset Archiepiscopus vel Legatust id-(|iie etiam Vicarium suum, ipso absente, facere consuevisse. Pro parte Cleri saccularis dictae Terrae S. R. C. expositum fuit, el petitum declarari, an conveniat?

Eadem S. R. C. « Non esse consuetudinem, sed abusum omnino tollendum, ul Prior dicti Monasterii et eius Vicarius Crucem ante se deferri faciat, quae Archièpiscoporum el Legatorum specialis praerogativa est: el ideo ordinavit, ut Prior el Vicarius supradicli, a praemissis in futurum omnino abstineant: el si quid in contrarium praetendunt, comparcant suasque deducant rationes in eadem S. C. », quae ita censuil, declaravit el exequi mandavit. Die 4 Martii 1606.

206. BRUNDUSINA. (301)

Pro parte Archipresbyleronim Terrarum Salicis el Guagnam Brundusinae Dioecesis S. 11. C. expositum fuit, Vicarios dictorum locorum praetendere super ipsos Archipresbyleros el alios Presbyteros in Choro el Processionibus locum digniorem, et duplicatam portionem candelarum in funeribus, et alias praerogativas in grave damnum ipsorum Archipresbyleronim, alionimque dictarum Ecclesiarum Presbyterorum praeiudicium : nec non contra stilum debitum imilclare suo arbitrio Presbyteros, qui non veniunt ad horas Canonicas ultra amissionem distributionum quotidianarum.

« Nullam competere praeeminentium Vicariis foraneis, ratione Vicarialus huiustnodi, neque super alios Presbyteros ipsis Vicariis antiquiores el digniores S. R. C. saepe declaravit. Nec Vicariis licere ultra solitum punctum amissionis distributionum quotidianarum Presbyteros seu Clericos mnlclare, qui horis Canonicis non interfuerunt », censuil el declaravit. Atque ita a Vicariis foraneis dictarum Terrarum Salicis ot Guagnam' servari mandavit. Die 4 Martii 11506.

207. TR0P1EN. (304)

Cum alias ad instantiam Decani Ecclesiae Tropien. declaratum fuerit, servandam esse formam libri Caeremonialis circa praeintonationem anliphonarnm in Vesperis; et denuo, stante consuetudine dictae Ecclesiae, quod prima anliphona Caniori, qui est prima Dignitas prneintonetur ; Episcopus petierit declarari : an dicta consuetudo servanda sil, vel potius dispositio libri Caercmonialis?

Eadem S. R. C. respondit : « Servandam esso formam libri Caeremonialis, nisi allegata consuetudo ad favorem Canioris immemorabilis sit ». El ita declaravit. Die 4 Martii 1606.

208. NERITONEN. (306)

Pro parte Capituli Nerilonensis Ecclesiae S. R. C. exposiinm fuit: nonnullos eiusdem Ecclesiae Canonicos el Presbyteros contra solitam consuetudinem et absque legitimo impedimento, recusare solitas functiones facere, el per se ipsos Missas et Vesperas celebrare, prout alii eiusdem Ecclesiae Canonici el Presbyteri facere solent el debent, sed huiusmodi functiones per suhstilnlnm facere ; el proplerea pelierunt declarari : an dictas functiones per se ipsos, vel per substitutos facere teneantur?

Eadem S. R. C. < Canonicos et Presbyteros Missas et Vesperas celebrare, aliasque solitas functiones facere recusantes, debitis remediis ad eorum munia exequenda per se ipsos, non autem per substitutos, cogendos esse » censuil et declaravit, idque omnino in Ecclesia Nerilonen. servari mandavit. Die 16 Aprilis 1606.

200. URBIS. (307)

Inter Capitulum S. Petri el Gapitulum Sanctae Mariae Translyberim et S. Laurentii in Datnaso.

Sacr. Ril. Congregatio, audita relatione Ulmi D. Card. Farnesii, cui haec causa ab eadem S. C. commissa fuerat, omnibusque rationibus hinc inde deductis, mature perpensis et consideratis, de volo omnium el singulorum lilinorum DD. Cardinalium in Congregatione praesentium, nemine eorum prorsus discrepante. Decretum per modum provisionis alias in eadem causa ab eadem Congregatione factum sub die 19 Apr. 1603, tamquam Decretum huius causae decisivum, in perpetuum servandum esse censuil el declaravit, videlicet:

« Quod proxime dicta duo Capitula Sanctae Mariae Transtyberim et S. Laurentii in Damaso illorumque Canonici Ecclesiam S. Petri ingredienles, Capitulum S. Pelri el Canonicos illius delecto capile decenter

salutare debeant; ac vicissim Capitulumjet Canonici S. Petri, praedicta duo Capitula S. Mariae et S. Laurentii iliorumque Canonicos, dum progrediuntur, similiter detecto capite et aliquantulum ab eorum sedibus assurgendo, resalutare el humaniter atque honorifice, prout ecclesiasticos decet viros, recipere debeant in Processione solita celebrari in die festo S. Marci, capitulariter accedentes una cum toto Clero ad Ecclesiam S. Petri ; hoc etiam addito, quod dicti Canonici S. Mariae et S. Laurentii, transactis Canonicis S. Petri, debeant etiam detecto capite salutare Beneficialos cl Clericos eiusdem Basilicae S. Petri, el ipsi Beneficial! et Clerici teneantur omnino assurgere, el stantes delecto capite resalutare ipsos Canonicos Sanctae Mariae et S. Laurentii. Et de hac S. R. C. sententia, facta relatione SSlîto D. N. Paulo PP. V in Consistorio secreto per nos infrascriptnin Cardinalem Comen, hac die infrascripta, Sanctitas Sua sententiam Congregationis approbavit, laudavit el omnino ad unguem exequi mandavit; non obstantibus quibuscumque, sub poenis el censuris arbitrio S. C. imponendis. In quorum lidem praesentes per infrascripluin S. C. Secretarium fieri fecimus, et manu nostra propria subscripsimus, noslrique solita sigilli impressione muniri iussimus ». Datum Hornae in aedibus solitae nostrae habitationis. Die 17 Aprilis 1606.

2(0. LAURETANA. (308)

Pro parte Episcopi Lauretani a S. R. C. quaesitum fuit:

1. An in Consecratione sacrorum Oleorum Feria V in Cocna Domini, cum duodecim Presbyteri adhibendi sint, nec tot, praeter Canonicos, in eius Ecclesia repedantur, possint el debeant Canonici inservire et ministrare, ut numerum duodecim Presbyterorum conficiant? Congregatio respondit : < Formam libri Pontificalis servandam es>e, nec Canonicos a dicta functione exemptos esse, quatenus sine eis numerus sulliciens non repenatur ».

2. \n si festum Annuntiationis B. Mariae venerit Fena V vel VI maioris hebdomadae, sen Sabato S., aut m Dominica Resurrectionis, vel duobus sequentibus diebus, liritum sit in sacra Domo Liurelana dictis diebus, saltem clausis innuis, Missam de B. V. . elebrar··? Eadem S. R. C. Negative respondit, el in Civitate et S. Domo Laureum iU servari mandavit. Die 9 Maii 160(5.

2(1. CAESARAUGUSTANA. (3(0)

Cum in Ecclesia Caesarauguslana ob Archiepiscopi senectutem, saepe nonnulli suae Provinciae Episcopi Sulïraganei, et saepius Episcopus Ulicen. suus Goadiutor, Missas solemnes el alias pontificales functiones celebrare et exercere consueverint, a S. R. C. quaesitum fuit pro parte eiusdem Archiepiscopi Caesarauguslani : An saltem Episcopis SulTraganeis celebrantibus duae ultimae eiusdem Ecclesiae Dignitates, et dicto Episcopo Ulicen. celebranti, duo inniores Canonici, praeter Diaconum et Subdiaconum, assistere debeant.

Eadem S. R. C. respondit: « Assistendam duarum Dignitatum vel Canonicorum tantummodo Episcopo loci Ordinario, el nulli alteri convenire, ut expresse cavetur in Caeremoniali Episcoporum lib. 1, cap. 8 in line; el ideo dd. Episcopos Suffraganeos, et Episcopum Uticensem Coadiulorem in dicta Ecclesia Gaesaraugustana solemniler celebrantes, contentos esse debere Ministris solitis, idest Diacono el Subdiacono ac uno Cappellano cum pluviali, qui ois assistat ad librum ». Et ita censuil ell declaravit. Die 9 Maii 1606.

2(2. REATINA. (311)

Alexander Conlilius S. R. C. exposuit se quemdam lapidem cum quadam antiqua inscriptione emissa a Canonicis S. Laurentii Terrae Conliliani Reatinae Dioecesis, qui lapis alias consecratus fuit pro lapide Altaris, sed postea profanatus el venditus sibi, qui, an tuta conscientia illum tenere posset, petiit declarari.

Eadem S. R. G. < Cum lapis-sil profanatus, potuisse Canonicos illum vendere, el emptorem posse illum in loco tamen decenti et honesto tenere tuta conscientia » respondit. Et ita censuil et declaravit. Dic 9 Maii 1606.

213. NERITONEN. (312)

Ex antiqua consuetudine in Civitate Nerilonen. solitum fuisse Canonicos et alios eiusdem Civitatis Presbyteros, cum licentia tamen Ordinarii, baptizare nonnullos infantes ad parentum eorum instantiam : pro bono pacis et quietis mullarum dictae Civitatis familiarum, S. R. C. expositum fuit, quod, licet per Archipresbylerum hactenus toleratum fuerit, nunc tamen amplius tolerare el permittere idem Archipresbyter recusat. Quare Canonici el Presbyteri eius-

dem Civitatis institerunt, consuetudinem antiquam in praemissis servari.

El S. R. C. < Consuetudinem praedictam in baptizandis infantibus servandam esse censnit, dummodo id de licentia Ordinarii liat, el sine praeiudicio iiirium el emolumentorum Archipresbytero debitorum ». El ita declaravit el exequi mandavit. Die 9 Mati 1606.

GRANATEN. (313)

In Ecclesia Granaten. consuetudine receptum esse in distributione pacis ut unus Cappellanus pacem a Celebrante vel assistente, qui illam Archiepiscopo deferre debeat, accipiat; et slalim pacem Praesidenti el Consiliariis Regiis, qui viciniores Altari assistunt, deferat; et ita antequam Archiepiscopus, cuius Sedes longius ab Altari distat, pacem recipiat, Regium Praesidentem el Consiliaros illam accipere: S. R. C. expositum fuit el petitum, an conveniat?

Hem cum Archiepiscopus ex consuetudine Sedem suam in Choro inter Dignitates et Canonicos dictae Ecclesiae habeat, quaesitum fuit: An ei liceat, Sede Chorali relicta, in alia arbitrio suo eligenda Altari proximiori residere? et: An Dignitates et Canonici, qui ei in Choro assistere solent, teneantur ei assistere ubicumque intra Ecclesiam Sedem suam posuerit, cum divinis Officiis assistit?

Ad I. S. C. respondit: < Nullo modo convenit ut Praesidens el Consiliarii Regii pacem ante Archiepiscopum recipiant, et ideo debere Cappellanum expectare, donec Archiepiscopus pacem receperit, el tunc et non prius illam Praesidenti el Consiliariis deferre ».

Ad 2. < Licere Archiepiscopo extra Chorum sibi Sedem erigere, ubicumque voluerit: et convenire, ul Canonici suum Praelatum sequantur, et ut ei debita liat assidentia iuxla formam libri Caeremonialis. Sed si cum suis Canonicis divinis Officiis assistere voluerit, locum pro ipsis etiam Canonicis parandum esse indicavit. Inconveniens enim est, ut Archiepiscopus Divinis assistens a Canonicis longius separetur: et ideo si Chori forma mutari non potest, melius esset, ut sederet in chorali Sede. At si Sedes Archiepiscopi el Chorus ad formam in libro Caeremoniali praescriptam reduci possit, S. R. C. id summopere laudaret ». Et ita declaravit, cl ad supradicla quaesita respondit. Dic 9 Maii 1606.

FAVENTINA. (3H)

Cum in Civitate Faventina dubitatum fuerit: An in Vesperis seu Missis solemnibus, quae praesente vel absente Episcopo, in Calhedrali celebrantur, Gubernator Civitatis, etiamsi non sil Praelatus nec in habitu Praelati incedat, ante Canonicos thuriltcandus sil, et pacis osculum habere debeal: el pro huiusmodi dubii declaratione ad S. R. C. recursum fuerit:

Eadem S. R. C., inhaerendo Decretis alias in simili casu factis: < Gubernatorem, praesente Episcopo, immediate post ipsum Episcopum pl Canonicos eiusdem Episcopi assistentes, el ante alios Canonicos non assistentes, thurificandum, eique pacis osculum deferendum esse, declaravit: absente vero Episcopo, immediate post Vicarium Generalem eiusdem Ecclesiae ». El ita censuil el tam in dicta Civitate Favenlina, (piam in quibuscumque aliis Civitatibus, simili casu veniente, exequi mandavit. Die 9 Maii 1606.

216. PATAVINA (315)
PLEBIS SACCI.

Cum in Ecclesia Collegiala S. Martini Oppidi Plebis Sacci Patavinae Dioecesis nonnulli abusus introducti fuerint circa praeintonationem antiphonarum ad Vesperas, et circa thurilicalionem; el Coadiulor Archidiaconi eiusdem Ecclesiae cum futura successione in S. C. R. praedictos abusus moderari iuxla regulas Caeremoniarum institerit;

Eadem S. R. C. hoc negotium terminandum et declarandum Magistris Caeremoniarum SSnli D. N. PP. remisit. Qui quidem Magistri Caeremoniarum, ul mandatis eiusdem S. C. parerent, ut decet, sequentem declarationem circa praemissa fecerunt, et in scriptis redigerunt, videlicet:

* Nos infrascnpii Caeremoniarum Apostolicarum Magistri congruum indicamus, ac laudabilibus Caeremoniis conforme, sicut et Caeremoniali Episcoporum; ut in Ecclesiis Calhedralibus el Collegiatis, absente Episcopo, antiphonae ad Vesperas praeintonenlur prima officium facienti, reliquae successive Dignitatibus et Canonicis, a digniore incipiendo, quocumque nomine Dignitas vel Canonicus appelletur, cum nullus excipiendus sit e choralibus praesentibus. Quod vero thus spectat, Celebrans thurilicandus esi triplici ductu, reliqui elsi Archipresbyteri sint, Archidiaconi, aut Canonici, duplici du-

clu thuribuli: atque ila indicamus servandum esse in praefata Ecclesia Collegiala ». In quorum fidem subscribimus:

Paulus Alaleo Aposlol. Caeremoniarum Magister.

Guido Ascanius Praevoslus Aposlol. Caeremoniarum Magister.

loan. Paulus Mucantius Aposlol. Caeremoniarum Magister.

S. IL C. « Sententiam et opinionem praedictam Magistrorum Caeremoniarum SSmi D. N. Papae approbavit et exequi mandavit ». Dic 9 Maii I<J0f>.

217. ÜRBEVETANA. (317)

Cum ad instantiam Civitatis Urbevelanae SSmo D. N. supplicatum fuerit, ut in Processione Sanctissimi Sacramenti, et in quibuscumque aliis eiusdem Civitatis Processionibus expecletur hora solita: nec aliae, praeter antiquam consuetudinem, liant ab Episcopo; et cum SS. D. N. memoriale dictae Civitatis ad S. R. C. remiserit;

Eadem S. R. C.: * Episcopum horam Processionis tum SStiii Sacramenti, quum aliarum quarumque Processionum suo arbitrio indicere posse declaravit, et intimari facere Clero, Magistratui, et aliis quibuscumque intéresse habentibus, qui omnes ordini et mandatis Episcopi obedire tenentur ». Et ila censuit atque mandavit servari. Die 17 Iunii IGOG.

218, ELBOREN. (318)

Pro parte Capituli Ecclesiae Elboren. petitum fuit: An Decretum emanatum ad instantiam omnium Ecclesiarum in Hispaniae Regnis, quod scilicet liber Caeremomalis Episcoporum non tollat laudabiles cl immemorabiles consuetudines, habeat locum etiam in Regno Lusitano?

S. R. C.: < Dictum Decretum locum habere non solum in Regnis Hispaniae et Lusitaniae, s?d etiam in quibuscumque aliis Regnis et locis per totum Christianum Orbem » declaravit. Die 17 Iunii 1006.

219. BARBASTREN. (319)

Quaesitum fuit pro pari'· Decani et Canonicorum Ecclesiae Barbastren.: \n quinque personae, vel 1res Ianium Episcopo assistere debeant quando facit Ordinationes etc.? pront in memoriali, sub quo

S. R. C. respondit, videlicet: « Quotiescumque Episcopus solemniler celebrat, sive Ordinationem teneat, sive non, convenu ut ei saltem illae personae assistant, de quibus in libro Caeremoniali mentio habetur: el ideo in dubio proposito, ac aliis in supradicto memoriali narratis, formam dicti libri Caeremonialis servandam esse » consuit el declaravit. Die 17 Iunii 1G0G.

220. NERITONEN. (32(1)

Cum alias in S. R. C. sub die 4 Martii 1G0G declaratum fuerit per Vicarium Ecclesiae Neritonen. Presbyteros el Clericos eiusdem Ecclesiae per ordinem vocandos esse; ila ut illos prius vocari faciant, qui prius in ordine recepti fuerint; dubitatum fuit, quomodo inlelligenda sint illa verba, *qui prius in ordine recepti fuerunt;* an scilicet into)ligantur de Ordinibus maioribus vel de minoribus: el quid si phires eorum uno eodemque die Ordines receperint?

« Decretum supradiclum intelligendum esse de Ordinibus maioribus, idest, ut illi praeferantur, qui prius Ordines maiores susceperint, etiam illis qui minores Ordines ante illos susceperunt: el quando pluros eodem die ordinali sunt, illum praeferendum esse, qui prius in ordine nominatus el ordinatus est » S. R. C. declaravit. Die 17 Iunii 160G.

221. TR0P1EN. (321)

In Ecclesia Tropien. iuxla formam Concilii Tridenlini Praebendas fuisse ab Episcopo distinctas in Presbyterales, Diaconales el Subdiaconales, S. R. C. expositum fuit; el quia in eadem Ecclesia vigebat el adhuc viget consuetudo, ut ille Canonicus tam in Processionibus quam in Choro celeris praeferatur, qui prius sui Canonicalus possessionem acceperit, nulla habita consideratione suae Praebendae, an sil Presbyleralis, Diaconalis vel Subdiaconalis: pro parte nonnullorum dictae Ecclesiae Canonicorum, qui Praebendas Presbyterales oblinent, quaesitum fuit: Quis praeferendus sil el digniorem locum tam in Choro quam in Processionibus obtinere debeat?

S. R. C. respondit < Ordinem Ecclesiasticae Hierarchiac servandum esse, ut primum el digniorem locum obtineant Canonici Presbyteri, secundum Diaconi, tertium Snbdiaeoni; licet Diaconi vel Subdiaconi ante Canonicos Presbyteros sui Canonicalus possessionem acceperint, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, quam abusum eadem S. R. C. declaravit » Die 17 Iunii 1606.

222. MANTUANA. |(323)

Cum Episcopus Mantuae prohibuerit abusum inventum in undecim Oppidis, seu Terris suae Dioecesis, quae vel ex voto ob acceptas gratias, vel ex devotione, solebant Feria V et Foria VI maioris hebdomadae de node facere Processiones, portando SSmum Sacramentum discoopertum in Tabernaculo, proni lit in solemni festivitate eiusdem SS. Sacramenti;

C. S. R. : « Visis literis eiusdem Episcopi Mantuani, ipsum laudavit, el decretum ab ipso facium confirmavit: cum similes Processiones solemnes cum SS. Sacramento tempore Passionis et moesliliae non conveniant, nisi Feria V in Coena Domini post Missam ad deponendum et conservandum SS. Sacramentum pro Officio Feriae VI sequentis: el similes Processiones de node facere, ut praemittitur, abusum esse censuit, cum repugnent communi stylo, ritui, caeremoniis ac mysteriis universalis Ecclesiae, el ideo nullo modo esse eo tempore permittendas» declaravit. Die 8 Aug. 1G0G.

223. HISPALEN. (324)

Cum alias in S. R. C. ad instantiam Archiepiscopi Granalen. declaratum fuerit nullo modo convenire, ut Praesides et Consiliarii Regii pacem ante Archiepiscopum recipiant, et debere Cappcllannm, qui didis Praesidi el Consiliariis pacem defert, expectore donec Archiepiscopus pacem recipiat, et tunc, el non prius, illam Praesidi el Consiliariis praedictis deferre: « Id etiam, et mullo magis servandum esse in Ecclesia Hispalen., dum Ulmus D. Cardinalis Archiepiscopus Missae solemni vel privatae assistit ; ut scilicet nullus omnino ex Praesidentibus, dictae Missae una cum Cardinali Archiepiscopo assistentibus, pacem ante ipsum Cardinalem Archiepiscopum recipiat; etiamsi illi, qui assistunt, sint Ministri Regii Supremi vel alterius inferioris Consilii, et separatim vel coniunclim cum aliis Officialibus assistant, vel etiamsi sint Inquisitores haereticae pravitatis, separati vel cum aliis Officialibus coniuncli, etiam pro Tribunali sedentes ei assistentes in dio publicationis edicti, vol quovis alio modo, eadem Sacr. It. C. respondit ». Et ita censuit el declaravit. Dio IG Septembris IGOR.

224. MELITEN. (327)

Pro parte Capituli Ecclesiae Meliten. S. R. C. expositum fuit, Praepositos Monachos, seu Clericos Abbatiae SSffiae Trinitatis Ordinis S. Benedicti, quae in eadem Civitate Meliten, sila, iurisdiclionem habet, et curam animarum in quadam parte Civitatis ol Dioecesis exercet: quando corpora defunctorum ex iurisdiclione Cathedralis Ecclesiae ad dictam Abbatiam, vel ad aliquam Ecclesiam suae iurisdiclioni subieclam sepelienda deferuntur, praetendere praecedentiam super Canonicos et Clericos eiusdem Cathedralis, slatim atque territorium , seu jurisdictionem ipsius Abbatiae attingunt : et quando ex iurisdiclione Abbatial) ad iurisdiclionem Ecclesiae Cathedralis corpora deferuntur, dictos Clericos seu Monachos Abbatiae, per totum eorum territorium praecedentiam super Canonicos et Clericos Ecclesiae Cathedralis praetendere. Quod cum maximam pariat confusionem, dicti Canonici el Clerici Ecclesiae Cathedralis declarari petierunt, an deceat, vel conveniat?

Eadem S. R. C. respondit: «Praecedentiam semper per lotam viam convenire Canonicis et Clericis Ecclesiae Cathedralis, a domo defuncti usque ad Ecclesiam in qua corpora defunctorum sepelienda erunt, sive ex iurisdiclione Abbatial) ad iurisdiclionem Cathedralis, sive ex iurisdiclione Cathedralis ad Abhalialem deferanlur. In Ecclesia vero ubi corpus sepelitur, Officium faciendum erit ab eo Curato qui Ecclesiae praefuerit ». El ila censuit et servandum esso declaravit. Die 18 Nov. 1(506.

225. BOIANEN. (338)

Capitulum Ecclesiae Boianen. petiit declarari : An Episcopus possit ordinare, ut Officium el Festum S. Bernardi Confessoris et Episcopi dictae Civitatis, quod cum particulari el speciali oratione ab omnibus eiusdem Ecclesiae praeteritis Episcopis approbata, ab immemorabili tempore in Ecclesia Cathedral) celebratur, celebretur etiam per lotam Dioeresim?

C. S. R. respondit: « Id non licere Episcopo ». El ita declaravit. Die IG Ian. 1G07.

22«. LAMACEN. (339)

Ad instantiam Episcopi Lamacen. infrascripta dubia in S. R. C. decidenda proposita fuerunt.

I. Quae inlelliganlur Festa solemnia, quibus Episcopus potest incedere seu procedere ad Ecclesiam cum cappa seu pluviali : el

an in omnibus illis Festis Canonici ipsum associare teneantur ?

2. An Canonici Ecclesiae Lamacen., qui fuerint Examinatores Synodales, lucrentur distributiones quotidianas tempore, quo de mandato Episcopi in examine aliquorum sint impediti, ac si tunc in Choro divinisque Officiis intéressent ?

3. An Episcopum Pontificalia exercentem extra Calhedralem in alia Ecclesia Civitatis Lamacen., Canonici dictae Ecclesiae Calhedralis vel aliqui eorum teneantur associare, ac illi Sacramentum Ordinis vel Confirmationis aut simile administranti assistere?

Eadem S. R. C. ad supradicla dubia respondit, ut infra:

Ad I. «Servandam esse formam Caeremonialis, ubi lib. 2, cap. 1 et 34, expresse declaratur, quae intelligantur Festa solemnia, in quibus Episcopus, ad libitum, vel celebrare vel divinis Officiis cum pluviali vel cappa assistere debet, et lib. 4, cap. 15, declaratur, quomodo Canonici in dictis soleinm talibus Episcopum associare debeant ».

Ad 2. < Negative, Canonicos examinatores scilicet non lucrari distributiones quotidianas, quia examen potest fieri ad libitum, hora commoda extra tempus quo tenentur assistere in Choro ».

Ad 3. « Affirmative in necessariis, nempe, ut illi tantum Canonici et Ministri Ecclesiae Calhedralis Episcopo assistant, qui necessarii ministerio sunt, el ob quorum absentiam in Ecclesia Cathedrali Chori servilium non deseratur ». El ita in omnibus supradiclis eadem S. C. respondit et declaravit. Die 17 Martii 4607.

227. R.XVENNATEN. (340)

In causa praecedentiae inter Vicarium in >piiitualibus, el Gubernatorum in temporalibus Civitatis Ravennalen., visis iuribus ex ulraque parte deductis, ac omnibus diligenter consideratis,

S. R. C. declaravit: « Semper el ubicumque tam in sedendo quam in incedendo, in Processionibus el in omni loco el actione, ubi 'imul convenire vel incedere contigerit Vicanum praedictum, el Gubernatorem Civitatis Ravennalen., tam praesente quam absente Ulmo et Rmu D. Vrchiepiscopo, praecedentiam dandam esse Vicario iuxta stylum el dictae Civitatis Ravennalen. antiquam el laudabilem consuetudinem ». El ita ŏdn el declaravit, el exeqni mandavit. Die 28 Aprilis 1607.

228. SUESSAN. (341)

In Cathedrali Ecclesia Civitatis Suessae ex antiquo el immemorabili tempore consuetum esse, ut quando Vesperae cantantur vel celebrantur ab uno ex Primiceriis, qui in dicta Ecclesia primam post Pontificalem, Dignitatem oblinent, vel quando ab aliis Dignitatibus cantantur, videlicet ab Archidiacono vel Decano ; prima antiphona primo Primicerio prâeinlonetur, secunda secundo Primicerio, reliquae aliis Dignitatibus per ordinem: S. R. C. expositum fuit, quod non eodem modo servatur, quando aliquis simplex Canonicus Vesperas celebrat, quo casu ex simili inveterata consuetudine, antiphonae non Primiceriis el Dignitatibus sed reliquis simplicibus Canonicis praeintonantur, licet modernus Magister Caeremoniarum ab Episcopo deputatus voluerit ordinem praedictum turbare el praeinlonare facere antiphonas Primiceriis, etiam quando cantantur Vesperae a Canonicis simplicibus : quare dicti Primicerii ab eadem S. R. C. petierunt nihil circa praemissa innovari, sed antiquam el immemorabilem dictae Ecclesiae consuetudinem servari.

Quae quidem S. R. C.: « Dictam immemorabilem consuetudinem dictae Ecclesiae Suessanae, quatenus adsit, servandam esse, el nihil circa praemissa a Magistro Caeremoniarum vel quovis alio attentari vel innovari posse seu debere » censuil el declaravit. Die 28 Aprilis 4607.

229. MEDIOLANEN. (342)

Pro parte Capituli Ecclesiae Collegialae Oppidi Ballele Mediolanen. Dioecesis S. R. C. expositum fuit, quod licet ex universali omnium Ecclesiarum Collegialarum consuetudine, el ex Decreto Concilii Provincialis Mediolanen. IV caveatur, quod, absente vel impedita prima Dignitate, Missarum celebrationes aliaeque functiones, quas dicta prima Dignitas facere deberet, non ad hebdomadarium Canonicum, sed ad aliam Dignitatem successive post primam, vel ad Decanum seu digniorem vel antiquiorem Canonicum pertineant, prout etiam in simili casu S. R. C,. declaravit; tamen duo dictae Collegialae Ecclesiae praetendunt ad hebdomadarium Canonicum haec omnia perlinere, neque consuetudini el Concilio praedictis, nec minus sententiae Vicarii Generalis acquiescere voluerunt. Quare ad S. R. C. pro quiete et pace eorum, recursum habuerunt celeri

oinnes Canonici dictae Ecclesiae Collegialae, ut opportuno remedio super praemissis el aliis similibus, quae circa sacrorum rituum el caeremoniarum observationem occurrere forsan in dicta Collegiata possent, in futurum eis providere dignaretur.

Quae quidem S. R. Cong.: «Consuetudinem allegatam, et Concilium Provinciale IV Mediolanense circa praemissa in dicta Collegiata Terrae Ballele ab omnibus Dignitatibus, Canonicis, Presbyteris el Clericis dictae Ecclesiae servandam esse censuil et declaravit. Nec non ordinavit, ut in omnibus actionibus ad ritus et sacras caeremonias pertinentibus, dicta Ecclesia Collegiata Terrae Ballele conformet se cum aliis Ecclesiis Collegiatis eiusdem Provinciae Mediolanen., el caeremonias facial iuxta eorum laudabiles el antiquas consuetudines ». El ita censuil el ordinavit, et in dicla Collegiata Terrae Ballele exequi mandavit. Die 28 Aprilis 1607.

230. NEAPOLITANA. (343)

Ad dubium propositum in S. 11. C. pro parte Illini et Riîii I). Card. Aquaviva Civitatis Neapolitanae Archiepiscopi : An scilicet conveniat, ul quando aliquis Episcopus in eadem Civitate Neapolitana, ipso Illustrissimo D. Card. Archiepiscopo praesente, sermonem vel concionem habuerit, antequam pulpitum vel ambonem ascendat, petat ab ipso Card. Archiepiscopo benedictionem, sicut ceteri concionatores non Episcopi facere solent.

Eadem S. R. C. respondit: < Ob supremum Ordinem et Dignitatem Episcopalem non convenire, ul Episcopus condonaturus al> Ordinario etiam Cardinali ante concionem benedictionem petal ». El ita censuil et declaravit. Die 28 Aprilis 1607.

23 L. BRAC11AREN. (348)

Cum in Ecclesia Bracharen. quando Archiepiscopus celebrat, ultra Presbyterum et duos Canonicos Diaconos assistentes, soleat etiam in scabello sedere et Archiepiscopo assistere Archidiaconus qui baculum Archiepiscopi sustinet: dubitatum fuit an dictus Archidiaconus tamquam Dignitas thurificandus sit ante, vel post eos, qui Episcopo, ut supra assistunt? el si post, an antequam inchoetur Chori thurificatio, vel quando thurilicarelur, si ipse Archidiaconus maneret in Choro in suo stallo? el propterea ad tollendas inter Canonicos huiusmodi dissensiones, petiit Archiepiscopus a S. R. C. declarari quo modo, et quando, dictus Archidiaconus, qui baculum sustinet, thurilicandus sil?

Eadem S. R. C.: « Archidiaconum praedictum thurificandum esse immediate post Presbyterum el duos Canonicos Diaconos assistentes, antequam Chori thurificatio inchoetur, respondit ». El ita censuit et declaravit. Die 28 Aprilis 1607.

IB

232. LAMACEN. (346)

Ex antiquissima el immemorabili Ecclesiae Lamacen. consuetudine, quando Episcopus Missam planam pro sua devotione in Ecclesia Cathedrali celebrare voluerit, solere duos eiusdem Ecclesiae Canonicos vel duae Dignitates eidem ministrare atque assistere, et distributiones quotidianas lucrari, ac st in Choro horis Canonicis divinisque Officiis intéressent, pro parte Episcopi eiusdem Civitatis S. R. C. narratum fuit el petilum : An dicla immemorabilis consuetudo servanda sil, el an possint alii Canonici praedictos duos Canonicos vel Dignitates, etiam sponte in casu praedicto Episcopo ministrare volentes, punetare el quotidianis distributionibus privare?

Eadem S. R. C. respondit: « Allegatam consuetudinem immemorabilem servandam esse, nec posse Canonicos quidquam conlra dictam immemorabilem consuetudinem facere vel attentare ». Et ita censuit el declaravit. Die 28 Aprilis 1607.

233. MONTIS REGALIS. (347)

Ex antiqua Ecclesiae Montis Regalis Taurinen. Provinciae consuetudine Archipresbylerum Presbyteri assistentis Officium exercuisse, quando Episcopus solemniter celebravit vel divinis Officiis paratus interfuit, licet Archidiaconus prima Dignitas in eadem Ecclesia interfuerit, S. R. C. pro parte Francisci Vivaldi moderni Arcbipresbyleri eiusdem Ecclesiae expositum fuit; et narratum: quod Bartholomaeus de Crassis modernus \rchidiaconus praetendit ad ipsum, non autem ad Archipresbylerum huiusmodi Oflicium assislentiae perlinere, cum primam Dignitatem in dicta Ecclesia obtineat, ul expresse in Caeremoniali Episcoporum lib. 1, cap. 7, sed quia liber Caeremonialis immemorabiles et laudabiles consuetudines non tollit, ut pluries eadem S. R. C. declaravit, petiit dictus Archipresbyter dictam immemorabilem consuetudinem ad sui favorem introductam servari.

Eadem S. R. C. respondit: « Consuetudinem praedictam immemorabilem esse ser-

vandam, et Archipresbyterum in sua possessione assistendi manulenendum esse, proni servari et manuteneri mandavit ». Et ita censuit el declaravit. Die 23 Aprilis 1607. j

234. R1PANA. (349)

Circa ordinem praecedentiae inter quatuor Vicarios perpetuos Ecclesiarum Parochialinm Civitatis Ripanae, S. R. C., audita relatione Hirtii el Riili D. Cardinalis Pii, cui hoc negotium commiserat, declaravit: < Praedictos Vicarios debere inter se praecedere secundum ordinem receptionis, non autem secundum ordinem maioris dignitatis Ecclesiarum, quarum curam exercent, ut fiebat ante erectionem dictae Ecclesiae Ripanae in Cathedralem : nec amplius attendendam esse dictam consuetudinem, cum mutatus sit status illarum Ecclesiarum, et simus in terminis iuris communis: ut ille Vicarius praecedat, qui prius Vicarialum obtinuit: sicut inter Canonicos, a quibus Vicarii praedicti dependent, ille praecedere debet, qui prius admissus est ». El ita eadem S. R. C. censuit et declaravit, el in Civitate Ripana servari mandavit. Die *8 Aprilis 1607.

235. PLACENTINA. (351)

Episcopus Placentinus infrascripla dedit dubia declaranda et decidenda in S. R.C., videlicet :

1. Licet in Cathedrali Placentina Praebendae Canonical? sint distinctae, el aliae sint Presbylerales, aliae Diaconales et aliae Subdiaconales ; tamen Canonici non servant inter se hunc ordinem, sed sedent el incedunt respective, prout quisque est prior Canonicus, sive sit Sacerdos sive Diaconus 'ive Subdiaconus; et in Processionibus, Missis ac Vesperis pontificalibus omnes induuntur pluvialibus, tam Dignitates quam ceteri Canonici. Quare Episcopus Placentinus supplicat Dominationes VV. Illiîias, ut dignentur per litteras mandare, ut de celero, citra praeiudiciuin oblinentium, cedente vel decedente aliquo ex ip<is Canonicis, illius successor sedeat, et incedat respective secundum praeeiniin nliam Ordinis suae Canonical· Praebendae adnexi: ita quod, remanentibus Dignitatibus in eisdem locis, in quibus de praesenti i periuntur, ceteri omnes Canonici Sacerdotes sedeant immediate a parte Praepositi, Diaconi vero el Subdiaconi a parte Arcbidiaconi ; et Dignitates gestent pluvialia, Sacerdotes Planetas, el Diaconi et Subdiaconi Dalmaticas ol Tunicellas in Processionibus et aliis actibus, ut supra. Quae dispositio etiam extendatur et habeat locum in Collegiata Ecclesia S. Antonini, quae ibidem insignis existil, el in qua esi idem abusus.

~S. R. C. respondit : < Maxime decet et convenit ut Sedes el loca Canonicorum disponantur, ut petitur, el videtur omnino tollendus abusus ».

2. In eadem Cathedrali sunt quinque Dignitates, videlicet Praepositus, Archidiaconus, Archipresbyler, Decanus el Vice-Decanus, el quando Episcopus cantat Missam pontificalem aut Vesperas, Praepositus tamquam prima Dignitas servii de libro cum pluviali, Archidiaconus vero et Archipresbyler adslant utrinque induti Dalmaticis, el hoc ex antiquissima consuetudine, et illis impeditis, sive allero eorum, deserviunt aliae Dignitates per ordinem. Quaeritur, quando Episcopus celebrat Ordinationes generales et alias functiones pontificales, an magis conveniat, quod hoc munus eodem modo exequatur per easdom Dignitates, an per simplices Canonicos, prout lit de praesenti ?

S. 11. C. respondit: « Cum in Ecclesia Placentina adhuc Praebendarum ordo distinctus non sit, ila ut Presbyteri anteponantur Diaconis, et Diaconi Subdiaconis, prout deceret el maxime conveniret, servanda est consuetudo Ecclesiae, ut, Episcopo celebrante, prima Dignitas ei assistat et de libro serviat, et duo sequentes Dignitates duorum Diaconorum assistentium munus sustineant : quod quidem munus, quando Praebendae distinctae essent, non ad Dignitates sed ad duos primos Canonicos Diaconos pertineret, ut expresse cavetur in lib. I Caeremonialis Episcoporum, cap. 8. Quando autem Episcopus facit Ordinationes generales vel alias functiones episcopales, si illas solemniter cum Missa cantata celebret, idem ordo servandus est, el iidem assistentes Episcopo inservire el ministrare debent, qui in Missis solemnibus ministrare solent. Si vero Episcopus dictas functiones sine Missa solemni facere voluerit, quia etiam tunc erit omnibus pàramentis pontificalibus indutus, conveniens est ut iidem, vel illis impeditis, saltem duo alii Canonici assistant, praeter Archidiaconum qui vocat Ordinandos, et Presbyterum qui de libro serviat, el alios Presbyteios qui iuxta formam Pontificalis in Ordinationibus requiruntur. Alii vero Canonici ad publicas Ordinationes, quae sine Missa

cantata fiunt, in habitu Canonical assistere poterunt ».

3. In eadem Ecclesia ex vetustissima consuetudine Chorus incensalur hoc modo, videlicet: Primo Dignitates el Canonici ex una parte sedentes in eminenlioribus stallis, el secundo loco immediate Mansionarii et Praebendarii, sedentes ab eadem parte in stallis inferioribus ante praefatas Dignitates el Canonicos; el idem lit mox ab alia parte. Qui ritus servatur etiam in danda pace, et sic miscentur et confunduntur Dignitates el Canonici cum Mansionariis el Praebendariis. Quaeritur : an sit inhaerendum huiusmodi consuetudini, an vero incensum el pax prius debeat dari Dignitatibus el Canonicis et Capitulo universo ab ulraque parte immediate, et deinde separalim successive Mansionariis el Praebendariis?

S. R. C. respondit: « Licet vetustissima sil consuetudo in Ecclesia Placentina circa Iliui dicationem, tamen est moderanda, ita ut Dignitates et Canonici omnes prius thurilicentur el pacis osculum accipiant, quam Mansionarii. Prius enim digniores, el postea minus digni thurificandi sunt. El ideo recte lit, si prius Dignitates el Canonici ab una parle Chori successive thurificenlur, deinde aliae Dignitates el Canonici ab alia parte, el postea Mansionarii ab una parte, ei demum Praebendarii ab alia parte Chori sedentes, el ita omnino videtur servandum, non obstante quacumque consuetudine in contrarium ».

'i. Dignitates el Canonici sedent in Choro ulrinque de more, el Praepositus tamquam prima Dignitas post Pontificalem, tenet primum stallum seu primum locum a cornu Epistolae. Quando vero Vicarius Episcopi convenit ad Divina, occupat primum stallum seu primum locum ex immemorabili consuetudine, et Praepositus in isto casu occupat primum stallum seu locum immediate sequentem. Quaeritur proinde : an Vicarius constituat el faciat locum in Choro inter Dignitates el Canonicos, et similiter dum sedent ad concionem, ita ut Praepositus, qui, absente Vicario, semper tenet primum stallum el locum, Vicario autem praesente, occupat secundum el non primum locum in Choro el ad concionem?

S. R. C. respondit: « Cura Vicarius ex antiqua el immemorabili consuetudine occupaverit semper primum locum in Choro el ad concionem, et sederit supra Praepositum, qui est pruna Dignitas, utique quando est praesens, ipsum primum locum Chori tenere dicendum est, el consequenter prius thurilicandus est, el pacis osculum ante ipsum Praepositum accipere debet; sed non ex hoc infertur, quod Praepositus non sil prima Dignitas in Choro, licet stallum suum et primum locum, honoris causa, cedat Vicario Generali) qui inter Canonicos el Dignitates non occupat locum, licet sedeat in stallo in quo, absente Vicario, ipse Praepositus sedere solet ».

ů. Quoniam, ut in primo capite dictum fuit, Canonici sedent in Choro el incedunt prout quisque prius Canonicatum obtinuit absque ordinum distinctione: et novum Cae«-remonialv mandat, quod primus Presbyter porrigat Episcopo in ingressu Ecclesiae aspersorium, el dum assistit Miscis el Vesperis per alium cantatis, eidem porrigat navicu-lam, det incensum el pacem; ex quo crebro evenit ut primus Presbyter, qui est inter ultimos Canonicos, evocetur ad tales functiones obeundas, quod videtur indecens. Supplicatur propierea, ut quousque Canonici redigantur, ut iji primo capite petitum fuit, eaedem functiones fiant per quemcumque tenentem primum locum, etiamsi sil Dignitas, prout servabatur anle publicationem Caeremonialis.

S. R. C. respondit: « Donec distinguantur Praebendae in Ecclesia Placentina, convenit, ut a prima Dignitate vel a Canonico, qui primum locum in Choro el Processionibus oblinet, el vicinior Episcopo eiit, aspersorium ministretur el navicula, et non a primo Canonico in ordine Presbylerali, qui ratione promotionis longius forsitan ab Episcopo distabit quam alii: el hoc tanto magis, quanto ila huc usque et anle publicationem Caeremonialis servatura fuil. Quando vero Praebendae erunt distinctae, tunc omnino a primo Presbytero, ul dicitur in Gaeremoniali, id erit agendum ».

(i. Cum dicalflr in Caeremoniali, quod in die Purificationis B. Mariae circa distributionem candelarum, el in Dominica Palmarum circa distributionem palmarum ab Episcopo faciendam, dignior Canonicus paratus det candelam seu palmam Episcopo; quaeritur: an si adsit Vicarius Generalis Episcopi, qui solet alias ante omnes Canonicos incensari, el sedere in primo stallo in Choro, el omnes praeeininenlias habere; ipse debeal accipere candelam seu palmam ab Episcopo, anle omnes alios Canonicos paratos, post Celebrantem. liem Eeria VI in Parasceve, an debeal immediate post Celebrantem adorare Crucem, anle duos Canonicos assistentes Epi-

scopo, vel post eos ante omnes alios Canonicos?

S. R. C. respondit: « Si Canonici sunt sacris paramenlis induti, dum accipiunt candelas et palmas, Vicarius Generalis ratione paratnenlortim debet eis cedere locum digniorem, et post omnes Canonicos paratos accipere candelam el palmam. In adoratione vero Crucis et in aliis actibus, quando Canonici non erunt parati, debet Vicarius primum locum oblinere immediate post Celebrantem ».

7. An in Vesperis pontificalibus, dum Episcopus ad *Magnificat* incensal Altare, Presbyter assistens debeat illi partem dexteram pluvialis elevare, an vero id spectet ad Archidiaconum a dextris assistentem?

S. R. C. respondit: « Non ad Presbyterum, sed ad Diaconos assistentes perlinet onus elevandi fimbrias pluvialis hinc inde, (piando Episcopus progreditur el Ilnirilical Altare ».

8. An Episcopo celebrante Vesperas, septem candelabra sint in Altari ponenda, cum in Caeremoniali non dicatur expresse de Vesperis?

S. R. C. respondit: « In Missa lanium el non in Vesperis, Episcopo celebrante, debet adhiberi seplimiiiii candelabrum ; in Missis autem defunctorum, etiam ab Episcopo celebratis, nunquam adhibetur septimum candelabrum ».

9. Si in Missa coram Episcopo solemniter celebrata Diaconus Evangelii sil Canonicus; quaeiilur, an ipse Episcopum thurilicare debeat ad Offertorium, an vero Presbyter assistens?

S. R. C. respondit: « Dignitas vel Presbyter Canonicus, qui ministrat naviculam Episcopo, debet semper illum thnrificare, quando assistit ad Missas, el non Diaconus Evangelii, licet sil Canonicus ». (I)

10. Quia in Rubricis Missalis mandatur, non debere dici Gloria in *excelsis Deo* in Missis Votivis, nisi in Votivis B. M. in Sabbato, quid agendum in Sabbatis Adventus?

S. R.C. respondit: < *Gloria in excelsis Dro* dicendum esse in Missis Votivis B. M. in Sabbato, el idem faciendum esse in Sabbatis Adventus quod in aliis Sabbatis fit ». (2)

11. Quando debeat accendi Cereus paschalis, quibus diebus, quibas horis; num lanium Dominicis, an etiam aliis diebus festis et m Missis tl Vesperis, an diam m Matutinis solemniter celebratis?

S. R. C. respondit: < Cereus paschalis regulariter accenditur ad Missas et Vesperas solemnes in tribus diebus Paschae, Sabbato in Albis, el in diebus Dominicis, usque ad Festum Ascensionis D. N. I. C. quo die, cantato Evangelio, extinguilur ad Missam ; el in aliis diebus et solemnitalihus etiam solemniter celebratis non accenditur nisi adsit consuetudo, quod durante tempore paschali accendatur, quae servanda esset ».

12. Quia dicitur in Rubricis Missalis, quod in Missis Votivis non dicitur *Gloria in excelsis,* nec *Credo,* nisi pro re gravi, et pro publica causa Ecclesiae : an sil res gravis propter pluviam petendam, pro serenitate, pro quacumque necessitate, pro Principe infirmo, el similibus, si Missa solemniter celebretur : an in istis Missis dicenda sil *Gloria* el *Credo,* el quo colore uti debeamus: an genufieclendum sit ad Orationes, ul in Missis ferialibus ieiuniorum : an Organa debeant pulsari maxime praesente Episcopo et Magistratu Civitatis; el an Orationes el Praefatio in cantu solemni vel fetiali sint cantandae?

S. R. C. respondit: * In omnibus casibus propositis potest dici res gravis, quando ab Episcopo el universo Clero et Civitate Missa Votiva solemniter celebratur cum interventu Magistratus et populi. Quo casu polerinl absque dubio dici *Gloria* el *Credo,* excepto lanium, quando Missa celebratur cum paramenlis violaceis, ul pro infirmis, vel aliquo actu similis moeslitiae vel poenitentiae, quia tunc non dicitur *Gloria* nec *Credo.* Color autem erit iuxla qualitatem temporis el Missae quae celebratur. El quando in Missa dicuntur *Gloria* el *Credo,* numquam ad Orationes genuileclilur. El si Missa solemniter celebratur, Organa poterunt pulsari, el pariter Praefatio el omnia solemniter sunt peragenda, si Missa solemniter celebretur cum *Gloria* el *Credo* ».

43. An Sacerdos cantans Vesperas debeat incipere *Deus in adiulorium* in medio ante Altari, an vero in Presbyterio in Sede, ubi sedere consuevit ad cornu Epistolae, et an ipsemel debeat intonare primam anliphonam, hymnum et anliphonam ad *Magnificat,* el an pariter Orationem debeat canlare stans in eodem loco?

S. R. L respondit: « Servanda est forma Caeremonialis lib. 2, cap. 3 ».

Vi. An ad Primam el Completorium *Misereatur* el *Confiteor* debeant dici a loto

Choro, an ab uno lanium ? Solet enim unus lautum, postquam hebdomadarius dixit *Confiteor,* dicere *Mixereatui* el *Confiteor,* licet in Rubricis dicatur a Choro dicendum esse.

S. R. C. respondit: « Ab universo Choro respondendum est iuxla Rubricas >.

15. Insuper, an conveniat quando Canonicus solemniter paratus cantat Vesperas, ul sedeal solus in loco consueto, an vere debeat duos habere hinc inde sedentes cum pluvialibus, qui eum postea adinvenl ad Altaris thurificationem.

S. R. C. respondit : < Servetur forma dicti capitis 3, lib. 2, Caeremonialis ».

tG. An celebrante Episcopo Vesperas, quo tempore omnes Canonici sunt pluvialibus induti, Acolythus debeat Canonicos omnes thurificare pluviali indutos?

S. R. C. respondit : « Servetur forma libri Caeremonialis ».

17. An versiculi in diebus Dominicis et Festis semiduplicibus, quando fiunt commemorationes, debeant cantari ab uno tantum, an a duobus, sicut in Officio duplici cantatur versiculus ad *Magnificat* a duobus, et deinde si fiat commemoratio de semiduplici, versiculus cantatur ab uno solo, el deinde *Henedicanius Domina* cantatura duobus?

S. R. C. respondit : « Versiculi semper a duobus sunt decantandi tam in duplici, quam in semiduplici Officio, et etiam in commemorationibus ».

18. Placentiae adest Collegiato insignis Sam ii Antonii nuncupata ; el eo quod in Processione Litaniarum Maiorum in die Sancti Marci, Episcopus incedit ad Processionem pluviali el mitra ornatus, et similiter Canonici Ecclesiae ('.alliedralis ex praescripto libri Caeremonialis incedunt pluvialibus induti; institerunt Canonici ipsius Collegialae Ecclesiae, ut pluvialia deferre possent in dicta Processione, praetendentes in hoc aequiparandos esse Canonicis Ecclesiae Cathedralis. El licel Caeremonialis liber non loquatur, nisi de Canonicis Cathedralis, tamen non videtur id eis prohibendum, cum praesertim longe distent inter se in Processione, ita ut inter dictos Canonicos Cathedralis, et Canonicos Ecclesiae Collegialae, medii incedant plurimi alii Bénéficiai!, Seminarislae et Clerici superpvlliceis lanium induti.

S. R. C. respondit : * Non convenit ul Canonici Ecclesiae Collegialae in Processionibus incedant parati, prout incedunt Canonici Ecclesiae Cathedralis ».

« Responsiones ad supradicla dubia, proposita ad instantiam Episcopi Placemini, eadem S. R. C. approbavit et in Ecclesia Placentina servari mandavit ». Die 19 Maii 1G07.

23«. BRACI1AREN. (354)

Licet alias in S. R. C. ad instantiam Archiepiscopi Bracbaren. sub die 21 Februarii 1G04 declaratum **futril**, Dignitates el Canonicos teneri Episcopo Suffraganeo assistere, quoties functiones Episcopales nomine proprii Archiepiscopi exercet, el eidem eadem obsequia praestare, quae Archiepiscopo proprio easdem functiones facienti praestituri essent; tamen quia novissime Dignitates et Canonici eiusdem Ecclesiae Bracharen. ab vadem S. R. C. petierunt declarari : An in omnibus el per omnia Episcopo Suffraganeo inservire el ministrare teneantur, sicut tenentur ministrare el inservire proprio Episcopo?

Eadem S. R. C., audita relatione Ulmi et Rmi D. Card. Montis Regalis, cui hoc negotium alias commiserat, declaravit ul infra, videlicet :

* Non teneri Dignitates el Canonicos obviam ire Episcopo Suffraganeo ad Ecclesiam venturo usque ad eius cubiculum, sicul tenentur obviam ire proprio Archiepiscopo: sed salis esse, si aliqui Canonici ei obviam procedant usque ad portam Ecclesiae, el dignior ei aspersorium porrigat, eumque usque ad Altare vel locum ad celebrandum seu ad alias functiones exercendas desiinatum, associent ».

« Hem declaravit dictum Suffraganeum solemniter celebrantem non debere sedere in Sede Archiepiscopali, sed in faldislorio in cornu Epistolae locando; nec debere uli baculo pastorali, nisi quando tenuerit Ordinationes vel alias functiones fecerit, in quibus, iuxla regulas libri Pontificalis, eo uli debet et necesse est; nec deberi assistendam duorum Canonicorum praeter Diaconum et Subdiaconum, qui erunt cantaturi Evangelium el Epistolam, sicul haberet proprius Archiepiscopus, si solemniter celebraret, sed salis esse si praeter Diaconum el Subdiaconum , ei unus ex Dignitatibus vel Canonicis assistat ad librum, pluviali paratus ».

« Similiter, celebrante Episcopo Suffraganvo, non teneri omnes Dignitates et Canonicos sacra paramenia accipere, sicul tenemur celebrante proprio Archiepiscopo ; sed praeter ministros supradictos, alios omnes assistere debere in habitu ordinario canonical!, el pariter celebrante Episcopo Suffraganeo, super Altare non esse ponen-

dum septimum candelabrum, sicut ponitur celebrante proprio Archiepiscopo ».

« In reliquis functionibus, quas exerret Episcopus Suffraganeus, vel alius Episcopus delegatus a proprio Archiepiscopo, vehit in Ordinationibus Clericorum, in Consecrationibus el reconciliationibus Altarium el Ecclesiarum seu Coemeteriorum, el in similibus, Dignitates el Canonicos teneri assistere Episcopo Suffraganeo in habitu canonical!, quando legitime non erunt impediti, el ex eis sacra sumere debere paramenia lol Dignitates el Canonicos, quot necessarii erunt iuxla Rubricas Ponlilicalis, el formam actus, quem dictus Episcopus SulTraganeus exercet ». El ila in omnibus, ul supra, eadem S. R. C. censuil el declaravit. Die 1 Septembris 1007.

237. TROIANA. (386)

Canonici el Clerus Ecclesiae Calhedralis Troianae de antiqua consuetudine solere singulis diebus, duplicibus tantum exceptis, ultra ordinarium, recitare Officium parvum B. M. in Choro, S. R. C. exposuerunt; quod cum nimis onerosum eis videatur, el contra formam Rubricarum Breviarii el consuetudinem aliarum Ecclesiarum, (piae Officium B. M. non recitant in solemnilalibus seniiduplicibus, polierunt: An id eliam ipsi, non obstante dicta eorum consuetudine, facere possint luta conscientia?

Eadem S. R. C. respondit: «Negative: el dictam Ecclesiae Troianae laudabilem consuetudinem recitandi Officium parvum B. M. in Choro, etiam Dominicis diebus el festis semidupliribus servandam esse » censuil el declaravit. Die I Septembris 1(507.

238. SANCTAE SEVERINAE. (388)

Cum ad impetrandam pluviam Capitulum el Clerus Calhedralis Ecclesiae Colronen. quamdam devotam imaginem B. M. m Processione deferre soleat ad quemdam locum a Civitate praedicta ocio militaribus distantem, el diversorum vicinorum locorum ConfralerniUles el Clerus consueverint dictam Processionem associare ; accidit de mense Aprilis proxime praeterito, ul dum dicla Processio flerel, ad eamdem associandam inter alios accesserint Capitulum, Clerus el Confralernilale- Terrae Culri Dioecesis Sancta·· Severinae, el posiea per viam supervenerint Clerus, Capitulum el Confralerni-Ules Ecclesiae Calhedralis Civitatis Insulae, qui locum digniorem volebant supra dicluin Clerum Terrae Culri, qui cum prius venisset, locum praedictum Clero Civitatis Insulae cedere recusabat ; et proplerea inter eos orta fuit non modica contentio : unde ad tollendas huiusmodi differentias, quae in futurum simili casu eveniente oriri possent, Vicarius Civitatis Sanctae Severinae petiit a S. R. C. declarari, cuinam ex praedictis praecedentia danda sit?

Eadem S. R. C. respondit : « Semper in omnibus, praecedentiam dignioribus dandam esse, licet tardiuscule comparcant, et cum Clerus Ecclesiae Calhedralis procul dubio dignior sit Clerus Ecclesiae Collegiatae vel Ecclesiae Parochialis, illum semper debere praecedere et locum digniorem obtinere » censuil el declaravit. Die 1 Septembris 1(507.

239. FAVENTINA. (361)

Quaesitum fuit in S. R. C., an Gubernator Civitatis Favenlinae, laicus el uxoratus, sil thurilicandiis ante Canonicos, prout lliuriiicalur quando est Praelatus?

Eadem S. R. C. respondit: « Servandum esse Decretum alias in simili casu pro eadem Civitate Faventina facium sub die 9 Maii 1(50(5, etiamsi Gubernator sil uxoratus ». El ila declaravit. Die 17 Novembris 1(507.

240. S. AGATHAE. (362)

Archipresbyter Ecclesiae S. Iuliani, et alii Presbyteri el Clerici Oppidi de Frasica Dioecesis S. Agalhae S. R. C. exposuerunt: quod licet Baro, Dominus in temporalibus dicti Oppidi, semper in praeteritum, quando ad dictam Ecclesiam accessit ad Vesperas seu Missas audiendas, thuris honorem acceperit post Archipresbyterum el universum eiusdem Ecclesiae Clerum ; tamen modernus Baro non solum praetendit thurificari ante Clerum et Arc.hipresbylerum, sed etiam ante ipsum Celebrantem ; el proplerea dictus Archipresbyter el Clerus declarari petierunt, quid in casu proposito agendum sit?

Eadem S. R. C. « Vanas esse Baronis praelensiones respondit, et a solito non esse recedendum declaravit: quod in dicla Ecclesia S. Iuliani ab Archipresbytero el Clericis omnino servandum esse » censuit el ordinavit. Die 17 Novembris 1(507.

241. 1UVENACEN. (363)

ITo parle Archidiaconi Ecclesiae Iuvenacen. qui, ul asseritur, prima Dignitas est in eadem Ec< lesia, a S. R. C. quacsiiiim fuit: ad quem speciei, absente vel impedito Epi-

scopo, Missas et Vesperas pontificales celebrare el cantare, el Sanctissimum Sacramentum in Processione per Civitatem portare in die festivitatis Corporis Christi et per eius Octavam, et Missas infra annum ordinare el distribuere?

Eadem S. R. C., ul alias saepe in similibus, respondit : « Ad primam Dignitatem pertinere Vesperas el Missas cantare, ac Sanctissimum Sacramentum in Processione deferre in illis diebus et solemnilalibus, in quibus Episcopus, si praesens esset, id faceret ».

« Quo vero ad distributionem Missarum infra annum servandum esse ius commune vel consuetudinem Ecclesiae, ut vel prima Dignitas, vel Archipresbyter, vel alius, ad quem de iure vel de consuetudine spectat, illas per annum ordinet el distribuat». Et ila declaravit. Die 17 Novembris 1007.

212. BITUNTINA. (367)

Cum in Congregationibus, quae fiunt coram Episcopo Bilunlino vel eius Vicario Generali pro examinationibus Ordinandorum, admittantur nonnulli Presbyteri Doctoralus gradu insigniti, una cum aliquibus Canonicis Ecclesiae Calhedralis, non gradualist quaesitum fuit in S. R. C. quis locum digniorem obtinere debeat in sedendo : an Presbyter graduatus non Canonicus, vel potius Canonicus non graduatus?

Eadem S. R. C. respondit: «Canonicos Calhedralis Ecclesiae etiam non graduates, praeferendos esse omnibus Presbyteris non Canonicis eliam gradualis ». Die 19 Januarii 1(508.

243. BRACHAREN. (308)

Cum alias sub die 28 Aprilis 1007 ad instantiam Archiepiscopi Bracharen. declaratum fuerit, Archidiaconum, qui de baculo servit el Archiepiscopo solemniler celebranti assistit eique baculum quando opus est ministrat, thurificandum osse immediate post Presbyterum et duos Diaconos Assistentes, antequam Chori (hurilicatio inchoetur: cui Decreto cum idem Archidiaconus (ul asseritur) non acquieverit sub praetextu, quod eidem S. C. expositum non fuerit, ipsum Archidiaconum esse eliam Canonicum el primum Archidiaconum, et in Choro sedere a latere Decani, el consuevisse praecedere omnibus aliis Archidiaconis, Dignitatibus et Canonicis eiusdem Ecclesiae, exceptis tantum Decano el Cantore, quaesitum fuit ab eodem Archiepiscopo: an ratione dictarum praeeminenliarum standum sit in Decretis, ita ut Anhidiaconns praedictus dum sustinet baculum, debeat thurilicari non ante, sed post Presbyterum el duos Diaconos assistentes Archiepiscopo celebranti ?

Eadem S. R. C. « in Decretis standum esse censuit, quoties Archidiaconus sustinet baculum, quia in thurificalione el aliis similibus Presbyter el Diaconi assistentes praeferendi sunt omnibus aliis Dignitatibus et Canonicis, etiam Decano: el consequenter ipsi eliam Archidiacono sustinenti baculum : qui tamen cum sedeat apud Archiepiscopum Ihurificandus eril ante Chori ihurificationem, immediate posl praedictos Presbyterum el Diaconos assistentes. Praerogativas vero allegatas eidem Archidiacono reservandas esse, quando sedet cum aliis in Choro in suo stallo ». Et ila censuit et declaravit. Die 19 Ianuarii 1608.

244. CORCYREN. (3G9)

Cum Archiepiscopus Corcyren. in sua Ecclesia, et regulari el saeculari Clero careat, ila ut non possit in confectione Sacrorum Oleorum fena V in Coena Domini habere praecisum numerum Sacerdotum. Diaconorum el Subdiaconorum iuxla regulam in libro Pontificali praescriptam, el cogatur ab Ecclesia Ilydruntina Olea sacra accipere el expeclare, quae saepe serius, quam necessitas postulat, Corcyram deferuntur: ne Ecclesia sua hac solemnilate el caeremonia privetur, quae in conficiendis dictis sacris Oleis adhibetur, peliil a SS. D. N. licentiam conficiendi dicla sacra Olea, adhibitis tantum duodecim Presbyteris, el omissis Diaconis el Subdiaconis, quos praecipit liber Pontificalis adhiberi. El cum idem SSnius D. N. negotium hoc examinandum ad S. R. C. remiserit ;

Eadem S. R. C. « A regulis praescriptis in libro Pontificali circa confectionem Sacrorum Oleorum non esse recedendum » censuil. Declaravit tamen « Posse Archiepiscopum in sua Ecclesia et Dioecesi Corcyren., uli Oleo antiquo anni praecedentis, donec novum recipiat ». El ila censuit el declaravit. Die 19 Ianuarii 1(508.

245. BRACHAREN. (370)

Petiit Archiepiscopus Bracharen.: An dum ipse cum cappa, post Vesperas cantatas. Completorio assistit, debeat habere assistentium Diaconorum elc. prout in Vesperis, ul hactenus consuevit?

S. Π. C. respondit: « Non convenire assisteniiam Archiepiscopo, dum Completorio assistit, quacumque consuetudine in contrarium non obstante, et servandas esse in hoc regulas Caeremonialis » censuil et declaravit, Die 19 Ianuarii 1608.

240. CAMERACEN. (371)

Cum nonnullae Ecclesiae, illarumquc Coemeteria, et alia loca ecclesiastica Cameracen. Dioecesis, temporum belli ininria el personarum malitia polluta existant, et Guillelmus Archiepiscopus Cameracen. ad illa reconcilianda propter viarum discrimina aliaque impedimenta, sine maximo incommodo accedere nequeat; supplicavit humiliter ut ipsi concedatur, ut Ecclesias, illarumquc Coemeteria et alia loca praedicta sanguinis vel seminis effusione, aut alias quovis modo pullula, per aquae benedictae aspersionem ac aliis solemnitatibus el caeremoniis servatis, per Abbates, Praepositos, Decanos et Christianitatis nuncupatos Priores, aut alias personas in Dignitate Ecclesiastica et Presbyteratus ordine constitutas, ad id ab ipso Archiepiscopo deputandas, quoties opus fuerit reconciliari facere libere valeat. El proposito hniusmodi negotio in S. R. C.,

Eadem S. R, C. censuil: < Ecclesiae consecratae el Coemeterii reconciliationem, proprio Episcopo impedito vel absente, committendam esse alteri Episcopo. Simplicem vero benedictionem Ecclesiae vel Coemeterii non consecrati posse committi alicui Presbytero in Dignitate Ecclesiastica constituto ». El ita declaravit. Die 9 Eebr. 11508.

247. CAMER1NEN. (372)

Ad infrascripta dubia proposita in causa praecedentiae seu praeeminentiarum inter Capitulum el Canonicos Ecclesiae Cathedralis, el Priorem et Canonicos Ecclesiae Collegialae S. Venantii Civitatis Carnei inen., S. R.C.attento instrumento concordiae, quod Prior S. Venanlii debeat habere secundum locum in Choro, videlicet immediate post Praepositum, vel eo etiam absente, immediate post primum Canonicum Ecclesiae Cathedralis, el audita relatione D. Cardinalis Perilli, rui haec causa demandata fuerat, et omnibus ex ulraque parte productis el allegatis consideratis, respondit ut infra, videlicet :

Ad I dubium: An Archidiaconus inlelligalur praesens in Choro, quando est in a-M-lentia apud Episcopum in Vesperis vel in Mis<a solemni, ita ut Prior S. Venantii debeal sedere in Choro non post, sed supra Praepositum? Resp.; « ArcIndiaconum haberi pro praesente, dum assistit Episcopo tam in Ecclesia S. Venanlii quam in quocumque alio loco, in quo ipse Prior interveniat vel intervenire soleat una cum Capitulo Ecclesiae Cathedralis ».

Ad 2. A quo sit porrigendum aspersorium aquae benedictae Episcopo, dum ad praedictam Ecclesiam S. Venanlii una cum Canonicis et Capitulo Ecclesiae Cathedralis accedit: an a Priore S. Venanlii, vel a prima Dignitate, vel primo Canonico Ecclesiae Cathedralis? Resp. « A Priore S. Venanlii porrigendum esse ».

Ad 3. Circa consuetudinem celebrandi Vesperas solemnes in die Paschae Resurrectionis in Ecclesia S. Venantii, Resp. «Continuandam esse consuetudinem, sed non esse prohibendum Canonicis el Capitulo Ecclesiae Cathedralis, quin prius Vesperas in eorum Ecclesia cantent. Ul autem tempus competens remaneat pro Vesperis iuxla consuetum in Ecclesia Sancti Venantii celebrandis, Episcopum curare debere ut quantocius in Ecclesia Cathedrali expediantur ». El ita eadem S. R. C. respondit, censuil el declaravit. Die 15 Martii 1608.

248. ALEXANDRINA. (374)

Episcopus et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Alexandrinae haec decidenda humiliter proponit S. C. Dominorum Cardinalium super Caeremoniis deputatorum.

1. An Vicarius Episcopalis incensari debeal anle vel post Canonicos Ecclesiae Cathedralis? Hactenus consuetudo fuit in dicta Ecclesia, quod in Missa Acolythus vel alius Clericus thurificel primo Vicarium, deinde Canonicos; verum, quia Caeremoniale disponit quod in Missa Diaconus Evangelii thurificare debeat Chorum, et in Ecclesia Cathedrali Diaconus Evangelii sit unus ex Canonicis, recusant ipsi Canonici incensare prius Vicarium, quam Canonicos; adducentes quod ipsi numquam hoc fecerunt, el quod consuetudo allegata est introducta el observata ab Acolythis vel Clericis simplicibus, quae illis praeiudicare non debet; atque ita vellent primo incensare Canonicos, deinde Vicarium. Vicarius respondit : quod ipse incensandus est secundum consuetudinem , ul disponit Caeremoniale Lib. I, c. 23, el consuetudo esi quod incensetur ante Canonicos : nec refert si impostorum thurificatio liat a Canonicis, quia si consuetudo est quod prius thurilicelur, debet hic

ordo servari a quocumque, qui fungatur officio thurificandi : respondit etiam, consuetudinem hanc esse introductam illis et eorum antecessoribus praesentibus, qui numquam contradixerunt ! et ultimo adducit consuetudinem aliarum Ecclesiarum eiusdem Provinciae, videlicet Mediolanen., Papien., Derthonen. et aliarum, in quibus sic servatur.

S. R. C. respondit: «Servandam esse consuetudinem, ut Vicarius tliurificelur ante Canonicos, sive is qui Ihurificat, sit Acolythus sive Clericus sive etiam Canonicus. Nam cum in Missa unus ex Canonicis cantet Evangelium, et ad illum spectet, iuxta formam libri Caeremonialis, thurificare ceteros omnes Canonicos, debet utique thurificare Vicarium, qui praecedit Canonicos: el licet in praeteritum Vicarius non fuerit a Canonicis thurificalus, sufficit quod fuerit thurificatus ante Canonicos, el ab eodem qui ceteros omnes Canonicos thurificare solebat ».

2. An si Vicarius incensandus sil ante Canonicos, idem observari debeat quando Canonici sunt parati in Festis pontificalibus? Haec dubietas oritur, quia Caeremoniale novum sub dicto capite disponit, quod Magistratus perpetui, qui incensari debent ante Chorum, incensenlur post Chorum si Canonici sint parati. Dubitatur quid servandum sil circa personam Vicarii?

S. R. C. respondit : « Canonici parati debent thurifican ante Vicarium, maxime si Vicarius non utatur habitu Praelati, idesl rochetto el mantellelta ».

3. Quis debeat esse locus Vicarii sedendo in Choro? Hactenus observatum fuit, ul Vicarius sedeat in Sede amovibili, quae collocatur prope Sedem Episcopi; Sedes autem Episcopi est a latere Evangelii ante Altare. Quaeritur: an, non obstante hac consuetudine, Vicarius sedere possit inter Canonicos in prima Sede Chori, el an talis locus sil magis illi conveniens?

S. R. C. respondit: « Circa locum Vicarii servandam esse consuetudinem Ecclesiae, et nihil innovandum ».

4. An conveniat in Festis pontificalibus uti duobus thuribulis, uno quo incensenlur Canonici, et altero quo incensetur Gubernator Civitatis, eodem tempore quo incensanlur Canonici? Circa hoc consuetudo fuit in Ecclesia Alexandrina, quod Gubernator Civitatis, qui est perpetuus el Officialis maxime dignus: et qui, praeter gubernationem Status, excellit Gubernatoribus aliarum Civitatum, incensetur ante Canonicos immediate post Episcopum. Verum quia Caeremoniale disponit quod thurificari debeat post Canonicos si sint parati, et Gubernator nolebat huic rei acquiescere; fuit introductum quod duo adhibeantur thuribula : unum quo incensenlur Canonici parati, et aliud quo incensetur Gubernator eodem tempore. Qui tamen Gubernator de hoc etiam conquestus fuit cum Episcopo, quia vellet incensari ante Canonicos, el ab eodem Ministro qui incensal Canonicos : super quo desideratur responsum S. C.

S. R. C. respondit: « Non probari duorum thuribulorum usum : el in casu proposito servandam esse consuetudinem, ut Gubernator thurificetur immediate post Episcopum, maxime si sil dignissimus el perpetuus, ut praesupponilur ; cum Caeremoniale in casu proposito non loquatur de Gubernatore sed de Magistratu, hoc est de Officialibus Civitatis: ul sunt v. g. Anliani, lutati, Consules, Conservatores vel similes ».

5. An confessio, quae fit post concionem ante Episcopum a Diacono Evangelii, debeat fieri ex libro, vel memoriter? Excusant enim se Canonici nonnulli seniores, quod non possunt illam memoriter in tono cantare ; el si ex libro fieri debeat, an sit illi concedendus minister, qui librum teneat ?

5. R. C. respondit : « Convenientius esse ul confessio cantetur memoriter a Diacono : si tamen aliquis ex Diaconis non poterit sine libro confessionem memoriter cantare, poterit ei concedi aliquis minister ex inferioribus, qui librum sustineat, donec cantet ».

6. An infra octavam Corporis Christi, in qua tempore Missae exponitur SS. Sacramentum, debeat cantari Missa cum Diacono el Subdiacono paratis? Consuetudo fuit in hac Ecclesia, quod tempore octavae Missa cantetur a Canonico hebdomadario, sed absque Diacono el Subdiacono, sicut fit per lotum annum in diebus feriatis, quia tantummodo in diebus festivis cantatur Missa cum Diacono et Subdiacono, el sunt ultimi sex Canonici qui funguntur hoc officio. Sed Episcopus oh levcrenliam tantae celebritatis, ordinavit quod Missa cantetur per totam octavani cum Diacono et Subdiacono. Recusant nonnulli ex dictis Canonicis, qui funguntur officio Diaconi el Subdiaconi id facere, dicentes esse novum onus quod ipsi non tenentur subire.

S. R. C. Respondit: « Servandam esse consuetudinem ut infra octavam cantetur

Missa sino Diacono et Subdiacono, exceptis festis diebos Dominicae et Octavae, in quibus cantabitur Missa solemnis cum Diacono et Subdiacono ». (i)

7. Circa Vesperas etiam celebrandas haec est difficultas: Caeremoniale novum lib. 2, cap. 2, disponit quod Canonicus hebdomadarius paratus pluviali. Vesperas celebret, cui assistant aliqui Bénéficiai! etiam parati pluvialibus. In hac Ecclesia sunt 1res tantum Cappellani continuo residentes, ex quibus unus tenetur deservire in officio Magistri Chori: sunt etiam duo vel 1res alii Cappellani praesentes in Civitate, qui non tenentur residere, licet diebus festivis inserviant Ecclesiae; et sic non habentur Cappellani necessarii qui inservire possint Canonico celebranti, quia ex his qui resident duo lanium sunt liberi, et ii interdum ob aliquod impedimentum infirmitatis vel aliud, ab Ecclesia absunt. Similiter alii Cappellani non residentes, modo sunt in Civitate, modo absunt. Proplerea humiliter quaeritur a S.C., qualiter Vesperae sint celebrandae? Episcopus huc usque celebravit ipse Vesperas cum cappa, sed est contra Caeremoniale. Proposuit idem Episcopus, quod Canonici qui m Missa funguntur officio Diaconi el Subdiaconi, inserviant etiam Canonico celebranti in Vesperis; sed adducunt esse novum onus et obstare Caeremoniale, quod Mill in Vesperis Ministros non esse Canonicos. Secundo proposuit Episcopii-, quod Capitulum det stipendium duobus Ministris qui inserviant Canonico celebranti ; sed Capitulum adducit se non teneri ad hanc impensam de novo faciendam, el ob tenuitatem redituum eam praestare non posse. Tertio proposuit Episcopus, quod duo Clerici ex his qui inserviunt Ecclesiae, qui saltem sint Acolythi, inserviant Canonico celebranti ; sed respondet Capitulum, quod non convenit Clericis inferioribus hoc munus praestare una cum Canonico, praesertim cum Caeremoniale disponat quod in eodem banco sedere debeant. Dignetur igitur S. C. respondere, qualiter Vesperae celebrandae sint, el quo in loco sedere debeat Canonicus celebrans Vesperas?

S. R. C. respondit: < Servandam esse regulam libri Caeremonialis nec Canonicos adstringendos esse ad onera non consueta, mixtrue contra dispositionem libri Caereinonialis. Ei quatenus non adsint vel non rcpennnlur Bénéficiai! vel Cappellani in numero -officienti. possunt pro eis supplere Clerici, qui in tali casu non tamquam simplices Clerici, sed tamquam Mansionarii, Bénéficiait vel Cappellani censendi sunt, cum eorum officium suppleant. El ideo non debet Canonicus officium faciens eorum assistenti,am recusare in defectum Cappellanorum vel Beneficiatorum ».

8. An, quia in Ecclesia Calhedrali Alexandrina non sunt distinctae Praebendae Presbyterales, et tantum ultimi sex Canonici semper funguntur ofiicio Diaconi el Subdiaconi, in Festis pontificalibus debeant omnes Canonici induere pluvialia, vel debeat servari ordo appositus in Caeremoniali, ul Dignitates pluvialibus, alii Canonici Sacerdotes Planetis, el ultimi sex, qui funguntur officio Diaconi el Snhdiaconi, Dalmaticis utantur?

S. R. C. respondit: * Decentius esse ut servetur ordo libri Caeremonialis, nempe, ul Dignitates pluvialibus, Canonici Presbyteri Planetis, el Diaconi et Subdiaconi vel qui pro Diaconis el Subdiaconis supplent, licet ordine sini Presbyteri, utantur Dalmaticis et Tunicellis: ita enim ecclesiailcns apparatus, varietate circumamiclus, maiorem praebet aspicienlibus splendorem el decentiam, quam si omnes Canonici pluvialibus induantur ».

0. An possii aliqua consuetudine excusari Diaconus Evangelii qui non incensel Chorum, iuxta Caeremoniale?

S. R. C. respondit: « Non est sub quovis praetexlu consuetudinis excusandus Diaconus Evangelii, quin Chorum thurificel iuxta regulas libri Caeremonialis ».

10. Observatur in Ecclesia Calhedrali Alexandrina, quod in Festis pontificalibus Canonici omnes parati cum pluvialibus sedent non in Sedibus Chori, sed in duobus banchis oblongis, quae ponuntur ab utroque latere Altaris, ita ul duas veluti alas faciant Altari. Quaeritur : an hic modus sedendi sil conveniens, vel sedere debeant in Sedibus Chori? Etsi enim maiorem maicslatem praescierat videre omnes Canonicos iunctim sedentes prop·· Altare el in facie populi ; et caeremoniae etiam, uti thurilicandi, pacis dandae el aliae melius fiant ; nihilominus ex hoc angustatur nimis Chorus, et non remanet locus ubi sedere possint Clerici inferiore- el Beneficial!, si aliqui praesentes essent: praeterea illud sedere in facie populi potest dare occasionem vagationis mentis ipsis Canonicis. Quaeritur ut determinate dignetur S. C. modum convenientem.

S. R. C. respondit « Videtur hoc remit-

ti) E. hub.

lendum arbitrio Episcopi, ul Canonici vel servent usum introductum, vel sedeant in Sedibus Chori trout melius el decentius ipsi Episcopo videbitur ». (1)

11. Diaconus el Subdiaconus in .Missis pontificalibus quando debeant accipere pacem? Difficultas ex hoc oritur, quia Caeremoniale disponit quod accipiant pacem quando communicant. Sed quia in Ecclesia Calhedrali Alexandrina omnes Praebendae sunt Sacerdotales, el ultimi sex Sacerdotes, ut dictum est, funguntur officio Diaconi el Subdiaconi. el Missam iisdem diebus celebrare solent, el proplerea non communicant; ideo S. C. dignetur determinare quando, el a quo sil illi danda pax.

S. R. C. respondit: < Quod Episcopo celebranti Diaconus Evangelii el Subdiaconus Epistolae, si sint ordine Presbyteri et voluerint celebrare vel iam celebraverint, debent accipere pacem ab Episcopo immediate post duos Diaconos Assistentes, servata forma quae traditur in libro Caeremoniali de ordine, dandi pacem. Episcopo vero non celebrante, Subdiaconus accipit pacem a Canonico, qui pacem dedit Episcopo, et illam distribuit celeris Canonicis per ordinem, et revertens ad Altare pacem dat Diacono. Absente Episcopo, Diaconus accipit pacem a Celebrante el dat pacem Subdiacono, qui illam distribuit per Chorum iuxta regulas traditas in libro Caeremoniali de ordine dandi pacem ».

12. Quando Episcopus est in Choro in sua Sede, quae est posita ante Altare a cornu Evangelii, an Canonici digniores sedere debeant in Sedibus Chori, quae sunt magis propinquae Sedi episcopali, incipiendo a prima Dignitate, et successive aliae Dignitates, et deinde Canonici magis antiqui suo ordine: vel potius sedere debeant prout nunc faciunt ; videlicet pars in una parte, et alia pais in alia parte Chori, el digniores incipiunt, et sedent in capite Chori, videlicet una Dignitas sedet ab una parte, alia ab altera, et successive alii suo ordine: et sic iuniores sunt magis propinqui Sedi episcopali.

S. R. C. Resp. « Convenientius esse ul digniores Canonici sedeant in Sedibus quae 'iint propinquiores et viciniores Sedi episcopali ».

13. An in Matutinis quae celebrantur m nocte Nativitatis Domini Episcopus debeat sedere in Sede quae est in medio Chori retro Altare, an potius in Sede ante Altare quae est a latere Evangelii, ubi etiam Missis el Vesperis intéressé solet? Advertendum quod in Altari est SSfnum Sacramentum cum tabernaculo praealto, quod impedit ne Episcopos sedens in Choro bene possit videri a populo, et celebratur in dicto Altari non a parte interiori sed exteriori.

S. R. C. respondit < Quod potest remitti arbitrio Episcopi, ut sedeat ubi melius sibi videbitur el magis populo satisfacere possit».

14. Ultimo: Supplicatur S. C. ul detur licentia cantandi in Ecclesiis Litanias, quae sunt impressae de SSrho Sacramento.

S. R. C. respondit: < Non consuevit S. R. C. approbare alias Litanias praeter consuetas impressas in Breviario, el eas quae recitantur de B. Maria in Ecclesia Laurelana iuxta Decretum fel. rec. Clementis PP. VIII ».

Responsiones ad supradicta dubia proposita ad instantiam Episcopi Alexandrini S.R.C. approbavit, ita ul in Ecclesia Alexandrina servari el execution! demandari possint el debeant. Et ita censuil et declaravit. Die 15 Martii 1Ü08.

249. MONTIS SERRATI NULLIUS (375) PROVINCIAE TARRACONEN.

Cum Monachi Congregationis Vallisoletanae Ord. S. Benedicti Regni Ilispaniarum ad conformandum se Ritui Romano el Congregationi Cassinensi in celebrandis Missis, quae per Monachos eiusdem Congregationis Vallisoletanae particulari ritu et caeremoniis hactenus celebrari consueverunt, in eorum Capitulo Generali decreverint et statuerint, ul omnes dictae Congregationis Monachi Sacerdotes in futurum Missas Sauciorum, iuxta regulas, ritus el caeremonias Missalis Romani celebrare deberent, retentis tamen nonnullis propriis sui Ordinis Sanctorum Missis; el iam in Monasterio Monlisserrali nullius Dioecesis Provinciae Tarraconen. eiusdem Ordinis Decretum praedictum acceptatum fuerit, el ritus el caeremoniae Missalis Romani in celebrandis Missis introductae et usu receptae fuerint, ac Missas more romano celebrarint , quousque eorum Praepositus Generalis eis sub praecepto s. obedienliae mandaverit, ne dicto Missali Romano uterentur, donec novus liber Missalis pro cis more romano imprimeretur, in quo Missae Sanctorum sui Ordinis additae fuissent. Cuius quidem mandati timore, cum perplexi dicti Monachi remansissent, et ad S. R. C. recursum ha-

(I) E. Dub. 12.

buisseot, ab ea petierunt ul declarare dignaretur: an. non obstante praedicto sui Generalis ordine et mandato, eis liceat continuare in usu semel acceptato el recepto celebrandi Missas more romano et secundum ritus, rubricas et caeremonias dicti Missalis Romani?

Cnm negotium hoc examinandum ab eadem S. C. remissum fuerit Illnio el Rmo Duo Cardinali Montis Regalis, visa et audita eiusdem sententia super praemissis,

Eadem S.R.C. censuit el declaravit: «Licere dictis Monachis, sine ullo conscientiae scrupulo, semel acceptatum atque receptum per Abbatem et Monachos usum celebrandi Missas secundum ritus, regulas el caeremonias Missalis Romani, continuare. Imrno in hoc piam illorum mentem et institutum laudavit; el ul in celebrandis Missis more romano continuent, mandato dicli Generalis el aliis quibuscumque non obstantibus, praecepit el ordinavit: et ita a praedicto Praeposito Generali inviolabiliter, el sine ulla prorsus dilatione seu mora, in tola Congregatione dictum Decretum factum in Capitulo Generali servari mandavit». Die 10 Maii 1(508.

250. BONONIEN. (376)

Cum alias sub die 18 Maii 1602 in S. R. C. ad instantiam Archiepiscopi Bononiensis contra Capitulum et Canonicos Collegiatae Ecclesiae Sancti Petronii declaratum fuerit, debere Canonicos Ecclesiae Calhedralis Archiepiscopo assistere, eliam quando celebrat vel Pontificalia exercet in Ecclesiis Collegiatis, ul fit in dicta Ecclesia S. Petronii occasione Rogationum, el iterum sub die 12 Aprilis 1603 ab eadem S. C. idem decretum confirmatum fuerit; novissime vero cum in eadem Congregatione ad instantiam Capituli el Canonicorum Ecclesiae S. Petronii iterum eadem causa inlroducla fuerit, et ab eadem S. C. commissa Illnio et Rmo 1). Cardinali Farnesio, coram quo, ulraque parte informant·1, iura diversa producta el allegatu fuerunt lam in scriplis quam in voce, el praecipue nonnulli lesles ad perpetuam rei memoriam examinati ad instantiam dicti Capituli Sancti Petronii, ac lite pendente; tandem, audita relatione Ulmi et Riïii 1). Cardinalis Farnesii, de volo omnium et singulorum DD. Cardinalium in Congregatione praesentium,

Eadem S. R.C.: «A praedicto Decreto non esse recedendum censuit, el Capitulum el Canonicos Ecclesiae Calhedralis seu M t)opolit.une Sancti Petri mauulenendos esse semper et ubique, eliam in Ecclesia S. Petronii, in possessione assistendi Archiepiscopo celebranti vel Pontificalia exercenti; donec et quousque praedicti Capitulum et Canonici S. Petronii allegatam immemorabilem consuetudinem legitime iuridiceque probaverint ». Et ita censuit, declaravit el ordinavit, el exequi mandavit. Die 10 Maii 1608.

251. NEPESINA. (377)

Cum orta fuerit controversia circa locum in Processione SSihi Sacramenti inter Societatem seu Confraternilatem Confalonis cx una, el Societatem seu Confraternilatem SS. Sacramenti Terrae Campagnani Nepesinae Dioecesis ex altera partibus, et causa fuerit in S. R. C. inlroducla, et ab eadem S. R. C. commissa Illnio el Rmo D. Cardinali Gallo, coram quo ambae partes iura sua produxerunt, el pluries lam in scriplis quam in voce S. C. el ipsum Ulmum el Rmum I). Cardinalem Ponentem informaverunt, tandem semel atque iterum, audita relatione praedicti Illini el Rmi D. Cardinalis Gallo,

Eadem S. R. C. censuit el declaravit : « Non esse recedendum a Bulla fel. rec. Gregorii PP. XIII, in qua declaratur quod illa Societas seu Confraternitas quae prius vestes, quas saccos vocant, induerit in aliqua Civitate, Terra seu loco, praecedentiam super alias Confralernilales habeat, el in omnibus Processionibus locum digniorem obtineat el oblinere debeat. Quia tamen in solemnitate SS. Sacramenti sumplus cerae el aliarum necessariarum rerum fiunt in dicta Terra Campagnani per Societatem seu Confraternitalem praedictam SS. Sacramenti ; declaravit Congregatio, ul nonnulli ex dictis Confralribus SS. Sacramenti, saccis induti cum (analibus accensis in manu, possint incedere et incedere debeant hinc inde, ante ei apud SS. Sacramentum, dummodo vexillum Crucis et alia eorum insignia ac maior pars Gonfralrum incedat in loco suo, ante Societatem seu Confraternilatem Confalonis. iuxta formam Bullae praedictae Gregorii PP. XIII ». El ita censuit et declaravit, alque exequi mandavit in dicta Terra Campagnani. Die 10 Maii 1608.

252. GRANATEN. (378)

Pro parte Archiepiscopi Granalen. S. R. C. expositum fuit : ex antiqua el immemorabili eiusdem Ecclesiae consuetudine solitum esse in Processionibus solemnibus, in

quibus Archiepiscopus pontificaliler paraliis procedit, ul post se deferri faciat a duobus suis pueris sellam seu Sedem quamdam, in qua postea ipse Archiepiscopus sedeat in quibusdam locis seu mansionibus, nbi Processio consistere consuevit. Quam consuetudinem praedecessores sui omnes semper, absque ulla contradictione, et ipse per annos decem et octo sine ulla prorsus perturbatione servavit, tam praesente Cancellaria et Regio Magistratu, Regiisque Personis, quam eis absentibus : licet novissime Praesidens, seu alii nonnulli ex dicto Magistratu, praetendant dictam sellam seu Sedem non esse post Archiepiscopum in eorum praesentia, ut hactenus consuetum fuit, deferendam; el proplerea petilum fuit pro parte Archiepiscopi declarari dictam consuetudinem immemorabilem servandam esse, ipsumque Archiepiscopum manulenendum esse in sua possessione praedicta, deferri faciendi apud se immediate dictam Sedem seu sellam in Processionibus praedictis. Quibus auditis,

Eadem S. R. C.: « Consuetudinem praedictam immemorabilem Ecclesiae Granalen. omnino servandam esse, et Archiepiscopum in sua possessione deferri faciendi dictam Sedem seu sellam in Processionibus, ul praemittitur, tam praesente quam absente Regio Magistratu, manulenendum esse» censuit el declaravit. El ita servari mandavit, quibuscumqùe non obstantibus. Die 10 Maii 1008.

253. GRANATEN/ (379)

Ex antiqua et immemorabili consuetudine Ecclesiae Granalen. Archiepiscopum duos semper apud se habere Canonicos Assistentes, sive pontificaliler celebret sive Missis el Vesperis solemniter celebratis assistat, eosdemque Assistentes etiam him inde apud se habere per viam, dum ex domo ad Ecclesiam procedit, solitum esse S. R. C. expositum fuit ; el narratum praetendere Praesidentes et Auditores Cancellariae Regiae non esse servandam dictam consuetudinem in eorum praesentia, dum ipsi pariter cum Archiepiscopo divinis Officiis in Ecclesia, in quibusdam Solemnilalibus assistunt, sed tunc debere Archiepiscopum contentum esse unico Assistente. Quae cum in praedicta Congregatione pro parte Archiepiscopi proposita fuerint,

Eadem S. R. C.: « Praedictam laudabilem et immemorabilem consuetudinem, quae libro Caeremoniali Episcoporum et sacris Ritibus conformis est, omnino servandam esse censuit el declaravit; ita nt Archiepiscopus semper, et eundo ad Ecclesiam, el celebrando, el assistendo divinis Officiis tam in praesentia Cancellariae el Regii Magistratus, quam eliam in eorum absentia, duos habeat Canonicos Assistentes iuxta regulas praedictas libri Caeremonialis, et laudabilem ac immemorabilem tam dictae Ecclesiae Granatensis quam aliarum Ecclesiarum consuetudinem > censuit el declaravit, el in praedicta Ecclesia Granalen. servari mandavit, quibuscumque non obstantibus. Die 10 Maii 4008.

254. NICIEN. (380)

Pro parte Capituli et Canonicorum Ecclesiae Nicien. S. R. C. expositum fuit, solere in associando funera defunctorum ad sepulturam accedere Vicarium una cum Canonicis, maxime quando Vicarius est de numero Canonicorum, el inter ipsos non tamquam Vicarium sed tamquam Canonicum incedere; modernum autem Vicarium, licet sil ex numero Canonicorum, id recusare: et velle non tamquam Canonicum el cum Canonicis, sed ab eis seiunctum tamquam Vicarium incedere: et proplerea petierunt a S. R. C. declarari : an id deceat el conveniat ?

Eadem S. R. C·: < Non esse a solito recedendum censuit, el debere Vicarium, si sil Canonicus, cum Canonicis in loco suo incedere, et quatenus tamquam Vicarius funera defunctorum associare voluerit, nihil lucrari de cera seu aliis distributionibus, quae dantur seu dari solent Canonicis associantibus funera praedicta ». Et ita censuit el declaravit. Die 10 Maii 1608.

255. TUSCANELLAE. (381)

Cum in Civitate Tuscanellae Fratres Convenluales S. Francisci recusent ad solitas Processiones ire, oh controversias praecedentiae inter ipsos et Fratres Observantes eiusdem Ordinis, qui pariter Conventum habent apud dictam Civitatem, Communitas eiusdem loci recursum habuit ad SS. D. N. el S. R. C. ut super praemissis providerent.

Quae quidem S. R. C., viso Memoriali eidem remisso a SS. D. N., ad tollendam omnem litis differentiam inter dictos Fratres Convvntuales el Observantes, declaravit: «Servandam esse Bullam Gregorii PP. XIII, ut illi praecedant qui prius habuerunt locum seu Conventum in dicta Civitate Tuscanellae: et ordinavit ut ambae diclae Religiones ad Processiones et alias so-

litas dictae Civitatis functiones accedant el accedere debeant iuxta ordinem praedictum in Bulla praefata praescriptum ». El ita censuit el declaravit. Die 14 Iunii 4608.

25G. LUCERINA. (382)

Pro parte Dignitatum Ecclesiae Cathedralis Luceriae in Apulia S. R. C. expositum fuit : ab immemorabili (empore et ab ipsius Ecclesiae fundatione consuetum fuisse in eadem Ecclesia, ut quando solemniler celebrat Missam prima Dignitas, et assistat seu ministret pro Evangelio cantando primus Canonicus eiusdem Ecclesiae, el pro Epistola cantanda primus Mansionarius; el quando celebrat secunda Dignitas, secundus Canonicus el secundus Mansionarius eidem, ut supra, ministrent et inserviant ; cl similiter quando celebrat tertia vel quarta Dignitas, tertius vel quarius Canonicus pro Evangelio, el tertius vel quartus Mansionarius pro Epistola cantandis, eis assistant et ministrent.

Et similiter exposuerunt: consuetum esse ab immemorabili tempore in eadem Ecclesia, ul quando celebrat Vesperas solemnes Episcopus, ei assistant quatuor Canonici: (piando vero célébrai Vesperas aliquis ex Dignitatibus, ei assistant duo Canonici el duu Mansionarii: et quando celebra! Vesperas aliquis Canonicus, ei assistant quatuor Mansionarii. Quam consuetudinem cum servare re- ' usent nonnulli ex dictis Canonicis el Mansionariis, quos abbates vulgariter vocant, sub praetexlu quod aliter in Caeremoniali Episcoporum statuatur, dictae Dignitates illam inviolabiliter servari petierunt.

El insuper institerunt declarari : an in die Purificationis B. Mariae, postquam candelam a Decano prima Dignitate pluviali parato Episcopus acceperit, possit distribuere seu dare candelam suo Vicario, priusquam illam Decano praedicto parato tradiderit?

Eadem S. R. C.: < In primo el secundo dubii' propositis circa Missas el Vesperas celebrandas consuetudinem immemorabilem Γ.< clrsiae Lucerinae servandam esse censuit et declaravit, cum liber Cacremonialis huiusmodi immemorabiles consuetudines non tollat ».

< Ad tertium vero, servandam esse regulam libri Caeremonialis, ut scilicet ante Vicarium el omnes alios, ille qui dat candelam Episcopo, sit primus in accipiendo ab eo candelam ». Ei ita censuit et dedans ii, el in dicta Ecclesia Lucerina servari mandavit. Do* li Iunii 1608.

CAME1UNEN. (383)

Prior Ecclesiae Collegialae S. Venant» Civitatis Camertnen. S. R. C. exposuit, qualiter Episcopus, contra debitum el ĉonsue mm, voluit quod in Processione SSmi Sacramenti suus Vicarius in habitu ordinario nigro incedat inter Archidiaconum Ecclesiae Cathedralis et ipsum Priorem S. Venant» paratos pluvialibus, el petiit declarari an id conveniat,

Eadem S. R. C. respondit : < Non convenire, et mandavit scribi et significari Episcopo, ul amplius in futurum non faciat incedere suum Vicarium, ul supra, inler Dignitates et Canonicos paratos ». Et ita declaravit. Die 44 Iunii 1608.

258. VITERBIEN. BARBERANI. (385)

Archipresbyter Ecclesiae Collegialae Sanctae Mariae in Oppido Barberani Vilerbien. Dioecesis petiit a S. R. C. declarari : quis debeat praecedere in associatione defunctorum ad Ecclesiam, an Cappellanus qui curam Ecclesiae Parochialis exercet el cum Stola incedit quando ad Ecclesiam Parochialem funus dirigitur; an vero Canonici Ecclesiae Collegialae dicli loci ?

Eadem S. C. respondit : « Ratione Stolae dandam esse praecedentiam Cappellano, qui curam Ecclesiae Cathedralis exercet ». Et ila declaravit. Dio 14 Iunii 1608.

251). MATHERANEN. (387)

Cum Archiepiscopus Malheranen. Ecclesiam suam Metropolitanam informem el sine Canonicis invenerit, de consensu et voluntate omnium Presbyterorum, tam dictae Ecclesiae suae Metropolitanae, quam aliarum Ecclesiarum Civitatis Malherae el omnium civium, accedente consensu el auctoritate S. C. Episcoporum, ex Presbyteris senioribus participantibus in dicta sua Ecclesia Calhedrali, triginta Canonicos creaverit, quos proprio nomine Canonicos nuncupavit, ei ex illis Capitulum erexerit seu restituerit ; statuens ut in futuium ad cos vel ad alios eorum successores, tamquam ad proprium Capitulum dictae Ecclesiae spectet et pertineat creatio et electio Vicariorum Capitularium, et non amplius ad Clerum, sublata penitus omni consuetudine, quae magis abusus vocari poterat, hactenus ante creationem dictorum Canonicorum servata, et alias nonnullas ordinationes circa horam congruam recitandi Ollicium Divinum. iam in Metropolitana quam in alii' eiusdem Civitati' Ecclesiis, el circa Proces-

siones faciendas, lam ordinarias quam ex aliqua iusla el urgenti causa extra ordinem indicendas, fecerit el ordinaverit; cumque has ordinationes Rector el Capitulum el Clerus Ecclesiae Collegialae S. Petri Cavoosi dictae Civitatis servare aegre tulerint, el in Processionibus generalibus simul cum Presbyteris Ecclesiae Metropolitanae incedere, el sonum campanae pro recitandis Horis Canonicis, suo arbitrio pulsare praetendant; recursum habuerunt ad Sanctissimum D. N., qui negotijim in S.R.C. examinandum remisit. In qua cum diu, mature ac diligenter examinatum fuerit coram Illino ac Rmo I). Cardinali Montis Regalis, cui ab eadem S. C. remissum fuerat,

Eadem S. R. C., audita relatione dicli Ulmi el Rihi D. Cardinalis Montis Regalis, censuit el declaravit: « Creationem el institutionem. seu restitutionem, Canonicorum el Capituli in eadem Ecclesia Cathedrali ab Archiepiscopo faciam, fore el esse iuridicam el validam: et propterea ad dictos Canonicos lanium et non ad reliquos de Clero aliarum Ecclesiarum perlinere creationem Vicarii Capitularis, et in Processionibus praecedentiam dandam esse ipsis Canonicis et Clero Ecclesiae Cathedralis seu Metropolitanae in digniori loco, supra omnes alios Presbyteros sive Clericos aliarum omnium Ecclesiarum Collegiatarum vel.Parochialium eiusdem Civitatis, et licile cogi posse per Archiepiscopum omnes de Clero, ul tam ad Processiones ordinarias, quam etiam ad extraordinarias ex legitima causa indicias, in loco assignato in ordinationibus praedictis accedant: et debere omnes de Clero obedire ordinationibus ab Archiepiscopo factis circa sonum campanulas, el horam celebrandi Officia divina ». El ila censuit el declaravit, el in Civitate Malherac servari mandavit, quibuscumqtu· non obstantibus. Oie 14 Iunii 1608.

260. FÜLGINATEN. (388)

Decanus Ecclesiae Fulginalen. S. R. C. exposuit, in eadem Ecclesia esse nonnullos abusus, quos tamquam laudabiles consuetudines aliqui ex Canonicis servare non desistunt; ideo petiit declarari, an possint tamipiam praesentes ad Matutinum admitti Canonici illi, qui tantummodo praesentes in Choro sunt, dum cantatur Oratio pro Matutino: et similiter, an inlelliganlur praesentes ad reliquas Horas qui adsunt dum Oratio pro dictis limis cantatur: et an etiam praesentes in Choro inlelliganlur illi Canonici, qui non ex officio seu alia obligatione, sed ex suo arbitrio, dum celebrantur Officia divina audiunt Confessiones poenilenlium: el demum, an illi etiam praesentes in Choro dici possint, qui per Ecclesiam cum colta el almutia incedunt, dum Horae cantantur, pro aliqua sua vel aliorum occasione ad Officium Chori minime perlinente, ita ul in praedictis casibus possint Canonici licite lucrari distributiones quotidianas, prout hactenus per abusum consueverunt?

Eadem S. R.C. respondit: * Nullo modo posse Canonicos praedictos lucrari distributiones quotidianas in casibus propositis, nisi quando aliquis Canonicus vel ex officio vel de. expresso Episcopi mandato in casu necessitatis, Confessiones poenilenlium audiret, dum recitantur in Choro Horae canonicae, el hoc lanium casu excepto; in reliquis propositis, non lucrari licite distributiones censuil, quidquid hactenus in contrarium servatum fuerit, quod potius abusum esse, quam consuetudinem » Sacra Congregatio declaravit. Die 14 Iunii 1608.

261. ARIMINEN. (389)

Cnm Episcopus Ariminensis per Synodale Decretum statuerit, ut singulis annis celebretur Festum Dedicationis Ecclesiae Parochialis in Oppido S. Angeli suae Dioecesis, nec liquido constet, quo die dicta Ecclesia Parochialis fuerit consecrata, licet ex conjecturis credatur fuisse consecratam in die Dedicationis S. Michaelis Archangeli ; quae dies, aim sit festum Patroni eiusdem Terrae, solemniler celebratur cum octava: Archipresbyler eiusdem Ecclesiae Parochialis S.Michaelis Archangeli petiit declarari a S. R. C. an celebrando festum praedictum Dedicationis S. Michaelis Archangeli cum octava, satisfiat Decreto Episcopi, quo praecipitur ul in Ecclesia Parochial· celebretur Officium Dedicationis Ecclesiae?

Eadem S. R. C.: «Cnm de die Dedicationis Ecclesiae liquido non constet, et Ecclesia praedicta Parochialis sit dedicata B. Michael· Archangelo, et verisimiliter credatur illam fuisse consecratam in die Dedicationis eiusdem B. Michaelis Archangeli, et sit consuetum dictam diem solemnizari cum Officio duplici el octava; respondit: Archipresbyterum satisfacere Decreto praedicto Synodal·, celebrando iuxla consuetum Officium cum octava in Festo Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli ». El ila censuit el declaravit. Die 14 Iunii 1608.

262. URBIS. CAUDATAR10RUM. (390)

Collegium Caudalariorum Ulmorum el limorum I)D. S. R. E. Cardinalium cum alias a fel. rec. Pio PP. IV obtinuerint vestem <uperiorem laneam cum caputio violacei coloris, quo habitu uti possent et deberent in Consistoriis publicis el Cappellis', ac in solemnibus equitationibus in quibus Sacrum Collegium S. R. E. Cardinalium intéresse seu intervenire solet, et etiam postea multi eorum vestes inferiores, quas subtanas vocant, eiusdem coloris deferre consueverint, quas per incuriam vel desuetudinem nostro tempore amplius non deferunt, sed in habitu clericali cornum nigro per Urbem incedunt; l upientes habitum praedictum violaceum in sublanis tantum renovare, nt eorum antiqua praerogativa gaudere valerent, el ab aliis simplicibus Clericis vel Presbyteris dignoscerentur; Memoriale porrexerunt in S. R. C., ab ipsis omnibus el singulis Caudatariis subscriptum, petentes licentiam deferendi dictas vestes subtanas violacei coloris, quas propriis et non Dominorum suorum sumptibus sibi parare obtulerunt.

Eadem S. R. C. : < Pro honore dicti Collegii Caudalariorum, censuil gratiam petilam posse concedi, si SS. I). N. placuerit, maxime cum alias didas vestes subtanas deferre consueverint: et SS.D.N., audita Congregationis sententia per relationem Illini et Rmi D. Card. Pinelli Sacri Collegii Decani et eiusdem Congregationis Praefecti, annuit el dictas vestes suhtanae violacei coloris didis Caudatariis concessit ». Die 2 Augusti 1608.

263. CAESARAUGUSTANA. (391)

Pro parle Er. Mari ini de Ferrera Castellani seu Prioris Emposlae Religionis Hierosolymitanae in Civitate seu Dioecesi Caesarauguslana, qui in Ecclesiis sui Prioratus seu Castellaniae praedictae, iurisdictionem quasi Episcopalem exercet; S. R.C. expositum fuit, Balivum de Capse el nonnullos alios eiusdem Religionis Fratres anlianos praetendere sibi, dum Missae Sacrificio assistunt , offerendum esse lexlum Evangelii ab eis osculandum, sicut offertur dicto Priori seu Castellano Emposlae: el proplerea ad tolleuda> huiusmodi dissensiones seu con-ftentione· inter dictos Fratres, idem Castellanus petiit declarari, an id conveniat?

S. R. C. respondit: «Textum Evangelii inter Missarum solemnia uni tantum et digniori porrigendum esse, el ideo convenire nt Priori tantummodo, et non ceteris Fratribus, licet anlianis sive Balivis porrigatur ». Et ita censuil el declaravit. Die 2 Aug. 1608.

264. BISINIANEN. (39'0

Quaesitum fuit in S. R. C. pro parte Illustriss. D. .Marii Pignalelli Baronis Terrae Reginae sub Dioecesi Bisinianen., quando ipse, iuxta solitum suum in diebus Dominicis el festivis, in Ecclesia Parochiali dictae Terrae assistit ad Missam cantatam; a quo, el quotuplici ductu, el quando sit ihurificandus ?

Eadem S. R. C. respondit : < Ipsum Baronem el Dominum loci *(cum Ecclesia, ut praesvpponilur, non sit Collegiate nec habeat Canonicos, sed tantum Archiprcsbyterum Curatum et nonnullos paucos alios Presbyteros sire Clericos)* thurificandum esse duplici ductu ab eodem Ministro, qui ceteros thurifical, immediate post Celebrantem el duos Ministros Altaris paratos (idesl Diaconum et Subdiaconum) cl Archipresbylerum, ante omnes alios Presbyteros seu Clericos dictae Ecclesiae Parochialis ». El ita declaravit. Die 27 Septembris 1608.

265. HISPANIARUM PÔRT1GHERII. (396)

Cum in aliquibus Hispaniarum Ecclesiis quemdam particularem Capituli Ministrum, *Portigherium* nuncupatum, esse asseratur, qui licet laicus sit, tamen persona qualificata el honorata esse consuevit, et ad quem inter alia spectat Processiones, quae fiunt tam intra quam extra Ecclesiam, dirigere et ordinare ; et plerumque solet, prout necessitas el occasio postulat, inter Clericos modo in uno el modo in alio loco incedere el ambulare ; quod cum aliquibus indecorum et indecens videatur ut persona laica inter Clericos vel Ecclesiasticos incedat, quaesitum fuit in S. R. C., an huiusmodi Minister laicus inter Clericos licite et decenter incedere vel ambulare possit ?

Eadem S. R. C. respondit : « Huiusmodi Ministrum locum non occupare, sed ad Processiones dirigendas, vel ad Superiorum mandata exequenda, posse in quovis loco, vel inter seu ante vel post Clericos etiam paratos ad celebrandum, el undequaqne, iuxta temporis ct necessitatis exigentiam el quando occasio postulat, pro sui officii execulione incedere, discurrere, ambulare atque associare ». El ita censuil et declaravit. Die 6 Decembris 1608.

266. REATINA. (397)

Pro parte Episcopi Realini in S. R. C. expositum fuit, Archidiaconum qui primum locum habet in Choro, et primam in Ca-Situlo vocem, et duplicatas percipit quolianas distributiones, recusare ipsi Episcopo celebranti assistere el ministrare, secus ac disponat liber Caeremonialis, el nroplerea petiit ab eadem Congregationi' declarari, quomodo cum dicto Archidiacono sit agendum ?

Eadem S. R.C. respondit : < Servandam omnino esse dispositionem libri Caeremonialis in cap. 7, lib. 1, de oflicio Presbyteri assistentis, ul scilicet ipse Archidiaconus tamquam primus Canonicus, seu prima vel etiam unica dignitas, assistat Episcopo celebranti: et quatenus id recuset, cogendum esse ab Episcopo debitis remediis, etiam sub censuris el aliis poenis ecclesiasticis, ul officium suum in praefatis adimpleat ». El ita declaravit. Die 10 lanuarii 1009.

2G7. IACEN. (399)

Pro parle R. P. D. Thomae moderni Episcopi lacen. supplicatum fuit a S. R. C. declarari, an in Ecclesia sua lacen. teneantur Decanus, Dignitates et Canonici assistere ei in Pontificalibus celebranti, iuxta declarationes alias a S. R. C. factas et statutas regulas a Caeremoniali ultimo loco in lucem edito: quibus omnibus cavetur, ul Episcopo in Pontificalibus celebranti assistat Decanus seu Praeses, uti senior de Capitulo, cum suo pluviali: nec non una Dignitas et unus Canonicus cum Dalmaticis, nec non duo alii (fui assistant uti Diaconus et Subdiaconus ad cantandum Evangelium et Epistolam. Dicti enim Decanus, Dignitates et Canonici excusantur dicentes, quod non sunt nisi decem et septem Canonici, el quod si assisterent illi quinque, remanerent pauci in Choro. Ultra quod, ex consuetudine illius Ecclesiae, dicunt contrarium fuisse usque adhuc observatum. Dicunt etiam, quod illis non obstat dispositio praefati Caeremonialis, maxime cum in illis panibus, ut ipsi allegant, non fuit dictum Caeremoniale receptum. Et quod si in aliquibus partilius Hispaniarum servatur dispositio praefati Caeremonialis, non tamen ex obligatione, sed ex urbanitate servatur, el propterea dicunt ad id non teneri : et ne detur occasio amplius dubitandi, supplicatur pro declaratione dicti dubii.

Eadem S. R. C.: < Servandam esse formam libri Caeremonialis declaravit, ut quando Episcopus solemniter celebrat, Decanus seu prima Dignitas et duae aliae Dignitates vel Canonici, praeter Diaconum el Subdiaconum qui cantant Evangelium cl Epistolam, ei assistant et ministrent, ul in Caeremoniali Episcoporum cavetur lib. 1, cap. 7, de officio Presbyteri assistentis, tam in Vesperis quam in Missa, el cap. 8 eodem libro, de assistentia duorum Canonicorum in habitu diaconali Episcopo celebrante ». Et ita declaravit, el in Ecclesia Cathedrali lacen. servari mandavit. Die 10 lanuarii 1609.

268. BARCINONEN. (400)

Pro parle R. P. D. Raphaelis Episcopi Barcinonen. S. R. C. expositum fuit, quod instante Simone Episcopo Maioricen. consecrari el promoveri ad Ordinem Episcopatus in Civitate Barcinonae, ab ipso Raphaële Episcopo dictae Civitatis, a SS. Domino N. in Bulla Commissionis Consecrationis nominato, fuerint per ipsum Raphaelem ad istum actum celebrandum convocati Episcopi convicini, videlicet Ludovicus Episcopus Celsonen. et Franciscus Episcopus Vicen.; quibus simul congregatis pro celebrando dicto actu in Ecclesia Barcinonen., el volente ipso Raphaële procedere ad dictam Consecrationem, praetendit Ludovicus ad ipsum, uti antiquiorem Episcopum, spectare dictam Consecrationem facere el dictae celebrationi praeesse: contrarium asserente ipso Raphaële, qui dicebat ad ipsum spectare in sua Dioecesi similes actus pontificales et alios exercere et celebrare, et nullum alium etiam antiquiorem Episcopum, nisi S. R. E. Cardinales el Sedis Aposlolicae Legatos, el proprium Metropolitanum sibi in dicta sua Dioecesi praecedere debere in similibus exercendis: ex quo tunc dilata fuit Consecratio, el postea per alios facta : et quia mullolies contingit in dicta Civitate Barcinonae uti principalis illius Provinciae, fieri debere similes Episcoporum Consecrationes, pro similibus actis exercendis ne succedant scandala, el ul sciatur quid servandum sil, supplicat dictus Raphael Episcopus Barcinonen. pro declaratione.

Eadem S. R. C. ad supradiclam Episcopi Barcinonen. petitionem respondit : « Episcopum Dioecesanum in sua Ecclesia Calnedrali et Dioecesi in similibus Consecratio-

minis, et in omnibus aliis functionibus cl actibus pontificalibus exercendis, praeferendum ex omnibus aliis Archiepiscopi. el Episcopis, eliam promotione ipso Dioecesano anterioribus, Metropolitano proprio tantum excepto ; licet alias Episcopus Dioecesanus teneatur Episcopos advenas et peregrinos in sua Dioecesi honorare, et ex urbanitate dexteram et locum digniorem eis cedere ». El ita declaravit. Die 10 Ianuarii 1009.

269. PACEN. (403)

Antonius de Sotomaior el Meneses, Dominus in temporalibus Oppidi Alconchel Pacen. Dioecesis, S. R. C. exponi fecit, esse in antiqua possessione, ul quotiescumque in solemnibus festivitatibus Missa cum Diacono el Subdiacono in Ecclesiis praedicti Oppidi celebratur, ipse accipiat pacem a Subdiacono, qui in praedicta Missa ministrat ; idque ab Episcopo Pacen. in visitatione approbatum fuisse, qui suo Decreto mandavit et ordinavit, ul ita servaretur ab omnibus Subdiaconis ibidem celebrantibus. Quod Episcopi Pacen. Decretum idem Antonius petiit a S. II. C. approbari el confirmari.

Eadem S. R. C.: < Consuetudinem et Decretum Episcopi Pacen. circa distributionem pacis in praemissis, servandum esse censuil, dummodo pax non cum osculo sed cum instrumento Domino praedicto loci ministretur ». El ita declaravit. Die 21 Martii 1(509.

270. SEGOBRICEN. (404)

Urlam fuisse contentionem de praecedentia in Civitate Valentina inter Episcopos Segobricen. el Derlhusen. S. R. C. narratum est, quae sic respondit, videlicet :

« Circa praecedentiam inter Episcopos nullam aliam rationem esse habendam, nisi temporis electionis seu promotionis ad Episcopatum , S. R. C. declaravit: ita ul qui prius electus seu promotus, et a Summo Pontifice m Consistorio propositus et confirmatus sii, debeal alteri cuiuscumque dignitatis vel qualitatis postea electo, proposito, ei ul supra confirmato, praecedere. El ho< non modo inter Episcopos Segobricen. et Derlhusen., sed eliam inter omnes totius Orbis Episcopos servandum es.se» censuil el declaravit. Die 21 Martii 1(509.

(I) E. Dub. i.

271. SPOLETANA (407)
TERRAE DE VISSO.

Plebanus, Curati el alii Presbyteri Terrae Yissi Spolclanae Dioecesis S. R. G. exposuerunt, eos saepissime contendere cum Fratribus et Regularibus eiusdem Terrae, el ideo ad tollendas dissensiones inter cos polierunt declarari infrascripta dubia, videlicet: (1)

1. An Regulares possint Sacramenta deferre ad domos proprias Tertiariorum vel Cincluralorum in articulo mortis, si sint aggregati eorum Religionibus?

2. An Regulares possint accedere ad domos infirmorum, qui non sint Tertiarii nec Cinclurati, el eos eliam in articulo mortis aggregare et recipere in eorum Ordine, el defunctos postea sepelire in eorum Ecclesiis?

3. An Regulares sine interventu Curati possint sepelire aggregatos Tertiarios seu Cincluralos defunctos?

Et cum Ulmus et Rihus I). Cardinalis Montis Regalis iuxla commissionem sibi datam, sententiam suam supra praemissis dubiis dixisset ;

S. R. C., iuxla praedicti Illini el Rihi Domini Cardinalis Montis Regalis relationem, ad supradicla dubia respondit ul infra:

Ad 1. « Non posse Religiosos ministrare Sacramenta in domibus Tertiariorum seu Cincluralorum aggregatorum, praeterquam Sacramentum Poenitentiae ; adiuinisIrationem vero ceterorum Sacramentorum perlinere ad Curatum ».

Ad 2. « Non posse, in casu, Religiosos in articulo mortis facere Tertiarios seu Cincluralos, eosque aggregare eorum Religioni ».

Ad 3. « Posse in eorum Ecclesiis sepelire, absque Parochi interventu, viros hujusmodi collegialiler viventes aut cum claustralibus habitantes, nec non mulieres virginalem, vel caelibem, aut casiam vidualem, expresso volo cl sub dicto habitu vitam ducentes. Quod si Tertiarii vel Tertiariae his carent qualitatibus, non esse sepeliendos in Ecclesia Regularium, nisi ipsi dum vixerint in ea elegerint sepulturam, el tunc Parochum eliam esse adhibendum ». El ita declaravit cl ad supradicla dubia respondit. Die 20 Iunii 1(509.

272. FERRARIEN. (409)

Episcopus Ferrarien. petiit a S. R. G. declarari, an ipse possit cogere Canonicos

Regulares Lateranenses S. Salvatoris, Olivetanos el Cassinenscs, ul accedant ad publicas Processiones iuxla formam litterarum S. C. Episcoporum sub die 2 Maii 1600.

Eadem S. R. Cong. censuil: « Regulares omnes posse compelli iuxla declarationem Congregationis Sacri Concilii, cuius quidem Sacri Concilii declaratio talis est, videlicet: Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Trideniini interpretum saepius declaravit, publicas Processiones, ad quas exempti, ab Episcopis vocali, accedere tenentur ex Decreto cap. 13, sess. 2Î5, eiusdem Concilii, eas esse intelligendas, quae indictae fuerunt pro bono publico vel publico honore. Quam Congregationis Sacri Concilii declarationem eadem S. R. C. Ferrariae el ubique servandam esse » censuil el declaravit. Die 27 Julii 1609.

273. NULLIUS (411)
PROVINCIAE BAREN.

Universitas Terrae Fasani nullius Dioecesis Provinciae Baren., quae in temporalibus el spiritualibus est subiecla Priori seu Balivo Sancti Stephani Ordinis Hierosolymitani, petiit declarari : An conveniat inter Missarum solemnia porrigere textum Evangelii exosculandum dicto Priori, dum ibi praesens est, cum ihuriltcalione el osculo pacis, prout ipse Prior non solum praetendit praedicta omnia sibi; sed etiam, eo absente, ministranda esse suo Procuratori, qui plerumque est persona mere laica.

S. R. C. respondit: «Textum Evangelii Episcopo, si adesset, vel in eius absentia Celebranti lanium esse porrigendum, et non loci Domino; el ideo non convenire, ul porrigatur dicto Priori, el mullo minus eius Procuratori. Quo vero ad incensum el pacem, servandas esse regulas libri Caeremonialis ». Et ita declaravit, Die 24 Augusti 1609.

274. NULLIUS (02)
PROVINCIAE BURGEN.

Abbas pro tempore Monasterii Sancti Aemiliam de la Cocolla nuncupati, Congregationis Vallisoletanae S. Benedicti, nullius Dioecesis Provinciae Burgen.,qui Ordinariam elEpiscopalem iurisdiclionem exercet indictum locum el nonnulla alia Oppida, et mitra el baculo pastorali utitur, el inter Divinorum solemnia, solemniler populo benedicit: sed quia nonnulli asserunt, non posse id private facere, supplicavit declarari: An ipse Abbas in quocumque loco, ubi huiusmodi ninsdiclionem habet, possit private benedictionem populis impertiri, sicut solemniter potest?

S. R. C. respondit: « Negative, idest non posse dictum Abbatem private suis subditis benedicere ». El ita declaravit. Die 24 Augusti 1609.

275. GRANATEN. (413)

Pro parte Archiepiscopi Granaten. a S. R. C. quaesitum fuit : An liceat et permissum sil laicis, cuiuscnmque qualitatis existant, dum divina Officia in Ecclesia Metropolitana Granaten. celebrantur, inter Canonicos el alios in eadem Ecclesia Praebendatos ac Ministros, in Choro vel Presbyterio stare vel sedere ; seu eliam liceat Magistratibus aut viris illustribus et aliis personis laicis perpetuo Dignitatum Sedes, aut Canonicorum vel Porlionariorum stalla in Choro praedicto aut Presbyterio occupare, etiamsi id eis aliquando permissum fuerit; nec non id ipsum non solum in Ecclesia Metropolitana Granaten., sed etiam in Processionibus, sermonibus, offertoriis, el in aliis Ecclesiis, ad quas ire seu assistere Capitulum el Canonicos praedictae Ecclesiae Granaten. contigerit ?

Eadem S. R. C., iuxla dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 13, el inhaerendo Decretis alias in simili causa factis, declaravit : « Non licere nec permitti debere laicis, dum divina Officia in Ecclesia Metropolitana celebrantur, inter Canonicos et alios in Ecclesia Praebendalos ac Ministros, in Choro vel Presbyterio stare vel sedere : neque licere Magistralibus aut judicibus laicis, proprias Dignitatum Sedes aut Canonicorum stalla in Choro praedicto aut Presbyterio occupare, etiamsi aliquando id eis permissum fuerit. Idque tam in Archiépiscopal! Granalensi Ecclesia, quam eliam in Processionibus el offertoriis, et in aliis Ecclesiis, ad quas ire seu assistere Capitulum ei Canonicos eiusdem Ecclesiae Granaten. contigerit, servandum esse » censuil et declaravit. Die 24 Octobris 1609.

27G. GRANATEN. (414)

Ex antiqua consuetudine Ecclesiae Granaten. Archiepiscopum duos semper apud se habere Canonicos assistentes, sive pontificaliler celebret, sive alias quomodolibel Divinis assistat, eosdemque assistentes etiam hinc inde apud se habere per viam dum ad Ecclesiam procedit, solitum esse, pro parte eiusdem Archiepiscopi Granaten. Sac.

Rit. Cong, expositum fuit. Et quia Praesidens et Auditores Cancellariae Regiae Granaten. praetendunt in eorum praesentia huiusmodi consuetudinem non esse servandam, dum ipsi pariter cum Archiepiscopo divinis Officiis in Ecclesia, in quibusdam solemnitalibus assistunt, sed tunc debere Archiepiscopum contentum esse unico Assistente : el propterea Archiepiscopus dubitet ipsum Praesidentem et Auditores minus toleraturos tertium Assistentem Presbyterum, ex dispositione libri Caeremonialis sibi pariter, non minus quam praedictos duos, concessum, dum Archiepiscopus solemniler celebrat aut divinis Officiis assistit, petiit id etiam a S. R. C. declarari.

Quae quidem S. R. C.: « Non duos tantum Canonicos Assistentes hinc inde assistere debere Archiepiscopo celebranti vel divinis Officiis assistenti, iuxta dispositionem praedicti Caeremonialis lib. 4, cap. 8, el per viam dum ad Ecclesiam procedit, iuxta antiquam dictae Ecclesiae Granalensis consuetudinem, sed tertium etiam Presbyterum assistentem eidem pariter convenire, dum Divinis assistit vel solemniler celebrat, iuxta dispositionem eiusdem Caeremonialis lib. 1, cap. 7. El ila in Ecclesia Granalen. servandum esse tam in praesentia Praesidentis Cancellariae el Regii Magistratus, quam in eorum absentia », censuit el declaravit. Die 24 Octobris 1609.

277. ANTUERPIEN. (417)

Decanus el Capitulum Ecclesiae Aniuerpien. pelierunl declarari : An qui Officium in Choro (acere debet, debeat praecedere Decanum, qui esi prima Dignitas in eadem Ecclesia etc.

S. R. C. respondit : < Quod quando Oflicium facturus est paratus sacris paramenlis, debet omnes el etiam Decanum praecedere ; in reliquis vero, el quando non est paratus, servandam esso consuetudinem Ecclesiae ». El ila censuit el declaravit. Die 24 OctobriS 1609.

278. MACERATEN. (418)

Praepositus el Canonici Collegiatae Ecclesiae S. Salvatoris in Civitate Maceralen. S. C. Episcoporum exposuerunt, Episcopum Maceralen. non solum praetendere, ul sub Cruce Ecclesiae Cathedralis incedant Vicani perpetui el alii Presbyteri et Clerici perpetuo adscript! servitio dictae Ecclesiae Cathedralis, prout declaravit S. R. C. 'Ub die 21 Martii Hi09: qui Vicarii el Clerici ante dictum Decretum solebant incedere sub Cruce Ecclesiae Collegiatae praedictae; sed etiam praetendere ul sub eadem Cruce Ecclesiae Cathedralis incedant etiam omnes, qui, vel in eadem Ecclesia Calhedrali aliquod Beneficium simplex habent, vel etiam in eadem Ecclesia Cathedrali vocali aliquando inserviunt ad beneplacitum, nec non etiam Clerici qui Missis privatis in Ecclesia Cathedrali inserviunt: qui omnes in consequentiam praecedunt Praeposito el Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. Salvatoris. Quod cum videatur dicto Praeposito et Canonicis Ecclesiae Collegiatae magnum afferre praeiudicium ; petierunt declarari, ul dicti Clerici, Presbyteri el alii qui non sunt perpetuo adscript! servitio Ecclesiae Cathedralis, debeant incedere in publicis Processionibus non sub Cruce Ecclesiae Cathedralis, sed sub Cruce Ecclesiae Collegiatae: et cum eadem Sac. Congr. Episcoporum negotium hoc ad S. R. C. remiserit;

Eadem S. R. C. declaravit: « Omnes Canonicos, Presbyteros et Clericos, quovis modo adscriplos servitio Ecclesiae Cathedralis , vel ad tempus vel in perpetuum, facere unum corpus et debere omnes incedere sub Cruce Ecclesiae Cathedralis, cui inserviunt, vel in ea Beneficia simplicia possident ; nec propterea inferri praeiudicium Praeposito el Canonicis Ecclesiae Collegiatae qui faciunt aliud corpus distinctum ab Ecclesia Cathedrali, quae procul dubio debet praecedere Ecclesiae Collegiatae : et dicti Presbyteri, Clerici et alii Ecclesiae Cathedrali adscript!, non praecedunt Ecclesiae Collegiatae tamquam singuli, sed tamquam uniti Corpori Ecclesiae Cathedralis, quod corpus nullo modo dividi debet ». El ita censuit et declaravit, el in Civitate Maceraten. servari mandavit. Die 28 Novembris 1609-

• Sequuntur Decreta, quorum supra mentio lit, el ad quae relationem habet S. R. C. responsum.

Episcopus Maceralen. S. R. C. per suas litteras narravit, quod cum ipse iuxta formam Sac. Cone. Tridenlini duos Vicarios perpetuos in Ecclesia Cathedrali creaverit, qui prius in Processionibus et funeribus, cum essent simplices Presbyteri, solebant ire sub Cruce Ecclesiae Collegiatae Sancti Salvatoris eiusdem Civitatis, sub qua solent incedere ceteri similes Presbyteri, quos Altaristas in dicta Civitate vocant ; sed postquam creati fuerunt Vicarii perpetui, non amplius sub Cnice Ecclesiae Collegiatae

praedictae, sed sub Cruce Ecclesiae Cathedralis in Processionibus el funeribus incedere coeperunt. Quod aegre ferentes Canonici Ecclesiae Collegiatae praedictae recursum habuerunt ad Urbem, et obtinuerunt inhibitionem ab Auditore Camerae, ul dictos Vicarios perpetuos cogerent incedere sub Cruce Ecclesiae Collegiatae, prout incedebant antequam essent creati Vicarii perpetui in dicta Ecclesia Cathedrali; el proplerea Episcopus petiit a praedicta S. R. C. declarari, sub qua Cruce dicti Vicarii perpetui, adscript! servitio Ecclesiae Cathedralis, incedere debeant? Eadem S. C., audita relatione Ulmi et Rnii Domini Cardinalis Galli, cui hoc negotium fuerat commissum, et mature consideratis omnibus considerandis, censuit el declaravit: « Dictos duos Vicarios perpetuos creatos in Ecclesia Cathedrali, licet sint Altaristae el solerent prius incedere sub Cruce Ecclesiae Collegiatae, ac omnes alios similes Presbyteros seu Clericos assignatos Ecclesiae Cathedrali, debere incedere sub Cruce Ecclesiae Cathedralis cui inserviunt el non sub Cruce Ecclesiae Collegialae. El propterea moderandam esse inhibitionem Auditoris Camerae, prout moderari mandavit, et perpetuum silentium super praemissis, Canonicis Ecclesiae Collegialae S. Salvatoris imponendum esse, prout imposuit ». El ila censuit et declaravit, el exequi mandavit. Die 27 Septembris 1(108.

Cum alias sub dio 27 Septembris 1008 ad instantiam R. P. D. Episcopi Maceralen. a S. R. C. declaratum fuerit, Vicarios perpetuos creatos el erectos in Ecclesia Cathedral! Maceralen., non debere amplius incedere sub Cruce Ecclesiae Collegiatae S. Salvatoris, sicut ante dictam erectionem incedere cum aliis Curatis solebant, sed sub Cruce Ecclesiae Cathedralis cui inserviunt; el Canonici dictae Ecclesiae S. Salvatoris non acquieverint dictae declarationi, aegre ferentes, quod dicti Vicarii perpetui in publicis Processionibus incedant sub Cruce et cum Clero Ecclesiae Cathedralis, et per consequens ipsis praecedant; petierunt dicti Canonici Ecclesiao Collegiatae, el institerunt, huiusmodi negotium iterum in eadem S. R. C. proponi, prout propositum fuit, el commissum eidem Ulmo el Riiio l). Cardinali Gallo, cuius relatione audita, eadem S. 11. C.: « A praedicto Decreto non esse recedendum censuit, cum praedicti Vicarii non sint simplices Curati, sicut alii Vicarii aliarum Ecclesiarum Parochialium, sed sint de corpore Ecclesiae Cathedralis, cui continuo inserviunt el perpetuo adscript! sunt: el ex reditibus, possessionibus et proventibus dictae Ecclesiae Cathedralis mercedem et annuos fructus percipiunt. El ideo eos sub Cnice Ecclesiae Cathédrale, tamquam eiusdem Ecclesiae corporis membra, incedere debere censuit. El ila, quibuscumque ex adverso allegatis non obstantibus », declaravit, et in futurum servandum esse mandavit el ordinavit. Die 21 Martii 1009.

279. PATAVINA. (419)

Cum alias sub die 30 Augusti 1002 declaratum fuerit ad instantiam Bencficialorum el Cappellanorum Ecclesiae Cathedralis Patavinae, Magistris Caeremoniarum non dari certum locum in Processionibus, sed ubique eos assistere el discurrere debere, iuxta necessitatem el occasionem in ordinandis et disponendis Processionibus; novissime pro parte eorumdem Beneficiatorum el Cappellanorum in eadem S. C. instituai fuit declarari, in quo loco debeant sedere seu stare dicti Magistri Caeremoniarum in Ecclesia seu Choro?

Eadem S. R. C. respondit : < Magistros Caeremoniarum debere assistere vel sedere apud Celebrantem. El in Choro, quando Officia non celebrantur solemniler, in quibus Magistrorum Caeremoniarum assistentia non requiratur, sedere debere inter Clericos vel Presbyteros, iuxta ordinem Praebendarum vel BeneGciorum, quae in dicta Ecclesia habuerint vel obtinuerint. Quod si nullum habuerint vel obtinuerint Beneficium vel Praebendam, inter simplices Clericos vel Presbyteros, ordinis el antianilalis praerogativa servata, sedere et assistere debere ». El ila declaravit. Die 28 Novembris 1609.

280. ASCULANA IN APULIA. (422)

Ad instantiam Thesaurarii el Magistri Caeremoniarum Cathedralis Ecclesiae Asculanae in Apulia a S. R. C. quaesitum fuit: an Archidiaconus eiusdem Ecclesiae, ex eo quod Privilegium Protonolarialus obtinuerit, possit el debeat in Choro, Processionibus el aliis actibus publicis, relido habitu proprio Archidiaconi, hoc est superpelliceo cum caputio violaceo, uti habitu Praelati, hoc est manlellelta el rochello sine colla et caputio, el uti etiam dicto habitu Protonolarii, dum Episcopo celebranti iuxta suum munus assistit, el in Processionibus incedere possit cum dicto

habiln, non in loco sibi debito nt Archidiaconus, sed in ultimo tamquam Praelatus, et prope Episcopum: el an conveniat, dum Missas in dicta Ecclesia celebrat, ut non ex Sacristie, ut faciunt celeri omnes eiusdem Ecclesiae Dignitates el Canonici, sed ex Altari sumat paramenia pro Missa celebranda more Praelatorum?

Eadem S. R. C.: < Inhaerendo Decretis alias in simili casu factis, declaravit, nullo modo posse Archidiaconum praedictum lucrari distributiones quotidianas et fructus suae Praebendae Archidiaconalis, nisi in habitu proprio et Archidiacono convenienti, in Choro el in Ecclesia assistat Horis Canonicis el divinis Officiis, et cum eodem habitu in Processionibus incedat in loco sibi debito el convenienti tamquam Archidiacono, el non tamquam Prolonolario: et dum in Ecclesia Cathedrali celebrat Missas, morem consuetum Ecclesiae servare debere, sicut faciunt alii eiusdem Ecclesiae Dignitates et Canonici. Quod si voluerit uti habitu Prolonotarii in Ecclesia praedicta, nihil participare poterit de fructibus et distributionibus Archidiaconatus : tamquam extraneus reputabitur, eiqne locus assignandus erit post Abbates, non supra nec inter Canonicos, ut dicitur in Caeremoniali Episcoporum lib. 1, cap. 13 circa linem ». El ita eadem Congregatio declaravit, et in Ecclesia Asculana in Apulia servari mandavit. Die G Martii 1610.

281. RIPAE TRANSONAE. (424)

Anliani el Magistratus Civitatis Ripae Transonae per suas litteras S. R. C. significaverunt el exposuerunt, quod Canonici Ecclesiae Calhedralis extra dictam Ecclesiam, dum ad concionem audiendam in Ecclesia Sancti Dominici accedunt, praetendunt ipsos Atilianis el Magistratui praecedere, sicut praecederent in Ecclesia Cathedrali·. quod eis extra Ecclesiam Cathedralem convenire non videlur.

Eadem S. R. C.: « luxta formam libri Caeremonialis, el prout alias fuit declaratum, respondit praecedentiam semper dandam esse Canonicis lam in Cathedrali quam in quacumque alia Ecclesia, dum ad Officia divina vel ad concionem audiendam sedent in habitu Canonical! ». El ita declaravit. Die 6 Martii 1610.

282. C1IILEN. IN INDUS. (426)

Episcopus Chilen. in Indiis Occidentalibus in S. R. C. exponere fecit, recusare Religiosos Mendicantes et Monachos in dicta Civitate commorantes accedere ad publicas Processiones Rogationum, et ad alias generales Processiones, quae in dicta Civitate Heri solent per annum: sub eo praetextu, quod, cum ipsi sint Regulares, non possit Episcopus eos compellere iuxta formam iuris el Sacri Concilii Tridenlini.

Eadem S. R. C.: « Inhaerendo Decretis alias in simili causa fartis, declaravit Episcopum posse compellere omnes Religiosos tam Mendicantes, quam Monachos etiam exemptos, sub poenis el censuris ecclesiasticis, ut accedant ad publicas el generales Processiones. Et publicas el generales Processiones iuxta declarationem Congregationis Sacri Concilii Tridenlini cap. 3, sess. 26, eas esse inlelligendas, quae indictae fuerunt pro bono publico vel publico honore, ad quas Processiones omnes Religiosos accedere tenentur: et recusantes potest Episcopus sub poenis el censuris ecclesiasticis compellere , ut accedant ». Et ila declaravit. Die 16 Maii 1610.

283. ARBOR EN. (428)

Capitulum Ecclesiae Arboren. S. R. C. exponi fecit, in eadem Ecclesia introductum esse usum libri Caeremonialis Episcoporum, et licet in eodem libro dicatur, quod Canonicus paratus ad celebrandum Vesperas debeal habere primam Sedem sive stallum Chori ab ea parte, quae in illa hebdomada obtigerit; nihilominus Archipresbylerum eiusdem Ecclesiae sub praetextu consuetudinis, et quod in, literis Apostolicis ei detur prima Sedes in Choro, non velle primam Sedem cedere dicto Canonico celebranti; et ideo idem Capitulum petiit declarari, an Archipresbyler teneatur omnino cedere Canonico celebranti primum locum, vel primam Sedem praedictam?

Eadem S. R. C. respondit: «Omnino servandam esse formam libri Caeremonialis cum valde indecorum el indecens sil, ut quaevis Dignitas sive Archipresbyler, sive alius in habitu ordinario Canonical!, praecedentiam habeat supra Canonicum pluviali paratum, cui omnino primum locum, tam ratione paramentorum quam ratione celebrationis Officii, ab Archipresbytero el ab aliis omnibus Dignitatibus el Canonicis cedendum est; ita ut supra ipsum Canonicum Celebrantem nullus alius stare vel sedere sub quovis praetextu possit seu debeal ». Et ila censuit el declaravit, el in eadem Ecclesia Arboren. servari mandavit, qui-

buscumquo non obstantibus. Die 20 Iunii 1610.

284. VERCELLEN. (429)

Cum in Ecclesia Vercellen. prima Dignilas el primus Presbyter sil Archidiaconus, et in eadem Ecclesia Praebendae Canonicales distinctae sint inter ocio Presbyteros, odo Diaconos, eL Iolidem Subdiaconos, el Archidiaconus suae Dignitati Canonicalum Presbyleralem adnexum habeat; pro parle eiusdem Archidiaconi in S. 11. C. quaesitum fuit, quisnam debeal Episcopo solemniter celebranti assistere paratus cum pluviali, an ipse Archidiaconus, vel potius Archipresbyler, ul ipse Archipresbyler praetendit, virtute cuiusdam Decreti Visitatoris Apostolici, in quo asseritur statutum fuisse, ut Archidiaconus non cum pluviali, sed cum Tunicella paratus, Episcopo celebranti assistat?

Eadem S. C. respondit: «Servandam esse regulam libri Caeremonialis, qui expresse el clare casum propositum determinat cap. 7, lib. 1, his verbis: Inter omnes Episcopi ministros, qui eis in Divinis assistunt el serviunt, primus el dignior esi Presbyter assistens, qui idcirco debet esse dignior ex Presbyteris tam Canonicis quam Dignitalibus, qui in Choro cum aliis sedere soient: nec referi quo nomine nuncupetur, an Archidiaconus, an Archipresbyler; sed attenditur, ut sil dignior omnino ex omnibus in Sacerdotio constitutis etc. ».

« El cum omnes supradiclas qualitates, a Caeremoniali requisitas, habeat Archidiaconus Vercellen., ad ipsum tamquam ad primam Dignitatem el primum Presbyterum, officium assistendi Episcopo cum pluviali perlinere, non autem ad Archipresbylerum, quocumque Decreto Visitationis non obstante », censuit el declaravit. El in Civitate Vercellen. servari mandavit. Die 7 Augusti 1010.

285. CANDIAE. (430)

Cum inter Vicarium Generalem, quem esse Canonicum Ecclesiae Calhedralis asseritur, et Decanum Candiae saepe lites el dissensiones ortae sim, circa locum el praeeminendas thuris el pacis; ad huiusmodi contentiones tollendas, Livius Lilius modernus dictae Ecclesiae Decanus petiit a S. R. C. declarari: an Vicarius Generalis, cum sil Canonicus, in Choro el alibi debeat ipsi Decano, qui primam Dignitatem in eadem Ecclesia obtinet, praecedere, el habere anle ipsum Decanum thuris honorem et pacis osculum?

Eadem S. R. C.: < Inhaerendo Decretis alias in similibus cansis factis, censuit el declaravit, praecedentiam in omnibus dandam esse Vicario Generali, quando tamquam Vicarius, el non tamquam Canonicus in Choro et actis publicis assistit. Quando vero Vicarius est Canonicus, non posse tunc lucrari distributiones quotidianas, quae dantur et distribuuntur inter Canonicos, qui divinis Officiis el Horis Canonicis assistunt, nisi in habitu Canonical! el in loco suae promotionis sedeat el assistat tamquam Canonicus, qui tunc Decano el aliis Canonicis dignioribus el antiquioribus locum digniorem, el thurificalionis ac pacis honorem cedere debet ». El ila declaravit, el in Ecclesia Candiae servandum esse censuil, el ordinavit. Die 7 Augusti 1G10.

286. TURRITANA. (431)

Cum in Dioecesi Turriiana sint mullae Ecclesiae Parochiales (quae singulae habent aliquos Sacerdotes el Clericos) in quibus divina Officia celebrantur, Archiepiscopus praedecessor moderni, el postea ipse modernus in Concilio Provinciali ab eo celebrato, statuerunt ul in omnibus parochialibus Ecclesiis, Rector tamquam primus el caput illius Ecclesiae, ante omnes habeat thuris el pacis honorem, etiam ante Dominos loci. Cui Decreto dictos Dominos loci nolle acquiescere, ad instantiam Rectorum praedictarum Ecclesiarum parochialium S. R. C. expositum fuit, el insilium declarari, quid in casu proposito conveniat?

Eadem S. R. C.: * Decretum supradidum, ab Archiepiscopis praedictis facium, servandum esse » censuit el declaravit. Die 7 Augusti 1610.

287. ANDRIEN. (432)

Cum alias sub die 19 Ionii 4604 a S. R. C. ad instantiam Episcopi Andrien. ordinatum fuerit, ul in Ecclesia Andrien. Vicario Generali Episcopi, in absentia ipsius Episcopi, primus locus in Choro assignetur supra omnes Dignitates el Canonicos; el Vicarius praedictus locum seu stallum Archidiaconi primae Dignitatis occupaverit, de quo Archidiaconus conquerebatur; cum, occupato suo stallo a Vicario, primus locus remaneat Archipresbytero, qui secundam oblinet Dignitatem, el cedere debet primum el digniorem locum in Choro ipsi Archidiacono; el cum haec causa a S. R. C.

commissa fuerit Ulmo cI Riîïo D. Cardinali Perello, qui tandem auditis partibus, merita causae sub infrascripta dic 7 Augusti retulit: quibus auditis,

Eadem S. R. C.: < A Decretis iam factis in hac causa non esse recedendum censuil, et omnino in absentia Episcopi primum locum Chori assignandum esse Vicario Generali » declaravit. Die 7 Augusti IG10.

El quia postea Archidiaconus exposuit Chorum esse distinctum, ita ut a parte dextera Sedis Episcopalis (quae in absentia Episcopi vacua remanere debet) primus locus sit Archidiaconi, et a parle sinistra primus locus sil Archipresbyteri, el tertiae Dignitati locus assignetur apud Archidiaconum a parte dextera, el quartae Dignitati assignetur locus a parte sinistra apud Archipresbylerum, et sic allernalim; petiit Archidiaconus, ul praesente Vicario in Choro el suum slallum occupante, sibi assignetur locus a parte sinistra Chori, el Archipresbyter tunc veniat in parte dextera apud Vicarium: sicut in simili casu servatur in Ecclesiis Patriarcbalibus Sancli Petri et Sanctae Mariae Maioris de Urbe, ul per fides subscriptas a Magistris Caeremoniarum dictarum Ecclesiarum constat, quas dictus Archidiaconus praesenlavil in manibus Ulmi el Rmi D. Cardinalis Pinelli eiusdem S. R.C. Praepositi.

Quibus visis, Dominatio Sua Illfia el Riha ordinavit, « ut omnino servetur Decretum Congregationis, el Vicario Generali, in absentia Episcopi, primus locus Chori assignetur: sed ne Archidiacono praejudicium inferatur, primus locus immediate posl Vicarium a parte sinistra, ipsi Arcliidiacono assignetur, secundus locus a parte dextera apud Vicarium, Archipresbytero, tertius tertiae Dignitati; el sic successive per ordinem, ita ul unaquaeque Dignitas locum primum, secundum, vel lerlium post Vicarium occupel, qui primae, secundae, vel tertiae Dignitati conveniat: praesente vero Episcopo, el in absenlia Vicarii, quaelibet Dignilas sedeal in suo proprio stallo ». El ita dictus Ulmus el Rihus Dominus Cardinalis Pmcllus declaravit, el in Ecclesia Andrien, servari mandavit. Die 25 Septembris KitO.

288. URBEVETANA. (434)

Pro parte Beneficialorum Ecclesiae Cathedralis Vrbevelanae expositum fuit, Magistrum Cappellae noviler electum in dicla Ecclesia, in Processionibus velle praecedere ipsos Bénéficiâtes, el inter ipsos in ultimo et digniori loco incedere inter duos ultimos Beneliciatos; et cum iidem Bénéficiait ad Ulmum el Riiinm Dfium Cardinalem Synnesium eorum Ordinarium recursum habuerint, Dominatio sua Illma ordinavit, iuxta regulas Caeremonialis, non convenire ul dictus Magister Cappellae incedat cum Beneficialis, sed debere incedere cum suis Canioribus ante Clerum Ecclesiae Calhedralis, vel in alio loco convenienti el opportuno, suae Dominationi Ilhîiae bene viso; cui ordinationi cum praedictus Magister Cappellae noluerit parere, immo recursum habuerit ad Auditorem Camerae pro manutentione sui praedicti praelensi loci, iidem Bénéficiait recursum habuerunt ad S. R.C., in qua huiusmodi negotio proposito el audito,

Eadem S. R. C. censuil: < Servandam esse ordinationem el Decretum Illini el Rmi D. Synnesii Episcopi; el nullo modo convenire, ut praedictus Magister Cappellae incedat cum Beneficiatis; sed debere ire et incedere cum Canioribus, prout a praedicto Illino D. Card. Episcopo ordinatum fuerat ». El ita declaravit, el quibuscumque non obstantibus, in Civitate el Ecclesia Urbevelana servari mandavit. Die 20 Novembris 1610.

289. URBEVETANA. (435)

Cum alias sub die 20 mensis Novembris anni praeteriti 1610 a S. R. C. declaratum fuerit, non licere Magistro Cappellae incedere inter duos Ecclesiae Urbevelanae Beneliciatos seu Cappellanos de Massa, sed debere ire cum suis Cantoribus post Crucem, ante ipsos Beneliciatos, vel in loco ubi ordinatum fuerit ab Illino Domino Card. Synncsio Episcopo, el nihilominus sub praetextu consuetudinis, dictus Magister Cappellae el Canlores praetendant in Processionibus ire, seu incedere inter ipsos Bénéficiâtes et Canonicos Ecclesiae Calhcdralis;

Eadem S. R. C. declaravit: * Non esse a primo Decreto recedendum, sed quacumque allegata consuetudine vel usu non obstante, debere Magistrum Cappellae cum suis Canioribus incedere immediate post Crucem ante ipsos Bénéficiâtes, vel in loco ubi ab Illino Card. Episcopo ordinatum fuerit ». El ita censuit el declaravit, ac in Civitate Urbevelana servari mandavit, quibuscumque non obstantibus. Dio 15 Januarii 1611.

290. PERUSINA. (436)

Bénéficiai! Calhcdralis Ecclesiae Perusinae, cum fere quotidie soleant Missas Convenluales solemniler celebrare cum Ministris, id est Diacono el Subdiacono paratis, el etiam in quibusdam Dominicis el Festivitatibus Apostolorum el aliorum Sanctorum soleant illas solemniler celebrare cum Organo el Canioribus, et populi concursu, et assistentia Canonicorum, el Capituli; el nihilominus Canonici sub praetextu consuetudinis non permittant, ul ipsi Bénéficiai! parati ad Missam cantandam, id est Sacerdos, Diaconus el Subdiaconus, possint in banco sedere dum cantatur *Gloria, Credo, et similia,* proul ordinatur in Rubricis Missalis, el proul sedent Canonici el eorum Ministri parati, dum ipsi in quibusdam solomnioribus Dominicis el Festivitatibus per annum, Missas soleranes celebrant ; el ideo supplicaverunt in S. R. C. declarari, ul ipsis etiam Beneficialis, Missas solemniler cantantibus, liceat in banco sedere, dum cantatur *Gloria,* nec non el alia facere, quae in dictis Rubricis Missalis, ordinantur, proul sedent el faciunt ipsi Canonici, dum Missas solemnes celebrant.

Quae quidem S. R. C., audita super praemissis relatione Ulmi et Rmi D. Card. Galli, cui haec causa commissa fuerat, censuil : « Quacumque consuetudine in contrarium non obstante, indulgentium esse ul Bénéficiait Ecclesiae Perusin.,dum Missas solemnes celebrant, idest Sacerdos, Diaconus el Subdiaconus parati, possint el debeant sedere, dum cantantur *Gloria* el *Credo,* el alia facere, quae ordinantur in Rubricis Missalis, proul sedent el faciunt ipsi Canonici dum Missas solemnes celebrant, el prout in simili casu servatur in omnibus Ecclesiis Gathedralibus et Collegiatis ». El ita censuil el declaravit, el in Civitate Perusina servari mandavit, quibuscumque non obstantibus. Die 15 Januarii 1611.

291. TELES1NA. (439)

Societates S. Antonii el SSiiiae Conceptionis in Oppido Ccrreii Telesinae Dioecesis S. R. C. exposuerunt, quod cum novissimo erecta et instituta fuerit Societas SSihae Trinitatis in Ecclesia S. Leonard) eiusdem Oppidi, Episcopus voluit el ordinavit ul dicta Societas SS. Trinitatis novissime erecta, praecedat omnibus aliis Societatibus antiquioribus in eodem Oppido erectis et institutis, quod cum in praeiudicium ipsarum antiquarum Confralernitalum sit, ad eamdem S. R. C. recursum habuerint:

S. R. C. respondit: < Circa praecedentiam inter Confraternilates, Bullam felicis rec. Gregorii XIII servandam esse censuit et declaravit el ita ordinavit, et in Oppido Ccrreii Telesin. Dioecesis servari mandavit». Die 19 Martii 1611.

292. URBINATEN. (4M)

Consuevisse in Ecclesia Cathedrali Urbinalen., cui etiam cura animarum adnexa est, singulis diebus Missam in aurora celebrari, in qua festa populo annuntiantur, matrimonia denuntiantur, monitoria publicantur, el alia fiunt ad Parochos spectantia, quae Missa semper celebratur de Festo, seu Feria iuxta Officium illius diei; post lloram vero Nonae Missa Convenlualis iuxta Officium currens, etiam singulis diebus cantatur.

Sed quando contingit aliquam Missam votivam in eadem Ecclesia, vel ex dolatione vel pro defunctis cantari, nullam aliam Missam Conveniualem Canonici cantant, existimantes sufficere ad quotidianas distributiones licite lucrandas, illam Missam privatam, quae de Festo vel Feria currente in aurora private celebratur. Quibus stantibus quaesitum fuit a S. R. C., an in casu proposito, quando cantatur aliqua Missa votiva vel defunctorum, teneantur Canonici etiam Missam Conventualem cantare, ut quotidianas distributiones licite lucrari possint, vel ad hoc sufficiat illa Missa privata, quae in aurora celebratur?

Eadem S. R. C. respondit: « Teneri Canonicos omnino celebrare el cantare Missam Conventualem de Officio currenti, ad hoc ul licite possint distributiones quotidianas lucrari, nec ad satisfaciendum sufficere Missam celebratam in aurora ». El ita declaravit. Die 25 lunii 1611.

293. PANORMITANA. (446)

Octavius Regina Canonicus in Ecclesia Panormitana el Prolonotarius Aposlolicus, qui per urbem praedictam incedit cum habitu Praelati coloris violacei, Prolonolario convenienti; dum ad Ecclesiam accedit ul tamquam Canonicus Divinis assistat, deposita manlelletta, super sublaneam coloris violacei habitum Canonicalem induit, eodem modo el forma prout omnes alii Canonici utuntur: qui praetendunt ipsum, dum Ecclesiam ingreditur ul Divinis assistat cum aliis Canonicis, debere deponere sublanam violaceam et nigram capere, prout habent ce-

teri Canonici; propterea petiit a S. R. C. declarari, an tamquam Protonotarius possit uti dicta subtanea violacea, etiam in Ecclesia dum Divinis assistit?

Eadem S. R. C. respondit: < Posse dictum Canonicum Prolonotarium uli subtanea violacea in Choro el in Ecclesia dum Divinis assistit, dummodu in celeris omnibus habitum proprium el Canonicis convenientem et similem et aequalem celeris Canonicis deferat ». Et ita declaravit. Die 14 lanuarii 1612.

294. CAESARAUGUSTANA. (447)

Cum in Civitate Caesarauguslana, infra fines vetustissimae Parochiae S. Pauli eiusdem Civitatis, situm sil quoddam Hospitale cum Cappella sub invocatione B. Mariae Conceptionis, et Sanctarum luslae el Rulinae: cuius Hospitalis Contraires, sub praetextu quod dictum Hospitale exlilissel in Monasterio Fratrum Carmelilarum, obtinuerunt aggregari Hospitali sive Ecclesiae Lateranensi de Urbe: et ex dicta aggregatione praetendunt per Cappellanum sive Cappellanos suos dicto Hospitali inservientes, exerceri posse omnia el singula, quae ad solum Parochum pertinent, ul Missas cum cantu solemniter celebrare, confessiones audire, communicare, sepelire mortuos, praedicare, Sacramenta ministrare, in die Coenae Domini Sepulchrum facere, SS. Sacramentum reservare, el alia huiusmodi exercere etiam sine consensu et licentia Ordinarii el ipsius proprii Parochi, quae ex dispositione iuris ad solum et proprium Parochum spectant: et quia notorium esse asseritur dictum Hospitale nullam habere dependentiam seu connexionem cum dicto Monasterio Fratrum Carmelilarum, imo omnia praedicta in maximum damnum el praeiudicium tam ipsius Monasterii, prope quod dictum Hospitale existil,quam etiam Parochi praedicti S. Pauli el iurium dictae Parochiae resultare; proplerea, tam pro parte Parochi praedicti quam Prions et Fratrum dicti Monasterii Carmelilarum, supplicatum fuit $. R. C. ul dignaretur declarare: supradicla omnia dictis Contran ibus non licere absque expressa licentia Ordinarii, etc.; et cum negotium ab eadem S. R. C. commissum fuerit Ulmo et Riîio D. Card, de Monte, qui audire voluit etiam Vicarium el Canonicos Ecclesiae Lateranensis de Urbe pro eorum intéresse, ob eorum assertam aggregationem; el tandem, audita de omnibus praedictis relatione eiusdem Ulmi et Rihi Domini Cardinalis de Monte ;

Eadem S. R. C. censuil : « Non licere dictis Confratribus Hospitalis praedicti et Cappellae B. M. Conceptionis, el Sanctarum lustae el Rulinae, silae sub Parochia S. Pauli in Civitate Caesarauguslana praedicta, facere et exercere quae ad proprium Parochum spectant, sine expressa Ordinarii el ipsius Parochi licentia ». El ita declaravit. Die 14 lanuarii 1612.

295. TUDERTINA. (451)

Cum in Ecclesia Tudorlina duo reperiantur Dignitates, nempe Prior et Archidiaconus, el nonnullis abhinc annis Prior solitus fuerit tenere ante se stratum seu tapete cum pulvinari, el Archidiaconus, cum sil dignitas inferior in eadem Ecclesia, voluerit etiam sibi tapete cum pulvinari parare; et a Capitulo eiusdem Ecclesiae obstitum fuerit, atque ad S. R. C. recursum sil; licet eadem S. R. C. huiusmodi negotium IIIfIto el Rmo Ü. Cardinali Lanie, eiusdem Ecclesiae Tudertinae Episcopo, terminandum remiserit; tamen, quia idem Ulmus institit declarari a S. R. C. an dicto Archidiacono in Choro existent! dictum stratum cum pulvinari conveniat?

Eadem S. R. C.: « Non convenire indicavit, sed debere tam Priorem quam Archidiaconum in Choro in suo loco sedere sine strato, proui sedent alii Canonici : indulgendum tamen esse, censuil, ratione Dignitatis, ul pulvinar tantum ex corio, tam pro Priore quam pro Archidiacono apponatur ». El ita declaravit. Die 24 Martii 1612.

296. MATHERANEN. (453)

Pro parte Dignitatum et Canonicorum Ecclesiae Malhcranen. S. R. C. expositum fuit, quod licet antequam Ecclesia Matheranen. a bon. mem. Archiepiscopo de Rubeis fuisset, de Sedis Apostolicae consensu el licentia, reformata el reducta ad usum aliarum Ecclesiarum Calhedralinm , constituendo in ea Dignitates el Collegium triginta Canonicorum, quod adhuc erectum in dicta Ecclesia non fuerat; et quod postea distinctum el separatum fuit a Rectoribus et Clero aliarum Ecclesiarum Parochialium dictae Civitatis: quibus Dignitatibus el Canonicis postea etiam almutia sericea violacei coloris serico rubro suffulta, in signum tradita el assignata fuit; Rectores praedicti Ecclesiarum Parochialium dictae Civitatis in Processionibus solerent incedere una cum Digni-

talibus Ecclesiae Metropolitanae : nihilominus post dictam reformationem el erectionem dicti Collegii Canonicorum, ordinatum fuit, ul Rectores praedictarum Ecclesiarum Parochialium, in Processionibus incederent ante Clerum universum Ecclesiae Metropolitanae: el sic post dictam reformationem per annos sex servatum fuit. Sed quia modernus Archiepiscopus intendit nunc duobus Rectoribus dictae Civitatis, restituere antiquum locum apud Dignitates, prout incedebant ante reformationem dictae Ecclesiae Metropolitanae, et ante erectionem Collegii dictorum triginta Canonicorum ; nec non eisdem duobus Rectoribus almutias concedere eiusdem coloris, el omnino similia almuliis iam Dignitatibus et Canonicis concessis; dictae Dignitates el Canonici nihil innovari in eorum praeiudicium petierunt. Quibus auditis,

Eadem S. R. C. : « Nihil innovandum esse censuil, sed solitum introductum post reformationem Ecclesiae praedictae el erectionem Collegii Canonicorum servandum esse declaravit ». Die 12 Maii 1612.

297. URBIS. **(464)**

Cum ad aures S. R. C. pervenerit in nonnullis Ecclesiis Collegiatis, seu etiam Palriarchalibus Urbis, a Canonicis, Magistris Caeremoniarum , Officialibus el Ministris earumdem Ecclesiarum ordinari et fieri Caeremonias et Ritus ecclesiasticos vario el diverso modo ab eo, quem universaliter Ecclesia Romana servare consuevit, el prout in libro Caeremoniali pro Calhedralibus el Collegiatis Ecclesiis praescribitur; et auctoritate propria etiam Ritus praedictos el Caeremonias in scriptis redigere, el proprios, el particulares libros Caeremoniarum pro earumdem Ecclesiarum usu ordinari el confici;

Eadem S. R. C. « Id minime licere sine expressa eiusdem S. C. licentia et ordine declaravit: nec privatis personis, nec etiam Palriarchalibus el Collegiatis Ecclesiis id esse permittendum. Quare expresse mandavit, ul tam Canonici quam alii quicumque dictarum Ecclesiarum Ministri, Officiales et Magistri Caeremoniarum a praedictis abstineant, nec audeant vel praesumant caeremonias ordinarias immutaro, seu variare, vel novas ordinare diverso ac vario modo ab eo, qui in Rubricis Missalis el Breviarii Romani, el dicto libro Caeremoniarum praescribitur; el ab usu, et consuetudine universali, el communi aliarum similium Ecclesiarum, sine expressa licentia eiusdem S. C., ad quam specialiter et particulariter haec pertinent, sub poenis contra facientibus arbitrio eiusdem S. C. imponendis et exequendis ». El ita ordinavit, censuil el declaravit, ac servari mandavit. Die 12 Maii 1612.

298. NEAPOLITANA. (465)

In causa praecedentiae inter Abbatem Patientiae Caesariae nuncupatum cum suo Clero Saeculari, et Abbatem S. Petri ad Aram cum suis Canonicis Regularibus, in publicis Processionibus in Civitate Neapolitana faciendis, quae proposita in S. R. C. commissa fuerat primo Illiho et Rmo D. Cardinali Lenio, et deinde propter eius absentiam, Ulmo et Rmo Diio Cardinali Millino; visis litteris el informatione Ulmi el Rmi Dni Cardinalis de Aquaviva Neapolitanae Civitatis Archiepiscopi, el audita relatione praedicti Ulmi et Rmi D. Cardinalis Millini;

Eadem S. R. C. censuil: « Non esse Clerum Regularem miscendum cum Clero Saeculari, el ideo dicio Abbati de Patientia cum suo Clero, convenire in publicis Processionibus locum sibi alias assignatum a Vicario Generali dictae Civitatis Neapolitanae, ul scilicet incedat cum Clero Saecularl immediate post Clerum Regularem, cum quo Clero Regulari dictus Abbas S. Petri ad Aram cum suis Canonicis Regularibus incedere debet: iuxla stilum, consuetudinem el ordinem omnium Ecclesiarum dictae Civitatis Neapolitanae ». Et ita censuil el declaravit. Die 7 Iulii 1612.

299. V1TERBIEN. (468)

Pro parte et ad instantiam Arcbidiaconi Ecclesiae Vilerbien. in S. R. C. expositum fuit, semper ab immemorabili tempore solitum fuisse in dicta Ecclesia, ut celebrante Episcopo solemniter, vel eo absente aut impedito, celebrante prima Dignitate, quatuor ultimi Canonici ex ordine Diaconali el Subdiaconali, eisdem ministrarent cantando Epistolam et Evangelium, el in Dominica Palmarum, el Feria VI in Parasceve cantando Passionem : quod novissime facere recusaverunt sub eo praetextu, quod in Caeremoniali Episcoporum ordinetur Passionem esse a Cantoribus, non autem a Canonicis Diaconis vel Subdiaconis decantandam: el ideo petiit Archidiaconus a praedicta S. R. C. declarari: an dictus liber Caeremonialis obstel, quominus antiqua in dicta Ecclesia Vilerbien. consuetudo a Canonicis praedictis in ordine Diaconali el

Subdiaconali servetur, in cantanda Passione el in reliquis adimplendis, quae ad officium el ordinem suum, ul supra, spectant?

Eadem S. R. C. respondit : « Caeremonialem librum non obstare, nec tollere immemorabiles et laudabiles consuetudines Ecclesiarum; el licet in eo dicatur, quod Passio in Dominica Palmarum et Eeria VI in Parasceve decantetur a Canioribus; non ex hoc prohibetur, quominus a Canonicis decantari possit el debeat, maxime ubi viget consuetudo quod a Canonicis decantetur, prout viget in Civitate Vilerbien.: quam consuetudinem omnino servandam esse » censuit el declaravit. Die 7 Iulii 1612.

300. ELBOREN. (489)

Pro parte Archiepiscopi Elboren. in S. C. R. quaesitum est: utrum Canonici suae Ecclesiae Elboren. teneantur suo Praelato Ordinationes in temporibus, vel extra tempora virtute alicuius privilegii, extra dictam Ecclesiam, in Civitate tamen Elboren., vel eius suburbiis celebranti, assistere el ministrare, remanentibus aliquibus in Ecclesia pro servitio Chori, sicut tenentur eidem assistere el ministrare Pontificalia intra dictam Ecclesiam exercenti.

Eadem S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus casibus factis, respondit: < Canonicos Ieneri ministrare, assistere et inservire Archiepiscopo, Ordinationes tam intra quam extra Ecclesiam Calhedrakm celebranti; dummodo in Calhedrali tot Canonici el ministri remaneant, qui salis sini ad divina Officia celebranda ». El ila censuil el declaravit. Die 7 Iulii 1612.

301. HYDRUNTINA. (460)

Pro parte Archidiaconi Hydruniinae Ecclesiae eiusque Coadiuloris expositum fuit : modernum eiusdem Ecclesiae Archiepiscopum propria auctoritate, el sine huius Sanctae Sedis consensu el licentia, el non sine magno ipsorum Archidiaconi el Coadiuloris praeiudicio, omnibus Canonicis, qui prius ‘apuiio nigro utebantur, violaceum concessisse, prout paucis ante annis praedicto Archidiacono concesserat: nec non simplicibus Presbyteris capuliuiu nigrum, prout antea Canonici deferebant, dedisse el concessisse; el cum hoc negotium in S. R. C. propositum, Illώo et Rmo Dno Cardinali de Monte fuerit commissum, ul, auditis partibus, quid sentiret in alia Congregatione referret, visis lilens responsivis eiusdem Archiepiscopi, el audito Coadiulore praedicti Archidiaconi, in scriptis el in voce, facia de omnibus iuribus et rationibus hinc indo deductis relatione in plena Congregatione, per praedictum Ulmum et Riîiiim D. Cardinalem do Monte;

Eadem S. R. C.: « Neque moderno Archiepiscopo neque praedecessoribus suis licuisse vel licere aliquod signum particulare vel colorem in signis mulare et innovare, tam pro Archidiacono vel Canonicis, quam pro aliis suae Ecclesiae Presbyteris vel Clericis, sine expressa licentia el consensu huius S. Sedis Aposlolicae, censuil el declaravit: el ideo omnia in pristinum esse reducenda ordinavit, ac si nihil per modernum Archiepiscopum vel suos praedecessores Archidiacono, Canonicis el aliis Presbyteris concessum fuisset; el si aliquod signum ipse Archidiaconus vel Canonici oblinere voluerint, ad hanc Sanciam Sedem recursum habeant ». El ila censuil, declaravit, el in Civitate Ilydrunlina servari mandavit. Die 1 Septembris 1612.

302. BRUNDUSINA. (462)

S. R. C., audita relatione Illini et Riiti D. Cardinalis Gonzaga, cui haec causa fixerai commissa, respondit: « Locumleuenlem de iure communi eodem honore afficiendum esse, el eumdem locum Ienere debere, quem Ienerel is, cuius personam désignai: el ila in Ecclesia Collégial» Messapiensi Brundusinae Dioecesis servandum esse » censuil et declaravit. Die 10 Novembris 1612.

303. CAIETANÀ. (463)

Cum in Ecclesia et Hospitali SS. Annuntiatae a iurisdiclione Ordinarii exempla in Civitate Caietana, ex antiqua et immemorabili consuetudine Altare ligneum cum ara lapidea locatum sil, et Episcopus in sua Dioecesana Synodo decreverit, Altaria omnia debere esse lapidea, et non lignea; pro parte eiusdem Ecclesiae el Hospitalis ad S. R. C. recursum fuit: in qua, proposito buiusmodi negotio el audita relatione Ulmi et Rmi D. Cardinalis Lancellolli, cui haec causa commissa fuerat,

Eadem S. R. C. censuil: « Episcopum Caietanum permittere debere Altare ligneum cum ara lapidea, iuxla reformationem Missalis cap. 20 ». El ita declaravit. Die 10 Novembris 1612.

304. HYDRUNTINA. (464)

< Abbati Alexandro Colluccio Canonico Ecclesiae Hydruntinae, sub eo praetextu

quod sil Archiepiscopi Locumtenens, nullo modo convenire nec licere in Choro sedere in Sede particulari cum pulvino, in habitu communi el ordinario; nec thuris el pacis honorem eidem competere anle Dignitates el celeros Canonicos ipso digniores el antiquiores, sed ipsum debere sedere in Choro cum colla el habitu Canonical'!, in loco suae receptionis inter alios Canonicos »; S. B. C., audita relatione facta in hac causa ab Illino el limo D. Card. Percito, censuil el declaravit. Die 10 Novembris 1012.

305. BRUNDUSINA MESSAPIAE. (468)

In causa Brundusina Messapiae circa locum et signum assignatum ab Archiepiscopo Thesaurario Ecclesiae Collegiatae Messapien., ul asserebatur, in praeiudicium Decani el aliorum Canonicorum, quae diu in S. R. C. ventilata fuit; visis iuribus hinc inde deductis, et saepius in voce el in scriptis partibus auditis, el demum audita relaiione Ulmi et Rmi I). Card. Lancellolli, cui haec causa commissa fueral,

Eadem S. R. C. declaravit: «Non licuisse Archiepiscopo dare vel concedere signum vel capulium Thesaurario, quod prius antea nunquam habuit nec deferre consuevit. Quo vero ad locum, servandum esse Decrelum Archiepiscopi facium in visitatione, ila ul Thesaurarius, qui tertiam el ultimam oblinet Dignitatem in dicla Ecclesia Collegiato, sedeat a dextris apud Archipresbylerum primam Dignitatem: Decanus vero, seu primus Canonicus sedeat, a sinistris apud Caniorem secundam Dignitatem : reliqui vero Canonici successive per ordinem hinc inde sedeant , secundum eorum anlianilalem seu antiquitatem ». Et ila censuil el declaravit et in fulurum in Ecclesia praedicta Collegiala Terrae Messapiae Brundusinae Dioecesis, quibuscumque non obstantibus, servari mandavit. Die 10 Novembris 1612.

306. URBIS. (467)

S. R. C. el Caeremoniarum censuit: < Bénéficiâtes et Clericos Basilicae S. Petri tam paralos quam non paratos, debere semper genufleclere, quotiescumque transeunt ante Altare, prout disponit Caeremoniale Episcoporum lib. 1, cap. 18, post prine, vers, *ei regulariter,* el iib. 2, cap. 6, vers. *qua intonata,* ubi similiter genufleclere debent versus Altare, (piando accedunt ad libium antiphonarum in medio Chori exislenlem, nisi tamen Bénéficiai! el Clerici supradicli simul incedant iisdem paramentis induti ac Canonicus celebrans, ut in Caeremoniali lib. 2, cap. 3, vers. *Presbyteri parati,* el in vers. *Quo expleto,* quia lunc nisi et quatenus Canonicus genuflexerit, nec ipsi genufleclere debent. Quia alias videretur dissonans et discordans, quod unus, vel duo genufleclerenl, alius vero non ». El ila eadem S. C., audita relatione super praedicto dubio proposito, facta ab Ulmo el Riiio D. Card. Gonzaga, censuil el declaravit, el a praedictis Clericis, el Bénéficiai! S. Petri servari mandavil, sub poenis etc. Die 22 Decembris 1612.

307. NUCERINA GUALDI. (469)

In Oppido Gualdi Nucerinae Dioecesis duae reperiunlur Abbatiae, allera S. Benedicti, altera vero S. Donaii, quae singulae Ecclesiam el Clerum distinctum habent: el in publicis Processionibus decet quemlibet ex praedictis Abbatibus incedere cum suo Clero, el sub sua propria Cruce. Sed quia aliquando forsan Abbas S. Donaii in Processionibus ivit sub Cruce S. Benedicti, una cum ipso Abbate S. Benedicti, S. R. C. expositum el narratum fuit, praetendere Abbatem S. Donaii, eliam contradicente Abbate S. Benedicti, incedere sub Cruce ipsius Abbatis S. Benedicti, el in ultimo loco incedere post Clerum, immo el praecedentiam habere super Vicarium ipsius Abbatis S. Benedicti; et proplerea ipse Abbas S. Benedicti supplicavit eidem S. C. R. ul declarare dignaretur, quid super praemissis servandum vel faciendum sil?

Eadem S. B. C., audita relatione Ulmi et Rmi D. Card, de Monte, cui haec causa fuerat commissa. « Quemlibet ex praedictis duobus Abbatibus in publicis Processionibus cum suo Clero, el sub suae Ecclesiae propria Cruce debere incedere in loco sibi debito » respondit. Et ila censuit el declaravit, el in dicto Oppido Gualdi Nucerinae Dioecesis servari mandavil. Die 19 lanuarii 1613.

308. TARRACONEN. (470)

Narratum est, solitum esse in primo ingressu Archiepiscopi in Tarraconensi Civitate, ul Consules eiusdem Civitatis pedites, quasi in subtectionis el obsequii signum, equum seu mulam in qua sedet Archiepiscopus, cordulis ad fraenum alligatis, manu deducant: et ul ipse Archiepiscopus cum sua Cruce, more Archiepiscopali, in Civitatem ingrediatur. Quod obsequium, licet Iribus Archiepiscopis proxime praeteritis praesli-

tum sit, moderno mine praestare dicti Consules recusant, sub eo praetextu, quod olim bo. mem. Rnnis Dominus Cardinalis Cervantes eiusdem Civitatis Archiepiscopus, qui non tamquam Archiepiscopus, sed potius tamquam Cardinalis, sine Cruce in didam Civitatem ingressum fecit: ex quo solo actu, licet consuetudo sil in contrarium, Consules praedicti praetendunt, ul modernus Archiepiscopus nunc cQdem modo in Civitatem praedictam sine Cruce ingrediatur, prout ingressus fuit dictus Cardinalis Cervantes; vel si Crucem deferre voluerit, praetendunt, ut is qui Crucem portat, pedes, sicut ipsi Consules, incedere debeat ; et quatenus equitare voluerit, tam longe a persona Archiepiscopi distet, ut non dignoscatur Crucem illam esse Archiepiscopi signum el iurisdictionem : quod an conveniat, et in quo loco Crux Archiepiscopalis deferenda sil in dicto primo ingressu, modernus Taraconen. Archiepiscopus a S. R. C. declarari petiit.

S. R. C. respondit : « Consuetudinem solitam servandam esse, cum sil conformis regulae libri Caeremonialis in cap. de primo ingressu Episcopi vel Archiepiscopi ad suam Dioecesim vel Provinciam : Crucem vero esse deferendam ab aliquo Episcopi Cappellano equitante, immediate ante personam Archiepiscopi, inter quem et Archiepiscopum nullus omnino esse debet, nisi soli Dignitates el Canonici Ecclesiae Metropolitanae, quatenus Archicpiscopo obviam veniant, illumque in primo ingressu capilulariler comitari voluerint: iuxta formam dicli libri Caeremonialis, quam omnino in casu proponito esse servandam » eadem S. R. C. consuit et declaravit. Die 2 Martii 1613.

309. TUSCULANA. (472)

Cum in Civitate Tusculana orta fuerit differentia circa praecedentiam in Processionibus publicis inter Fraires Capuccinos et Fratres Reformatos Ordinis S. Francisci; quia Capuccini, cum ante Reformatos locum el Conventum in eadem Civitate obtinuerint. iuxta formam literarum felicis rec. Gregorii PP. XIII, Reformatis praecedere volebant. Proposito huiusmodi negotio in S. R. C. el de eiusdem S. C. ordine facto verbo de hac controversia cum SS. D. N.. Sanctitas Sua ordinavit, in Suburbii' el Territorio Romano circa praecedentiam inter Regulares in publicis Processionibus, 'eivmdum esse id quod in ipsa Urbe servatur.

Quare eadem S. R. C. : « Iuxta mentem cl ordinem SS., in Civitate Tusculana circa praecedentiam inter Fratres Capuccinos et Fratres Reformatos S. Francisci, idem, quod in Urbe servatur, servandum esse» censuil el declaravit. Die 2 Martii 1013.

310. OSCEN. (473)

Pro parte Dignitatum et Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Oscen. S. R. C. expositum fuit, piaelendere Episcopum eiusdem Ecclesiae, contra formam libri Caeremonialis, ul Canonici ad benedictionem ab ipso Episcopo datam post Missam et Vesperas solemniter celebratas, genufieclanl: elquando Episcopus Iliurificalur ad Introitum cl post Offertorium, thurificelur a primo Canonico vel prima Dignitate seu alio Presbytero assistente genibus Hexis, paritor contra formam praedicti libri Caeremonialis, quem in Ecclesia Oscen. Dignitates el Canonici acceptaverunt el introduxerunt, el in quasi possessione sunt, standi ad benedictionem praedictam; nec quemquam, praeter Summum Pontificem Romanum, genibus Hexis thurificari conveniat, in dicto Caeremoniali libro statuitur; el ideo petierunt declarari idem eliam, iuxta formam Caeremonialis, in dicta Ecclesia Oscen, servandum esse: non obstante quod ante publicationem el introductionem dicli libri Caeremonialis, aliter aliquando forsitan servatum fuerit.

Eadem S. R. C.: « Regulas libri Caeremonialis in Ecclesia Oscen, introducti, servandas esse respondit; nec teneri Dignitates el Canonicos ad benedictionem Episcopi genuHeclere, sed tantum caput inclinare; nec convenire ul Episcopus a prima Dignitate vel a primo Canonico seu Presbytero assistente genullexo thurificelur; sed Episcopum stantem, a Canonico vel Presbytero assistente pariter stante, tam post Introitum et Evangelium quam post Offertorium thurificandum esse » censuit el declaravit, et in Ecclesia Oscen, servari mandavit. Dic 4 Maii 1613.

311. URBIS. (474)

Cum novissime in Ecclesiis Palriarchalibii' Urbis in dubium revocata fuisset antiqua quasi possessio praecedendi et sedendi supra Canonicos, el immediate post Episcopos, quam Prolonolarii Aposlolici de numero Participantium simper habuerunt, SS.D. N. Paulus PP. V, per speciale Rescriptum, negotium huiusmodi ad S. R. C. remisit: et postmodern, visa attestatione a Magistris Cae-

remoniarum in favorem corumdem Protonotariorum facia, eidem Congregationi in hunc modum rescripsit: < SS. D. N. intendit nullam fieri novitatem, sed servari solitum, iuxta votum Magistrorum Caeremoniarum, idque iis quorum interest significari ».

Eadem S. R. C.: « Dictos Protonolarios in eorum quasi possessione praecedendi Canonicos tam in praedictis Ecclesiis Palriarchalibus, quam in aliis quibuscumque eliam Cathedralibus extra Urbem, manulenendos fore el esse, censuit el declaravit; atque ita in futurum servandum esse decrevit : mandando Vicariis el Canonicis dictarum Ecclesiarum Patriarchalium, et aliarum quarumcumque, ul in quibuscumque actibus huiusmodi Decreto parere teneantur ». Die 4 Maii 10i3.

312. THEATINA. (475)

Praetendebat Archiepiscopus Theatinus Crucem ante se deferri facere ad formam Clement. 2, de Privileg., dum ad S. Liberatoris de Macella Terrae Monaceschac, el Farae Cipollariae, alias Filiorum Pelii loca accederet, sive illuc eum pertransire contingeret : eo quia non solum intra fines suae Provinciae, sed eliam Dioecesis sila suni. Contra autem Abbas el Monachi Cassinenses hoc itis Archicpiscopo non competere, et Monasterium S. Liberatoris, Granciam Coenobii Cassinen., et loca huiusmodi in nullius Dioecesi sila esse, ab eodemque Coenobio dependere: ac supra hominum memoriam Archiepiscopos Theatinos hoc iure nunquam usos fuisse excipiebant.

S. R. C., auditis utrimque Advocatis et partium iuribus mature discussis, audilaque relatione Ulmi Domini Card. Millini, cui hoc negotium ab eadem S. C. demandatum fuerat : « Eidem Archicpiscopo Crucem ante se per Monasterium el loca huiusmodi defei ri facere licuisse, et licere respondit ». El ita servari mandavit. Die 13 Iulii 1613.

313. FERRARIEN. (476)

Parochus seu Vicarius S. Romani in Civitate Ferrarien. petiit a S. R. C. declarari, an ad funera et exequias, quae fiunt el celebrantur in sua Parochia, possit ad libitum vocare quos Clericos vel Presbyteros voluerit; an vero teneatur, ul aliqui praetendunt, vocare viciniores?

Eadem S. R. C. respondit : « Posse Parochum ad libitum vocare quos voluerit, dummodo illi sponte velint accedere, nisi aliter disponant haeredes defuncti, quorum voluntatem servandam esse » censuit et declaravit. Die 7 Septembris 1613.

314. TULLEN. (477)

In Dioecesi Tullen. multae sunt personae el Collegia Ecclesiastica a iurisdiclione Ordinarii exempla, quae Episcopum ad Sacra et Missam Pontificalem in suis Ecclesiis admittere, aut primam illi Sedem deferre recusant, nec Pontificalia ibi exercere permittunt. Quaeritur: an ad hoc cogi possint per Episcopum, el contradictores censuris innodari?

Proposito Memoriali in S. R. C. ad instantiam Episcopi Tullen., eadem S. R. C. « luxta dispositionem- Concilii Tridentini sess. 24, de Reformat., cap. 6, respondit: Episcopum in omnibus suae Dioecesis Ecclesiis, quantumvis exemplis el privilegialis, esse honorandum, ita ul ei is honor tribuatur qui suae Dignitati par sit, eique in Choro, in Capitulo, in Processionibus, el in aliis actibus publicis primam Sedem el primum locum, quem ipse elegerit, dandum el concedendum esse ; nec posse prohiberi , quominus in dictis Ecclesiis etiam exemptis Pontificalia exerceat, immo posse Episcopum contradictores poenis et censuris ecclesiasticis compellere, censuit el declaravit. Si quis autem de huiusmodi Decreto et S. R. C. declaratione se gravatum senserit, compareat in eadem S. C., ubi benigne audietur, sed inierim parere Decreto non desistat ». Die 6 Dec. 1613.

315. IIISPANIARUM (478)
SANCTI 1OANNIS DE PENIA.

Monachi seu Canonici Regulares Ordinis Sancti Benedicti in Conventu S. Ioannis de Penia in Hispania S. R. C. exposuerunt, numquam eos consuevisse associare eorum Abbatem a domo suae habitationis ad Chorum, neque a Choro ad domum, dum ad Ecclesiam venit solemniter celebraturus; licet ipse Abbas nunc sub praetextu libri Caeremonialis, in quo cavetur quod Canonici teneantur in similibus associare Episcopum, praetendat a praedictis Monachis simile obsequium, quod numquam ei neque praedecessoribus suis praestiterunt nec praestare consueverunt; et ideo nihil in hoc innovari petierunt, supplicantes S. C. ul declararo dignetur an liber Caeremonialis in casu proposito comprehendat Abbates, sicut Episcopos?

Eadem S. R. C.: < Nihil esse innovandum de solito el consueto censuit, et Cae-

remoniale librum non comprehendere in casu proposito Abbatem » declaravit. Die 11 Decembris 1613.

<3(6. CAESARAÜGÜSTANA (479)
DE DOROCA. -

In causa Caesarauguslana inter Decanum el Canonicos Ecclesiae Collegiatae de Doroca, el Praepositum el Porlionarios Ecclesiarum Parochialium eiusdem loci Caesarauguslanae Dioecesis, circa usum introductum iuxta formam libri Caeremonialis, el per qualuor annos iam servatum, ul in Vesperis cl Missis Canonici duplici ictu thuribuli ihurificeniur, ceteri vero de Clero unico ductu ; audita relatione Ulmi el Rihi D. Card, de Monte, cui haec causa commissa fuerat,

S. R. C.: < A Decreto ultimo loco facto in hac causa sub die 4 Maii proxime praeteriti, nempe quod circa thurificalionem in dicto Oppido de Doroca servelur forma libri Caeremonialis iam introducti, non esse recedendum, censuil; reservata tamen facultate dicio Praeposito el Porlionariis Ecclesiarum Parochialium, ul si voluerint, possint allegatam consuetudinem immemorabilem in contrarium probare ». El ita declaravit. Die 11 Decembris 4613.

Decretum autem die 4 Maii eiusdem anni, sequentis tenoris est: < S. R. C. Regulas libri Caeremonialis iam acceptati, el qualuor abhinc annis in dicto Oppido de Doroca Civitate nuncupato Caesaraugusla-nae Dioecesis, vigore Decreti ab Ordinario facti, iam introducti, servandas esse » censuil el declaravit.

3(7. VERULANEN. (480)

Pro parle Abbatis el Canonicorum Ecclesiae Collegiatae S. Pauli in Civitate Verulana S. R. C. expositum fuit, quod Parochi dictae Civitatis, licet in Processionibus el Synodis cedant locum digniorem Ecclesiae Collegiatae S. Erasmi, tamen eumdem locum ipsi cedere recusant in aliis functionibus: et quia alias a S. R. C. declaratum fuit Parochos debere incedere ante Ecclesias Collegiatas, et ipsi Collegiatis debere cedere locum digniorem in omnibus Processionibus el aliis functionibus in quibus simul conveniunt, idem etiam ad eorum favorem declarari petierunt.

Eadem S. R. C. : < A Decretis alias in similibus causis factis non esse recedendum censuil, ul scilicet Canonici Ecclesiae Collégiale· in publicis Processionibus, functionibus el Synodis, praeferantur omnibus Curatis el Presbyteris Ecclesiarum Parochialium et aliarum Ecclesiarum simplicium. Quod etiam in Civitate Verulana servandum esse indicavit el ordinavit ». Die 11 Decembris 1(513.

318. CUSENTINA. (484)

Cum in Oppido sive Terra Montis Alti Cusenlinae Dioecesis orta fuerit differentia praecedentiae inter Fraires Ordinis .Minimorum Sancti Francisco de Paula, qui ab annis hinc circiter 90, Monasterium in dicta Terra Montis Alti sub titulo SS. Annuntiationis fundaverunt el habuerunt, el Fratres Ordinis Carmelilarum, qui a novem annis Monasterium in eadem Terra habuerunt; et licet semper in praeteritum praecedentiam dictis Fratribus Minimis, lamquam in loco antiquioribus, dederint et concesserint ; novissime tamen lentaverunt praecedere dictis Fratribus Minimis sub praetextu , quod Carmelilarum Religio sil antiquior Religione Minimorum, el quia in aliis locis Fratres Carmelitani praecedant dictis Fratribus Minimis: Proposilo huiusmodi negotio in S. R. C., el audita relatione facta per Ulmum el Rmum D. Card. Lancellollum, cui haec causa cum aliis similibus commissa fuerat;

Eadem S. R. C. ul alias, ita nunc iuxta mentem SS. D. N. Papae declaravit : « In hoc casu servandam esse Bullam fel. rec. Gregorii PP. XIII, in qua cavetur, quod illa Religio aliis praecedat quae prius in Civitate seu loco ubi residet, fundavit el habuit Monasterium; el ita, iuxta dictae Bullae tenorem, servandum esse in dicta Terra Montis Alti inter Fratres Minimos Sancti Francisci de Paula, et Fratres Carmclilanos » consuit el declaravit. Dio 1 Martii 1614.

3(9. LISBONEN. (486)

Cum in Dioecesi Lisbonen. quidam Suffraganeus Archiepiscopi, de eius ordine ac mandato , Ecclesiam quamdam in ipsa Lisbonen. Dioecesi silam consecrare incepe-rit. cum omnibus caeremoniis descriptis in Pontificali Romano (De Ecclesiae Dedicatione seu Consecratione), el circa medium Consecrationis improviso accidenti correptus Episcopus defecerit, el Consecrationem Ecclesiae perficere non potuerit; pro parte ipsius Archiepiscopi Lisbonen. a D. Simone Costa de Amaral eius Procuratore a S. R. C. quaesitum fuit: An ab alio Episcopo Eccle-

siae praedictae incepta Consecratio continuanda sil, vel potius do novo inchoanda?

Quae quidem S. R. C., commissa prius huiusmodi articuli examinatione Illfno et Rmo Diio Card. Bellarmino, qui in alia Congregatione sententiam suam declaravit posse utroque modo sine scrupulo fieri, nempe vel de novo inchoare a principio Consecrationem, vel iam incoeptam continuare et perficere: sed melius sibi videri, ut de novo ab alio Episcopo inchoaretur. El iterum postea proposilo huiusmodi negotio in Congregatione :

Eadem Sac. R. C., auditis sententiis el volis singulorum Ulmorum el Umorum Dl). Cardinalium in Congregatione praesentium; considerando, quod Consecratio Ecclesiae maxime consistit in inungendis sacro Chrismate duodecim Crucibus per Ecclesiam, el in proferendis illis verbis: *Sanctificetur, et consecretur hoc Tenijiluni in nomine Patris, et Filii, el Spiritus Sancti etc.;* quae Cruces cum adhuc ab Episcopo, qui in Consecratione defecit, non fuerint inunctae, ul in facto praesupponitur, censuil el iudicavil: «Consecrationem dictae Ecclesiae de novo el a principio ab Episcopo inchoandam el continuandam esse usque in finem ». El ila declaravit. Die 12 Aprilis 1614.

320. TURRITANA. (488)

Pro parte Archiepiscopi Turritam S. R.C. expositura fuit, in eadem Ecclesia el ex Decreto Concilii Provincialis fuisse introductum et admissum librum Caeremoniale Episcoporum, iussu fel. rec. Clementis PP. VIII editum. Quia tamen Canonici celebrantes in praesentia Archiepiscopi, ante introductionem et acceptationem dicti libri solebant sedere in quadam Sede cum poslergali, et in libro Caeremoniali dicitur quod Canonicus celebrans cum suis Ministris sedeat in aliquo scamno oblongo, tapete vel panno cooperto, a latere Epistolae ; petiit declarari ipse Archiepiscopus: an dictis Canonicis celebrantibus coram ipso, debeat permittere dictam Sedem cum poslergali, qua uti consueverunt ante acceptationem libri Caeremonialis, vel potius dicti Canonici celebrantes, ul supra, debeant sedere in scamno a latere Epistolae, ut cavetur in dicto libro Caeremoniali?

Eadem S. R. C. respondit : « Formam libri Caeremonialis introducti et acceptati in dicta Ecclesia Turrilana servandam esse ». El ila declaravit, et in Ecclesia Turrilana servari mandavit. Die 19 Maii 1614,

321. TURRITANA. (489)

Cum in Ecclesiis Catbedralibus el Parochialibus Civitatis el Provinciae Turritanae mulla legala pia relicta fuerint a piis fidelibus, cum onere ul tali die, videlicet Dominico vel alio, dicatur vel cantetur Missa de Resurrectione Domini, alio die de Ascensione aut de Trinitate aut de Spiritu Sancto aut de Beata Virgine, aut alia Missa iuxta cuiuslibet devotionem celebretur vel cantetur; ila ul singulis diebus cuiuslibet hebdomadae quatuor, sex, octo el plure, Missae decantandae sint; in S. R. C., quae habita fuit die 1 Septembris 1612 quaesitum fuit: utrum in Festis duplicibus, el praecipue primae et secundae classis, ac in Feriis excepluatis tempore Adventus, Quadragesimae, quatuor Temporum, Rogationum el Vigiliarum, debeant dici vel cantari huinsmodi Missae votivae iuxta voluntatem legantium, cum commemoratione Festorum seu Feriarum occurrentium ; vel polius Missae celebrandae sint de dictis Festis seu Feriis occurrentibus, applicando illas iuxta petentium devotionem el intentionem: el similiter: an Missae defunctorum, tam ex legalis piis relictis quam ex devotione el eleemosynis elargitis a fidelibus petilis, sint dictis diebus excepluatis celebrandae?

Eadem S. R. C. respondit: « Servandas esse Rubricas Missalis Romani, el petendam esse a SSmo D. N. dispensationem circa celebrationem Missarum pro legalis piis et eleemosynis iam acceptatis : et quod in futurum non recipiatur obligatio ad Missas votivas celebrandas, nisi pro diebus in quibus secundum regulas Missalis celebrari possint. Et facta relatione de praemissis SStno D. N., de mandato eiusdem Congregationis ab Ulmo et Riïio D. Cardinali Bellarmino sub die 3 Septembris 1612, Sanctitas Sua approbavit sententiam Congregationis, quod in futurum non recipiatur obligatio ad Missas votivas celebrandas, nisi pro diebus in quibus secundum regulas Missalis celebrari possunt. De Missis vero votivis iam acceptatis el non celebratis, Sanctitas Sua dixit ul transferatur earum celebratio in dies in quibus liceat secundum Rubricas Missalis illas celebrare: el in hoc solum dispensare voluit, ul celebrari possint in alio die non impedito, quando Missae dicendae relictae vel legatae sint in die impedito. Quia voro multitudinem Missarum

iam acceptatarum tantam esse narratum fuit, ul pro illis satisfaciendis et celebrandis, non sufficiant dies non impediti festo duplici aut Dominicis el aliis privilegiatis diebus; facta iterum relatione eidem SSnio D. N. ab eodem Ulmo et Riîio D. Cardinali Bellarmino, sub die 12 eiusdem mensis Septembris 1612; Sanctitas Sua dispensavit, ut pro Missis iam acceptatis, quae non possunt celebrari diebus non impeditis, sufficiat applicare valorem Missae currentis el ordinariae. tam pro vivis quam pro defunctis : et ita iuxta mentem el dispensationem SSmi, et relationem de praemissis faciam a praedicto Illmo el Rmo D. Cardinali Rellarmino; eadem S. R. C. in Ecclesiis el Civitatibus Provinciae Turritanae servari mandavit ». In quorum omnium el singulorum fidem el testimonium, praesentes ab infrascripto eiusdem nostrae Congregationis Secretario lien iussimus, manu nostra propria subscripsimus, et soliti nostri Sigilli impressione muniri fecimus. Ilac die 19 Maii 1614.

322. MATHERANEN. (492)

Pro parte loannis Leonardi Paulicelli Ecclesiae Malheranen. Canonici, a S. R. C. quaesitum fuit: utrum Canonici destinati ad cantandam Epistolam et Evangelium teneantur Epistolam et Evangelium cantare quando celebrat aliquis Presbyter non Canonicus?

Eadem S. R. C., inhaerendo Decretis alias factis: < Cum indecorum el indecens sil, digniorem inferiori ministrare ; censuil non convenire ut Canonici Ecclesiae Cathedralis serviant seu ministrent simplici Presbytero non Canonico celebranti, cantando Epistolam et Evangelium ». El ita declaravit. Die 5 lunii 1614.

323. CALAGURITANA. (495)

Pro parte el nomine Capituli Ecclesiarum Parochialium loci de Aulol Calaguriimae Dioecesis S. R. C. expositum fuit, Dominum in temporalibus dicti loci praetendere, immo cogere velle Diaconum, qui in Missa «olemni cantavit Evangelium, ul slalim accepta pace a Celebrante ab Altare discedat, el pacem ipsi Domino loci el aliis, qui serum sunt, ministret: nec non praetendere dictum Dominum loci in Festivitatibus solemnibus, ul Sacerdos ipse Celebrans seu Officium faciens, thurificato SSmo Sacramento, slalim ad ipsum Dominum loci accedat ipsumque thunficet.Quod cum valde indecorum el indecens videatur, el contra debilos ritus el caeremonias, petierunl stiper praemissis remedium ct declarationem.

Eadem S. R. C., audita relatione Ulmi el Rihi D. Cardinalis Millini, cui haec causa commissa fuerat, indicavit : « Nullo modo convenire ul ipse Dominus loci vel alius quispiam a Presbytero celebrante thurificetur, aut pacem a Diacono accipiat. Ut autem Caeremoniae in Ecclesia decenter serventur, inhaerendo declarationibus alias in similibus causis factis ; censuil pacem dandam esse Domino loci, postquam fuerit in Choro distributa, non a Beneficiatis, sed ab aliquo Ministro colta induto, non cum osculo oris, ut Gl inter ecclesiasticos, sed cum instrumento, ut convenit quando pax distribuitur inter laicos ». El ita declaravit el in dicto loco de Aulol omnino servari mandavit. Die 5 lunii 1614.

324. MEXICANA. (496)

Cum Archiepiscopus, Decanus el Capitulum Ecclesiae Metropolitanae Mexicanae, quae caput est Status Ecclesiastici novae Hispaniae in Indiis, a SS. D. N. petierint ul ad tollendas differentias praecedentiae inter Clerum Saecularem et Clerum Regularem in lolo illo ludiarum el novae Hispaniae Regno, servetur id quod ordinatum fuit servandum esse in Hispaniae Regno Castellae el Legionis : nempe, ut in publicis Processionibus Fratres seu Monachi et Ordines Regularium, iuxta universalem Ecclesiae consuetudinem el libri Caeremonialis dispositionem, antecedant, el Presbyteri seu Clerus Saecularis subsequantur et ultimum ac digniorem locum obtineam; nec mixti cum Regularibus incedant, el semper praecedentia in omnibus locis, etiam in propriis ipsorum Regularium Ecclesiis, detur Clero Saeculari, sicut per Breve Apostolicum fel. rec. Clementis PP. VIII ordinatum fuit sub die 20 Februarii 1601, el prout etiam Sac. Rit. Gong, declaravit sub die 30 Augusti 1602, el sub dic 6 Septembris 1603: quae declaratio etiam per aliud Breve Apostolicum eiusdem fel. rec. Clementis PP. VHI approbata et confirmata fuit sub dic 5 Novemb. 1603; el cum SS. D. N. negotium hoc prunum ad Congregationem Regularium, et deinde ad S. R. C. remiserit, audita relatione de praemissis facia, ab Ulmo et Rriio D. Cardinali Pio, cui haec causa commissa fuerat ;

Eadem S. R. C. censuil et declaravit: « Circa praecedentiam inter Clerum Saecularem el Regularem, idem servandum esse

in Civitate Mexicans el loto Regno novae Hispaniae in Indiis, quod generaliter in universali Ecclesia iuxta dispositionem libri Caeremonialis servatur, et quod specialiter etiam ordinatum fuit servandum esse in Regno Castellao et Legionis ». Die 30 Septembris 1614.

El facta relatione de praemissis SS. D. N. in Consistorio secreto, habito in Palatio Apostolico in Monte Quirinali hac die infrascripta, Sanctitas Sua sententiam Congregationis approbavit, el mandavit expediri Breve Apostolicnm Archiepiscopo Mexicano directum, super praemissis. El ita declaravit die ii Octobris 1614.

325. CAPUTAQUEN. (497)

In Causa Capulaquen. circa declarationem dubii dati a Canlore Ecclesiae Collegialae de Laurino, in quo peiehat : an Dignitas in Calhedrali possit alias Dignitates eiusdem Dioecesis, lam intra eamdem Caihedralem quam eliam extra, el in ipsa propria Collégial» praecedere,

S. R. C., audita Relatione Illini el Rmi I). Cardinalis Pii, cui haec causa commissa fueral, iuxta ipsius Ulmi Ponentis votum, respondit: < Dignitatem Ecclesiae Cathedralis praecedere debere omnibus aliis Dignitatibus el Canonicis Ecclesiarum Collegialarum in omnibus locis, praeterquam in ipsis propriis Ecclesiis Collegiatis ». El ita declaravit. Die 30 Septembris 1614.

326. CATACEN. (499)

Ad instantiam Vicarii Generalis Civitatis Calacen. propositum fuit in S. R. C. dubium infrascriplum, videlicet: an Vicario Episcopi existent! pro tempore debeatur debita reverentia in Choro, dum celebrantur divina Officia, ab omnibus Canonicis indifferenter, eliam quando aliquis ex dictis Canonicis sil exemptus a jurisdictione Ordinarii, sicut sunt Subcollectores spoliorum?

Eadem S. R. C. respondit : « Teneri omnes Canonicos lam exemptos a iurisdiclione Ordinarii, quam non exemptos, facere solitam et debitam reverentiam Vicario Generali existenti in Choro ». El ita declaravit. Die 11 Novembris 1614.

327. CENETEN. OPITERG1I (600)

Cum in Oppido de Opitergio Cenelen. Dioecesis Ecclesia Parochialis S. loannis Baptistae erecta fuerit a SSiho D. N. Paulo PP. V in Ecclesiam Collegialam, constituendo in ea Decanum primam el unicam Dignitatem, sex Canonicos et quatuor Mansionarios: quibus Decano el Mansionarii» pro tempore cxisteniibus cura animarum demandata fuit; cum vero Decanus in solemnissimis diebus Nativitatis D. N. lesn Christi, Paschae Resurrectionis, el aliis diebus solemnibus el Festis principalioribus per annum occurrentibus, celebrare Missam solemniter debeat, nullus ex didis Canonicis ei assistere et ministrare intendat, asserendo id ad Mansionarios pertinere: qui tamen Mansionarii in cura animarum, audiendo Confessiones, et ministrando Sacramenta populo numeroso eiusdem Oppidi, praecipue solemnioribus diebus occupati, non possunt dicto Decano ministrare el inservire pro Diacono et Subdiacono cantando in Missa Epistolam et Evangelium; Decanus supplicavit S. R. C. ul dignaretur declarare : An stantibus praemissis, teneantur duo ex dictis Canonicis ministrare et inservire ipsi Decano, cantando Epistolam et Evangelium, dnm solemniler Missam in praedictis solemnitalibus celebrat? El audita relatione Ulmi et Rmi D. Card. Peretli, cui haec causa commissa fuerat, el stantibus rationibus per Decanum deductis, et maxime quia non possunt Mansionarii occupati in audiendis Confessionibus el ministrandis Sacramenlis populo numeroso dicti Oppidi, in diebus solemnibus id praestare;

Eadem S. R. C. censuil el declaravit: < Convenire, ut dum in dictis diebus festivis el solemnibus Decanus Missam solemnem celebrat, duo Canonici ei assistant el ministrent, cantando Epistolam et Evangelium ». Et ita declaravit, el in dicto Oppido de Opitergio Cenelen. Dioecesis servari mandavit. Die 14 Februarii 1615.

32S. PATAVINA. (501)

Cum in Ecclesia Patavina prima Dignitas sit Archipresbyleri, secunda vero Archidiaconi, tertia Thesaurarii, quarta Primicerii, quinta Decani; el absenie vel impedito Archipresbylero, eae functiones et iurisdicliones ac omnia quae ad ipsum Archipresbyterum primam Dignitatem perlinent, ad Archidiaconum secundani Dignitatem devolvantur; quaesitum fuit: an Archidiaconi modernus Coadiulor cum futura successione, absente Archipresbylero, illas functiones, actus el jurisdictiones facere et exercere, in omnibus el per omnia, possit et debeat, Îpias sive iurc ordinario, sive iure devoluto aceret et exerceret ipse proprius Archidiaconus, si praesens esset ; vel potius eae

functiones cl jurisdictiones, absente Arehipresbvtero, non a Coadiulore Archidiaconi, sed ab inferioribus eiusdem Ecclesiae Dignitatibus, aliisque gradatim Canonicis exercendae sint? El proposito huiusmodi negotio in S. R. C., el ab eadem S. C. commisso Ulmo el Rmo D. Card. Lancellollo, coram quo, tam pro parle Dignitatum, Canonicorum el Capituli Ecclesiae Patavinae, quam pro parte D. Barlolomaei Sanguinatii, moderni Archidiaconi Coadiutoris, et in iure et in facto, iura el rationes in scriptis el in voce deducta el allegata fuerunt ; audita tandem relatione praedicti Ilhhi et Rmi D. Card. Lancellolli,

Eadem S. R. C.: Attentis literis coadiuloriae, censuil el declaravit: « Absente, vel impedito Archipresbytero, ad Coadiulorem Archidiaconi iuxla formam earumdem lilerarum, non ad alias Dignitates inferiores vel Canonicos eiusdem Ecclesiae perlinere illas functiones, aclus et iurisdictiones facere et exercere, quas faceret et exerceret quocumque iure ipse Archidiaconus, si praesens esset ». Et iia declaravit, el in Ecclesia Patavina servari mandavit. Die 14 Febr. 1015.

329. CAESARAUGUSTANA (502) DE DOROCA.

In causa Caesaraugustana de Doroca inter Canonicos Ecclesiae Collegiatae et Capitulum generale Ecclesiarum Parochialium eiusdem loci, circa ihurificalionem, quando ad Vesperas seu Missas solemnes simul in eadem Ecclesia intersunt Canonici dictae Ecclesiae Collegiatae, el Vicarii ac Porlionarii dictarum EcclesiarumParochialium;S. R. C·, auditis et visis iuribus ambarum partium, et audita relatione Ulmi et Rmi D. Card, de Monte, cui haec causa commissa fuerat, censuil et declaravit : < Vicarios el Porlionarios dictarum Ecclesiarum Parochialium, qui in omnibus et per omnia aequiperantur Canonicis dictae Ecclesiae Collegiatae, el simul el aequaliter in Processionibus incedunt, el in aequalibus scamnis in Ecclesia sedent, et sedero el incedere debent, reservala lanium dexlera Canonici-. Ecclesiae Collegiatae iuxla formam Laudi Archiepiscopi Caesaraugustani a parlibus acceptati, el prout eliam declaravit eadem S. R. C. sub die 10 Aprilis 1004; in thurificalione, eliam inler Canonicos el Parochos praedictos, aequalitatem servandam esse declaravit ul scilicet tam dicti Canonici qui sedent a dexteris, quam dicli Vicarii el Porlionarii qui sedem a sinistris in aequalibus scamnis, duplici ductu ihuribuli ihurilicenlur, prout dicitur in libro Caercmoniali. Neque obstare Decretum eiusdem S. C. sub die 4 Maii 1613, in quo dicitur: Regulas dicli libri Caeremonialis iam acceptait el introducti in dicta Civitate do Doroca servandas esse ; quia liber Caeremonialis loquitur de Collegiatis, in quibus non interveniunt aliarum Ecclesiarum Presbyteri, qui sint omnino Canonicis aequales: ideo ordinat, ul Dignitates et Canonici duplici ductu Ihurificenlur, ceteri eiusdem Ecclesiae Bénéficiai! seu Presbyteri el alii inferiores, unico ductu. Quare cum dicli Vicarii el Porlionarii Capituli generalis aequales sint Canonicis, et in aequali scamno sedeant; aequaliter tamquam Canonicos ihurificandos esse duplici ductu, iuxla formam Caeremonialis, el servata praecedentia Canonicis », eadem S. R. C. censuil el declaravit. El ita in dicta Civitate de Doroca Caesaraugustanae Dioecesis, quibuscumque non obstantibus, servari mandavit. Die 21 Martii 1615.

330. FOROLIVIEN. (503)

Cum alias ad instantiam Civium et Magistratus Civitatis Forolivien. S. R. C. expositum fuerit, eiusdem Civitatis Episcopum Tartarinum moderni Episcopi praedecessorem, contra antiquam eiusdem Civitatis consuetudinem , ordinasse ul in Processione SS. Sacramenti Magistratus Civitatis cum suis officialibus, non apud el post baldachinum, sed ante Crucem Cleri incederet, ul dicitur in libro Caeremoniali Episcoporum ; el eadem S. R. C. voluerit super praemissis habere informationem a moderno eiusdem Civitatis Episcopo ; visis literis praedicti Episcopi, et attenta decentia a praedicto Episcopo in suis literis narrata, el praesupposila consuetudine antiqua ipsius Civitatis Forolivien., el fere aliarum omnium Civitatum eiusdem Provinciae; cum liber Caeremonialis non tollat antiquas et laudabiles consuetudines circa locum, in quo incedere debeal Magistratus Civitatis in Processionibus SS. Sacramenti;

Eadem S. R. C.: « Antiquam eiusdem Civitatis Forolivien. consuetudinem servandam esse » censuil el declaravit. Die 4 Aprilis 1615.

331. TOLETANA. (504)

In Causa Toletana Processionum inler Universitatem Oppidi Malrili el Fratres Ioannis de Deo, alias *Fate ben fralelli* nuncupatos, quae in S. R. C. proposita, ab eadem S. R. C. lilino et Riîio D. Card. Lancellollo commissa

fuit ; visis el auditis tam in voce quam in scriptis, iuribus ct rationibus in iure el in facio, ab ulraque parte deductis el allegatis; cl tandem audita relatione eiusdem Ulmi et Rmi D. Card. Lancellolli ;

Eadem S. R. C.: < Inhaerendo Decretis alias in similibus causis factis, el iuxla declarationem C. S. Concilii, censuil et declaravit dictos Fratres Ioannis de Deo, alias *l'ale beu fratelli* nuncupatos, posse compelli ab Episcopo seu Ordinario loci, el sub poenis el censuris ecclesiasticis, ul accedant ad publicas et generales Processiones, ad quas omnes Religiosi eliam exempli accedere solent, quae pro bono publico, vel publico honore ab Episcopo seu Ordinario loci indicuntur ». Et ita declaravit, el in Oppido Malrili servari mandavit. Die 4 Iulii 1615.

332. BAREN. (506)

Archipresbyter Terrae de Aquaviva Baren. Dioecesis, in causa quae commissa fuerat Ulmo et Rmo D. Card. Perelto, ad fundandam suam intentionem, quod Presbyteri et Clerici dictae Ecclesiae Aquavivae teneantur illi obsequia praestare, lam in associando ipsum a domo suae habitationis, quotiescumque ad Ecclesiam descendit, ul assistat divinis Officiis, quam in aliis eius praelensionibus, iuxla contenta in eius Memoriali, petiit committi alicui Episcopo Provinciae viciniori, ut examinet testes ab ipso Archipresbytero producendos, cum facultate citandi eliam Rmurn Archiepiscopum Baren., el Presbyteros dictae Ecclesiae Parochialis, et alios quoscumque pro fundanda el probanda sua intentione. Quibus auditis,

Eadem S. R. C.: < Praedictam commissionem minime esse concedendam censuil ; imo dixit, vanam esse praetensionem Archipresbyleri, el propterea declaravit, non convenire Archipresbytero Sedem paratam, neque ut Presbyteri el Clerici associent Archipresbylerum, neque quod eorum dignior in porta Ecclesiae porrigat et ministret ei aspersorium, neque alia praelcnsa obsequia praestent, quae solis Episcopis a Canonicis Cathedralium Ecclesiarum denenlur: el consuetudinem allegatam ab Archipresbytero esse potius abusum, quam consuetudinem: el ideo recte fecisse Archiepiscopum Baren, prohibendo dicta obsequia » eadem S. R. C. censuil cl declaravit. Die 4 Iulii 1615.

333. URB1NATEN. (507)

In Causa Urbinaten : An scilicet Canonici teneantur cantare Missam Conventualem currentem in illis diebus, in quibus vel ex dolatione vel pro defunctis cantant aliam Missam, vel loco Missae Conventualis currentis sufficiat Missa lecta in aurora, ita ut, etiamsi non cantetur alia Missa Conventualis de Feria seu Festo currenti, lucrari possint distributiones quotidianas iuxla immemorabilem eiusdem Ecclesiae consuetudinem. Licet alias in S. R. C. sub die 25 Iunii 1611 declaratum fuerit, teneri omnino Canonicos celebrare el cantare Missam Conventualem de Officio currenti ad hoc, ul licite possint lucrari distributiones quotidianas, nec sufficere Missam praedictam lectam celebratam in aurora ; tamen cum Canonici recursum habuerint ad Sacram Congregationem Concilii pro huiusmodi declaratione, allegantes eos non fuisse citatos nec auditos quando in dicta S. R. C. fuit factum supradictum Decretum contra illorum immemorabilem consuetudinem; el cum ab eadem S. C. Concilii remissi fuerint ad eamdem S. R. C.; audita in primis relatione facta ab Illino ct Rmo D. Card. Lancellollo,

Eadem S. R. C. « Praesupposila vera dicta immemorabili consuetudine, quatenus in casu proposito, quando Canonici cantant aliam Missam votivam, vel ex dolatione, vel pro defunctis, non teneantur cantare Missam Conventualem de Officio currenti, sed loco Missae Conventualis sufficiat Missa lecta celebrata in aurora, in qua matrimonia denuntiantur, monitoria publicantur, etc. declaravit: Decretum supradictum facium Sub die 25 Iunii 1611, intelligendum esse in illis diebus, in quibus iuxla Rubricam Missalis omnino duae Missae Conventuales cantandae sunt, ul in Quadragesima, Quatuor Temporibus, Rogationibus, el similibus. In reliquis vero diebus, in quibus non exprimitur in Rubricis Missalis quod duae Missae cantentur, quando Canonici cantant aliquam Missam votivam vel ex dolatione vel pro defunctis, loco Missae Conventualis de Officio currenti, sufficere dictam Missam lectam, quae celebratur in aurora, quatenus vera sil immemorabilis dictae Ecclesiae consuetudo ». El ita declaravit. Die 4 Iulii 1615.

334. RAVENNATEN. (508)

In causa Ravennalen. iuris sepeliendi inter Parochos eiusdem Civitatis ex una, cl Clericos Regulares Thealinos nuncupatos in eadem Civitate in Ecclesia S. Theodori seu Spiritus Sancti commorantes, ex altera partibus; viso Processu ex Ravenna ad Urbem

transmisso, el audito D. Francisco Tosio Reclore S. Michaelis eiusdem Civitatis, et Procuratore Capituli el Conventus aliorum omnium Curatorum eiusdem Civitatis, el Procuratoribus el Advocatis dictorum Clericorum Regularium S. Spiritus ; el visis et auditis tam in voce quam in scriptis iuribus el rationibus, tam in iure quam in facto hinc inde deductis; el tandem audita relatione Ulmi et Riîii D. Card. Millini, cui haec causa a S. R. C. commissa fuerat ;

Eadem S. R. C. censuil el declaravit : « Clerum Saecularem seu Capitulum Canonicorum, el Curatos seu Parochos Civitatis Ravennalen. manutenendos esse in sua possessione, vel quasi, faciendi Officium per proprium Parochum supra quoscumque defunctos propriae Parochiae ; etiamsi sepeliantur extra Parochiam, in quacumque Ecclesia eiusdem Civitatis Ravennalen. sive Regularium sive Saecularium vel Abbalialium, et etiam in dicta Ecclesia S. Theodori seu S. Spiritus dictorum Clericorum Regularium Theatinorum: ita ut, quando aliquis defunctus portatur ad sepeliendum in dicta Ecclesia Theatinorum, vel in quacumque alia Ecclesia Regularium, ad proprium Parochum defuncti una cum Clero Saeculari, non autem ad Thealinos, vel alios Regulares residentes in Ecclesia ubi corpus defuncti sepelitur, pertineat aspergere, thurificare, canere, el facere Oflicium, el caeremonias solitas exerceri circa corpus defuncti : diclosque Curatos seu Parochos in dicta sua possessione manuleneri mandavit, iuxta eorum antiquam et immemorabilem consuetudinem, quibuscumque non obstantibus, reservato dictis Thealinis in petitorio iure suo >. El ita censuil, declaravit, et in Civitate Ravennae servari mandavit. Die 28 Augusti 1G15.

Et (acto verbo cum SS. D. N. in Consistorio secreto de contentis in supradiclo Decreto per Illïîios el Rmos DD. Cardinales Callum el Mdlinum, Sanctitas sua sententiam Congregationis laudavit el approbavit, el supradictum Decretum servari mandavit. Die 31 Augusti IG1:>.

335. THELESINA. (509)

Cum Episcopus, Canonici et Capitulum Thelesinae Civitatis non possint in ipsa Civitate Thelesina residenliam facere ob aeris intemperiem et alias causas deductas in S. C. Episcoporum el Regularium, a qua 'tib die 22 Mali Hi 12 decretum obtinuerunt, ut tam Episcopus quam Canonici el Capitulum eiusdem Civitatis Thelesinae possint residenliam facere in Oppido Cerceti eiusdem Dioecesis, prout faciunt in Ecclesia SS. Trinitatis, alias S. Leonardi ab Episcopo restaurata, ampliata el ornata in dicto Oppido Cerreti ; el quia in dicto Oppido unica tantum adest Ecclesia Parochialis, el dicta Ecclesia SS. Trinitatis, alias S. Leonardi, in qua faciunt residenliam Episcopus el Canonici, non est Ecclesia Parochialis, sed potius Ecclesia simplex sub limitibus Ecclesiae Parochialis dicti Oppidi; dubitatum fuit : an liceat Episcopo, Capitulo et Canonicis dictae Ecclesiae Thelesinae, qui nunc faciunt residenliam in Oppido Cerreti, in dicta Ecclesia SS. Trinitatis facere Processiones ordinarias el extraordinarias cum propria Cruce, etiam sine interventu vel licentia Curati Ecclesiae Parochialis, el per limites ipsius Parochiae? Et proposito huiusmodi dubio in S. R. C., et audita relatione Ulmi el Riiii D. Card. Lancellolti, cui haec causa commissa fuerat,

Eadem S. R. C. declaravit : « Licere Episcopo, Capitulo el Canonicis Ecclesiae Thelesinae, qui nunc residenliam faciunt in Oppido Cerreti, silo in propria Dioecesi Thelesina, cum propria Cruce, el sine licentia et consensu Parochi, facere omnes et singulas solilas Processiones, lam ordinarias quam extraordinarias, ab Ecclesia SSihae Trinitatis, in qua residenliam faciunt, ad alias quascumque Ecclesias, et per tolum Oppidum Cerreti, prout facere possent in Civitate Thelesina, si ibi residerem ». El ita consuit el declaravit. Die 28 Augusti 1615.

336. PISAUREN. (513)

Cum Fratres Ordinis S. Dominici in Civitate Pisauren. commorantes coeperint in eadem Civitate facere Processionem SS. Sacramenti Dominica infra Octavam eiusdem Festivitatis per quosdam vicos seu vias dictae Civitatis ; el sequentibus annis viam Processionis, quam a principio cl prima vice elegerant, eorum arbitrio mutaverint et alteraverint ; ac etiam lentaverint dictam eorum Processionem facere per eamdem prorsus viam, per quam incedit Processio Calhedralis Ecclesiae, quae ab Episcopo Pisauren. el universo Clero saeculari et regulari eiusdem Civitatis fieri solet in ipso die Festivitatis SS. Corporis Christi ; el cum Episcopus hoc dictis Fratribus non licere indicaverit, et pro decenti et convenienti provisione ad S. R. C. recursum habuerit, el negotium hoc ab eadem S. C. Illino el Rmo D. Cardinali

de Monte commissum fuerit; citatis partibus, el auditis coram eodem Ulmo el Riiio I). Card, do Monte iuribus et rationibus bine indo deductis, tam in voce quam in scriptis, el in iure el in facto, tandem

Eadem S. R. C., audita relatione eiusdem Ulmi el Rihi D. Cardinalis de Monte, iuxta formam Hierarum fel. rec. Clementis PP. VIII, in quibus expresse dicitur, quod Fratres Dominicani possint dictam Processionem SS. Sacramenti facere per vicos et plateas el loca ab cis electa, el semel tantum eligenda; declaravit : « Dictos Fratres Dominicanos in dicta eorum Processione SS. Sacramenti, quam in Civitate Pisauren. facere solent Dominica infra Octavam Solemnitalis SS. Corporis Christi debere incedere per eandem viam, per quam processionaliter prima vice incesserunt, dum dictam Processionem Sacramenti inceperunt >. El ita censuil el declaravit, ac in dicta Civitate Pisauren. in futurum, quibuscumque non obstantibus, servari mandavit. Die 14 Novembris 1615.

337. VENESINA. (514)

Cum in Civitate Venesina Milites Religionis Hierosolymitanae, alias Meliten., Ecclesiam habeant quam a jurisdictione Episcopali exemptam esse adftrmanl, el contra universalem Christiani Orbis consuetudinem praetendant etiam Sabbato Sancio eorum arbitrio in dicta Ecclesia pulsare seu sonare Campanas, antequam pulsentur in Ecclesia Cathedrali ; Episcopus Venesin. an eis hoc liceat a Sacrorum Riluum Congreg. declarari petiit.

Eadem S. R. C., cum alias in similibus causis declaraverit : < In nulla Ecclesia, quantumvis exempla tam Regularium quam Saecularium, licitum esse Sabbato Sancio pulsare seu sonare Campanas, antequam pulsentur sive sonenlur in Ecclesia Calhedrali : idem etiam in Civitate Venesina a Militibus Hierosolymitanis, quantumvis exemplis a iurisdiclione Episcopali, servandum-esse » censuil et declaravit, ac servari mandavit. Die 14 Novembris 1015.

338. PARMEN. (516)

In causa Parmen, inter Archipresbylermn ex una, et Capitulum el Canonicos eiusdem Ecclesiae ex altera partibus, circa declarationem : cuinam speciet in primo ingressu Episcopi accipere pluviale, et Crucem osculandam Episcopo porrigere, versiculos et Orationes super ipsum cantare, et alias functiones facere, quae iuxta regulam libri Caeremonialis perlinent ad primam Dignitatem seu digniorem de Capitulo ;

S. R. C., citato et intimato Procuratore dictorum Capituli el Canonicorum, el audita relatione Ulmi el Rihi D. Cardinalis Crescentii, cui haec causa commissa fuerat, per modum provisionis el sine praeiudicio iurium ambarum partium, el ad tollendas differentias el dissensiones, quae in hoc primo fuluro ingressu Episcopi ad suam Parmen. Ecclesiam proficiscentis, forsan oriri possent, censuil: « Dictas et alias quascumque functiones, quae iuxla dictam regulam libri Caeremonialis ad praedictam primam Dignitatem seu digniorem de Capitulo spectant, ab ipso Archipresbylero, sine tamen praeiudicio, ul supra, faciendas esse >. Et ita declaravit. Die 30 Ianuarii 1616.

339. NICIEN. (519)

Propositis iis, quae in praeinserto Memoriali continentur, in C. S. R. per Ulmum el Rmum 1). Cardinalem Percitum Ponentem,

Eadem S. R. C.: « Decrelum Episcopi ut Priores Confraternitalis SS. Sacramenti incedant non ante baldachinum post Capitulum, sed a latere baldachini hinc inde, servandum esse » censuil et declaravit, et servari mandavit in Civitate Nicien. Die 30 Ianuarii 1616.

340. URBIS. (520)

Cum singulis annis in media Quadragesima a Fratribus S. Mariae de Populo fiat Processio ad aperiendam Sacratissimam Imaginem B. Mariae, quae in eadem Ecclesia conservatur, el post octavam Paschae similis Processio fieri consueverit ad claudendam camdem Sacratissimam Imaginem ; ad quas Processiones ab antiquo el immemorabili lempore soliti sunt accedere Presbyteri el Clerici qui inserviunt Ecclesiae S. Iacobi Incurabilium, et incedere et procedere in dictis Processionibus sub Cruce Fratrum ipsius S. Mariae do Populo, prout in praeteritum semper incesserunt et processerunt, licet novissime dicti Presbyteri S. Iacobi, quamvis eorum Ecclesia sil in districtu el limitibus Parochiae S. Mariae de Populo, nec de iure possint erigere propriam Crucem in aliena Parochia, lentaverunt in dictis Processionibus sub propria Cruce incedere, prout de facto aliquando incesserunt: quod cum eis non convenire dictis Fratribus visum fuerit; recursum habuerunt ad S. R.C.,

a qua declarari instanter petierunt : an in diclis Processionibus, el in limitibus propriae Parochiae Fratrum, liceat diclis Presbyteris erigere propriam Crucem et sub ea, et non sub Cruce Fratrum, incedere?

Quae quidem S. R. C., audita relatione Illiîii et Rihi D. Card. Crescenlii, cui haçc causa commissa fuerat, el visis el auditis iuribus el rationibus hinc inde allegatis, censuit el declaravit : « Dictos Presbyteros S. lacobi Incurabilium in supradiclis Processionibus non sub propria Cruce, sed sub Cruce Fratrum debere ire el incedere, prout in praeteritum fecerunt ; el quidquid postea attentatum vel innovatum fuerit, eadem Congregatio revocandum esse censuit, prout revocavit ». El ita, quibuscumque non obstantibus, declaravit et servari mandavit. Die 12 Martii 1G16.

341. TULLEN. (521)

Cum Canonici el Capitulum Ecclesiae Cathedralis Tullen., ac Canonici el Capitulum Collegialae Ecclesiae S. Gandulphi eiusdem Civitatis, soleant singulis annis in festo S. Apri accedere ad Monasterium el Ecclesiam S. Apri Ordinis S. Benedicti prope el extra muros eiusdem Civitatis, et ibidem divinis Officiis assistere ul festum praedictum magis honoretur, licet dicti Canonici tam Cathedralis quam Collegialae Ecclesiae in Processionibus el in aliis actibus publicis soleant Monachos praecedere, el supra illis praecedentiam habere; nihilominus, quia praeterito anno dicti Monachi praecedentiam debitam diclis Canonicis el Clero Saeculari Cathedralis et Collegialae Ecclesiae dare recusaverunt, et manum dexteram in eorum Ecclesia et Choro ipsi Monachi affectaverunt; pro parte Capitulorum et Cleri Saecularis Cathedralis el Collegialae Ecclesiae praedictarum, porrectum fuit Memoriale in S. R. C., a qua petierunt declarationem, cuinam praecedentia danda sit etiam in propria Ecclesia Monachorum , Monachis ipsis, vel potius Canonicis et Clero Ecclesiarum Cathedralis el Collegialae Civitatis Tullen., qui illuc accedunt ad honorandum Festum S. Apri?

Eadem S· R. C., audita relatione Ulmi el Rihi D. Cardinalis Farncsii, cui haec causa commissa fuerat, et visis iuribus el rationibus hinc inde deductis el allegatis: « A Decretis alias in similibus causis factis et confirmatis per literis Apostolicas fel. rec. Clementis PP. VIII, non esse recedendum censuit: nempe semper et ubique tam in Processionibus et actis publicis, quam in sessionibus el omni loco et in propriis Ecclesiis Regularium, praecedentiam dandam esse Clero Saeculari supra quoscumque Monachos vel alios Regulares. El ita declaravit, et inter Monachos S. Apri Civitatis Tullen. el Canonicos Cathedralis et Collegiatae Ecclesiae eiusdem Civitatis, etiam in Monasterio et propria Ecclesia S. Apri, servandum esso » censuit el declaravit. Die 12 Martii 1616.

342. SALERNITANA. (522)

In causa Salernitana circa Crucem erigendam el portandam in Processionibus a Fratribus S. Francisci Capuccinis nuncupatis, qui in praeteritum solebant incedere sub Cruce Fratrum Convenlualium vel Observantium eiusdem Regulae S. Francisci,

S. R. C., audita relatione Illini el Rnii D. Cardinalis Peretti, cui haec causa commissa fuerat, censuit el declaravit: «Posse Fratres Capuccinos in dicla Civitate Salernitana erigere seu portare propriam Crucem in publicis Processionibus et sub ea incedere, dummodo incedant in primo el novissimo loco inter Religiosos et Regulares, qui hodie in eadem Civitate Salernitana habent locum seu Monasterium, el in ea faciunt residentium ». Et ila declaravit. Die 30 Aprilis 1616.

343. PRATEN. (524)

Cum apud territorium Praten. in Dioecesi Florentina, et in loco qui esi sub cura Collegialae EcclesiaePraten.,quaedam Imago gloriosae Virginis Mariae inventa fuerit, ubi asseritur, Deum meritis el intercessione eiusdem gloriosae Virginis mulla fecisse miracula el gratias concessisse fidelibus, qui illuc quotidie confluunt cum non modica eleemosynarum elargiliono ; el dubitatum fueril ad quem pertineal formare Processum el examinare testes super verificalione miraculorum praedictorum : an ad Praepositum Praten., sub cuius cura dictus locus silus est; vel ad Episcopum Pistorien., qui praetendit in Territorio Praten. habere iurisdictionem spiritualem, et Terram ipsam esse sitam sub eius Dioecesi; vel potius ad Archiepiscopum Florentinum, in cuius Dioecesi locus ipse ubi inventa est Imago silus est? Proposito huiusmodi dubio et negolio in S. R. C., et ab eadem commisso Ulmo et Rmo Cardinali de Monte : audita eius relatione,

Eadem S. R. C. respondit: « Ad Archie-

piscopum Florentinum, in cuius Dioecesi Imago praedicta gloriosae V. Mariae inventa fuit, perlinere formationem Processuum et examinationem testium super vcriQcalione et approbatione miraculorum, quae facta asseruntur a Deo in dicto loco, meritis el intercessione B. M. V. et eius praedictae miraculosae Imaginis ». El ila censuit el declaravit. Die 3 Decembris 1616.

344:. NEAPOLITANA. (626)

Cum in publicis Processionibus, quae in Civitate Neapolitana fiunt, orta fuerit differentia inter Clerum Ecclesiae Archiepiscopalis el Canonicos Regulares Lateranenses S. Petri *ad Aram* eiusdem Civitatis, circa delationem Crucis sine aliquo velo seu pallio appenso, vel cum velo seu pallio praedicto, sicut solent Regulares deferre: el Vicarius Generalis ordinaverit diclis Canonicis Regularibus S. Petri *ad Aram,* ne Crucem discooperiam sine velo seu pallio appenso in diclis Processionibus deferre seu portare praesumerent, sicut defert el portat solus Clerus Saecularis el Capilulum el Canonici Ecclesiae Archiepiscopalis; sed cum velo seu pallio ad Crucem appenso, ul solent portare omnes Regulares quando ad publicas Processiones accedunt, et prout etiam ipsi Canonici Regulares Lateranenses alias in similibus Processionibus portaverunt; dicli vero Canonici Regulares super praemissis recursum habuerint ad S. R. C. pro huiusmodi declaratione, an scilicet eorum Crucem cum velo vel sine velo appenso in diclis publicis Processionibus deferre debeant in Civitate Neapolitana praedicta? El cum negotium hoc fuerit ab eadem S. C. commissum Ulmo et Rmo D. Cardinali Sabello, visis el auditis iuribus per ulramque partem hinc inde deductis, el tandem audita relatione praedicti Illini el Rihi D. Cardinalis Sabelli,

Eadem S. R. C. censuit el declaravit : « Non licere diclis Canonicis Regularibus Lateranensibus S. Pelri *ad Aram* in publicis Processionibus deferre eorum Crucem discoopertam, sicut deferl Clerus et Capitulum Ecclesiae Archiepiscopalis; sed debere eorum Crucem deferre in diclis Processionibus cum velo seu pallio appenso, sicut deferunt omnes Regulares, et prout etiam ipsi Canonici Regulares Lateranenses S. Pelri *ad Aram* alias in eadem Civilale Neapolitana cum velo appenso propriam Crucem detulerunt el portaverunt: el ita in futurum in dicta Civilale Neapolitana servandum esse » censuit el declaravit, et servari mandavit. Die 14 Ianuarii 1617.

345. NEPESINA. (527)

Pro parte Episcopi Nepesini a S. R. C. quaesitum fuit: an suus Vicarius Generalis, qui non est Praelalus, sed in habitu suo ordinario cum subtana et mantello nigro, absente Episcopo, sedet in Choro in pnmo loco super omnes Canonicos in Vesperis el Missis, quae in Ecclesia Cathedrali celebrantur, absente Episcopo, triplici ductu thuribuli sil ihurificandus, vel potius duplici?

Eadem S. R. C. respondit: * Vicarium praedictum, licet sedeat in Choro supra Canonicos, absente Episcopo, cum non sit Praelalus nec paralus, sed in habitu ordinario cum mantello et subtana nigra assistat Divinis, non triplici, sed duplici ductu thuribuli thurificandum esse » censuit et declaravit. Die 14 Ianuarii 1617.

346. ELBOREN. (528)

Pro parte Archiepiscopi Elboren. a S. R. C. quaesitum fuit: 1. An, inconsulto Archiepiscopo el illo invito, in sua Dioecesi aliquis possit indicere el ordinare publicas Processiones, el ad illas per publicum edictum populum advocare, vel potius spectet ad Episcopum privative quoad alios etc.?

2. An Archiepiscopus possit prohibere Processiones publicas ex devotione populi el Confraternitatum introductas, si fuerit repertum ex causis supervenientibus el ipsi Archiepiscopo benevisis, esse prohibendas?

Eadem S. R. C. ad 1. respondil: < Ad Archiepiscopum privative quoad alios, in sua Dioecesi perlinere indicere publicas Processiones el ad illas per publicum edictum populum convocare ».

Ad 2. < Posse Archiepiscopum ex causa prohibere ne fianl aliquae Processiones ex devotione populi et Confraternitatum introductae, si fuerit repertum expedire, ul prohibeantur». El ila censuit el declaravit. Die 14 Ianuarii 1617.

347. AQUILANA. (530)

In causa Aquitana inter Episcopum el Abbatem Monasterii Collismadii Congregationis Coelestiuoi um Ordinis Sancti Benedicti a iurisdiclione Episcopi exemplum, circa Sedem, in Ecclesiis Monialium silis sub iurisdiclione ipsius Abbatis, locandam pro ipso Abbate in praesentia Episcopi, in S. R. C. proposita, et Ulmo el Rmo D. Cardinali Lancellotto ab eadem S. R. C. commissa,

visis el auditis iuribus et rationibus hinc inde deductis, et audita relatione praedicti Illnii et Riïii D. Cardinalis Lancellotli,

Eadem S. R. C. respondit: « In casu proposito, Sedem pro Episcopo locandam esse in digniore parte Chori sive Ecclesiae, cum ornatu congruo et gradibus ac situ superiori respectu Sedis Abbatis: qui, praesente Episcopo, in suis Ecclesiis Monialium exemplis sedere debebit vel apud Episcopum a sinistris, in Sede camerali absque aliquo ornatu el gradu, vel in parte Ecclesiae e conspectu Episcopi, in loco tamen inferiori respeclu Sedis Episcopi, in alia Sede similiter absque ornatu cum uno tantum parvo gradu non excedente dimidium palmi. El ita censuil el declaravit, et a praedictis Abbatibus Coeleslinorum exemplis in locis el Ecclesiis suae iurisdictioni subiectis, ipso Episcopo praesente, servari mandavit ». Die 18 Martii 1G17.

348. NEAPOLITANA. (531)

Cum Ulmus et Huius D. Cardinalis Canta, Archiepiscopus Neapolitanus, S. R. C. exposuerit, Monachos Ecclesiae Sancli Severim Ordinis Sancti Benedicti, in Eeslo eiusdem Sancti die 7 lanuarii, praeter solitum et consuetum, in plano eiusdem Ecclesiae extra Chorum in cornu Evangelii, erexisse Solium cum quinque gradibus, et super illud collocasse Sedem pro Abbate eiusdem Monasterii cum duobus aliis gradibus, ornatam serico villoso cremisino cum postergali eiusdem serici, cum baldachino desuper ex tela aurea confecto el splendide ornato, et cum duobus scabellis eodem serico villoso cremisino coopertis hinc inde pro Assistentibus, in qua Sede sedit Abbas dicit Monasterii m dicio Feslo Sancli Severini, el celebravit Vesperas, el die sequenti Missam, habens unum ex suis Monachis, qui vicem Magistri Caeremoniarum gerebal, deferens manibus virgam de avorio argenlo contextam, el super Altare Crucem el septem candelabra cum totidem candelis accensis collocare fecerunt ad Vesperas et Missam: quae omnia an Abbati praedicto et Monachis et ceteris similibus Abbatibus aliorum Monachorum, qui in dicta Civitate et Dioecesi Neapolitana habent Ecclesias cl Monasterium, facere el uli liceat, idem Ulmus el Rmus D. Cardinalis Carafa declarari petiit; el proposito huiusmodi negotio in Congregatione praedicta ab Illino et Riîio D. Cardinali Ursino, cui haec causa commissa fuerat; hac die infrascripla, visis el auditis iuribus hinc indo deductis, el audita relatione eiusdem illini et Rmi I). Cardinalis Ursini;

Eadem S. R. C. « A Decreto alias in simili causa facto in una Firmana sub die 28 lanuarii 1G0G non esse recedendum censuit: nempe, ul Abbas praedictus Monasterii S. Severini Ordinis S. Benedicti, el celeri omnes similes Abbates eiusdem vel alterius Ordinis in Civitate el Dioecesi Neapolitana, et ubique, quando solemniler in propriis eorum Ecclesiis celebrant, contenti sini et esse debeant sua propria et convenienti Sede, quae locata sit et esse debeat in cornu Evangelii in plano Presbyterii cum duobus tantum gradibus parvis, et sine ullo suppedaneo, suggestu lapideo vel ligneo, ac sine baldachino desuper, sed cum poslergali tantum ex aliquo panno vel serico levi, sine auro, coloris convenientis solemnitali, quae celebratur. Nec dicti Abbates, quando celebrant solemniler ul supra, habeant duos Diaconos assistentes, sed contenti sint el esse debeant Subdiacono et Diacono, qui in Missa cantaturi erunt Epistolam et Evangelium, el uno Monacho sive Cappellano cum pluviali, qui assistat ad librum, nec alios Ministros habeant, praeter praedictos, nisi aliquos Monachos seu Clericos el Ministros cum colla, qui Abbatibus praedictis celebrantibus solemniler de mitra et baculo el aliis necessariis ministrent, et Altari inserviant: super quo Altari sex tantum el non septem candelabra cum totidem candelis el sua Cruce locentur: nec abacus alius, praeterquam parva inensa in cornu Epistolae paretur, super qua duo possint locari candelabra, mitra qua Abbas utatur, Calix, Missale, thnribulum cum navicula, el alia necessaria pro actu celebrationis, el ul dicti Abbates sub mitra utantur parvo birelo nigro; el non alterius coloris. El ita censuil et declaravit, el tam a dicto Abbate et Monachis S. Severini Ordinis S. Benedicti, quam ab aliis omnibus similibus Abbatibus el Monachis Ohvctanis, vel alterius Ordinis, quando solemniler in eorum Ecclesiis celebrant, tam in Civitate et Dioecesi Neapolitana quam ubique terrarum esse servandum » censuil et declaravit. Die 18 Martii 1617,

349. BRUNDUS1NA. (532)

Proposito in S. R. C. dubio dato a Thesaurario Ecclesiae Metropolitanae Brundusinae hac die infrascripla, et audita rela-

liono IIIrfti cI Hini I). Cardinalis Crescenlii, cui hacc causa commissa fuerat,

Eadem S. R. C. respondit: < Lectiones duas penullimas, quando Matutinum solemniler celebratur ab Episcopo, cantandas esse a duobus Canonicis, qui hinc inde assistunt apud Episcopum, sive sint ex dignioribus vel Dignitatibus, sive sint ex Canonicis etiam ultimis, dummodo assistant Episcopo, prout disponit liber Caeremonialis Episcoporum, el prout etiam servatur in Cappella Papali in nocte Nativitatis D. N. I. C., quando Papasolemniler Matutinum cantat: nec posse Caniorem, qui est secunda Dignitas in eadem Ecclesia, el pro eius munere excquendo non assistit Episcopo sed sedet in Choro, sub quovis praetextu assertae consuetudinis praetendere, quod ad ipsum pertineat cantare unam ex praedictis lectionibus penullimis, quae omnino cantari debent ab illis duobus Dignitatibus vel Canonicis qui Episcopo assistunt, ad quem perlinet post ea cantare nonam el ultimam lectionem ». El ita censuil et declaravit, el in Ecclesia Brundusina servari mandavit. Die 18 Martii 1617.

350. PATAVINA. (837)

Cum in Ecclesia Patavina adsit substitutus Magister Caeremoniarum, qui est ex numero Cappellanorum eiusdem Ecclesiae, et quando celebrantur Vesperae et divina Officia solemniler in Ecclesia Cathedrali, induitur veste violacea el baculum sericeum virgulis argenteis ornatum manu gestare solet; el apud celebrantes assistere, ul eis commode caeremonias subministrare possit, quia dum Vesperae solemnes a Canonico hebdomadario celebrantur, ipse Canonicus celebrans sedere solet in Choro in primo stallo seu Sede ab ea parte in qua est labella Chori, el Assistentes ipsius Canonici celebrantis pluvialibus induti sedent inferius in secunda linea Chori super omnes Cappellanos, quaesitum fuit: in quo loco tunc sedere debeat dictus substitutus Magister Caeremoniarum: an apud dictos Assistentes Celebrantis, quos ducere debet ad praeinlonandas anliphonas Canonicis, prout Canonici praetendunt; an vero inter Cappellanos in suo stallo, sou loco, in quo sedere solet quando Oflicium praedictum Magistri Caeremoniarum non exercet, ul dicti Cappellani praetendunt? El proposilo huiusmodi dubio in S. R. C.,

Eadem S. R. C., inhaerendo Decretis alias in eadem causa factis sub die 30 Augusti 1602, et sub die 28 Novembris 1609, respondit: « Magistrum Caeremoniarum, seu eius substitutum, quando dictum Officium exercet el vestibus Magistri Caeremoniarum indutus est, licet sil ex numero Cappellanorum, debere sedere el assistere apud Celebrantem sive eius Assistentes pluvialibus indutos, el in Processionibus apud eos incedere et discurrere, quando opus est ad dirigendas Processiones: quando vero non exercet dictum Officium, sed tamquam Cappellanus in Choro assistit ad Horas Canonicas, debere sedere in loco suae receptionis inter alios Cappellanos ». Et ila respondit el declaravit, et in Civitate Patavina servari mandavit. Die 8 Maii 1617.

351. PAMPILONEN. (838)

Cum ab anno 1596, fel. rec. Clemens VIII concessisset privilegium Abbatibus Congregationis Vallisoletanae benedictis, vel quibus a Sede Apostolica concessum esset Privilegium, ul possent suis subditis Regularibus lanium, tonsuram minoresque Ordines conferre, aliaque Pontificalia in Monasteriis el Ecclesiis sui Ordinis el intra eius limites existentibus conferre el exercere; huius Privilegii vigore Abbas Monasterii B. M. de Irace Ordinis S. Benedicti Pampilonen. Dioecesis, triennalis, non benedicius, nec habens aliquod Privilegium a Sede Apostolica, sed tantum sub praetextu, quod dictum Monasterium de irace fuerit alias unitum dictae Congregationi Vallisoletanae, coepit praetendere et usurpare sibi iurisdiclionem celebrandi Missam Pontificalem non solum in Monasteriis el Ecclesiis sui Ordinis, ad quae est restrictum dictum Privilegium, Yerum etiam in Parochiali Ecclesia S. loannis Baptistae Civitatis Stellae eiusdem Pampilonen. Dioecesis, quae non est sui Ordinis, aut annexa vel incorporata dictae Congregationi, sed prorsus distincta el separata ab illa. Ideo cum animadvertisset dictum Privilegium non extendi ad dictam Parochialem, quam ad istum effectum pleno iure ad ipsum Abbatem spectare opus esset; extorsit licentiam ab Episcopo Pampilonen., qui, cum sil eiusdem Ordinis el Congregationis, dicto Abbati eam concessit, el auctoritate propria gratiam a Sede Apostolica limitatam ampliavit, ul scilicet dictus Abbas possit celebrare didam Missam el alia Pontificalia exercere in dicta Parochiali Ecclesia de Stella, sub censuris el poenis pecuniariis conira illum impedientes. Cum vero Vicarius, Bénéficiait el Parochiani dictae Ecclesiae Civitatis Stellae instarent declarari dictum Episcopum

nun potuisse talem licentiam concedere, el dicta privilegia ampliare; ideo ad eorum instantiam proposito huiusmodi negotio in S. R. C.,

Eadem S. R. C. respondit: « Non licere, nec licuisse Episcopo Pampilonen. dare, seu ampliare propria auctoritate gratiam non concessam, seu limitatam a Sede Aposlolica et a summo Pontifice; sed eam esse servandam stricte, prout sonat: dictumque Abbatem Monasterii S. Mariae de Irace non posse, neque debere celebrare Missam el alia Pontificalia exercere in dicta Parochiali Ecclesia de Stella, nec vigore asserti Privilegii, cum illud sit restrictum ad Abbates benedictos lanium, el ad proprias Ecclesias sui Ordinis; neque vigore praelensae licentiae, cum Episcopus illam dare, ampliare, seu concedere non possit, maxime Vicario, Bénéficiaït ei Parochianis illius contradicentibus». El ila censuit et declaravit, et a dicto Abbate in Civitate el Dioecesi Pampilonen. servari mandavit, quibuscumque non obstantibus. Die 8 Mau 1617.

352. MINORUM REGULARIS OBSERVANTIAE. (542)

Pro parte Procuratoris Generalis Ordinis Minorum Observantiae S. R. C. expositum fuil, quod cum in plurimis locis el Civitatibus Christiani Orbis inveniantur duo, el aliquando plura Monasteria eiusdem Ordinis Minorum Regularis Observantiae, in publicis ac privatis Processionibus circa modum praecedendi, dubitatur in quo loco incedere debeanl Fraires Monasterii novissime fundati in eodem loco seu Civitate: an in ultimo loco, ul aliqui opinantur iuxta tempus fundationis sui Monasterii, disiuncti el separati a Fratribus eiusdem Ordinis antiquioribus, qui ab antiquo Monasterium habuerunt in eodem loco seu Civitate·, vel potius uniti el coniuncti cum Fratribus eiusdem Ordinis incedere, et procedere in publicis ac privatis Processionibus debeant; et super praemissis, audita relatione illini et Rmi D. Card, de Monte, cui haec causa commissa fuerat;

Eadem S. R. C. respondit el declaravit iuxta Constitutionem felicis rec. Gregorii XIII, quae incipit *Exposcit pastoialis:* < Praecedentiam dandam esse Ordini, qui prius in loco Monasterium habuit : et non tantum illi Monasterio, ila ul per fundationem primi Monasterii in illo loco acquiratur anlerioritis super quolibet Monasterio posterius fundato eiusdem Ordinis; idem quoquo servandum, quando praecedentia competit ex quasi possessione el iure praecedendi in terminis dictae Constitutionis; et quando concurrunt ad Processiones, tam publicas quam privatas, omnes eiusdem Ordinis Fratres, imilim el non divisim debere procedere: ila ul post Crucem Fratres strictioris Observantiae immediate incedant Discalceati seu Recollecti vel Reformati uniti, el post illos Fratres de Observantia dicti, si iuxta regularia Ordinis statuta , vel ex quasi possessione et iure praecedendi, praecedentiam habent; alioquin in praecedentia servetur, etiam inter eiusdem Ordinis Fraires, antei ioritas fundationis Monasterii cuiusque: neque Monasteria alterius Ordinis debere, neque posse impedire frui dicto iure praecedentiae, neque ordinem incedendi pervertere ». El ila in causa praedicta eadem S. R. C. declaravit el servari mandavit. Die 3 Iunii 1617.

353. LUCERINA. (843)

« Thuris et pacis honorem inter Missarum el Vesperarum solemnia mulieribus non deberi saepe S. R. C., iuxta libri Caeremonialis dispositionem, cènsuil: el proplerca nullo modo Capitulum el Canonicos Calhedralis Lucerinae cogendos ad id faciendum, quin potius omnino el praecise prohibendos esse ab eorum Episcopo, ne id faciant, decrevit: etiamsi quaevis adesset contraria consuetudo, quam abusum, eadem S. R. C. declaravit p. Die 3 Iunii 1617.

354=. BRUNDUSINA. (848)

S. R. C. respondit: « In omnibus Ecclesiis Parochialibus vel Collegiatis assislenliam Episcopo vel Archiepiscopo Pontificalia celebranti perlinere ad Dignitates et Canonicos Ecclesiae Calhedralis seu Metropolitanae , si cum Episcopo vel Archiepiscopo erunt, non autem ad proprios Presbyteros vel Canonicos Ecclesiae Parochialis vel Collegialae, in qua Episcopus vel Archiepiscopus exercet Pontificalia, ut alias saepe in similibus declaravit. El ila in Civitate et Dioecesi Brundusina servandum esse » censuit el declaravit. Die 18 Iulii 1617.

355. COMPOSTELLANA. (540)

Cum in Ecclesia Compostellana Episcopus Busciae in partibus Infidelium obtinuerit el habent Canonicatum , el dubitatum fuerit, in quo loco sedere debeal, el quo

habitu uti debeat in Ecclesia; proposito huiusmodi dubio in S. R. C.,

Eadem S. R. C. respondit: « Ratione Episcopatus, Episcopum posse et debere uti habitu ordinario, quo utuntur Episcopi in Romana Curia, idest rochello supra sublanam, el manlellclIo violacei coloris: el debere praecedere omnibus aliis Canonicis eiusdem Ecclesiae, el sedere in primo stallo supra omnes, ul fit et servatur Romae simili casu eveniente, in tribus Ecclesiis Patriarchalibus S. Ioannis, el S. Petri, el S. Mariae Maioris ». El ila censuit el declaravit, el in Ecclesia Compostellana servari mandavit. Die 15 iulii 1617.

356. TARRACINEN. (547)

In causa praecedentiae inter Vicarium Generalem Episcopi Tarracinen. Dioecesis el Commissarium Terrae Setiae, proposita in S. R. C., el ab eadem S. C. commissa Ulmo et Rtno Diio Card. Crescendo; visis iuribus el rationibus hinc inde deductis, el audita relatione eiusdem Illini et Rmi D. Card. Crescenlii,

Eadem S. R. C. censuit el declaravit: < Semper, ubique, el in omni loco, tam praesente quam absente Episcopo, praecedentiam dandam esse Vicario Generali Episcopi Tarracinen. supra dictum Commissarium Terrae Setiae: et ila servari mandavit, quibuscumque non obstantibus, dummodo Vicarius non incedat in habitu Canonical!, quatenus sil de gremio Capituli ». Die 19 Augusti 1617.

357. ELBOREN. (548)

Pro pario Archiepiscopi Elboren. in S. R. C. quaesitum fuit: utrum aliquis, invito Episcopo el inconsulto, in sua Dioecesi possit erigere et creare de novo Coniralernilales in quacumque Ecclesia, et statuta confirmare; an potius talis erectio et creatio el confirmatio statutorum pertineat ad Episcopum privative?

Eadem S. R. C. respondit: « Nemini licere, inconsulto Episcopo, in sua Dioecesi erigere el creare de novo Confralernitales, et eorum statuta confirmare, quae omnia privative quoad alios ad Episcopum Ianium perlinent in sua Dioecesi ». El ila censuit el declaravit. Die 7 Octobris 1617.

358. VERCELLEN. (549)

Institit Episcopus Vercellen. apud S. R. C. pro declaratione: an Abbas Canonicorum Regularium Lateranensium eiusdem Civitatis, el Praepositus eiusdem Ordinis in loco Prielae suae Dioecesis, possint, ipso Episcopo praesente, deferre raozzcllam in Processionibus aliisque publicis actibus?

Eadem S. R. C., audita relatione Illini et Rmi D. Card. Lancellotti, cui haec causa commissa fuerat, decrevit: «Posse, etiam praesente Episcopo, deferre mozzetlam ». Die 9 Decembris 1617.

359. BONONIEN. (550)

Cum Fratres Ordinis Servorum B. M. Oppidi Budrii Bononien. Dioecesis, qui Ecclesiam ibidem parochiaiem sub titulo SS. Sacramenti obtinent, S. R. C. supplicem libellum praesentavermi, in quo praeiudicium sibi inferri asserunt a Confralribus Societatis SS. Rosarii in eodem loco exislcniis, in Ecclesia S. Dominici Fiatrum Praedicatorum, qui numquam in praeteritum per se extulerunt Crucem, el semper in habitu laicali incesserunt; nunc vero praetendunt absolute posse extollere Crucem, et cum eodem habitu laicali accedere ad funeralia mortuorum, etiamsi non sint vocati; el ad Processiones SS. Sacramenti el alias, quae fiunt in eadem Parochia, accedere, digniorem locum sibi arrogando, Processiones dirigendo etc. proui in dicto Memoriali: quod cum ab eadem S. R. C. commissum fuerit Ulmo el Rmo Diio Cardinali Perelio,

Eadem S. R. C., hac die infrascripla, eiusdem Ulmi et Rmi D. Card. Peretti audita relatione, declaravit: «Dictos Confratres Societatis SSmi Rusarii non posse deferre Crucem sine habitu, nec praecedentiam eis competere super alias Societates quae ante eos habent habitum, nec etiam posse accedere ad funeralia mortuorum, nisi specialiter el expresse vocentur ». Et ila censuit el declaravit. Die 9 Decembris 1617.

360. CIVITATIS CASTELLANAE (552) OPPIDI AR1GNAN1.

« Absente Archipresbytero, Missas el divina Officia celebrare, quae ad ipsum pertinerent si adesset, ad Canonicos Oppidi Arignani spectare, non autem ad ipsius Archipresbyleri substitutum S. R. C. censuit; cui etiam tamquam substituto neque in sessionibus, neque in Processionibus, neque in aliis huiusmodi actibus ullam competere supra dicios Canonicos praeeminenliam » decrevit. Die 22 Ianuani 1618.

361. CONCHEN. (863)

Quoad !. < Appellatione Festi novem Lectionum venire, el inlelligi etiam diem Dominicam ».

Quoad 2. « Officium esse solum recitandum in Ecclesia, in qua insignis aliqua Reliquia exislit, et propterea alias Ecclesias non debere in hoc se conformare cum Cathedrali » respondit S. R. C. Die 12 Martii 1618.

362. CAPUANA. (666)

« Servandam esse in Metropolitana Capuana dispositionem libri Caeremonialis, l. 2, cap. 3 el 6, ut Canonicus paratus celebrans Vesperas seu Matutinum sedere debeat in primo slallo, hoc esi ab una parte in slallo Decani, ab altera in slallo Archidiaconi, ita ul Sedes Archiepiscopi Canonicalis, ipso absente, remaneat vacua, quando ab ea parte sedere contingit Celebrantem » censuil S. R. C. Die 31 Martii 1618.

363. GAPUCCINORUM. (566)

Fratres Capuccinos, quibus nuper ubique locorum ad controversias, quae inter Fratres Convenluales el ipsos interdum oriebantur, dirimendas, propriam Crucem in publicis Processionibus erigendi ad formam Constitutionis fel. rec. Gregorii XIII, quae incipit *Exposcit pastoralis officii etc.*, a SS. D. N. facultas concessa esi: «luxla eiusdem concessionis formam, eliam quoad alios Ordines Mendicantium, Crucem praedictam erigere el deferre posse » censuil S. R. C. Die 21 Maii 1618.

364. FIRMANA (557)
TERRAE S. VICTORIAE.

S. R. C. « Firmo remanenie Decrelo emanalo sub die 31 Marlii proxime praclerііі, circa praecedentiam inter Clerum Saecularem el Monachos Cassinenses Terrae Sanctae Victoriae, Abbatem seu Priorem Monasterii praedioli indulum superpelliceo in publicis Processionibus digniorem locum oblinere, SS. Sacramenlum nec non solitas Reliquias deferre , el lam Monachos quam Clerum Saecularem sub unica el con-'Uela Cruce Sanclae Victoriae incedere debere , censuil. Quod si Abbas seu Prior firaediclu» SS. Sacramenlum ac solitas Reiquias deferre, aul noluerit aut non potuerit, non posse arbitrio suo alteri Monacho id munus demandare, sed ad unum ex Presbyteris saecularibus spectare » eadem S. R. C. decrevit. Die 21 Maii 1618.

365. SYRACUSANA MODICAE. (558)

S. R. C. censuil: « Servandam esse dispositionem libri Caeremonialis, ul scilicet SSmum Sacramentum a Celebrante propriis manibus deferatur, non obstante quavis contraria consuetudine, quam abusum declaravit ». Die 2 lunii 1618.

366. LUCERINA. (659)

Capitulum Cathedralis Lucerinae institit apud Episcopum, ul inter Messarum el Vesperarum solemnia mandarel ad literam servari Caeremoniale circa modum ihurificandi cum unico lanium thuribulo; Episcopus vero supplici praedicti Capituli libello rescripsit in haec verba: Servetur Caeremoniale, ut peliiur. Quare idem Capitulum, ne ullo umquam tempore super hoc contingat dubitari, el ad controversiarum el dissensionum, quae in posterum oriri possem, materiam submovendam; peliil a S. R. C. hoc idem confirmari.

S. R. C. Ulmo Priolo referente : « Servandam esse omnino dispositionem Caeremonialis, el lam Episcopum el Canonicos, quam eliam ceteros omnes cum unico lanium thuribulo thurilicandos esse » censuil. Die 21 lulii 1618.

367. IADREN. (561)

Propositis in S. R. C. iis, quae pro parte Archiepiscopi Iadren. contra Episcopum Pharen., in praedicta Civitate Iadren. ex qua est oriundus, nunc degentem, exposita fuerunt: censuil eadem S. C.: «Non licere supradiclo Episcopo Pharen. sibi pannum el pulvinar coloris violacei sternere in Ecclesia aliena, neque illi extra suam Dioecesim deosculalionem lexlus Evangelii competere, nec non Archiepiscopo praedicto reverentiam, uli maiori, ab Episcopo deberi ». Die 13 Octobris 1618.

368. CAIETANA. (563)

Cum maior Sacrisla Ecclesiae SS. Annuntiatae Civitatis Caielae eiusdem Ecclesiae, nec non Presbyterorum et Clericorum illi inservientium caput existât; censuil S. R. C.: « Convenire, ul in sua solita Sede a parle dextera Chori sedeat, Hebdomadario in alia parle sinistra, prout hactenus consuevit, sedenle. Ex eisdem quuque rationibus decrevit: convenire ul maior Sacrisla praedictus, iuxla aniiquam consuetudinem, immediate posl Hebdomadarium ab eodem qui ipsum Hebdomadarium thu-

nlicali triplici ductu thuribuli (si tamen Episcopus non sil praesens) thurilicclur ». Die 19 lanuarii 1619.

369. BARBASTREN. (664)

« Nullo modo licere sub praetextu cuiusvis consuetudinis, imo verius abusus, Lignum SS. Crucis et Sanctorum Reliquias ad impetrandum a Deo pluviam tempore siccitatis in aquam immergere aut madefacere » censuil S. R. C. Die 19 lan. 1619.

370. SYRACUSANA MODICAE. (666)

S. R. C., inhaerendo Decretis lain pro Collegiata Sancti Petri quam pro Ecclesia Matrice Sancti Ceorgii emanatis, censuil: < Ad Ecclesiam S. Georgii uli Matricem, iuxla Constitutionem fel. rec. Leonis PP. X, spectare Sabbato Sancto ante omnes alias Ecclesias pulsare Campanas : Ecclesiae vero S. Petri in Collegiatam cum omnibus praeeminenliis et praerogativis aliarum similium Collegialarum, a fel. rec. Clemente PP. VIII erectae, eiusque Dignitatibus et Canonicis, in reliquis omnibus omnimodam competere praecedentiam supra praedictam Matricem Ecclesiam Sancti Georgii eiusque Rectorem el Presbyteros, quamvis ante huiusmodi erectionem secus fortasse fuerit observatum; atque ita Decreta supradicta nullo modo inter se repugnare, quin potius posse el debere servari » decrevit. Die 20 Februarii 1619.

371. TARRACINEN. (666)

S. R. C., Illino Cardinali Sabellio referente, censuil: « Manulenendos esse Archipresbyterum el Canonicos Collegialae Ecclesiae S. Mariae Terrae Setiae Tarracinen. Dioecesis in eorum quasi possessione : neque licere Parochis eiusdem loci in associandis funeribus defunctorum Crucem erigere, sed iuxla antiquissimam et immemorabilem consuetudinem illos debere convenire in Collegiata supradicta, et inde simul cum Cruce et Canonicis eiusdem Gollegialao discedere ad levandum corpus defuncti, sive ad eorum Parochiam sive ad aliam quamcumque Ecclesiam illud deferatur ». Die 23 Februarii 1619.

372. SEN0GALL1EN. (608)

< Cum Ecclesiis Collegiatis super alias simplices Ecclesias praeeminendam et praecedentiam de hire deberi indubitatum sil, Priori el Canonicis seu Cappellanis Ecclesiae S. Mariae de Albericis prope el extra terram Montis Marsciani Senogallien. Dioecesis, a SS. D. N. in Collegiatam erectae, competere omnes praeeminendas el praerogativas aliarum similium Collegialarum, eosque debere praecedere Plebanos el Rectores aliarum Ecclesiarum, quae lanium Parochiales sunt », censuil S. R. C. Die 23 Marlii 1619.

373. CAPUCCINORUM. (670)

S. R. C. ad tollendas controversias, quae, post concessam Fratribus Capuccinis propriae Crucis erectionem, inter Regulares circa praecedentiam in Processionibus ortae sunt ; censuil, Ulmo Millino referente : < Capuccinos cedere debere digniorem locum iis Regularibus, qui sub propria Cruce et in proprio loco in Processionibus incedebant, antequam ipsi Crucem propriam deferrent ». Die 23 Marlii 1619.

374. MONOPOLITANA. (671)

< Non suffragari Fratribus Mendicantibus supradiclis, quod in praestando consensu, ut supra asseritur, ius praecedendi Monachis Coeleslinis sibi reservaverint; sed attendendum ius commune, quod Monachis semper el ubique supra Mendicantes tribuit praecedentiam », Ulmo Cardinali Bellarmino referente, censuit S. R. C. Die 23 Marlii 1619.

375. TUSCANELLAE. (674)

Viso et mature perpenso supplici libello, S. R. C. ad dissensionum inter Calhedralem Tuscanellae et Collegiatam eiusdem loci materiam in posterum submovendam , Ulmo Dfio Cardinali Crescenlio referente, in functionibus, de quibus supra, non obstante quavis consuetudine, praeferendam esse Cathedralem Collegialae, atque ad supradicta, ul sequitur, respondendum censuil, nempe:

Ad 1. < Delationem SS. Sacramenti in die eius festo perlinere ad Dignitates seu Canonicos Cathedralis, atque ab eadem Cathedral! Processionem debere inchoari, el ibidem linire ».

Ad 2. < Sacras Baptismatis aquas confici debere in Calhedrali ».

Ad 3. « Oleum sanctum debere conservari in Calhedrali, ab eiusque Dignitatibus dispensari ».

Ad 4. « Debero Collegiatam conservaro SSiiium Sacramenlum pro servitio suae Parochiae, neque teneri Cathedralem illud subministrare ».

Ad 5. « Salis esse si Prior Collegialae,

dum in Cathedrali simul cum illius Dignitatibus et Canonicis interest, duplici ductu thuriboli thurificetur ».

Ad 6. < Non competere Priori Collegialae praecedentiam super Canonicos Cathedra!» ». Die 19 Augusti 1619.

376. TROPJEN. (578)

Cum a S. C. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum iam fuerit declaratum, non potuisse Episcopum distinguere Canonicatus Ecclesiae Tropien. in Presbyterales, Diaconales el Subdiaconales, ex eo quia eiusdem Ecclesiae consuetudo habet ul Canonici omnes sint Presbyteri; S. R. C., referente Illino Cardinali Mulo, censuil: « Praecedentiam competere Canonicis prius receptis». Die 10 Decembris 1619.

377. RODIGEN. (880)
ANDREN. DIOECESIS

S. R. C., Illiîio D. Cardinali Muto referente, censuit, « In Processionibus, aliisque similibus actibus, praecedentiam competere Seminario supra Clericos advenlilios in eadem Ecclesia non praebendalos ». Die 21 Martii 1G20.

378. URBIS. (581)

Postremo fuit decretum: « Ut ego Secrelarius nomine Congregationis alloquerer Rihiim Magistrum S. Palatii, ne impostorum permittat imprimi res spectantes ad Caeremonias, seu recitationes Officiorum et ritus Ecclesiasticos, absque expressa licentia et ordine S. R. C.; el hoc, occasione cuiusdam libelli *Ordo Officii recitandi* nuncupati, in quo plures errores fuerunt reperti ». Die 21 Martii 1620.

379. CONVERSANA. (582)

S. R. C., viso supplici libello, censuit: «Si Cantores, qui lamentationes cantent, haberi non possunt, tam lamentationes quam lectiones 2 el 3 Nocturni esse cantandas a Canonicis, incipiendo a junioribus, iuxta praescriptum Caeremonialis ». Die 4 Aprilis 1620.

380. CREMONEN. (585)

Capitulum el Canonici Collegialae de Caravagio Cremonen. Dioecesis, approbari postal iverunt Litanias Sanctorum, quorum Reliquiae asservantur in eorum Ecclesia, ut eas typis mandai e possent, ad usum illius loci.

Et S. R. C.: « Nihil oratoribus respondendum duxit ». Die 4 Aprilis 1620.

381. SENOGALLIEN. (580)

Ordinarius Senogallien. recusaverat locum assignare supra omnes Parochos in Synodalibus sessionibus Priori Collegialae Ecclesiae B. M. de Albericis Montis Marsciani, ex quo erecta fuisset Ecclesia praedicta novissime in Collegialam, cum clausula, *sine praeiudicio moderni et pro tempore existentis Plebnni,* licet emanasse! Decretum S. R. C. favore Prioris Collegialae. Rursus idcirco proposita, el relata huiusmodi controversiae praecedentiarum causa per Ulmum 1). Cardinalem ITiulum: «Manendum esse in Decretis, Patres censueriint, ex quo clausula praedicta *sine praeiudicio moderni et pro tempore existentis Plcbani,* intra cuius limites Collegiata exislit, inlelligalur quoad parochialia decimarum, sepulturae, et adminisIralionem Sacramentorum ». Die 4 Aprilis 1620.

382. CALAGURITANA. (589)

S. R. C., referente Ulmo D. Cardinali Mulo, censuit: « Decanum Calhcdralis Ecclesiae Calaguritanae teneri ad assistendum Episcopo pontificaliler celebranti, atque ad id, opportunis remediis ac etiam censuris, ab Episcopo compellendum esse ». Die 12 Decembris 1620.

383. CIVITATIS CASTELLANAE. (590)

S. R. C., Ulmo D. Cardinali Millino referente, censuit: « Non prohiberi Regulares habentes privilegia recipiendi corpora defunctorum in eorum sepulturis, quominus, iuxta dispositionem iuris communis, possint in eis sepelire corpuscula parvulorum, quando in eorum Ecclesiis adest sepulcrum maiorum, vel concurrente consuetudine ab eorum patribus est electa sepultura in praedictis Ecclesiis: curare autem debere eosdem Regulares ul habeant Coemeterium separatum pro sepulturis parvulorum ». Die 12 Decembris 1620.

381. VERCELLEN. (592)

S. R. C., Illino D. Cardinali Crescendo referente, inhaerendo Decrelo sub die 9 Decembris 1617 emanato, censuil: « Abbatem S. Andreae Congregationis Lateranensis Civitatis Vercellen. posse ubique, etiam praesente Episcopo, deferre inozzellam, eidemque pontificaliler celebranti, iuxta antiquam consuetudinem, Sedem seu Cathedram cum duobus gradibus, uti licere etc. ». Dic 30 Martii 1621.

385. I'ISAUREN. (593)

Discussa in S. R. C. controversia inter Praepositum primam Dignitatem Calhedralis Ecclesiae Pisauren., el Archidiaconum secundam Dignitatem eiusdem Ecclesiae; eadem S. R. C., Illino 1). Cardinali Grescenlio referente, censuil : «Servandam esse in omnibus dispositionem Caeremonialis Episcoporum, et praesertim lib. 1, cap. 15, neque ullam Episcopo, dum capilul.iriler associatus ad Ecclesiam cum cappa progreditur, assislenliam deberi etc. ». Die 30 Martii 1621.

386. DUBIUM. (595)

Sub Dubio – An Beneficialus obligatus facere commemorationem S. Crucis diebus solitis, teneatur facere ordinariam, vel qualem facere teneatur?

S. R. G. censuit : « Beneficialum praefatum commemorationem ordinariam facere teneri ». Die 30 Martii 1621.

387. S. I0SEPHI. (598)

S. R. C.: « Si SS. I). N. placuerit, censuil diem festum S. Iosepbi Sponsi BB. Virginis Genitricis Dei Mariae deinceps perpetuis futuris temporibus sub observantia et praecepto comprehendi; cunclosque fideles, ubique terrarum, ab omni opere servili eo die abstinete el cessare debere. El facta per Nos de praedictis relatione SS. D. N., SSmus S. R. C. votum ac sententiam comprobavit, atque omnino servari mandavit ». Die 8 Maii 1621.

388. IANUEN. (601)

Quaesitum est: num Episcopi coram Cardinalibus, vel ex iure, vel ex consuetudine deponere debeant rnozzeltam? S. R. G. respondit: « Circa Cardinales Legatos, adest Caercmoniale; circa non Legatos est facultas in Episcopis, tamen so habet consuetudo in Italia, ul Episcopi, praesentibus Cardinalibus, deponant mozzellam ». Die 20 IulÜ 1621.

389. MESSANEN. (603)

Proposito in S. R. C. supplici libello, eadem S. C. censuil : « Servandam esse dispositionem Caeremonialis Episcoporum, ut nempe in Processionibus ante Regulares incedant Confraternitates laicorum , quos sequantur iidem Regulares, postremo digniorem locum obtineat Clerus Saecularis ». Die 7 Augusti 1621.

390. CASTELLANETEN. (605)

S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus factis, censuil: « Praecedentiam competere Dignitatibus el Canonicis paratis supra Vicarium generalem praedictum, neque allegatam consuetudinem, imo potius abusum, illi suffragari». Die 25 Septembris 1621.

391. NUCERINA IN APULIA. (608)

Presbyteri de Capitulo Ecclesiae Nucerinae petebant per S. R. C. declarari: quod Canonici dicantur qui habent stallum in Choro et vocem in Capitulo : et S. R. C. respondit : < Negative; non enim valet consequentia: II.ibenI vocem in Capitulo; ergo sunt Canonici ». Die 31 Ianuarii 1626.

392. BAREN. (610)

Quaesivit Archiepiscopus Barensis: an liceret Suffraganeo, praesente Metropolitano, rnozzeltam deferre? et S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 31 Ianuarii 1626.

393. AMALPH1TANA. (612)

Anno 1517, cum esset lis et controversia inter Archiepiscopum Amalphilanum et Praepositum Ecclesiae Terrae Maioris, fuit deventum inter eos ad concordiam, quae per centum annos el ultra fuit observata: <ed modernus Praepositus effectus Protonotanus coepit uti rochello el mantelletla violacei coloris, el postea etiam cappa pontificali eiusdem coloris, faciens sibi per Clericum caudam deferri, et per vias populo benedicendo; Archiepiscopus cum praetendat haec omnia esse contra transactionem, seu concordiam praedictam, el in praeiudicium suae iurisdictionis, petiit mandari observari ad unguem dictam concordiam.

El S. R. C. mandavit: «Illam servari, el de hoc scribi Pro-Nuncio Neapolitano ». Die 14 Februarii 1626.

394. ELBOREN. (614)

Quaesivit Archiepiscopus Elboren: An in edicendis el decernendis publicis Processionibus, et illarum directione el deductione , teneatur expectare consilium et consensum Capituli; et quatenus teneatur, an id observandum sit in Processionibus tantum quae do novo in perpetuum decernuntur, an vero etiam in iis quae pro una dumtaxat vice fiunt ob publicam causam, ad instantiam Regis vel populi? El cum pro parte Capituli adduceretur De-

claralio liliîiorum Di). Cardinalium interpretationi Concilii praepositorum tenoris infrascripti, videlicet: < Ad Episcopum pertinet cum consilio Capituli decernere el edicere quo el qua dirigendae deducendaequo sint Processiones »; S. R. C. mandavil exquiri a Secretario dictae Congregationis de veritate dictae Resolutionis. Dic 44 Februarii IG26.

Causa autem iterum proposita in Congregatione habita die 28 Martii 1026 , sequenti Decreto fuit terminata.

ELBOREN. Archiepiscopus Elboren. supplicavit circa decernendas, edicendas et eliam dirigendas publicas Processiones, declarari infrascripla dubia orta inter ipsum el Capitulum Elboren.

1. An Archiepiscopus teneatur expeclare consilium sive etiam consensum Capituli in edicendis et decernendis publicis Processionibus, earumque deductione vel directione?

2. An dato, quod teneatur dictum consilium et consensum Capituli expeclare, id observari deboat non solum in Processionibus quae in perpetuum decernuntur, sed eliam in illis, quae pro una vice tantum fiunt ob publicam causam ad Regis vel populi instantiam?

El cum Capitulant pro se allegaret declarationem S. Concilii, qua dicitur ad Episcopum perlinere de consilio Capituli decernere et edicere, quo el qua dirigendae sunt vel deducendae Processiones; ex adverso vero Archiepiscopus pro se adducat non solum *Caeremoniale,* sed eliam *declarationem ad eius instantiam de anno* 1617, *ab hac S. C. factam* sub die 14 lanuarii, qua S. C. respondit: < Ad Episcopum, privative quoad alios, in sua Dioecesi perlinere indicere publicas Processiones, el ad illas per edictum publicum populum convocare» S. R. C. mandavil mihi Secretario, ul *a D. Fagnano a Secretis S. C. Concilii* exquirerem de verilale *praedictae resolutionis, seu Declarationis,* quae solei interdum falso el perperam circumferri : el ostenso mihi originali, cognovi praefatam Declarationem esse veram, nisi quod in his quae circumferuntur dicitur ad Episcopum perlinere cuwi *consensu* Capituli, in originali vero dicitur de *consilio.* Unde, his auditis,

S. R. C. respondit el decrevit: < Episcopi esse edicere, decernere, dirigere alque deducere Processiones de consilio lanium Capituli, non autem consensu, iuxla praedictam Declarationem. Idquo in omnibus Processionibus servandum ».

395. MONOPOLITANA. (616)

In Ecclesia Calhedrali Monopolilana ultra Dignitates, Canonicos et Portionarios, adest Vicarius deputatus ad curam animarum, qui vult in eminenliori Sede cum Dignitatibus et Canonicis sedere, et cum illis ire ad circulum coram Episcopo, dum Missa celebratur. Petierunt Canonici: utrum hoc possit facere, videlicet sedere cum Canonicis el ire ad circulum ? ’^

El S. R. C. respondit: « Non posse». Dic 14 Februarii 1626.

396. HYDRUNTINA. (619)

Presbyteri Graeci loci de Sternalia Hydruntinae Dioecesis supplicaverunt, posse uti in Sacrilicio pane fermentato, sed cocto ad modum hostiarum, quibus Latini utuntur, non autem in furno; ila ul non sil alia differentia, quam in coquendo vel in coctura, et S. R. C. respondit: « Nihil ». Die 28 Martii 1626.

397. MAZARIEN. (620)

PresbyteriTrepani petierunt duo: I.quod Presbyteri antiquiores scraper el ubique praeferantur aliis eliam Docloribus, non habita ratione Doctoralus; 2. quod Laici in Processionibus non se immisceant cum Clericis.

Et S. R. C. respondit: Ad 1. «Quod nbi interveniunt uti Ecclesiastici, antiquiores praeferri debeant, ul supra ».

Ad 2. « Laicos non esse intermiscendos cum Clericis in Processionibus ». Die I Aprilis 1626.

398. N1CIEN. (621)

Praepositus el Canonici Ecclesiae Nicien. cum instarent, ul Episcopus indueret cappara pontificalem in aula ipsius habitationis, quando cum Canonicis est iturus ad Solemnia celebranda in Ecclesia; el ex altera parte Episcopus offerret se paratum observare Caeremoniale, modo ipsi quoque Canonici eum observent pro parte eorum, qui in tali casu sequi debent Episcopum, iuxla dictum Caeremoniale lib. 1, cap. 15, non autem anteire, ul faciunt; habito ad hanc S. C. per dictum Episcopum recursu,

S. R. C. mandavit: « Servari Caeremoniale pro uiraque parte, videlicet tam pro parte Episcopi, quam pro parte Canonicorum ». Die 4 Aprilis 1626.

390. EGITANIEN. («22)

Episcopus Egilanien. petiit a S. R. C. declarari: 1. utrum in Sabbato quatuor Temporum post Pentecosten) in quo ad Missam non flectuntur genua, si facial Ordinationem, debeant flecti genua, prout in Ordinationibus fieri debet. Item quaerit in facienda Synodo, vel Consecratione Ecclesiae, aut aliqua Ordinatione ex privilegio in tempore Paschali, aut die Dominica, utrum debeant flecti genua.

2. Quaesivit: cum ex Iribus Gubernatoribus Regni Portugalliae adsit aliquis Episcopus vel Archiepiscopus, el praesupponalur ex Rubrica Missalis Romani omnes, qui non sunt Praelati, ad Confessionem genuflectere debere; utrum dictus Episcopus vel Archiepiscopus debeat genufleclere, vel stare?

Et S. R. G. respondit: Ad 1. « Quod Episcopus servet .et servari faciat rubricas illius actus, quem facit ».

Ad 2. « Episcopum, vel Archiepiscopum non desinere esse talem; et ideo quae sibi conveniunt facere debere ». Die 4 Aprilis 1626.

400. FERETRANA. (623)

Cum Procurator Generalis Fratrum S. Honuphrii conquestus esset, Fratrem Regularem suae Religionis deputatum ad curam Ecclesiae S. Silvestri Ferelranae Dioecesis contemni a simplicibus Sacerdotibus, qui volunt eum, tamquam Regularem, tam in sedendo quam in procedendo manere in ultimo loco: el causa ad Ulmum D. Card. Percitum remissa, ipso hodierna die referente;

S. R. C. mandavit: < Dictum Regularem ubi adest, vel comparet tamquam Curatus, esse omnino praeferendum, el uti Curatum tractandum ». Die 4 Aprilis 1626.

401. ASCULANA. (627)

Extal, ul narratum fuit, in Ecclesia Calhedrali Asculana consuetudo immemorabilis, pacifica et indubitata, ut Archidiaconus, el, eo absente, senior Canonicus praesens in Choro, soleat committere alicui ex Canonicis seu Mansionariis ad libitum Lectiones in Matutino legendas: quo stante, quaesitum fuit, an Canonicus, quem Episcopus Pro-Vicarium deputaverat, talem legendi provinciam sibi iniunclam renuere possit.

Et S. R. C. respondit: « Quod si interveniat in Choro uti Canonicus, debent obedire ». Die 2 Maii 1626.

402. NULLIUS TERRAE PESCIAE. (628)

Cum adesset in terra Pesciae Ecclesia Hospitalis SS. Philippi et Iacobi, fuit illa profanata, eius reditibus conversis in erectionem Monasterii Monialium S. Mariae Novae, cl cum aliqui pii illius Terrae, auctoritate Praepositi, dictum locum profanatum reducentes ad Ecclesiam, in ea fundaverunt Societatem de Morte, et volentes modo in ea celebrare festum dictorum SS. Philippi el Iacobi, fuerunt a Praeposito dictae Terrae prohibiti, ex eo quod Moniales praedictae dictum festum celebrent: unde recursum habuerunt ad hanc S. R. C., quae respondit: « Si Ecclesia praedicta est sub eodem titulo restituta, posse illos dictum festum celebrare ». Die 2 Maii 1626.

403. SYRACUSANA. (630)

Matrix Ecclesia Parochialis S. Georgii Civitatis Ragusii Dioecesis Syracusanae, cum quotannis celebret solemnem Processionem SS. Corporis Christi, tam in die ipsius Festi quam in octava, conquesta est Ecclesiam S. Ioannis Baptistae dictae Matrici adnexam el unitam, faciendo in octava praedicta Processionem eodem tempore, sub praetextu quod sil aggregata Archiconfraterniiati S. Petri, vel S. Mariae supra Minervam de Urbe, deviare Presbyteros et Clericos e dicta Matrice, cuius Parochus el Procuratores petierunt prohiberi;

Et S. R. C. « Prohibuit fieri dictam Processionem ». Die 2 Maii 1626.

404. BURGEN. (631)

Episcopus Burgen. tria sibi declarari petiit a S. R. C.

1. Stante, quod Decanus el Capitulum Ecclesiae suae Calhedralis ab annis IS circiter, dimisso antiquo el proprio eiusdem Ecclesiae Oflicio, assumpserit Officium Romanum, retentis tamen caeremoniis ibi usitatis, quae tamen postea fuerunt, ul plurimum, immutatae et permixtae, diversis diversa observantibus; quaerit: an Capitulum acceptando Officium Romanum, teneatur vel non teneatur observare eliam caeremonias Romanas, el an ad eas observandas compelli debeat per Episcopum? Ad quod S. R. C. respondit: « Exprimi qualitates caeremoniarum retentarum ».

2. Peliil: an ob quasdam Missas Votivas fundatas in dicta Ecclesia Burgen. ad Altare maius certis diebus hebdomadae secundae post Pascha, possit licite omitti Missa Con-

ventualis? Ad quod S. R. C. respondit: «Non posse omitti ».

3. An die celebrationis Capituli diclae Ecclesiae, si tempore Quadragesimae, quatuor Temporum, vel Vigiliae incidat festum duplex, vel semiduplex, vel dies octavae; an ratione dicti Capituli possit omitti Missa de Feria, vel de Vigilia? Et S. R. C. pariter respondit: « Non posse omitti ». Die Hi Maii <626.

405. COMPSANA. (632)

Clerus Ecclesiae Matricis Passipagani Dioecesis Compsanae petiit prohiberi Minoribus Fratribus Convenlualibus, ne in Sabbato Sancto pulsent Campanas ante Ecclesiam Matricem ; et S. R. C. mandavit: « Archiepiscopum procedere debere ad poenas ». Die 16 Maii 1626.

406. PENNEN. * (633)

Canonici Calhedralis Ecclesiae Pennen. exposuerunt, Episcopum praetendere, quod dicli Canonici in eorum habilu canonical!, ipsum a proprio Episcopii cubiculo cnm rochello el mozzelta indutum comilentur ad Ecclesiam, ubi eliam sic vestitus assistit Missis el Vesperis; item, quod ipsi Episcopo, sic ut supra induto, Canonici assistentes teneantur birelum imponere el deponere, nec non omnes simul ad circulum convenire; el quod dictos circulos Episcopus exigat etiam extra Calhedralem a quibuscumque Presbyteris et Clericis, Canonicis Calhedralis absentibus. Unde petierunt declarari, an ipsi ad praedicta teneantur, et an Episcopus possit, ut supra, circulos convocare.

Et S. R. C. respondit: « Nihil de praedictis Episcopo licere ». Die 16 Maii 1626.

407. NEAPOLITANA. (634)

Parochi Terlierii Capitis Montis Dioecesis Neapolitanae conqueruntur de Archipresbytero qui praetendit praecedentiam in funeralibus, non obstante quod dictus Archipresbyteratus sil simplex Beneficium, cuius sunt capaces eliam Clerici primae tonsurae, quos, putant, indecens esse praeferri Presbyteris.

El S. II. C. respondit : « Non esse inconveniens, quod quis ratione Dignitatis praecedat eos, qui sunt in ordine maiores ». Die 6 Iunii 1626.

108. SAYONEN. (638)

Narratum fuit pro parte Capituli Cathedrali- Ecclesiae Savonen., in ea Civitate solitum esse fieri Processiones quasdam cum delatione statuae sive imaginis B. Virginis immediate post ipsum Capitulum Calhedralis, el quod Episcopus Costa antecessor erat solitus incedere inter duas primas Dignitates dicti Capituli, ad exemplum Illud D. Borromaei Metropolitani, qui sic incedit. Sed quod modernus Episcopus vult post dictum Capitulum incedere solus, sequente sua familia, deinde eliam Vicario suo cum magno numero Clericorum el Presbyterorum, ad dictam Processionem coactorum in longo ordine in habilu nigro, qui interponunt se inter Capitulum et imaginem praedictam, non sine scandalo, ut narratum est; el ideo supplicatum provideri, ul servet solitum, el imitetur dictum lilinum Metropolitanum.

El S. R. C. mandavit scribi Episcopo: « Videri sibi exorbitantes dictas novitates». Die 6 lunii 1626.

409. AUGUSTANA. (636)

Episcopus Augustanus' petiit tria dubia definiri:

El 1. Utrum Abbas subieclus Ordinario loci, possit concedere licentiam alteri celebrandi pontificaliler in sua Ecclesia? Ad quod S. R. C. respondit: « Transmittendum esse per manus, el videndum, si ipse habeat talem usum ».

2. Utrum Abbati Ordinis S. Benedicti conveniat usus rochelti ? El S. R. C. respondit: «Non convenire».

3. Utrum Abbati mitrato, vigore privilegii obtenti ante Concilium Tridcnlinum, licet hodie conferre Minores Ordines, consecrare Calices el benedicere Campanas, in quibus adhibetur unctio? El S. R. C. respondit: «Non licere». Die 6 Iunii 1620.

410. ANAGNINA. (640)

Fratres Minores de Observantia Reformati Conventus S. Ioannis Baptistae *dei Piglio* Anagninae Dioecesis, contendunt de praecedentia cum Convenlualibus S. Laurentii eiusdem loci, qui Conventuales allegant pro se Breve Gregorii XIII, quo disponitur illos Regulares praecedere debere, qui sunt antiquiores in loco. At Minores Observantes praedicti respondent, S. hanc C. alias die 2 Martii 1613 decrevisse dictum Breve Gregorii XIII habere locum extra Urbis districtum : in Urbis autem districtu circa praecedentiam Regularium observandum esse id quod in Urbe servatur. Et S. R. C. respondit: « Si locus, de quo agitur, est in Urbis districtu , servari debere praedictum huins S. C. decretum ». Die 20 Iunii 1626.

411. CAMERACEN. (641)

Abbas Bonae Spei Ordinis S. Benedicti Dioecesis Canieracen. petebat licentiam benedicendi Paramenta et Vasa sacra, in quibus non adhibetur sacra unctio, et reconciliandi Ecclesias, sive Cappellas, aqua per ipsum benedicta. Verum quia aqua benedicta reperilur duplex in proposito, quarum unam potest, alleram non potest Presbyter benedicere; in praecedenti Congregatione fuit dictum transmitti per manus. Hodie vero allata per me clara et indubitata distinctione, quod « Si Ecclesia non erit consecrata, potest et debet lavari per Presbyterum aqua exorcizate, quae in dies benedicitur a Presbyteris; si autem Ecclesia est consecrata, non potest reconciliari nisi per Episcopum, vel de commissione Papae, aqua per Episcopum benedicta, quae fit cum cinere et vino per Episcopum lanium ».

Proplerea S. R. C. « Concessit petita, aqua per Episcopum benedicta, et non aliter, si Ecclesia fuerit consecrata ». Die 20 Iunii 1626.

•112. NUCERINA GUALDI. (042)

Societas Presbyterorum Terrae Gualdi Nucerinae Dioecesis inter alia constituit, Priorem diclae Societatis praecedere debere omnibus Presbyteris diclae Terrae, hanc vero constitutionem propria auctoritate factam alias S. R.C. sub die 19 Decembris 1618 respondit, non afficere, neque praeiudicare iis, qui non sunt eiusdem Societatis. Modo, cum Prior el Presbyteri eiusdem Societatis nolint admittere Vicarium Saecularem Abbatiae S. Benedicti, cuius Commendatarius est Episcopus Fulginalen., in primum locum scamni ipsius Societatis, seu Congregationis, cogendo Vicarium parare sibi scamnum, in quo ipse separalim sedeat: ideo praefatus Episcopus Commendatarius petiit provideri.

El S. R. C. respondit: « Si scamnum, de quo agitur, esi proprium Societatis Presbyterorum, ul in libello supplici narratur, non videri exorbitans repugnantia Presbyterorum, nolentium dictum Vicarium in eorum scamnum recipere, nec esse inconveniens, quod ipse sibi proprium locum, vel scamnum praeparet, vel provideat ». Die 20 Iunii 1626.

413. LISBONEN. (646)

Proposito Dubio in Regno Lisbonensi excitato, videlicet : In quo habilu debeant incedere Protonolarii in Processionibus : de quo in praecedenti Congregatione dictum fuit, dari dubium pro prima;

El S. R. C. respondit: « Protonotarios incedere debere cum mantelletla et rochello ». Die 13 Iulii 1626.

414. AUGUSTANA. (646)

Proposito pariter Dubio ab Episcopo Augustano, de quo in superiori dictum fuit transmitti per manus, videlicet: Utrum Abbas subiectus Ordinario possit dare licentiam alteri Abbati exempto, vel forensi, celebrandi pontificaliler in sua Ecclesia, sine licentia Ordinarii?

Et S. R. C., re mature discussa, respondit: < Nihil ». Die 18 Iulii 1626.

415. PISAUREN. (647)

Episcopus Pisauren. exposuit, Magistratum diclae Civitatis assistentem Missis et Vesperis in Calhedrali, incensum, pacem, candelas, palmas el cineres recipere post Canonicos, iuxta formam libri Caeremonialis; sed in Processionibus el aliis, quae fiunt infra annum, dum in medio Ecclesiae alicuius, quam ingrediuntur, ponitur pro Episcopo genufiexorium, el hinc inde a lateribus duo scamna, dictum Magistratum praetendere locum digniorem; unde petiit declarari, utri dandus sit dignior hic locus, an Canonicis, an Magistratui?

Et S. R. C. respondit: « Servandum Caeremoniale in omnibus ». Die 18 Iulii 1626.

41G. CALAGURITANA. (648)

Episcopus Calagurilanus in Synodo celebrata anno 1620 decrevit, pacem non amplius dandam esse cum patena consecrata, ul fiebat, sed alia non consecrata ad hunc effectum destinata ; neque per Diaconum aut Subdiaconum, sed per alium Ministrum colla indutum. Hem nulli laico, eliam Domino loci, dandum incensum, neque librum Missalis ad osculandum textum Evangelii,quod Decretum cum patiatur controversiam, supplicat idem Episcopus ul suum Decretum omni iuris remedio el appellatione postposita, exequatur.

El S. R. C. respondit el mandavit: «Servari Caeremoniale, quo vero ad praedictum Decretum, Nihil ». Die 18 Iulii 1626.

417. CASERTANA. (661)

Canonici Altaris maioris Ecclesiae Calhedralis Casertae narrant, in Processione Rosarii , quae lit in qualibet prima Dominica mensis, et Processione SS. Sacramenti, quae

fil m qualibet Dominica tertia, Celebrantem, sumpto pluviali, intonare hymnos, quibus explicit! idem Celebrans dicit Orationem : prout et in quolibet Sabbato Quadragesimali in Processione, quae fit a Choro ad Altare Rosam, intonari solet Sfl/ce *Regina* ab eodem Hebdomadario, qui dicturus est Orationem : qui pariter in Completorio solet intonare *Te lucis etc.,* el in fine Officii antiphonam Beatae Mariae, et dicere Orationem. Orta modo controversia inter dictos Canonicos Hebdomadarios et Primicerium, qui praetendit ipsi competere dictas intonaliones et Celebranti reservare dumtaxat Orationem, supplicatur praedicta definiri.

Et S. R. C. respondit: < Hebdomadarium paratum facere debere omnia sibi convenientia ». Die *ï1* Augusti 4626.

418. CASERTANA. (662)

Iidem Canonici Ecclesiae Caserlanae Hebdomadarii conqueruntur de Dignitatibus, quae negant primam Sedem Hebdomadario, quando facit Officium, contra Decretum Caeremonialis lib. 2, cap. 3 el 6, unde petunt decerni sibi primam Sedem iuxta formam Caeremonialis, non obstante praesenti consuetudine.

Et S. R. C. respondit: < Paratis tantum Hebdomadariis concedendam primam Sedem ». Die 22 Augusti 1626.

419. TARRACINEN. (663)

Magistratus Setiae Dioecesis Tarracinensis narrat se in associatione Episcopi el Processionibus ire ante Episcopum el simul cum Vicario: supplicat sibi concedi, ut eat post et non ante Episcopum, nec cum Vicario.

El S. tt. C. mandavit: « Servari Caeremoniale ». Die 12 Septembris 1626.

420. NUCERIAE PAGANORUM. (666)

Episcopus Nuceriae Paganorum prohibuerat Ecclesiis SS. Sacramenti Nuceriae nuperioris, et B. M. de Carmine inferioris Nucerinae Dioecesis relinere SS. Sacramentum, ex quo non erant Parochiales : el habito recursu, S. C. approbavit Decretum Episcopi, qui tamen modo scripsit in favorem dictarum Ecclesiarum, narrans se ideo prohibuisse, ul Oeconomi diclae Ecclesiae recurrerent pro licentia ad S. C., prout recurrerunt.

El S. R. C. respondit : « Nihil, quia ubique prohibitum est ». Die 12 Septembris 1626.

421. PAP1EN. (667)

Cum in Civitate Papiensi ultra Canonicos el Cappellanos Ecclesiae Calhedralis, adsim etiam Canonici Ecclesiae S. Michaelis, ad evitandas contentiones supplicatum fuit declarari, quando in funeralibus vel aliis functionibus conveniunt praedicti Cappellani Calhedralis, non cum Capitulo neque sub eius Cruce, et praedicti Canonici S. Michaelis, utri eorum debeant praecedere?

Et S. R. C. respondit: « Canonicis praedictis praecedentiam deberi, nisi forte adesset consuetudo immemorabilis in contrarium ». Die 12 Septembris 1620.

422. M1RANDULAE. (668)

Relatis literis Vicarii Region, respondentis ad Hieras S. C. super praecedentia Praepositi Mirandulani, qui tamquam Protonolarius vult cum rochetlo incedere post Celebrantem el eius Ministros, contra solitum aliorum Praepositorum.

Et S. R. C.: « Mandavit scribi dicto Praeposito, ut vadat ad locum ordinarium aliorum Praepositorum, el non post Celebrantem ». Die 7 Novembris 1626.

423. 1MOLEN. (659)

Magister Caeremoniarum Ecclesiae Imolen. postulavit declarari : an Diaconus accedens ad Altare, vel solus vel cum Celebrante, teneatur in accessu el recessu osculari Altare ?

Ei S. R. C. respondit: «Servari Rubricas ». Die 21 Novembris 1626.

424. NUCERIAE PAGANORUM. (660)

Riîius D. Trivultius Episcopus Nuceriae Paganorum postulavit declarari : an Rector Ecclesiae Parochialis, qui curam per Cappellanos exercet, teneatur Ordinarium cum rochetlo et mozzelta ad illius Ecclesiam accedentem, ad valvas Ecclesiae recipere cum superpelliceo el aspersorio?

El S. R. C. respondit: «Teneri ». Die 21 Nov. 1626.

425. URBIS (661)

S. HIERONYMI ILLYRICORUM.

Archipresbyter Ecclesiae Sancti Hieronymi Illyricorum conquerebatur de duobus: 1. quod hebdomadarius supra eum praecedentiam praetendebat in Choro: 2. quod sibi denegabantur 1res thunlicationes consuetae: et referente Illiho D. Cardinali Pe-

retto, cui haec causa a S. C. fuerat commissa, eadem S. R. C. censuil el decrevit:

« Quoad 1. Hebdomadarium sive cum colla, sive cum pluviali debere semper praecedere ab ea pario, in qua adesi titulus Chori, ipso Archipresbytero ex altera parte existente ».

2. < Quo vero ad thurificationem, triplici ductu thurificari debere dictum Archipresbyterum iuxta solitum ». Die 21 Novembris 1626.

426. TARRACONEN. (663)

Magister Caeremoniarum Ecclesiae Tarraconen. petiit declarari : an illa interrogatio, de qua in Pontificali, posita in consecrationibus, videlicet: *Scitis eum esse dignum,* sil omittenda, quandoquidem in Romana Curia omittitur in Consecrationibus Episcoporum? Et S. R. C. respondit : « Servandum esse Pontificale ». Et ita fieri mandavit. Die 21 Novembris 1626.

427. OSTUNEN. (664)

ArchidiaconusOstunen. conquestus est de Vicario illius Ecclesiae, quod cum cotla vult ipsum praecedere tamquam Vicarius, el nihilominus participare de distributionibus, quod videtur contra alias ab hac S. C. decreta. El S. R. C. respondit : « Didum Vicarium hoc facere non posse, nec debere». Die 21 Novembris 1626.

428. URBIS. (666)

Cum Anno sequenti Feria quatuor Temporum Septembris incidat in 16 diem illius Mensis, el sic in Octavani Nativitatis Beatae Virginis, quaesitum fuit a P. Gavanlo, quaenam Praefatio dici debeat in Missa Conventuali de Feria; an scilicet ferialis, an vero B.Mariae?El S.R.C. respondit: «Dicendam Praefationem ferialem in dicta Missa de Feria Conventuali ». Die 12 Decembris 1626.

429. NICIEN. (666)

Episcopus Nicien. respondit S. C., se postposuisse Minores de Observantia Reformatos Capuccinis, non ex eo quod indicaverit dictos Reformatos esse novos Religiosos, sed quia dicti Reformati nuperrime venerint ad habitandum in Civitate Nicien., sequendo Constitutionem Gregorii XIII. Haec tamen loquitur de erigentibus novam domum vel monasterium, quod non est in casu isto, in quo dicti Reformati iverunt ad habitandum in Monasterio antiquo S. Francisci, in quo soliti sunt habitare et manere Observantes dictae Regulae. Unde cum monasterium sil antiquum el eiusdem Regulae,

S. R. C. censuil: «Dictos Reformatos non esse sua praecedentia privandos, prout dicto Episcopo de ordine S. C. scriptum est ». Die 12 Decembris 1626.

430. IANUEN. (670)

Massarii el Procuratores Ecclesiae Collegiatae S. Mariae Vinearum Genuae, conquesti sunt de abusu omittendi Missam Conventualem occasione Missae votivae, vel de mortuis, etc. El S. R. C. respondit : « Missam Convenlualem omittendam non esse». Die 16 Ianuarii 1627.

431. PAP1EN. (671)

Canonici Collegiatae Ecclesiae S. loannis Maioris in Burgo Papiae supplicaverunt responderi qualuor dubiis ibi suborlis, et

1. An possit omitti Missa Convenlualis ob anniversarium aliquod, vel diem obitus? Et ad hoc S.R.C.respondit: «Negative». (1)

2. An consuetudo possit introduci in contrarium, nempe non canendi dictam Missam? El S. R. C. respondit: « Negative». 1^2)

Dic 16 Ianuarii 1627.

432. NICIEN. (673)

Orta alias controversia inter Episcopum Nicien. el Capitulum super incessu ad Ecclesiam ; S. C. mandavit servari Caeremoniale pro ulraque parte. Modo nolentibus Syndicis anteire Episcopum in incessu, iuxta ritum praescriptum in Caeremoniali, Episcopus supplicavit mandari eisdem Syndicis, ut si nolint observare praescriptum Caeremonialis, abstineant ab eundo. El S. R. C. respondit: «Servari omnino Caeremoniale, el quod Episcopus opportunis remediis provideat, ul observetur ». Die 20 Februarii 1627.

433. BELLUNEN. (674)

Lecta fuit Epistola Episcopi Bellunen. ad S. C. scripta supra sepultura Episcopi Sollini, in qua quaerit : An debeal concedere licentiam construendi dictam sepulturam in medio Chori, ul petitum fuit?

El S. R. C. respondil: « Posse concedi, dummodo sepulchrum non emineat supra Chori planitiem, neque immineat Altari constructo vel construendo in Confessione ». Dic 20 Februarii 1627.

(t) E. Dub. 2. — (i) E. Dull. I.

434. GERMANIAE. (681)

Praeceptores Hospitalis S. Antonii Germaniae supplicaverunt sibi sub infrascripto dubio responderi, videlicet: si Canonicus Regularis professus unius domus S. Antonii, vel ob recursum ad Superiorem, vel ob aliam legitimam causam Superioris arbitrio discesserit, retento semper habitu regulari, et adiverit aliam domum eiusdem Ordinis; an postea reversus ad suae professionis domum, habeat tamquam antianus locum stalli suae primaevae receptionis, etiam ante eos qui post ipsum, vel ante vel post ipsius discessum professionem emiserint?

Et S. R. C. respondit: «Habere eumdem locum ». Die 27 Martii 1627.

435. CALLIEN. (683)

Expositum fuit, Canonicos Ecclesiae Callien. Iam tempore praesentis Episcopi, quam duorum antecessorum, solitos esse Episcopum ad concionem audiendam venturum, a propriis aedibus exceptum ad Ecclesiam, indeque redeuntem similiter usque ad aedes comitari : quod cum modo id facere detrectent, supplicatum est nomine Ecclesiae continuari in tali observantia. S. R. C. « Mandavit servari solitum ». Die 24 Aprilis 1627.

436. TUDERTINA. (685)

Parochi Civitatis Tuderlinae quaesierunt, an Parochus qui aspergit parochianum defunctum, el eum associando usque ad Parochiam in qua deponitur, praecedit aliis; teneatur dictam praecedentiam cedere, quando cadaver deponitur in Ecclesia neque Regulari neque Parochiali ; sed habente tantum Cappellanos? Et S. R. C. mandavit: « Scribi Episcopo, quod faciat solitum observari ». Die 24 Aprilis 1627.

437. CAPUTAQUEN. (693)

Archipresbyler, Canior et Presbyteri Sancti Matthaei Terrae Siciliant Capulaquen. Dioecesis petunt responderi: An Primicerius, Cantor et Canonici Ecclesiae S. Margaritae erectae ab Episcopo in Collegialam absque confirmatione Sedis Aposlolicae, possint frui praerogativis Ecclesiae Collegialae?

El S. R. C., posito quod non habeant confirmationem Aposlolic.im, respondit: «Non posse ». Die 3 Iulii 1627.

438. SUTRINA. (694)

In Processionibus SS. Sacramenti, quae fiunt in Civitate Sutrina, unus vel duo ex confratribus Societatis, quae utpote laicorum anteii Clerum lam Saecularem quam Regularem, incedunt post Clerum immediate ante SS. Sacramentum cum campanulis; ideo Capitulum et Canonici Ecclesiae Cathedralis quaesierunt a S.R.C. an id permitti debeat, prout hactenus est toleratum?

Et S. R. C. respondit: « Non permittendum ». Die 17 Iulii 1627.

439. CASTRI DURANTIS. (696)

Andreas Lazarus Praepositus Castri Durantis quaesivit, an Vicarii eliam Prolonotarii possint benedicere paramenia Ecclesiastica, corporalia, et similia?

El S. R. C. respondit: « Non posse, etiamsi sint Protonotarii ». Die 17 Iulii 1627.

440. NICIEN. (697)

Episcopus Nicien. quaesivit: 1. An in Feriis Quadragesimae possit adsiringere Canonicos, ul a Cappellanis canere faciant Missam Convcntualem Feriae cum Diacono et Subdiacono? Hem: 2. An in Completorio ferre debeat Canonicos in Choro non in habitu Canonical), sed cum pallio el pileo manentes?

El S. R. C. respondit: Ad 1. «Posse adsIringi ».

Ad2.«Non ferendos». Die 17 Iulii 1627.

441. CASTRI DURANTIS. (699)

Petilum fuerat : An Vicarii in Missis privalis'possinl uti quatuor candelis, el duobus ministris cum colla, eo quod sint Prolonolarii? Et S. R. C. respondit: « Non competere ». Die 7 Augusti 1627.

442. AQUILEIAE. (701)

Capitulum Ecclesiae Aquileiae supplicavit circa Suffraganeum definiri dubia quatuor.

1. Quis locus debeatur Suffraganeo Aquileiae tam in Ecclesia Aquileiae, quam alibi in Dioecesi, ubi interveniam Patriarcha el Canonici Aquileiae? Et S. R. C. respondit: « Deberi primum slallum in Choro ».

2. An Suffraganeus celebrans in Ecclesia Aquileiae debeat, ultra Diaconum et Subdiaconum Canonicos, habere alium Canonicum pro Assistente? Et S. R. C. respondit: « Debere ».

3. An in ingressu Ecclesiae debeat Suffraganeo occurri, cl a quibus? Et S. R. C. respondit : « Sufficere aliquos ex Canonicis illum ad portam Ecclesiae recipere, quorum dignior aspersorium porrigat ».

4. An Suffraganeus celebrans debeat ad

Altare, absente Patriarcha, Orationem facere in faldislorio, vel ad gradus Altaris? El S. R. C. respondit: « Lectum ». Die 7 Augusti 1627.

443. LISBONEN. (70S)

Thesaurarius et Magister Caeremoniarum Gappellae Regiae Lisbonensis supplicaverunt declarari: An Archiepiscopus ante Pallii receptionem possit in sua Ecclesia exercere Pontificalia? El S. R. C. respondit: « Expectandum Pallium ». Die 7 Augusti 1627.

444. TULLEN. (706)

Nomine Episcopi Silhien. Suffraganei et Administratoris in spiritualibus Ecclesiae Tullen. petitum fuit a S. C. declarari :

1. Quem locum in Ecclesia Tullen. debeat oblinere?

2. An in eius praesentia Decanus Ecclesiae absolutionem generalem facere, el benedictionem Sacerdoti praedicare volenti, dare possit?

3. An eidem dari debeat incensum a Diacono, vel aliis ministrantibus, antequam detur Gubernatori Civitatis?

El S. R. C. respondit:

Ad 1. «Deberi primum stalluminChoro».

Ad 2. « Non ad Decanum, sed ad ipsum Suffraganeum Administratorem praesentem perlinere absolutionem generalem facere el benedictionem Concionatori impertiri ».

Ad 3. « Eidem deberi honorem thuris per manus Diaconi vel alterius ministrantis, ante Gubernatorem Civitatis el alios quoscumque ». Die 7 Augusti 1627.

445. URBIS. (708)

Conquerenlibus Canonicis el Capitulo Basilicae S. Mariae Maioris de Urbe, quod in deferendis ad eorum Ecclesiam defundis, Parochi dictorum defunctorum praetendunt praecedere his, qui a dicta Basilica vel Capitulo ad defunctum cum Stola recipiendum et deducendum transmittuntur.

S. R. C., referente Ulmo D. Card. Millino, cui causa erat commissa, decrevit: « Dictos Ministros Patriarchalium Ecclesiarum cum Stola praeferri et praecedere proprio Parocho debere ». Die 25 Septembris 1027.

440. MONTIS REGALIS. (714)

Prior et Contraires S. Sebasliani Terrae Cursi Civitatis nuncupatae, Montis Regalis Dioecesis, asserentes se solitos esse exponere in eorum Oratorio SS. Sacramentum occasione quadraginta horarum, petierunt licentiam illud relinendi in diem sequentem, assumendum a Sacerdote in crastinum celebraturo; item relinendi Particulas, si quae supersunt in Communione Confratrum, non obstante contradictione Parochi, qui illas vult asportare in suam Parochiam ; nec non construendi sepulturam peculiarem in dido eorum Oratorio pro Confralribus ; el demum inhibendi Confraiemitati Angeli Custodis, ne faciat Processionem eodem die quo facit Confralernitas S. Sebasliani.

El S. R. C. * Quoad retentionem SS. Sacramenti usque in diem sequentem concessit: quoad vero prohibitionem Confralernitali Angeli Custodis, ne Processionem faciat eodem die, Episcopus provideat». Die 20 Novembris 1627.

447. 1NTERAMNEN. (716)

Vicarius Generalis Civitatis Interamnae literis ad Sac. Congr. super Episcopos directis exposuit, Fratres Carmelitanos illius Civitatis in effodiendis lapidibus cuiusdam Ecclesiae dirutae extra Civitatem non longe distantis, invenisse sepulchrum quoddam, et in eo reconditum caput foeminae, quod creditur esse sanctae, cum inscriptione graeco idiomale apposita, el illuc accurrere coepisse magnam pariem populi ob devotionem erga illud caput, quod ipse includi mandavit in capsa, el reponi pro inierim in Sacrario Cathedralis Ecclesiae, expeclans responsum, quid de eo facere deberet ; el dictis literis una cum inscriptione per S. C. Episcoporum ad hanc S. R. C. remissis ; eadem Sac. Congr. cognito, quod ex scripturis nil certi potest colligi, mandavit: « Scribi Vicario, ut dictum caput reponi faciat in coemeterio absque ulla veneratione». Die 11 Decembris 1627.

448. THEATINA (717)
TERRAE BUCCAN1CI.

Guardianus el Fratres Minores Convenluales Ordinis S. Francisci Terrae Buccanici Theatinae Dioecesis, conquesti sunt de Parocho dictae Terrae circa plura:

1. Quod praetendat facere Officia super cadaveribus in Ecclesiis ipsorum Regularium, el petierunt prohiberi. El S. R. C. « Prohibuit ».

2. Quod idem Parochus praetendat ab ipsis Regularibus quartam funeralium ratione decimarum, quae ab immemorabili nunquam solutae fuerunt. Et S. R. C. respondit : «Dictam quartam non deberi».

3. Quod prohibeat dictis Regularibus Processiones facere extra Claustra Monasterii. Et S. R. C. « Alias providebit ».

4. Quod iaclet se velle impedire diclis Regularibus erectionem propriae Crucis in Processionibus, aliisque publicis actibus. Et S. R. C. respondit: <Posse prohiberi in funeralibus, quando cadavera non deferuntur in eorum Ecclesiis ; in aliis vero Processionibus nequaquam ». Die 11 Decembris 1627.

449. COLONIEN. (719)

Dignitates el Canonici Metropolitanae Ecclesiae Colonien. narrantes in Processionibus, quae fiunt per annum absque SSmo Sacramento, convenire omnia Capitula Collegiatorum eiusdem Civitatis, quarum Praepositi conveniunt induti pluvialibus, petierunt: an Praepositi sic induti debeant admitti cum Canonicis dictae Metropolitanae, prout admittuntur, quando in Processione cum SS. Sacramento Dignitates etiam Metropolitanae induunt pluvialia: vel definiri, quid in posterum servandum sit?

Et S. R. C. respondit: « In Processionibus sine Sacramento Dignitates Collegiatorum incedere debere cum suis Capitulis sine pluvialibus». Die 29 Ianuarii 1628.

450. ASCULANA. (721)

Monachi Olivetani Civitatis Asculi exponentes: 1. Curatos Saeculares eiusdem Civitatis ingredi cum Stola in functionibus ac aliis publicis Processionibus per limites Parochiae ipsorum : et viceversa prohibere ipsis Regularibus, ne ipsorum Curatus pariter cum Stola ingrediatur per Parochias locorum Saecularium ;

2. Eosdem Curatos Saeculares nolle admittere inter ipsos Curatum ipsorum Monachorum , sed velle ul eat post Crucem ipsorum Regularium;

3. Ipsos Curatos Saeculares in domibus decedentium in Parochia Regularium velle facere Officium circa dicta cadavera ; supplicarunt provideri.

Et S. R. C. in omnibus supradiclis respondit: «Ad favorem dictorum Monachorum ». Die 29 Ianuarii 1628.

451. SUTRINA. (722)

In Causa inter Angelum Pancratium el Men unum Rosam, Canonicos Sacerdotes Ecclesiae Collegialae S. Ioannis Terrae Capranicae Sutrinae Dioecesis, el alios Canonicos non Sacerdotes eiusdem Collegialae super prae· edentia ipsorum, referente Ilhuo Pio, S. R. C. mandavit: «Servari in dicta Collegiata S. Ioannis Decretum pro Ecclesia Tropien. facium die 17 Iunii 1606, dummodo in dicta Collegiata S. Ioannis sint distinctae Praebendae». Die 29 Ianuarii 1628.

452. AQUINATEM. (724)

Primicerius el alii Canonici Collegialae Ecclesiae S. Barlholomaei de Ponte Curvo Aquinaten. Dioecesis supplicarunt declarari benedictiones candelarum, cinerum el palmarum, impedito Archipresbylero, spectare ad digniorem Canonicum ordine successivo, et non ad alios arbitrio dicti Archipresbyleri, iuxla alias decreta in Civitatis Castellanae Terrae Arignani 22 Ianuarii 1618.

Et S. R. C. respondit : « Archipresbyterum posse deputare quem voluerit, ex quo non sumus in Ecclesia vere Collegiata ». Die 26 Februarii 1628.

453. BRUNDUSINA. (72»)

Capitulum Rrnndusinum exponens Archidiaconum , ut primam Dignitatem, velle facere functiones cinerum, palmarum el candelarum, sed recusare postea cantare Missam, praetendens hoc spectare ad Canonicum el non ad Dignitates; supplicat declarari, ad quem spectet talis Missae celebratio?

Et S. R. C. respondit: « Functiones huiusmodi spectare ad primam Dignitatem, dummodo ipsa etiam cantet postea Missam, rout etiam alias declaravit ». Die 26 Feruarii 1628.

45 k SPOLETANA PEDISLUCI. (727)

Orta differentia inter Vincentium Honoratum el Eleutherium Zuccarum loci Pedislnci Spoletanac Dioecesis, ambos ad Cappellam S. Acgidii dicli loci eodem tempore pracsenlalos; fuit quaesitum, cuinam ipsorum debeatur praecellentia in Choro, Processionibus el aliis actibus publicis, an prius nominato, an vero prius Ordine Sacerdotali insignito?

Et S. R. C. respondit: « Praecedentiam deberi prius ordinato Sacerdoti, prout et alias respondit ». Die 26 Februarii 1628.

455. 1ANUEN. (728)

Cappellani Collegialae Ecclesiae S. Mariae Vinearum nuncupatae, valde dolentes conquesti sunt de Canonicis dictae Collegialae , quod, dimisso proprio el antiquo habitu nigro, propria auctoritate, praeter Praepositum, qui est caput Capituli, habi-

tum violaceum cum cremisino induerint, quod cura eis non licuerit, institerunt mandari deponi.

Et S. R. C. mandavit: « Canonicos deponere habitum violaceum ». Die 20 Februarii 1028.

456. CAESARAUGUSTANA. (732)

Capitulum Metropolitanae Ecclesiae Civitatis Caesarauguslanae ad effugienda iurgia et pro bono pacis inter ipsum Capitulum et Priorem et Canonicos Ecclesiae Collegialae B. M. de Pilar, praetendentes debere admitti ad circulos una cum Canonicis dictae Metropolitanae, quotiescumque Missam coram Archiepiscopo solemniler celebratur, iuxla formam Caeremonialis cap. 21, lib. 1: nec teneri genufleclere ad benedictionem solemnem Archiepiscopi in Missa et Vesperis, ad instar Canonicorum dictae Metropolitanae, qui tantum profunde caput inclinant, consuluit hanc S. C. pro responsione.

Et S. R.C. respondit: « Priorem et Canonicos Collegialae Ecclesiae B. Mariae de Pilar non esse admittendos ad circulos cum Canonicis Metropolitanae, qui fiunt coram Archiepiscopo, eosderaque Priorem el Canonicos de Pilar teneri genufleclere ad benedictiones solemnes Archiepiscopi, tam in Missa quam in Vesperis ». Die 27 Martii 1628.

457. SALERNITANA. (733)

Prior el Canonici Collegialae Ecclesiae Solofrao Salernitanae Dioecesis conquerenles de Vicario foraneo, qui, sub praetextu consuetudinis, vult ipse praecedentiam super Canonicos el Dignitates in Choro el extra: quod cum repugnet Caeremoniali el resolutionibus alias factis ab hac S. C., supplicarunt responderi: an conveniat, stante quod in Bulla Clementis VIII adest clausula, sublata quacumque consuetudine. Proul pariter petierunt coerceri praelensionem el arrogantiam Prioris Ordinis S. Augustini, qui similiter sub eodem praetextu consuetudinis, praecedentiam sibi arrogavit in publicis Processionibus supra Canonicos et Clerum Saecularem.

El S. R. C. respondit: « Vicario foraneo nullam deberi praecedentiam ratione sui Vicariatus, non obstante contraria consuetudine, proul etiam dictum Priorem S. Augustini cedere debere Canonicis el Clero Saeculari, non obstante quacumque contraria consuetudine ». Die 27 Martii 1628.

458. CAIETANA. (73»)

Vicarius Capitularis Civitatis Caietae petiit declarari: an Canonici et Dignitates in Processione SS. Sacramenti incedere debeant sacris vestibus induti, Episcopo non deferente SS. Eucharistiae Sacramentum, ex quo dispositio Caeremonialis videtur loqui tantum de Episcopo deferente.

El S. R. C. respondit: «Canonicos et Dignitates vestes sacras utroque casu induere debere in honorem tanti Sacramenti, prout disponitur in Caeremoniali lib. 2, cap. 33, circa finem ». Die 27 Martii 1028.

459. NEPESINA. (737)

in Calhedrali Nepesina adest a primaeva erectione Capitulum cum octo Canonicis, qui a decem annis circiter ex diversis legalis piis, sequentes mentes testatorum, recepeiunt inter ipsos alios quinque, quos supranumerarios appellarunt, cum stallo in Choro et voce in Capitulo, adeo ul quoad onera el honores teneantur el habeantur proul Canonici de numero: praeter proventus Terrarum Monlis Martis distribuendos inter Canonicos de numero, et nullo unquam tempore inter Canonicos supranumerarios. Mox vero, decedente aliquo Canonico de numero, Canonici supranumerarii praecedentiam sibi arrogarunt super Canonicis de numero postea provisis. Quare cum inconveniens videatur ul Canonici supranumerarii, qui non habent integrum ius in Canonicam, praeferantur veris Canonicis de numero, licet postea provisis; supplicatum fuit declarari: an stante consuetudine decennali, quod Canonici supranumerarii praecedentiam habuerint super veris Canonicis de numero postea provisis, talis consuetudo sil attendenda.

Et S. R. C. respondit: « Canonicos supranumerarios in casu, de quo agitur, praecedere debere Canonicos de numero postea receptos ». Die 27 Martii 1628.

460. URBIS. (740)

Occasione liberculi impressi cum inscriptione: *Stato dell' Anime dei Purgatorio,* compositi per P. Martinum de Roa Societatis lesu, in Urbe apud Franciscum Cavalium, fuit a S. R. C. petitum: an tuta conscientia et licite possent recitari Missae S. Gregorii ascendentes ad num. 48, modo el forma in dicto libello descripta, etiam in diebus festivis. Et S. R. C. ad removendum hunc abusum et alios qui

irrepserunt, mandavit: «Extendi Decretum circa abusus, imprimi, affigi el asservari in omnibus Sacristiis Ecclesiarum, tam Saecularium quam Regularium , etiam Patriarchalium , Metropolitanarum , Cathedralium, Collegiatarum, et aliarum quarumcumque ».

S. R. C. ad tollendos abusus, qui variis in locis irrepserunt, re mature discussa, censuil el decrevit:

1. « Non potuisse nec posse locorum Ordinarios, tam Saeculares quam Regulares, addere Calendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat quae Breviarii Romani Rubricis, vel S. R. C., vel Sedis Apostolicae licentia conceduntur ».

2. « Insuper vetuit et prohibuit celebrari per lotam Civitatem vel Dioecesim, etiam de cuiuscumque Ordinarii auctoritate, Missam vel Festum cum Officio de Sancto, eo quod in loco adsit Ecclesia Parochialis, 'el Regularis, aut aliqua Reliquia: sed tantum in ipsius sancti Ecclesia titulari, seu ubi asservatur Insignis reliquia, el non alibi ».

3. « Insignes autem Reliquias declaravit esse Corpus, Caput, Brachium, Crus, aut illam pariem corporis in qua passus est Martyr, modo sit integra el non parva, et legitime ab Ordinariis approbata ».

4. < Missas item, quae circumferuntur S. Gregorii pro vivis el defunctis, quindecim auxiliatorum, et de Patre aeterno, a S. II. C. non approbatas: el quascumque alias, exceptis iis quae sunt permissae Regularibus lanium: veluli Rosarii, Sanctae Mariae de Carmelo, el alias: sicut etiam Officia ab eadem non approbata, prohibuit, reiecit omnino et damnavit respective, el pro prohibitis, reiectis et damnatis haberi voluit ».

β. « Quae omnia decrevit, statuit et mandavit sub poenis contentis in Bullis Pii Y initio Breviarii el Missilis positis, quod scilicet non satisfaciant muneri recitandi Divini Officii; quo vero ad utentes supradictis Missis, sub aliis poenis contenti' in Indice Librorum prohibitorum ex Decreto Concilii Tridenlini edito ».

0. 4 Et ne praemissorum ignorantia possit ab aliquo praetendi, neque oblivio possit ullo umquam tempore irrepere, eadem S. R. C. voluit et ordinavit, Decreta huiusmodi affigi in Sacristiis omnium Ecclesiarum, tam Saecularium quam Regularium, etiam Palriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, et aliarum quarum< umque, in eisque perpetuo asservari ».

Facta demum relatione horum Decretorum SS. D. N. Urbano Papae VIII, ea laudavit, approbavit, atque ab omnibus ubique sub praedictis poenis servari praecepit. Die 8 Aprilis 1628.

461. ASCULANA. (741)

Orta differentia inter Magistratum Terrae Offidae et Canonicos Collegialae eiusdem Terrae super praecedentia in Ecclesia, funeribus et aliis actibus publicis, quando dicti Canonici non interveniunt collegialiler nec cum habitu canonical!, sed cum habitu ordinario el uti singuli;

S. R. C., referente Illffio Torres, censuil: « Praecedentiam deberi Magistratui, proui idem alias declaravit; et mandavit scribi Episcopo Asculano, ut provideat, ne Canonici in posterum in Ecclesia incedant sine habitu canonical! ». Dic 12 Iunii 1628.

462. DERTUSEN. (742)

Prior el Canonici Calhedralis Derlusen. conquesti sunt de Beneficialis el Rectoribus eiusdem Calhedralis, quod cum celebrantur divina Officia et recitantur Horae Canonicae, congregentur in ipsa Calhedrali pro tractandis negotiis ipsorum, el proplerea supplicaverunt prohiberi.

Et S. R. C. respondit: < Prohibendos, nec licere tempore divinorum Officiorum facere Congregationes nec Capitulum, prout etiam alias idem declaravit in una Egilanien. 10 Iunii, et in Conimbricen. 14 Decembris 1602, in quibus contra facientes puniendos esse in amissione quotidianarum distributionum » declaravit. Die 12 Iunii 1628.

463. PULONIAE. (743)

Secretaries Regis Poloniae supplicavit pro approbatione Litaniarum in honorem S. Slanislai, quae solent recitari in Cappella dicti sancti; et S. R. C. respondit : « Nihil », prout idem alias in una Alexandrina 15 Martii 1608 ad 16, in qua fuit dictum, « S. R. C. non solere approbare alias Litanias praeter impressas in Breviario Romano, et eas quae recitantur in Domo Laurelana ». Die 12 Iunii 1628.

464. VICENTINA. (747)

Illihus et Rmus I). Card. Cornelius profecturus ad suam Ecclesiam Vicenlinam, petiit a S, R. C. infrascripta:

1. An Canonici Calhedralis associantes cum in habitu ordinario, videlicet cum sol-

tana cl *ferraiolo,* teneantur anteire vel sequi. Et ad hoc S. R. C. respopdil: « Canonicos in habitu eorum ordinario associantes Episcopum Cardinalem debere anteire et non sequi, proui declaratum fuit pro Ecclesia Patavina , ad instantiam Ulmi Cardinalis Valerii ».

2. An Canonici suae Calhedralis teneantur eodem modo, quo illum excipiunt a propria *camera,* pari modo reducere. El S. R. C. respondit : « Canonicos teneri pari modo reducere, quo excipiunt, prout alias declaravit ».

3. An Vicarius Generalis, tam praesente quam absente Episcopo, praecedentiam supra Capitulum habere debeat? El S. R. C. respondit : « Videndum quid iuris ».

4. Quomodo Canonici exire debeant e Sacrislia pro inchoando divino Officio, an ordinalim bini, praecedente Cruce; an in confuso el prout eis libuerit: cum Caeremoniale lib. 2, cap. 6 in principio, disponat ordinalim procedendum. El S. R. C. respondit: « Caeremoniale esse inlelligendum in diebus solemnioribus ». Die 12 Iulii 1628.

465. CAPUTAQUEN. (748)

Ulmo Pio referente dubium alias in S. R. C. resolutum, nempe: an Episcopus possit auctoritate sua ordinaria concedere signum Canonicis suae Calhedralis, vel alterius Collegiatae suae Dioecesis, seu eliam mutare iam concessum a Sede Apostolica? Eadem S. C. censuil: « Episcopis id minine licere, sed recurrendum esse ad SS. ». Dio 12 Iulii 1628.

466. MESSANEN. (752)

Illino Millino referente petitionem, imo potius querelam Senatus el Archiepiscopi Messanen., super renilenlia Prioris Ecclesiae S. Ioannis Baptistae Ordinis Hierosolymitani, prohibentis Arcbiepiscopum, ne accédai ad dictam Ecclesiam, tamquam exemptam a jurisdictione Ordinarii, ad faciendas Processiones el alia Pontificalia exercenda, el ne in ea baldachinum erigat.

S. R. C., citato Procuratore Prioris dictae Ecclesiae Hierosolymitanae, respondit: « Pro Archiepiscopo, et mandavit ul Prior dictae Ecclesiae obedial huic Decreto, qui, si aliquid adducere postea pro suo iure intendat , comparcat in S. C., ubi benigne audietur, proui idem responsum fuit in una Tullen. 6 Decembris 1613 ». Die 12 Iulii 1628.

467. BÜRGEN. (756)

Episcopus Burgen. petiit: an in Processionibus SS. Sacramenti et aliis, quaelibet Ecclesia Collegiala possit deferre propriam Crucem, an vero omnes Collegiaiae incedere debeant sub Cruce Calhedralis?

El S. R. C. respondit: «Sub Cruce Cleri totum Clerum incedere debere, nisi adsit consuetudo contraria, quae erit probanda ». Die 12 Iulii 1628.

468. CASSANEN. (757)

Hieronymus Eagus Canonicus Cassanen. conquestus est de Mario Granito pariter Canonico eiusdem Calhedralis, quod adeptus pinguiorem Canonicaluin in eadem Ecclesia praetendat retinere primum stallum et locum Canonicalus iam dimissi.

Et S. R. C. respondit: « Non posse relinere stallum Canonicalus iam dimissi, prout idem alias declaratum fuit ». Die 12 Iulii 1628.

469. MELPHITEN. (758)

Vicarius Meiphili asserens se habere praecedentiam super Canonicos, etiam quod sit cum colla, tamquam unus ex Canonicis, nec non, absente Episcopo, deosculari textum Evangelii; supplicavit declarari dictas praerogativas sibi competere, prout hactenus habuit, el ab immemorabili habuerunt Vicarii pro tempore absque ulla contradictione.

El S. R. C. respondit: « Vanas esse praetensiones Vicarii Melphili, el nihil ex supradiclis ei competere ». Die 12 Iui. 1628.

470. 1ANUEN. (760)

Patriarcha Marinus Archiepiscopus lanuen., viso Decreto huius S. C. contra abusus emanato, literis suis exposuit, se aegre ferre prohibitionem apponendi in Calendariis propriis Officia Sanctorum particularium alicuius loci, praetendens id esse contra Sacros Canones.

El S. R. C. mandavit: « Scribi eidem Archiepiscopo, ut transmittat Calendarium lanucnse cum nota, quare non concordet cum Calendario Romano, el inierim servari Decretum contra abusus». Die 12 Iulii 4628.

471. ISERN1AE. (761)

Archipresbyler Calhedralis Iscmiao petiit definiri : an possit Episcopus arbitrio suo eligere alium in Chori Rectorem, in praeiudicium ipsius Archipresbyteri.

El S. R. G. respondit : « Neque Episcopum, neque eius Vicarium posse eligere alium in Rectorem Chori, sub praetextu quod Chorus non recte gubernetur, absque expressa licentia Sedis Apostolicae ». Die 7 Augusti 1628.

472. IMOLEN. (762)

Praetendentibus Canonicis Calhedralis Imolen. deferre propriam Crucem immediate ante ipsos, ultra Crucem quae defertur in Processionibus ante Capitulum, Cappellani el Mansfonarii eiusdem Catbedralis id aegre ferentes, tamquam separati a Canonicis, supplicarunt responderi: an Canonici dictam Crucem ante ipsos deferre possint ?

El S. R. C. respondit: « Non posse ». Die 7 Augusti 1628.

473. PENNEN. (764)

Communitas Terrae Furindulac Pennen. Dioecesis supplicavit concedi Archipresbytero dictae Terrae benedictionem Crucis positae in eminenliori loco Terrae ad evitandas grandines, fulgura el tempestates:

Et S. R. C. concessit: < De licentia Episcopi ». Die 7 Augusti 1628.

474. S. AGATIIAE. (766)

ArchipresbyterTerrae Durazzani S. Agathae Dioecesis, exponens Ecclesiam suam esse sub eodem titulo SSmae Assumptionis, quo Ecclesia Calhedralis, qua die tenetur accedere ad ipsam Calhedralem ad praestandam obedienliam proprio Episcopo; supplicavit proplerea, ne cogatur propriam Ecclesiam deserere, commutari titulum suae Ecclesiae in alium gloriosissimae Virginis.

Et S. R. C. respondit: « Transmittendum alium ad praestandam obedienliam ». Die 7 Augusti 1628.

475. OR1OLEN. (767)

Petiit Episcopus Oriolen. an usus, septem abhinc annis introductus a suis Canonicis, habendi scilicet praeter Diaconum el Subdiaconum, quando solemniler celebrant in diebus festivis el Dominicis per annum, Presbyterum assistentem cum candela accensa ad instar Episcoporum, continuari li-| eat?

El S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 7 Augusti 1628.

470. BRUNDUSINA. (770)

Petierat Coadiulor Archidiaconi primae dignitatis Calhedralis responderi Iribus dubiis, porrectis cl commissis Ulmo S. Clementis, videlicet :

I. An Coadiutori liceret se ingerere in execulione Literarum Aposlolicarum, quando diriguntur Archidiacono Brundusino, cuius ipse est Coadiulor? Et ad hoc S. R. G. respondit: « Non posse ».

II. An Coadiutori competat traditio candelae proprio Episcopo in die Purificationis, prout ad illum spectaret benedicere candelas, absente vel impedito Archiepiscopo? El S. R. C. respondit: « Ad Coadiulorem spectare dare candelam Archiepiscopo, dummodo ipse Coadiulor eodem die Missam cantet, alias non ».

III. An ipse Coadiulor habere debeal ihurilicalionem ante Presbyterum Archiepiscopo solemniler celebranti assistentem, el praelationem in adoratione Crucis Feria VI in Parasceve, et in communione solemni quae lit in Feria V? Et S. R. C. respondit: < In omnibus praeferendum esse Coadiulorem, dummodo ipse inserviat pro assistente, vel solemniler celebret dictis diebus ». Die 28 Augusti 1628.

477. URBIS. (772)

In Congregatione habita de ordine SS. ab Ulmis DD. Cardinalibus Millino el Caielano, absente Ulmo Muto pariter deputato, fuerunt firmatae infrascriplae conclusiones el responsiones ad dubia excitata super Decreto contra abusus, edito sub die 8 Aprilis huius anni.

Ad 1. Dubium: De Episcopis Sanctis Locorum quomodo sit continuandum, seu celebrandum Officium?

Fuit responsum cum distinctione: « Quod aut habent Officia propria et a Sede Aposlolica approbata, el debel continuari modo concesso: aut non habent, et poterit recitari de communi, si tamen constat illos fuisse canonizalos, vel per tempus immemorabile celebratum fuisse de illis Oflicium el Missam. Quod S. R. C. inlelligil ul possit Officium et Missa celebrari nedum in Civitate, in qua fuerunt Episcopi, sed etiam in lota Dioecesi ritu duplici. Idemque fuit responsum quoad Archiepiscopos, ut in Civitate et Dioecesi tantum, non autem in Provincia ». (1)

(I) E. Dub. 2.

Ad 2. fuit dictum, quod: «Decretum contra abusus comprehendit eliam Breviaria tolerata a Pio V excedentia biscentum annos, hoc modo: videlicet, ut non possit eis addi aliquod Festum SS., nec minus ratione Reliquiarum, nisi modo et forma contenta in Decreto, el consulta Sede Aposlolica».

Ad 3. fuit dictum: « Esse distinguendum; nam, aut Ecclesia unita alteri non est diruta, el debet in ea celebrari Officium, prout ante unionem; aut est diruta, el tunc, si unio est exlracliva Tituli, nihil; si accessoria el cum translatione ad Altare in Ecclesia el Calhedrali, liat Officium sub ritu semiduplici ».

Ad 4. censuil: « Debere celebrari solum in Civitate unicum Festum translationis, cl non plura: dummodo Reliquia sil insignis el Patroni principalis vel Episcopi loci; cl tunc cum Officio sub ritu duplici, si est Patroni principalis; ritu vero semiduplici, si translatio est Episcopi loci, sine tamen octava ».

Ad 5. responsum est: « Nullatenus in Anniversario Bealilicalionis el Canonizationis debere celebrari Festum cum Officio, nisi illa tantum die Canonizationis vel Beali-licalionis, el eo modo quo concesserit S. R. C. ».

Ad G. responsum est : « Quod Ecclesiae non debeant se conformare cum Calhedrali in festis Sanctorum et Reliquiarum Calhedralis in Officio cl Missa ».

Ad 7. fuit dictum: « Non potuisse nec posse Episcopos nec Regulares elevare Festa Calendarii Romani ad nobiliorem ritum, puta a semiduplici ad duplicem, sine licentia Sedis Apostolicae ».

Ad 8. « Quando testator mandavit construi Altare ct fieri Festum sub tali die; responsum est negative: non debere Festum cum Officio celebrari, nisi sit in Calendario ».

Ad 9. De Sanctis qui disseminarunt fidem vel instaurarunt, an possit fieri Officium ; S. R. C. respondit : « Quod doceant de tali restauratione, et dabitur resolutio. Idemque fuit responsum quoad illos Sanctos, qui dicuntur fundasse Civitatem; nam si probabitur, poterit tolli omnis difficultas, si recipiantur in Protectores». (1)

Ad 10. Quoad declarationem, quao sit insignis Reliquia, et an el quae quantitas Cinerum Sanctorum sit insignis Reliquia, S. R. C. : « Noluit aliquid firmare, sed secundum casuum conlingenliam el qualitatem, dabitur particulare responsum ».

Remansit ultima difficultas circa declarationem Decreti quoad Missas S. Gregorii :

El S. R. C. censuil: «Quod prohibitio in Decreto non inielligatur quoad Missas numero triginta, institutas pro defunctis a S. Gregorio in Dialogor. cap. 55, sed solum illas Missas impressas et non approbatas, quae circumferuntur sub nomine S. Gregorii pro vivis et defunctis, sicut aliae quindecim Auxiliatorum, et de Patre aeterno ». Die 16 Octobris 1628.

478. GALLIARUM. (773)

Orta contentione in Abba Villa Galliarum circa terminationem lubilaei proxime indicti perSS.: an quindecim dies appositi in Brevi el publicati v. g. in prima Dominica mensis, finiant in tertia Dominica inclusive vel exclusive? El S. R- C. respondii: « Inelusive ». Die 20 Novembris 1628.

479. FESULANA.

Episcopus Fesulanus consuluit S. II. C. 1. Circa prohibitionem faciam ab ipso in visitatione suae Dioecesis circa Reliquiam quamdam inveniam in quadam Parochia rurali, quae dicebatur esse de ligno SSmae Crucis, de cuius veritate nihil constat; El ad hoc fuit responsum: «Lectum».

2. Petiit: an Canonici suae Calhedralis debeant admitti in Ecclesiis Collegiatis suae Dioecesis, quando ad illas pro Pontificalibus exercendis accedit, sive potius Canonici dictarum Collegialarum? El S. R. C. mandavit « Servari Decretum in Salamantina factum die 10 lanuarii 1604, in quo fuit dictum, Canonicos Calhedralis non solum teneri, sed eliam cogi posse, ul Episcopo inserviant, quando accedit ad alias Ecclesias extra Cathcdralem ad episcopales functiones exercendas ». Die 20 Novembris 1628.

480. IANÜEN. (775)

Massarii Sanctae Mariae Vinearum nuncupatae, lanuen. Dioecesis, petierunt declarari: an stante obligatione el onere faciendi diversa Anniversaria statis diebus, in quibus occurrunt Festa duplicia, nec non etiam tempus quadragesimale, quatuor tempora, Vigiliae et similia, possit omitti Missa Convenlualjs, vel potius ulraque Missa cantanda de Festo currenti videlicet, el de Anniversario?

(1) E. Dub. Ii.

Et S. R. C. respondit: « Missam Conventualem nullo pacto esse omittendam, sed utramque Missam esse cantandam : alleram de die, alteram de Requiem, etiamsi occurrat Festum duplex, dummodo non sit de praecepto : ad hoc ul testatorum voluntates adimpleantur, et licite eleemosyna lucrari possit ». Die 20 Novembris 4(528.

481. ANDR1EN. (776)

Archipresby1er Ecclesiae Andrien. conquestus est de Magistro Caeremoniarum illius Ecclesiae, ingerere se volente circa directionem Chori, contra dispositionem Sacrorum Canonum, consuetudinem immemorabilem el Constitutiones synodales, pelens provideri.

Et S. R. C. respondit: « Directionem Chori speclare ad primam Dignitatem, neque alium in ea posse se ingerere, etiamsi Chorus non recte gubernetur, sine speciali licentia Sedis Aposlolicae, prout novissime respondit in una Iserniae 7 Augusti 1628 ». Die 20 Novembris 1628.

482. NICIEN. (777)

Episcopus Nicien. plura petiit definiri per hanc S. R. C.

1. An ipse potuerit ordinare, quod in suis Ecclesiis accendantur duo lumina super Altare, quotiescumque expositum fuerit SS. Sacramentum pro communione Fidelium? El ad hoc S. C. respondit: < Affirmative ».

2. An Canonici Cathedralis teneantur subministrare septem candelas Episcopo solemniler celebranti, prout disponitur in Caereinoniali, non obstante quod Statuta Calhedralis disponant tantum de quatuor Candefis in casu proposito? El ad hoc S. C. pariter respondit; « Affirmative iuxta dispositionem Caeremonialis».

3. An habitus Canonicorum suae Cathedralis debeat esse uniformis, ex quo aliqui utuntur signo regulari iuxta primaevum statum dictae Cathedralis, alii vero signo saeculari vigore concessionis ipsis factae ab Episcopo aiilecessore auctoritate ordinaria? El ad ho. S. C. maudavit: < Audiri Canonicos ulenles habilu saeculari».

4. An Episcopus induere teneatur cappara pontificalem in sua *camera,* antequam excipiat Canonicos in habilu canonical! pro illo comitando ad Ecclesiam; an vero sufficiat, quod cappam induat in illa *camera,* in qua conveniunt Canonici pro illo excipiendo? Et ad hoc S. C. < Satis esse, respondit, quod Episcopus cappam induat in illa *camera,* in qua expectant Canonici pro illo excipiendo ».

B. An Episcopo audienti concionem in sua Sede ordinaria cum cappa pontificali, debeatur assistentia duorum Canonicorum, prout debetur in Missa et in Vesperis? Et S. C. mandavit: < In hoc exquiri solitum Ecclesiarum vicinarum ». Die 20 Novembris 1628.

483. DUBIUM (780)

CIRCA DELATIONEM ANNULI.

Petilum fuit declarari: an prohibitio facta per hanc S. C. circa delationem annuli, quando Protonotarii celebrant, comprehendat etiam Canonicos Cathedralis.

Et S. R. C. respondit: < Affirmative». Die 20 Novembris 1628.

484. FANEN. (781)

Plebanus Montis Pinelii Fanen. Dioecesis institit prohiberi Presbyteris Oratoriorum dictae Terrae, ne audeant celebrare Missam ante ipsum Plebanum, seu saltem de licentia el consensu ipsius.

Et S. R. C. respondit : < In sua tantum Ecclesia posse prohiberi, in Oratoriis vero nequaquam ». Die 20 Novembris 1628.

485. BURDJGALEN. (784)

Decanus Canonicorum Collegiatae Ecclesiae S. Severini, uti exemptae a iurisdiclione Ordinarii, praetendit in Processionibus incedere ad sinistram Decani Canonicorum Cathedralis Burdigalen.; quod cum dictis Decano el Canonicis Cathedralis videatur inconveniens, quod membra separentur a corpore, petierunt provideri.

Et S. R. C. maudavit: « Servari Caeremoniale in cap. 32 et 33 ». Die 20 Novembris 1628.

486. IANUEN. (786)

Canonici Presbvleri Cathedralis lanuen. conquesti sunt de Praeposito eiusdem Cathedralis prima Dignitate , quod in praeiudicium ipsorum ausus sil velle assistere Episcopo non celebranti, sed tantum Divinis intéressent!, contra praescriptum Caeremonialis lib. 1, cap. 7, *De Officia Picsbyteri assistentis,* petentes provideri.

S. R. C. respondit: « Assislentiam Presbyteri assistentis in casu proposito debere fieri per Canonicum Presbyterum digniorem, non autem per Canonicos habentes Dignitatem, iuxta dispositionem Caeremonialis

lib. 1, cap. 7, vers. *Episcopo vero non celebrante* ». Die 0 Decembris 1828.

-187. ANCONITANA. (787)

Prior Conventus el Ecclesiae S. Dominici Anconitanae Dioecesis valde dolenter conquestus est de Confratribus Societatis Rosarii positae in eorum Ecclesia, quod propria auctoritate, et repugnante (licto Priore, ausi fuerint supra ianuam Ecclesiae in pubblico exponere insignia Protectoris dictae Confralernitalis, aliaque facere in dedecus ct praeiudicium libertatis suae Ecclesiae, supplicans declarari: an haec liceant?

El S. R. C. respondit: «Non licere supra ianuam Ecclesiae in publico, bene tamen posse permitti ul ponatur supra Cappellam Confralernitalis, intus Ecclesiam». Die 9 Decembris 1628.

488. GIENEN. (788)

Supplicatur Sanctitati Vestrae pro parte Illini D. Cardinalis de Sandoval Episcopi Gicncn. pro declaratione infrascripiorum dubiorum, ad auferendas difficultates.

1. In Bulla s. m. Pii PP. V, quam inseri iussil in principio Breviarii, leguntur haec verba : *Statuentes Breviarium ipsum nullo unquam tempore vel lotum vel ex parte mutandum, rei ei aliquid addendum esse etc.* Et Gregorius XIII, in quodam Breve expedito anno 1573, die 30 Decembris, declarando mentem Pii V circa quoddam Breve, quod dederat super modo et forma observandis in celebratione Sanctorum Hispaniarum ; expresse ordinat, quod in nulla Ecclesia nec Episcopatu Hispaniarum possint celebrari propria Officia, nisi eorum Sanctorum qui sunl Patroni, aut illorum quorum Corpora recondita sunt in tali Ecclesia aul Episcopatu, aul saltem notabilis illorum Reliquia ; de aliis vero non posse recitari, sed quod servetur forma in Rubricis Breviarii Romani praescripta.

Quare supplicatur pro declaratione.

2. In Bullis Canonizationis Sanctorum ponuntur haec vorba: *Statuentes, ut ab universali Ecclesia anno quolibet in dic N. festum ipsius, et Officium sicut pro Martyre, vel Confessore etc. ad formam in Rubricis Breviarii Romani praescriptam, devote et solemniler celebretur.* Ex quibus verbis videtur concedi licentia absolute el indistincto, ul in omnibus Ecclesiis possit recitari de omnibus Sanctis Canonizatis, et utendo huiusmodi interpretatione in aliquibus Episcopalibus Ordinarii el Capitula admittunt Sanctos, sibi bene visos, et de illis recilaiur.

Quare supplicatur ad tollenda omnia dubia declarari, quomodo inlelliganlur illa verba: *ad formam in Rubricis Breviarii Romani praescriptam:* el si Ordinarii et Capitula poterunt eorum arbitrio reciiare de Sanctis Canonizatis sibi bene visis, non existentibus in Calendario, etiamsi non sint Patroni talium Episcopatuum, nec requiescant in illis Corpora vel notabiles Reliquiae illorum.

3. Quando impertitur licentia recitandi in una Provincia de aliquo Sancto Canonizato, ponitur clausula restrictiva, scilicet *ad quos spectat.*

Oesideralur scire an illa verba *ad quos spectat* inlelligenda sini eo sensu, quod solummodo recitent Fralies talis Ordinis, si Sanctus fuit Religiosus; aut quod absolute possit recitari in omnibus Ecclesiis illius Provinciae.

4. in aliquibus Episcopalibus est consuetudo, quod quando lit Festuin, in quo SS. Eucharistiae Sacramentum expositum exislit in Altare, quamvis videatur indecens, concionatores, cum concionanlur, sunl capite cooperto.

Quare supplicatur Sanctitati Vestrae, quod dignetur declarare: quid sit servandum in supradiclis dubiis?

5. R. C. ad supradicta dubia respondit:

Ad 1. « Facultatem concessam in Literis el Bullis Canonizalionum celebrandi Festum de aliquo Sancto Canonizato, el Officium de eo recitandi, non posse ad exercitium deduci, nisi el modo el forma qua specialiter per Sedem Apostolicam el S. R. C. permittitur. Ideoque esse necessariam huiusmodi declarationem el Decretum etc. ».

Ad 2. « Non posse Ordinarium neque Capitulum , aul alios, reciiare Officium de Sanctis Canonizatis qui non sint in Calendario descripti ; nisi vel sini Palroni Ecclesiarum, aut adsint ipsorum Reliquiae insignes, iuxta Decreium ultimo loco contra abusus emanatum ».

Ad 3. < Exhibendam esse licentiam concessam celebrandi Officium do aliquo Sancto Canonizato, quia ex verbis concessionis S. II. C. respondebit quid in illo casu servandum sit; an scilicet Officium fieri debeat generaliter ab omnibus, vel a tali dumtaxat Religione, cum diversimode tales facultates soleant concedi ».

Ad 4. < Indecens omnino esse anle SSmum Eucharistiae Sacramentum publice expositum concionem vel sermonem habere capite cooperto: el consuetudinem contrariam, iuxta alias resoluta, respondit, Non esse consuetudinem, sed abusum tollendum el prohibendum, prout omnino tolli et prohiberi mandavit ». Die 9 Decemb. 1628.

489. SAVONEN. (789)

Episcopus Savonensis supplicavit definiri: (1)

I. An in Processione, in qua defertur aliqua Imago seu Reliquia, ipse cum cappa et birelo incedere debeal anle vel post Reliquiam seu Imaginem?

El S. R. C. respondit: « Episcopum post Imaginem seu Reliquiam incedere debere, nisi adsil consuetudo in contrarium ».

Î. Quis locus compelal el debeatur Vicario Generali in diclis Processionibus, absente vel praesento Episcopo?

El S. R. C. respondit: « Vicarium Generalem in Processionibus ultimo loco incedere debere inter Canonicos seu Dignitates, dummodo non adsil consuetudo in contrarium ». Dic 20 Decembris 1028.

490. BAREN. (791)

Vicarius Generalis Civitatis Baren, asserens in Terra Patrignani adesse quoddam os Capitis Sancti Slephani Prolomarlyns, quod deferri soleat processionaliler die 3 Augusti et 26 Decembris, petiit declarari: an haberi possit pro Reliquia insigni?

Et S. R. C. respondit: < Non posse ». Die 20 Decembris 1628.

491. ARBEN. (792)

Canonici Civitatis Arben. polierunt declarari: an ipsi teneantur excipere proprium Episcopum degentem extra Ecclesiam ultra 30 passus, quotiescumque accedit cum cappa ad Ecclesiam? El S. R. C. respondit: < Teneri ».

Item: an aspersorium eidem Episcopo Ecclesiam ingredienli porrigendum sil a prima Dignitate, el, ea absente, a digniori subséquente? Et S. R.C. respondit: «Aspersorium temper a digniori porrigendum esse proprio Episcopo». Die 20 Decembris 1628.

192. CONGREG. OLIVETANORUM. (793)

Monachi Olivetani petierunt declarari: an ipsi sicuti lenentur erigere baldachinum pro Episcopo accedente ad eorum Ecclesias, ila pariter teneantur in casu quo accedit Capitulum Calhedralis sine Episcopo?

El S. R. C. respondit: « Teneri Monachos in utroque casu erigere baldachinum ». Die 20 Decembris 1628.

493. PASSAVIEN. (796)

Provincialis Capuccinorum Civitatis Passavien. petiit declarari: an sub prohibitione Missae XV Auxiliatorum, comprehendatur etiam prohibita Oratio ipsorum peculiaris in honorem dictorum Auxiliatorum, quotidie recitari solita a suis Capuccinis?

El S. R. C. respondit: « Orationem praedictam esse prohibitam ». Die 10 Februarii 1629.

494. CEPHALONEN. (797)

Episcopus Cephalonen. supplicavit declarari: an Comiti Domino Terrae dc Isnello iuxta Chorum in Ecclesia maiori uti liceat Throno seu Sede in loco superiori et eminenliori, cum gradibus el baldachino, ad instar Sedis episcopalis; item: an eidem compelal thurilicalio per Presbyterum pluvialem gestantem:

Et S. R. C. respondit : « Nihil ex supradiclis Domino loci competere ». Dic 10 Februarii 1629.

495. FLORENTINA. (799)

Capitulum et Dignitates Civitatis Florentiae supplicarunt coerceri Presbyteros quosdam etiam rurales, qui sub praetextu tituli Prolonotarii comparent in funeralibus, el aliis functionibus Ecclesiasticis cum rochello discooperio, in dedecus el vilipendium tantae dignitatis.

Et S. R. C. respondit: « Tales Protonolarios non posse nec debere deferre rochetlum discoopertum loco superpellicei ». Die 17 Martii 1629.

496. ASSIS1EN. (801)

Plebanus Bastiae Assisien. Dioecesis exposuit: Fratres Convenluales dictae Terrae velle intervenire in funeralibus non vocatos, et in Processionibus et Rogationibus deferre pluviale, benedicere agnos, et alias functiones exercere ad Parochum spectantes, supplicans provideri.

Et S. R. C. respondit: « Non licere dictis Fratribus non vocatis intéresse in associatione cadaverum, et multo minus in

(i) E. Dub. t

Processionibus cl Rogationibus deferre pluviale, el agnos benedicere; quia haec speclani ad Parochum, el non ad alios. Quo vero ad alias functiones mandavit illas exprimi ». Die 17 Marlii 1629.

•197. ASCULANA. (802)

Priores Terrae Pennae Asculanao Dioecesis supplicarunt definiri an ipsi thurificandi sint immediate posl Canonicos, anle alios Presbyteros inservientes?

El S. R. C. respondit: * Thurificandos esse post omnes de Clero ». Die 17 Martii 1629.

498. NUCERIAE PAGANORUM. (803)

Pro parte Capituli Nuceriae Paganorum petilum fuit: an, stante penuria Canonicorum in Choro, cum non sint nisi octo, celebranti Archipresbytero vel alteri Dignitati debeatur assistentia duorum Canonicorum?

El S. R. C. respondit: « Deberi ». Die 17 Marlii 1629.

499. CONGREGATIONIS OLI VETANORUM. (804)

Instante P. D. Silvio Favilla de Neapoli, Procuratore Generali Congregationis Monachorum Montis Oliveti, nomine Abbatum eiusdem Congregationis, ul, attenta antiquissima consuetudine, solemniler cum baldachino et assistentibus in eorum Ecclesiis celebrandi, recederetur quoad eos a Decretis alias hac de re editis in causis Firmana 28 Ianuarii 1606, el Neapolitana 18 Marlii 1617.

S. R. C., saepius audito eodem Procuratore Generali, et rationibus ab eo deductis mature consideratis, Illino et Rmo Diio Cardinali Caesarino referente, censuit el declaravit : « In hac parte recedendum esse a dictis S. C. Decretis, el licere Abbatibus Olivetanis solemniler, in tribus tantum anni Festivitatibus, celebrantibus, uti baldachino, sine auro tamen el pompa, cum assistentia unius Presbyteri el duorum Diaconorum, ac aliorum sex ad summum monachorum, sacris indumentis coloris Solemnilati convenientis paratorum, ultra Diaconum et Subdiaconum qui in Missa cantaturi sunt Evangelium et Epistolam : atque ita ul iidem Abbates nullo modo teneant Sedem abbalialem fixam ac permanentem prope Altare, ul Sedes episcopalis retineri solet, sed eorum Sedes retineatur in Ecclesia iis tantummodo diebus quibus solemniler celebratur; el dicti sex Monachi, ul supra, parati, non in Sedibus choralibns sed super scabellis sedeant in silo congruo, iuxta Ecclesiarum convenientem situm, tunc appositis, panno laneo coopertis: diclis S. R. C. Decretis, in causis Firmana et Neapolitana editis, in suo robore permansuris». Die 17 Marlii 1629.

500. CAPUANA. (805)

Ulmo Pio referente petitionem Alicomii Natalis Castripullae Capuanae Dioecesis, super iure sepulturae reservato pro se el successoribus in Ecclesia per ipsum aedificata existente intra fines Ecclesiae Parochialis, nec non renilenlia proprii Parochi super celebratione Missae in dicta Ecclesia Alicornii ante Missam Parochialem in diebus festivis;

S. R. C. respondit: < Valere reservalionein sepulturae pro Alicornio el successoribus in Ecclesia per ipsum aedificata, reservata tamen quarta funerali debita parochial) Ecclesiae: nec posse prohiberi celebrationem Missae in propria Ecclesia diebus festivis ante Missam parochialem ». Die 31 Marlii 1629.

501. P1ENTINA. (806)

Praepositus Calhedralis Pienlinae supplicavit definiri: an ipse, absente vel impedito Episcopo, distribuens palmas laicis, stare debeat capite detecto vel cooperto?

Et S. R. C. respondit: < Stare debet capite delecto ». Die 31 Martii 1629.

502. ASSISIEN. (808)

Plebanus Bastiae Assisien. Dioecesis conquestus est de abusu introducto per Regulares S. Crucis eiusdem Tenae accedendi etiam non vocatos ad funeralia, et praetendendi ratam quamdam panni nigri: supplicans provideri.

El S. R. C. respondit: « Absque exactione aliqua posse accedere Regulares non vocatos ». Die 31 Marlii 1629.

503. ANDRIEN. (811)

Episcopo Andrien. petenti assislenliam Canonicorum Missis privatis,

S. R. C. respondit: < Non deberi ». Dio 11 lunii 1629.

504. NUCERINA. (813)

Canonici 'Calhedralis Nucerinae supplicarunt declarari : an ipsi praeter solitum possint adstringi ab Ordinario ad recitandum

in Choro Psalmos Graduates, Poenilentiales, el Officium mortuorum.

E(S. R. C. respondit: < Non posse ». Die **li** Iunii 1629.

505. OSTUNEN. (818)

Octavius Serra et eius filius maior natu asserentes se Patronos el Barones Terrae Carovigni Oslunen. Dioecesis, supplicarunt assignari sibi locum in Ecclesia maiori dictae Terrae eliam in praesentia Episcopi; et declarari quomodo thurificari debeant in Missa solemni.

El S. R. C. respondit: «Servari Caeremoniale ». Die **II** Iunii 1629.

506. ORIOLEN. (816)

Episcopus Oriolen. ad instantiam Fisci suae Cathedralis petiit declarari: an Decretum facium ab hac S. C. 30 Septembris 1628 prohibens mulieribus ingredi septa Monasteriorum Regularium in Processionibus Rosarii, et similium, debeat servari, non obstante Bulla Pii V permittente mulieribus in similibus Processionibus ingredi septa Monasteriorum.

Et S. R.C. respondit: « Servandum esse Decretum facium 30 Septembris 1628, ex quo adest Bulla Gregorii XIII revocatoria, et est posterior». Die **II** Iunii 1629.

Decretum autem 30 Septembris 1628 sequens est:

ORIOLEN. Archidiaconus Oriolen. exposuit adesse in Civitate usum comitandi mulieres iu Processiones privatas Régulai ium, puta Rosarii, de Carmine, Cinguli S. Francisci, Corrigiae S. Augustini, el similibus, per claustra Monasteriorum Regularium contra dispositionem Gregorii XIII; petens declarari : an hoc liceat, et sil permittendum? Et S. R. C. respondit: « Non licere, nec esse permittendum, nisi de expressa licentia Sedis Aposlolicae ».

507. TORNACEN. (817)

Episcopus Tornacen. supplicavit responderi: an liceat in Oratione post Communionem pro Papa addere eliam : et Antistite Nostro, prout dicitur in oratione Secreta ?

El S. R. C. respondit: < Nihil ». Die 11 Iunii 1029.

508. TURRITANA. (818)

Episcopus Turrilaniis petiit: an possit celebrari in Altare, sub quo sint sepulla cadavera defunctorum?

El S. R. C. respondit: « Non posse». De 11 Iunii 1629.

509. HISPALEN. (821)

Archiepiscopus Hispalen. duo petiit ab hac S. C. definiri :

1. An ipse Archiepiscopus potuerit cum consensu populi el Cleri indicere Festum S. Augustini per Dioecesim Hispalensem de praecepto, contradicente Capitulo?

El S. R. C., referente **Illiilo** Columna, respondit : «Potuisse».

2. An idem Archiepiscopus possil procedere ad poenas contra Capitulares non servantes dictum Festum de praecepto, sine adiunctis?

Et S. R. C. remisit « ad Congregationem Concilii ». Die 20 Iunii 1629.

510. INTERAMNEN. (824)

Referente Ulmo Caesarino petitionem Canonici Simonetti de Interamne conquerenlis de Vicario pariter Canonico, quod in habitu canonical! faciat ante se sternere tapetum cum pulvinari;

S. R. C. respondit: « Canonico Vicario in habitu canonical! nullam deberi praerogativam; secus autem si assistat in habitu Prolonolarii ». Die 20 Iunii 1629.

511. ALEXANDRINA. (826)

Cum vigore Decreti Synodi Provincialis 111 Mediolanen., in Synodo Dioecesana Alexandrina per Episcopum celebrata statutum fuisset, ut certis anni diebus celebraretur festum Dedicationis Ecclesiae Cathedralis et aliarum Ecclesiarum parochialium Civitatis et Dioecesis, quarum certus Consecrationis dies ignorabatur, idemque etiam servaretur respectu illarum Ecclesiarum , quas certum erat non fuisse consecratas , dubitatum fuit per Clerum Alexandrinum in S. R. C.,

1. An possit celebrari Dedicatio illarum Ecclesiarum, quas certum est non fuisse consecratas?

2. An potuerint Episcopi extra actum Consecrationis statuere diem Dedicationis?

Eadem S. R. C., referente Illino D. Cardinali Pio, censuit:

Ad 1. « Non posse celebrari Festum Consecrationis illius Ecclesiae, quam certum esi non fuisse consecratam , imo neque si esi dubium ».

Ad 2. « Potuisse Episcopum constituere diem celebrationis Festi Consecrationis Ecclesiarum, quando certa dies ignorabatur,

dummodo constaret fuisse consecratas; sed Festum Consecrationis Ecclesiarum, praeterquam Cathedralis, celebrari debere in ea tantum Ecclesia, cuius dies festus Consecrationis peragitur ». Die 18 Aug. 1629.

512. BREVIARII ROMANI. (827)

Expositum fuit abusum irrepsisse in multis Monasteriis Italiae per Moniales, quando faciunt inter ipsas Confessionem, alterantes verba *vobis Fratres, in Sorores, et te Pater, in te Mater.*

Et S. R. C. respondit: « Confessionem fieri debere prout lacet in Breviario ». Die 18 Augusti 1629.

513. DUBIUM. (829)

Quaesitum fuit: an Abbates, aliique similes habentes facultatem benedicendi paramenia ecclesiastica pro usu propriarum Ecclesiarum , possint vigore talis facultatis benedicere paramenia exterarum Ecclesiarum, stante eorum allegata consuetudine?

Et S. R. C. respondit: « Non posse ». Die 18 Augusti 1629.

514. MEDIOLANEN. (830)

Cum ex parte Card. Borromaei Archiepiscopi Mediolanen. fuisset petilum a S. R. C. declarari : an simplex Praelatus Referendarius in Collegiata Praepositus vel Canonicus, celebraturus Missam privalim, possit paramenia sumere de Altari cum ministerio eliam laicorum famulorum, el super presbyterio vel m slallo pulvinari uli?

S. R. C., inhaerendo Decreto alias facto, in quo fuit dictum solis Episcopis privalim celebrantibus id convenire, ut paramenia sacra non ex Sacrislia sed ex Altari sumere debeant, et habere duos Ministros superpelliceo indutos, qui ei respondeant et inserviant, ul declaratur in Caeremoniali Episcoporum lib. 1,cap. 29, respondit: «Celeris privalim celebrantibus, et in specie Referendariis, id nullatenus licere, el ideo debere ipsos omnino a praedictis abstinere ». Die 18 Augusti 1629.

515. SULMONEN. (831)

Fratres Conventuales S. Francisci loci Populei Sulmonen. Dioecesis, conquesti sunt de Archipresbylero loci prohibente ipsos vocatos ad funus associare cadaver cum eorum propria Cruce, psalmosque de more decantari solitos, canere: item, quod dictus Archipresbyler velit Officium facere super cadaveribus quae sepeliuntur in Ecclesia propria ipsorum Regularium; supplicantes provideri.

Et S. R. C. quoad associaiionem cadaverum, quando vocantur ad funus cum decantatione Psalmorum, respondii: < Non posse Regulares impediri, dummodo incedant sine Cruce, quia in funeribus unica lanium Crux est deferenda, el illa debet esse illius Ecclesiae ad quam funus defertur»: quo vero ad Officium super cadaveribus, respondii: « Officium fieri debere per Regulares, in quorum Ecclesiis cadavera tumulari debent ». El ita servari mandavit. Die 18 Aug. 1629.

516. SULMONEN. ET VALLACEN. (832)

Confratres Pietatis loci Populei Sulmonen. Dioecesis, aggregati Confraternitali de Morte Urbis, conquesti sunt de Archipresbylero loci, quod conira institutum Confraternilalis impediat, quominus associent mortuorum cadavera ad sepeliendum.

El S. R. C. respondii: « Confratres praedictos non posse impediri ». Die 18 Augusti 1629.

517. SAVONEN. (833)

Canonici Cathedralis Savonen. instiierunt declarari, Episcopum in publicis Processionibus teneri medium ire inter duas Dignitates, vel Canonicos antiquiores, ad instar Metropolitani el Episcoporum antecessorum, et prout iam per hanc S. C. decretum fuit.

El S. R. C., referente Ulmo S. Georgii, citato eliam ad hoc agente dicti Episcopi, mandavit: « Scribi iterum Episcopo, quod observet Decreta emanata ab hac S. C., et literae consignentur Illino Sancti Clementis ». Die 18 Augusti 1629.

518. TURR1TANA. (834)

Archiepiscopus Turritanus conquestus est de Archiepiscopo Arboren. degenti in Provincia Turrilana, quod audeat incedere per Civitates cum rochello discooperio et mozzetla, benedicens populum per vias in praeiudicium jurisdictionis Metropolitani, supplicans declarari: an praefata liceant?

El S. R. C. respondii: « Non licere, el Archiepiscopum Arboren. omnino abstinere debere; qui, si habuerit aliquid relevans in contrarium, deducat, et audietur ». Die 18 Augusti 1629.

519. TERDONEN. (836)

Canonici Cathedralis Terdonen. supplicarunt pro licentia cantandi Missam mortuo-

ram in Altari privilcgiato qualibet Feria VI, non obstante quod eo die incidat festum duplex, dummodo non sit festum de praecepto.

Et S. R. C. concessit < Dummodo non omittatur Missa Conventualis de die ». Die 18 Augusti 1629.

520. THELESINA. (836)

Cum ultra associationem cadaverum et recitationem Officii praetenderet Capitulum Ecclesiae SS. Trinitatis Calhedralis Thelesinae, cuius servitium ad Ecclesiam Sancti Leonardi translatum est, levare cadavera eonim qui sepulturam elegerint in dicla Ecclesia SSmae Trinitatis, vel ibi Cappellas aedificaverint, inconsulto Curato Ecclesiae Collegialae Sancti Martini, in cuius Parochia decesserunt ;

Nec non etiam praetenderet emolumenta et obventiones funerales, iuxta resolutiones alias factas.

S. R. C., auditis partibus, ac referente Illrho Muto, censuit: < Quoad cadavera decedentium in Parochia Sancti Martini, non posse levari per Capitulum seu Canonicos Calhedralis Ecclesiae Thelesinae, nisi requisito Parocho dictae Ecclesiae S. Martini ».

Quoad vero emolumenta et obventiones funerales, remisit ad S. C. Concilii. Die 18 Augusti 1629.

521. SAVONEN. (837)

Cum in Cathedrali Savonen. oria sit altercatio inter Canonicos et Musicos, quando Episcopus solemniler cantat Vesperas vel celebrat, circa recitationem Psalmorum, praetendentes Canonici hoc onus esse Musicorum, et vice versa Musici praetendentes Psalmos alternatim decantandos per Canonicos; Magister Cappellae eiusdem Calhedralis supplicavit praecipi Ordinario loci, ul absque ulla appellatione vel recursu faciat observare Caercmoniale lib. 1, cap. 28, el lib. 2, cap. 1.

Et S. R. C. mandavii: < Servari Caeremomale ». Die 26 Novembris 1629.

522. SALERNITANA. (838)

Custos Minorum Observantium Reformatorum Salernitanae Dioecesis, conquestus est de Regularibus aliorum Ordinum in Civitate Salernitana exislenlibus,quod recusent praecedentiam dare in publicis Processionibus, n»« non funeralibus Fratribus Reformatis sui Ordinis, quotiescumque dicti Reformati non im edunt cum Familia Minorum Observantium. Quod cum sit contra Bullam Clem. VIII quae incipit *Ex iniuncla nobis etc.* sub die 7 Septembris 1602, supplicavit provideri.

Et S. R. C. respondit: « Praecedentiam semper dandam esse dictis Fratribus Reformatis, sive soli per se el sub propria Cruce, sive cum Familia el sub Cruce Minorum Observantium, processionaliter sive in funeribus incedant ». El ita servari ubique mandavit. Die 10 Decembris 1629.

523. CAPUANA. (842)

Cum post emanatum Decretum S. R. C. sub die 31 Martii proxime praeteriti quod Curatus Casalis Castri Pullaef'Casapu/faJDioecesis Capuanae, non possit prohibere Alicornio Natali ius sepulturae pro se et successoribus in Ecclesia per ipsum Alicornium aedificata, reservata quarta funerali proprio Parocho, dubitatum fuerit: an, eveniente casu, liceat sepelire mortuos in dicta Ecclesia sine praesentia dicti Curati, si vocatus venire nolit, el an idem fieri possit absque illius licentia, si petitam dare recuset ?

S. R. C., referente Ulmo et Riho D. Card. Pio, censuil: « Si Curatus requisitus intéresse recuset, vel petilam licentiam deneget, posse in dicta Ecclesia tradi sepulturae suprascriptorum defunctorum corpora, sine ipsius interventu el licentia ». Die 22 Decembris 1629.

524. EGITAN1EN. (848)

Episcopus Egitanien. conquestus est de Canonicis suae Calhedralis renuentibus facere Anniversarium pro Episcopo praedefunclo sub praetextu, quod in Constitutione Synodali super Anniversario Episcopi praedefuncli sil apposita poena , quae non reperilur in Caeremoniali, supplicans provideri.

El S. R. C. mandavii: < Servari Caeremoniale, et contravenientes mulctari in poenam Constitutionis Synodalis ». Die 16 Februarii 1630.

525. NUCERINA. (861)

Tria petiit Episcopus Nucerinus declarari ab hac S. R. C.

1. An Prior el Canonici Calhedralis Nucerinae teneantur canere Missam Conventnalem in diebus expressis in Rubrica X\, ordine in eadem Rubrica praescripto?

2. An iidem Prior el Canonici in Feriis, Vigiliis, quatuor temporibus, et aliis diebus privilégiai) enumeratis in Rubrica ordine III

Missalis Romani, occurrente die Festo duplici, semiduplici, vel octava, teneantur cantare duas Missas, unam scilicet de Festo, alleram de Feria, ordine in eadem Rubrica praescripto ?

3. An Episcopum accedentem ad Calhedralem cum cappa, debeant Prior el Canonici illum excipere a cubiculis suae habitationis, associare, et abeuntem pariter ducere el reassociare?

Et S. R. C., referente linio 1). Caietano, respondit :

Ad i. « Teneri Canonicos Calhedralis Missam Conventualem cantare iuxta praescriptum in Rubrica XV Missalis Romani ».

Ad 2. « Teneri pariter Canonicos in Feriis privilegialis, occurrente Festo duplici, semiduplici, vel octava, canere duas Missas, unam scilicet de Festo occurrente, el alteram de Feria, ordine praescripto in Rubrica 111 Missalis Romani ».

Ad 3. < Episcopum accedentem cum cappa ad Ecclesiam, sive ul Divinis assistat sive ul solemniler celebret, seu quacumque alia de causa; debere, el obligatos esse Canonicos in eorum habitu canonical'! capilulariler excipere a palatio, seu *caméra* per ipsum ad id destinata, associare ad Ecclesiam, indeque abeuntem el recedentem pari modo reassociare usque ad locum unde discessit ». Die 16 Februarii 1630.

526. DECRETUM PRO PATRONIS (862) IN POSTERUM ELIGENDIS

S. R. C., annuente SSmo, quoad Patronos Locorum in posterum eligendos hunc ordinem servari mandavit.

1. Quod eligi possint in Patronos ii solum, qui ab Ecclesia universali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatilicali dumtaxat.

2. Quod de Patrono Civitatis electio fieri debeat a populo mediante consilio generali illius Civitatis vel loci, non autem ab Ofïîcialibus solum; el quod accedere debeat consensus expressus Episcopi el Cleri illius Civitatis. Idemque servari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat, a populo singularum Civitatum Provinciae, non autem a repraesentantibus Regnum, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, et pariter cum consensu Episcopi et Cleri dictarum Civitatum.

3. Quod causae electionis novorum Patronorum debeant in S. R. C. deduci ac examinari; ac demum, causa cognita, ab eadem Congregatione approbari el confirmari.

El ne praemissorum ignorantia ullo nmquam tempore possit allegari, eadem S. H. C. praedictum Decretum imprimi mandavit. Die 23 Martii 1630.

527. TIBURTINA RIVI FRIGIDI. (853)

Prior el Fratres S. Georgii Terrae Rivi Frigidi Tiburtinae Dioecesis conquesti sunt de Rectore loci praetendente in Ecclesia oratorum, ad quam piocessionaliter diclus Rcclor una cum Magistratu el Confralernilalibus laicorum accedunt in die Feslo S. Georgii, ipsum cantare Missam solemnem, et alia peragere ac si esset in sua propria Ecclesia, nec non Officium facere super cadaveribus quae tumulantur in Ecclesia dictorum Fratrum, supplicantes dictum Rectorem coerceri.

El S. R. C., referente Illino D. S. Caeciliae , respondit : « Priorem et Fratres S. Georgii manulenendos esse in eorum possessione circa praemissa ». El ita servari mandavit. Die 23 Martii 1630.

528. URBIS (85&) S. VISITATIONIS APOSTOLICAE.

Cum sacra Visitatio Apostolica in visitatione Ecclesiae S. Mariae supra Minervam invenerit adnolatum in Tabella appensa in Sacrislia legatum quoddam relictum dictae Ecclesiae , cum onere celebrandi qualibet die Dominica, ad aliquod Altare in dirla Ecclesia, Missam de Resurrectione Domini; dubitans, an dicta pia dispositio teneat, tamquam emanata contra Rubricas, consuluit hanc S. C. pro declaratione, quid agendum.

El S. R. C. respondit : < Agendum cum SSmo pro commutatione voluntatis ». Die 23 Martii 1630.

529. CALAGURITANA. (855)

Cum in Cathedrali Calagurilana ab immemorabili singulis Feriis V celebretur Missa votiva de SS. Trinitate, cum *Gloria* et *Credo,* necnon Missa de B. Virgine quolibet die Sabbato cum *Gloria* sine *Credo.* etiam quod eo die occurrat Festum duplex, supplicatum est declarari: an licite el luta conscientia ritus hic continuari debeat?

El referente Ulmo Capponio, S. R. C. mandavit: < Servari Rubricas ». Die 20 Aprilis 1630.

530. NARNIEN. (856)

Magistratus Terrae Collis Scipionis Narnien. Dioecesis supplicavit declarari: Magistratum praedictum accedentem ad Ec-

clesias Collégiales dictae Terrae pro divinis Officiis, debere ihnrificari post Dignitates el Canonicos dictarum Collegialarum ante alios,

El S. R. C. respondit: « Magistratum et Officiales ihnrificari debere post Dignitatem el Canonicos iuxla dispositionem Caeremonialis lib. 1, cap. 23, circa finem, et iuxla alias resoluta ». Die 20 Aprilis 1030.

531. SAGONEN. (857)

Praetendens Commissarius Calvi, ubi residet Episcopus, parari sibi debere in Ecclesia Sedem cum iribus gradibus in Presbyterio, ad instar el e regione Sedis episcopalis, nec non thurificari iribus ictibus, prout tburificatur Episcopus; idem Episcopus pro bono pacis, el sacrarum Caeremoniarum congruentia, supplicavit per hanc S. C. declarari: au praedicta conveniant, el quomodo servari debeant?

El S. R. C. respondit: < Sedem pro Commissario parari debere extra Presbyterium iuxla dispositionem Caeremonialis lib. 1, cap. 13, in fine. In reliquis mandavit servari solitum ». Die 20 Aprilis 1030.

532. TI1ELESINA. (888)

Cum servitium Calhedralis Thelesinae ob aeris intemperiem sit translatum in Ecclesiam S. Leonardi Terrae Cerreli Thelesinae Dioecesis, el dictus S. Leonardus sit Compatronus dictae Terrae, Canonici Cathedralis petierunt praecipi diem festum dicti Sancti venerari de praecepto, tam in dicta Terra quam per lotam Dioecesim, cum Officio et octava;

El S. R, C., referente Illino Caesarino, respondit: «Nihil ». Die 20 Aprilis 1030.

533. GALLIPOLITANA. (850)

Coufralres Rosarii Civitatis Gallipolilanae impediti ab Ordinario ne accedant, vocali, ad associanda corpora defunctorum quotiescumque non vocatur Capitulum suae Cathedralis, cum hoc sil contra opus pium, supplicarunt declarari: non posse impediri.

El S. R. C. respondit: « Non posse impediri ». Die 8 Iunii 1630.

534. SYRACUSANA. (861)

Praepositus el Canonici Collegiatae Ecclesiae Neti Syracusanae Dioecesis exponentes Vicarium foraneum nolle obedire Decreto, quod Vicarius foraneus nullam prorsus habeat praecedentiam, seu praerogativam in Choro, Capitulo, Ecclesia, aut alibi ratione dicti Vicariatus, sub praetextu quod adsit consuetudo in contrarium, et reservatio Episcopi in erectione diclae Collegiatae, uti exequutoris Bullarum Apostolicarum facta, ad favorem Vicarii foranei circa praecedentiam et alias praerogativas; supplicarunt declarari dictam consuetudinem el reservaLionem non obstare.

Et S. R. C. respondit: « Decretum iam factum contra Vicarium foraneum execution) demandandum esse, non obstante consuetudine contraria, el reservatione supra narratis. Et si Vicarius senserit se gravatum, recurrat el deducat iura sua in hac S. C., in qua benigne audietur». Die 8 Iunii 1630.

535. SUTRINA. (862)

Capitulum el Canonici Collegiatae Ecclesiae S. Aegidii Terrae Tulphae Sutrinae Dioecesis petierunt declarari plura:

1. An a Cappellanis deputatis ad Cappellam Rosarii in dicla Collegiala existenlem, possit celebrari Missa de Rosario ad instar Fratrum S. Dominici? El S. R. C. respondit : « Non posse ».

2. An Communitas possit indicere Festa de praecepto, quae nec de consuetudine in dicta Terra servantur, nec ab Ecclesia Romana praescribuntur, exigendo mulclam contra inobedienles? Et S. R. C. respondit pariter : « Non posse ».

3. An Festa de praecepto a Sede Apostolica declarata afficiant eliam Orbem?

El S. R. C. respondit: « Festa de praecepto declarata ab Ecclesia Romana esse servanda in toto terrarum Orbe ». Die 8 Iilnii 1630.

53G. BO1ANEN. (863)

Hector Troianus loci Supini Boianen. Dioecesis uti Prolonolarius supplicavit declarari ipsum non teneri Decreto Episcopi, prohibente sub poena suspensionis in Missarum celebratione delationem annuli.

El S. R- C. respondit: « Lectum ». Die 22 Iunii 1630.

537. THELESINA. (868)

Emo Caielano referente causam Tlielesinam inter Canonicos Cathedralis et Canonicos Collegiatae Sancti Martini Terrae Cerreti eiusdem Dioecesis, quando Episcopus solemniler celebrat in dicta Collegiala, ad quos pertineat assistentia Episcopi circa fun<Hones Ecclesiasticas: an ad Canonicos Cathedralis, an vero ad Canonicos Collegiatae,

in qua Episcopus Pontificalia exercet el solemniter celebrat?

S. R. C. censuil : « Omnes functiones quae fiunt per Episcopum, sive in Cathedrali sive in Collegiatis suae Dioecesis, esse faciendas cum assistentia Canonicorum Cathedralis, et non aliorum ». Die 20 Iulii 1630.

538. THELESINA. (869)

Archipresbyter, el Parochus S. Martini Terrae Cerreti Thelesinae Dioecesis duo petiit :

1. Declarari: non licere Confralribus laicorum deferre processionaliter SS. Sacramentum occasione 40 horarum, neque in eorum Oratoriis benedicere mulieres post partum. El ad hoc S. R. C. respondit: « Nihil ».

2. Petiit responderi : an Episcopus possit prohibere Parochis suae Dioecesis, ne recipiant pro celebratione Matrimoniorum solitas oblationes iuxla laudabilem consuetudinem? El S. R. C. «Remisit hoc secundum dubium ad S. C. Concilii ». Die 20 Iulii 1630.

539. URBIS. (870)

Vincentius Caccialonus Caudatarius bo: mem: Cardinalis Millini supplicavit declarari, deberi sibi tamquam Caudalario solita regalia Cappellae sui Cardinalis defuncti.

El S. R. C.: Sletil in Decretis, nempe nec Caudalario nec Cappellano deberi, et mandavil extendi Decretum generale in hac materia, quod est tenoris sequentis, videlicet: S. R. C. ad tollendum abusum introductum per Caudatarios seu Cappellanos Cardinalium defunctorum arrogandi sibi suppelleclilia quaedam de Cappellis Cardinalium, quando decedunt, declaravit : « Nihil de Cappellis Cardinalium deberi Caudatariis seu Gappcllanis ipsorum. El ita interveniente casu, in posterum servari decrevit: et ne praedicti Decreti ignorantia possit allegari, Decretum hoc imprimi mandavil ». Die 20 Iulii 1630.

540. LUCANA. (871)

In causa Lucana translationis Sanctorum Corporum Senisii, Romaei el Aversani existenlium in Calhedrali, ad quos pertineat delatio dictorum Corporum in Processione facienda : an ad Canonicos Calhedralis, an vero ad Canonicos el Priorem Collegiatae Ecclesiae S. Pelri eiusdem Civitatis in qua recondi debent?

S. R. C., Emo Columna referente, censuil : « Pro hac. vice tantum fieri debere solemnem Processionem, et sacra Corpora esse deferenda per Canonicos Calhedralis usque ad Ecclesiam Collegialam S. Petri, in cuius atrio, ante fores eiusdem Collegiatae esse consignanda Priori el Canonicis dictae Collegiatae per eosdem Canonicos Calhedralis: qui Canonici Collegiatae Samii Pelri continuando Processionem, deferant sacra Corpora ad locum ubi erunt collocanda, non obstante Decreto alias super hoc edito. El ob maiorem venerationem, atque ad angendam populi devotionem erga sacra Pignora, eadem S. C. mandavit Episcopum Missam solemnem canere in dicla Collegiala S. Petri, cum assistentia lamen Canonicorum Cathedralis». Die 20 Iulii 1630.

541. ORIOLEN. (874)

Episcopus Oriolen. supplicavit declarari : an liceal Canonicis Calhedralis, sibi in Divinis assistentibus, sedere in scabellis serico villoso coopertis, ut praetendunt ex consuetudine introducta a tempore Pii IV?

El S. R. C. respondit : « Non licere in casu proposito Canonicis Cathedralis, quando assistendam faciunt Episcopo, sedere in scamnis cooperti sed sedere debere super scabellis nudis, iuxla praescriptum Caeremonialis Episcoporum cap. 8, lib. 1, non obslante allegata consuetudine, quae fuit sublata per fel. record. Clementem VIII, in sua Brilla in principio Caeremonialis relata ». Et ila in Civitate Oriolen. servari mandavil. Die 24 Augusti 1630.

542. SCARDONEN. (878)

Episcopus Scardonen. narrans sibi ex Urbe transmissas nonnullas Reliquias Sanctorum sine nominibus, supplicavit pro licentia imponendi illis nomina bene visa.

El S. R. C. respondit : « Si Reliquiae sunt authenticae, posse concedi, facto verbo cum SSmo ». Die 24 Augusti 1630.

SSmus dixit : « Episcopum illis posse uti, si sint authenticae, in Consecratione Altarium absque alia denominatione ». Die 7 Septembris 1630.

543. ORIOLEN. (878)

Episcopus Oriolen. supplicavit declarari : an Canonicus Poenitentia!ius et Hebdomadarii habentes curam animarum, in Dominicis diebus et Festivis actu impediti in exercitio curae, possint compelli ad inleressendum in Choro, et deferenda pluvialia, prout deferuntur a Canonicis sine cura: et dato, quod non teneantur, an habeantur pro

praesentibus ad effectua lucrandi distributiones suarum Praebendarum?

Et S. R. C. respondit: < Poenitenliarium et omnes alios habentes curam animarum, et actu exercentes, non teneri nec posse cogi ad deferenda pluvialia, el uti praesentes lucrari distributiones suarum Praebendarum. Hoc ipsum refert Barbosa de Potestate el Officio Episcopi, Allegat. 53, num. 129». Die 28 Septembris 1630.

544. PISAUREN. (879)

Magister Caeremoniarum Calhedralis Pisauri tria petiit declarari.

1. An in Ecclesiis Cathedralibus, in quibus omnes Praebendae sunt Presbylerales, celebrante solemniler Episcopo, in Vesperis, Canonicus qui pro Subdiacono deservit, debeat praeinionare antiphonas el thurificare omnes cum Planeta aut Tunicella? el si cum Tunicella, quo m loco sedere? El S. R. C. ad hoc primum respondit: «Canonicum Presbyterum deservientem pro Subdiacono incedere debere paramenlo actui qui exercetur congruente, nempe Tunicella, et sedere in stallo Canonicorum post indutos Planetis ».

2. An Presbyter assistens in Missa solemni Episcopo celebranti, debeat ipse Instrumentum prius osculari vel potius Episcopus? Et ad secundum S. R. C. respondit: « Presbyterum Assistentem osculari debere Instrumentum pacis, non autem Episcopum: ex Caeremoniali Episcoporum lib. 1, cap. 24 ».

3. An celebrans solemniler in Dominica Palmarum coram Episcopo, legere debeat Evangelium in cornu Epistolae. El S. R. C. respondit: «Celebrantem m dic Palmarum legere debere Evangelium in cornu Evangel»», nl in Rubricis Missalis; Passionem vero in cornu Epistolae, nl praescribitur m Caeremoniali lib. 2, cap. 21 ». Die 28 Septembris 1630.

545. VIGILIEN. (880)

Petiit Ep»scopus Vigilien. declarari: an absente Episcopo spectet ad Vicarium Generalem an vero ad Archidiaconum Calhedralis, edicere Processiones publicas consuetas.

Et S. R. C. respondit: « Processiones publicas edicere ac dirigere, absente Episcopo, spectare ad Vicanum Generalem cjim consdio Capituli, prout perlineret ad Episcopum, »i praesens esset ». Die 28 Septembris 1830.

546. TREVICI. (881)

Episcopus Trevici supplicavit definiri dubia decem circa praerogativas, quas Baro Dominus loci praetendit in Ecclesiis, praesente ipso Episcopo.

El S. R. C. mandavit : « Servari el in Ecclesia Trevici Decretum alias factum pro Ecclesia Bovinen. » tenoris sequentis, videlicet:

Cum Episcopus Bovinen. ob aeris intemperiem cogatur facere residential!! in Terra Iliceti suae Dioecesis, Marchio Dominus loci praetendens aliquas praeeminenlias in Collegiata dictae Terrae inter Missarum solcmnia, nempe, eligere sibi silum ad instar Throni seu Solii, cum duobus gradibus el duabus Sedibus cum genuflexorio extra Presbyterium, una pro se, altera pro uxore ; thurilicari debere ipsum el uxorem tribus ductibus, una cum sororibus suis ; necnon venienti ad Ecclesiam libere parari sibi genuflexorium cum tapete et pulvinaribus, etiam praesente Episcopo, et in elevatione SS. Sacramenti ex suo Solio extra Presbyterium existente ingredi Presbyterium, el in eodem genuflexorio seu Faldistorio pro Episcopo paralo, a sinistris ipsius Episcopi, adorare el venerare SS. Sacramentum. Promotor autem Fiscalis Curiae Episcopalis Bovinen. pro bono pacis el sacrarum Caeremoniarum congruentia, supplicavit declarari an praemissa conveniant, el quomodo praestari debeant?

El S. R. C., referente Emo D. Cardinali Caesarino, die 2 Martii 1630, respondit: « Marchioni lautum permittendam Sedem, genullcxorium, el poslergale extra Presbyterium , diclumqne Marchionem dumtaxat lliurilicari duobus ductibus, et habere pacem iuxta dispositionem Caeremonialis, eidemque Marchioni Ecclesiam ingredienli parari genullexorium post illud Episcopi. In elevatione autem SS. Sacramenti, Marchionem intra Presbyterium adorare, el venerari debere SSmum Sacramentum ; et ita circa praemissa exequi el servari mandavit ».

Die 28 Septembris 1630.

547. LALAGURITANA. (883)

Cnm Monachi Cassinenses S. Benedicti degentes in Monasterio S. Mariae, de Slagera Calagurilanae Dioecesis, non acquiescerent declarationibus alias per hanc S. C. editis, el per Clementem VIII, et per Gregoriuni XV confirmatis, nempe: «Regularis non posse praecedere Clericos Saeculares » : praeten-

debant nihilominus iidem Monachi superius disposita nun habere locum in propriis ipsorum Regularium seu Monachorum Ecclesiis, quando Processiones ibi terminantur, vel quando in illorum Ecclesiis cadavera defunctorum tumulari debent: eoque casu dictos Monachos praecedere debere Rectorem el Deneficialos Parochialis Ecclesiae S. Crucis deSlagera. Rector modo et Beneiiciati praedicti, pro bono pacis el ad evitanda scandala, quae in casu contingenti forsan oriri possent, petierunt ah hac S. R. C. declarari : quid in casu proposilo servandum ?

El S.R.C. respondit: «Nullo modo posse Regulares, seu Monachos praedictos, praetendere praecedentiam supra Presbyteros Saeculares, licet forsan ex Saecularium indulgentia, humanitate, seu alia quavis ex causa aliter aliquando servatum fuerit, prout idem declaratum fuit in Tullen. 12 Martii 1616. El ita in proposilo casu servari mandavit, non obstante quavis contraria consuetudine seu observantia ». Die 7 Decembris 1630.

548. NICIEN. (884)

Praepositus, qui est prima Dignitas post Episcopum in Ecclesia Nicien., asserens ab antiquissimo tempore, quando solemniler celebrat pro Episcopo absente vel impedito, habere in Missa ultra Diaconum el Subdiaconutu, etiam Cappellanum assistentem cum pluviali, supplicavit mandari servari solitum :

Et S. R. C. mandavit : « Servari solitum, prout mandavit alias pro Ecclesia Mantuana in his propriis terminis ». Die 7 Decembris 1630.

519. SYRACUSANA. (88b)

Contraires S. Antonii Terrae Feriae Syracusanae Dioecesis, exponentes FratresS.Sebastian) obtinuisse a Vicario Generali facultatem transferendi Festum S. Sébastian) praescriptum in Breviaria Ramano die 20 Ianuarii ad diem 26 Iulii, supplicarunt declarari: an hoc licuerit Vicario Generali?

El S. R. C. respondit: « Non solum Vicario non licere mutare Festum alicuius Sancti positum in Breviario certo die, ad alium diem, sed nec etiam ipsi Episcopo; el proplerea Festum S. Sébastian) reponendum esse in die 20 Ianuarii, non obstante licentia supradicli Vicarii ». El ita omnino servari debere, prout in hunc sensum scriptum fuit Archiepiscopo. Die 7 Dec. 1630.

550. TORNACEN. (887)

Duo petiit Episcopus Tornacen. declarari:

1. An in Collectis Sacerdotes suae Dioecesis debeant in Missis publice proferre nomen Ordinarii? El ad hoc Sacra Congregatio respondit : « Negative ».

2. An Canonici, Cappellani, aliique Choro intéressantes, quando ipse populum benedicit solemniler, teneantur el ipsi ad benedictionem genufleclere? El S. R. C. respondit : « Praeter Dignitates et Canonicos Calhedralis, reliquos omnes teneri ad benedictionem Episcopi genuflectere », prout in Oscen. 4 Maii 1613, idem declaravit. Die 7 Decembris 1630.

551. BRUNDUSINA. (888)

Canonicus quidam nomine loannes Donatus Calhedralis Brundusinae petiit declarari : 1. an Canonici possint ab Archiepiscopo cogi, quod e proprio stallo discedant, el accedant ad Lectonle pro canendis antiphonis el responsoriis, stante quod adsunt Presbyteri et Clerici ad haec munia exercenda destinati? Et S. R. C. respondit: « In casu proposito Canonicos non posse cogi ».

2. Petiit : an praesente Archiepiscopo, sed non celebrante, debeant Canonici e proprio stallo discedere el ante ipsum ad circulum dicere *Kyiie, Gloria, Credo, Sanctus et Agnus Dei?* El S. R.C. respondit: « Debere Canonicos el teneri circulum facere, et cum Archiepiscopo supradicta peragere ». Die 13 lanuarii 1631.

552. FAVENT1NA. (889)

Cum Capitulum et Canonici Calhedralis Faventinae assererent ab immemorabili solitos esse unam lanium Missam canere, sive ea sil votiva, sive de Feria, sive defunctorum , el cum ea recipere distributiones delutas pro Missa Conventual) ; modo autem dubitent : an licite distributiones praedictas percipere possint, omissa Conventual! ; supplicarunt declarari, licere ipsis cum unica tantum Missa, iuxta solitum decantata, lucrari distributiones.

El S. R. C. respondit: < Missam Conventualem omnino cantandam esse ad hoc, ul licite distributiones percipi possint, non obstante quavis contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit ». Die 13 lan. 1631.

553. MUT1NEN. (890)

Episcopus Mutinen. ne introducantur abusus, supplicavit declarari : quibus personis

competat sumere paramenta de Altari pro celebratione Missarum, cum ministerio propriorum famulorum pro abluendis manibus cum polubro el urceolo argenteis; nec non: an Abbates Benedictini et Titulares possint praedicta peragere extra proprias Ecclesias ipsis subieclas?

Et S. R. C. respondit: < Solis Episcopis privative competere paramenia sumere de Altari pro celebratione Missarum, cum ministerio famulorum inservientium pro abstergendis manibus cum polubro et urceolo argenteis. Idemque licere Abbatibus Benedictinis habentibus usum pontificalium, celebrantibus solemniter in eorum propriis Ec- ledis subieclis dumtaxat ». Die 13 lanuarii 1631.

554. URBIS (891)

CANONICORUM REGULARIUM LATERANENSIUM.

Petiit Abbas D. Marcus Antonius Gentilius de Bononia, Procurator Generalis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium, declarari ab hac 8. R. C. an liceat Canonicis suae Congregationis in Processionibus publicis, dum in via processionaliter incedunt in concursu quorumcumque Regularium, quos ipsi Canonici praecedunt, superveniente pluvia, induere super habitum ordinarium, pallium nigrum vulgo *Ferraiolo,* absque ullo praeiudicio eorum praeeminentiao?

El S. R. C. respondit: < Licere in casu pioposilo super habitum ordinarium induere pallium nigrum, absque ullo prorsus praeludicio suarum praeeminemini um ». Die 13 lanuarii 1631.

555. URBIS ET ORBIS. (892)

Decreta S. R. C. ad tollendos abusus, qui variis m locis irrepserunt:

« Non potuisse nec posse locorum Ordinarios tam Saeculares quam Regulares addere Calendariis, etiam propriis, Sanctorum Officia nisi ea dumtaxat, quae Breviarii Romani Rubricis, vel S. R. C. seu Sedis Apostoli «e licentia, conceduntur: neque propria auctoritate quovis praetextu mutare ritum, qui habetur in Calendario Romano -· u Rubricis Breviarii, in altiorem ritum: neque extendere concessa Officia de loco ad locum ».

« Insuper velint et prohibuit celebrari per lotam Civitatem vel Dioecesim, eliam de cuiuscumque Ordinarii auctoritate, Missam vel Festum cum Officio de Sancto, eo quod in loco adsit Ecclesia Parochiaiis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia ; sed tantum in ipsa Sancti Ecclesia Titulari, seu ubi asservatur Corpus aut insignis Reliquia, et non alibi ».

* Insignes autem Reliquias declaravit esse Caput, Brachium, Crus, aut illam partem corporis in qua passus est Martyr, modo sil integra et non parva, el legitime ab Ordinariis approbata ».

< De Sanctis Episcopis Iocorum, Martyribus, Civibus, el aliis, de quibus in Calendario Romano seu Rubricis Breviarii nihil habetur: uti eliam de Beatis nondum Canonizatis, nihil propria auctoritate constituatur, sed consulatur omnino, ut par est, S. R. C. ».

« Missas eliam quae circumferuntur a S. C. non approbatas S. Gregorii pro vivis et pro defunctis, quindecim Auxiliatorum, et de Patre Aeterno, el quascumque alias: exceptis iis quae sunt permissae quibusdam Regularibus tantum, *vetuli Rosarii, Sanctae Mariae de Carmelo, el alias;* sicut etiam Officia ab eadem non approbata, prohibuit, reiecit omnino, el damnavit respective, cl pro prohibitis, reiectis, el damnatis haberi voluit ».

« Decretum nuper editum super electione Sanctorum in Patronos, omnino servetur ».

< Quae omnia decrevit, statuit, el mandavit sub poenis contentis in Bullis Pii V initio Breviarii el Missalis positis ; quod scilicet non satisfaciant muneri recitandi Divinum Officium. Quo vero ad utentes supradiclis Missis, sub aliis poenis contentis in Indice librorum prohibitorum ex Decreto S. Concilii Trideniini edito ».

« Et ne praemissorum ignorantia possit ab aliquo allegari, neque oblivio ullo umquam tempore possit irrepere, eadem S. R. C. voluit el ordinavil Decretum huiusmodi affigi in Sacrisliis omnium Ecclesiarum tam Saecularium quam Regularium, eliam Pairiarchalium , Metropolitanarum , Cathedralium, Collegiatorum el aliarum quariuncumque, in eisque perpetuo asservari ».

Facta demum relatione horum Decretorum SS. D. N. Urbano Papae VIII, ea laudavit, approbavit, atque ab omnibus ubique sub praedictis poenis servari praecepit, nec non m novis Breviariis, de ordine Sanctitatis Suae imprimendis, apponi mandavit. Die 13 lanuarii 1631.

556. DECRETUM (893)

DE ORATIONIBUS FIERI SOLITIS AB ADVOCATIS CONS1STORIALIBUS IN CONSISTORIIS PUBLICIS.

Fidem facio ego infrascriplus Eihi el Rini Dili Card. Ludovisi S. R. E. Vice-Cancellarii in hoc munere Secrelarius, qualiter in libris adorum Consislorialium adesi infrascriplum Decretum, videlicet :

Romae apud S. Petrum in Palalio Apostolico Feria secunda die 27 Ianuarii 1631 fuil Consistorium secretum in quo SS. D. N. Urbanus Papa VIII proposita quaestione: an expediret abolere consuetudinem, quam hactenus servaverunt Advocati Consistoriales, cum fiunt publica Consistoria, proponentes causas ficlilias ; et rationibus per Sanctitatem suam adductis abolitionem hanc suadentibus, audilisque RR. DD. Cardinalium sententiis approbantibus et consentientibus, decrevit, ut infra : « Decernimus el mandamus loco dictarum commentitiarum narrationum posthac ab AdvocalisConsistorialibus agendum esse de genere, natalibus ac virtutibus eorum , qui cum magna opinione sanctitatis obierunt, el pro quibus fiunt instantiae, ut in Beatorum seu Sanctorum numerum adscribanlur ; et eosdem Advocatos se continere debere in huiusmodi relationibus habendis intra terminos praescriptos in Instructione de mandato nostro tradenda ».

In quorum fidem praesentes manu propria subscripsi, el supradicli Eihi et Rnii D. Cardinalis Vice-Cancellarii Sigillo, quo in talibus utor, firmavi etc.

INSTRUCTIO

De mandato SS. facta per me Secretarium pro Advocatis Consistorialibus de iis quae in futurum serrari debent in proponendis in sacro Consistorio causis Beatificandorum et Canonizandorum, loco commentitiarum narrationum.

1. Electio Causarum spectet ad S. R. C. Secretarium pro tempore, qui adnolabit in codice ab ipso subscribendo, nomen Servi Dei unicuique Advocato per turnum assignandi.

2. Quilibet Advocatus per octo saltem dies ante propositionem causae in Consistorio, ipsammel relaxet in manibus praedicti Secretarii, a quo si quid compertum fuerit contra dispositionem eorum quae continentur in praesenti Instructione, amoveri debeat omnino, el accommodari ad mentem eiusdem Secretarii.

3. De Miraculis in individuo, nihil afferatur : sed narrando seriem vitae, pennittilur agi solummodo de Virtutibus, de Miraculis vero in genere tantum.

4. Item de fama sanctitatis a die obitus usque ad praesentia tempora, referendo asperitatem vitae, vigilias, orationes, ieiunia, eleemosynas, disciplinas, aliaque opera meritoria a Beatificandis patrata.

5. Similiter, et de populorum concursu ad sepulcrum, de oblationibus ac de instantiis multiplicibus Principum virorum.

(5. De gloria militantis Ecclesiae in Bealificationibus sanctorum, deque excitatione ad heroicas virtutes eorumdem exemplo.

7. Instantiae debent fieri a Procuratoribus causarum, a quibus praestabuntur solita honoraria huc usque erogata a curia criminali Gubernatoris Urbis.

8. Advocatus proponens habeat el teneat in manibus commissionem in forma signandi, ad effectum illam relaxandi cui Sanctitas Sua mandaverit.

9. Promoter Fidei, cum sit ad praesens, et in posterum semper esse debeat de Collegio Advocatorum Consislorialium, immunis sit a propositione dictarum causarum: esset enim inconveniens eum, qui ratione sui officii opponere debet Processibus Beatificandorum fabricatis seu fabricandis ad hoc (ul in re tanti momenti veritas magis elucescat) praestare in eisdem causis suum favorabile patrocinium.

T. Tegrinus Episc. Assisien. Secrelarius.

557. CIVITATIS CASTELLI. (895)

Magistratus Civitatis Castelli conquestus est, quod cum fuerit invitatus a Patribus Iesuitis in die festo Sancti Francisci Xaverii, Magister Caeremoniarum mandaverit thurificari ante Magistratum solemniter Divinis inleressenlem, Praepositum aliosque Canonicos Calhedralis sine habilu canonical) et cum *ferraiolo* ordinario, pariter Divinis assistentes, supplicans declarari: non licuisse.

Et S. R. C. respondit : « Canonicis nullam competere praecedentiam, seu praerogativam , quando assistunt sine habilu canonical! ». Die 8 Februarii 1631.

55S. CASTELLANETEN. (896)

Episcopus Castellanelen. supplicavit declarari : an in Sede stabili existente in Cathedral! pro Barone, liceat inter Missarum solemnia sedere Vice-Baronem, seu exactorem introitnum Baronis, ipso D. Barone absente?

Et S. R. C. respondit: « Non licere, nec esse permittendam Sedem stabilem ». Dic 8 Februarii 1031.

559. CASTELLANETEN. (897)

Pro parte Baronis Castellanetae narratum fuit : Barones loci pro tempore semper fuisse thurilicalos immediate post Episcopum, ante Dignitates el Canonicos, el petitum mandari servari solitum.

Et S. R. C. respondit: <Non convenire, quia obstat dispositio Caeremonialis tollens contrariam consuetudinem, nisi probetur immemorabilis ». Die 8 Februarii 1631.

560. CASTELLANETEN. (898)

Archidiaconus Cathedralis Castellanetae aegre ferens, ut prima Dignitas, quando debet thurificare Episcopum, sedere debeat in scamno posito post omnes gradus Throni episcopalis, et sic in inferiori loco, quam sedeant Canonici Assistentes ipsi Episcopo, supplicavit provideri.

Et S. R. C. respondit : « Omnes Assistentes in eodem plano sedere debere, si locus sit capax ». Die 8 Februarii 1631.

561. PISAUREN. (905)

Emo Virilio referente controversiam inter Capitulum Cathedralis Pisauren. el Curatos eiusdem Civitatis, qui volunt praecedere ipsos Canonicos, eliam occasione funerum per eorum Parochias, eo quod cum Capitulo mtelliganlur omnes illi qui sub Cruce Capituli incedunt, etiam quod sint amovibiles.

El S. R. C. respondit: «In Decisis; nempe Curatum et Sacristain Cathedralis, eliam quod sint amovibiles, quando intervenit Capitulum dictae Cathedralis, debere praecedere proprio Parocho defuncti ». Die 8 Martii 1631.

562. REGIEN. (906)

Capitulum el Canonici Cathedralis Regien., nomine eliam totius Civitatis, supplicarunt pro licentia apponendi in Litaniis occasione Processionum lam publicarum quam privatarum, el praecipue his temporibus calamitatis, Sanctos Titulares el Patronos Civitatis.

Et S. R. C. respondit: « In Litaniis non posse apponi alios Sanctos, praeter descriptos in ipsi' Litaniis». Die 8 Martii 1031.

563. SUTRINA. (908)

Aichipresbvter Terrae Capranicae Sutrinae Dioecesis exposuit, alios Sacerdote- in sua Parochia de licentia Episcopi, oratore contradicente, administrare Sacramenta ad Parochum spectantia : nempe Baptismum, Matrimonia, et alia munia parochialia, supplicans mandari : non gravari in suis iuribus parochialibus.

Et S. R. C. respondit: « Munia parochialia exerceri non posse, invito Parocho, nisi per ipsum Parochum. Et ita in Terra Capranicae servari mandavit ». Die 22 Martii 1631.

564. URBIS ET ORBIS REGULARIUM. (912)

Emi DD. Patres mandarunt : « Extrahi Decretum prohibilivum, consulto SStiio, quod mulieres de celero non possint occasione quarumvis Processionum ingredi septa Monasteriolum Regularium, et quod sub eadem poena comprehendantur ipsi Regulares permittentes foeminas ingredi septa eorum Monasteriorum ». Die 5 Iulii 1631.

565. ANDRIEN. FUNERALIUM. (913)

Capitulum Cathedralis Andrien. praetendens ab immemorabili tempore, quando vocatur ad funus alicuius defuncti tumulandi extra Calhedralem in Ecclesiis Regularium, et signanter in Ecclesia S. Mariae veleris Ordinis Minorum de Observantia dictae Civitatis, ad ipsum spectare Officium facere aliaque munera peragi solita super cadaveribus, eliam invitis ipsis Regularibus, in eorum Ecclesiis: petiit pluribus ab hinc mensibus Remissoriam ad probandam dictam immemorabilem per ipsum praelensam, prout fuit concessa; el examinatis testibus super ea, obtinuit, ipso instante, disputari dubium: an probetur immemorabilis, quae relevet in casu, et ad elïeclum de quo agitur? Quo dubio, ad instantiam pariter dicti Capituli acerrime discusso,

S. R. C. ad relationem Emi et Rmi 1). Cardinalis S. Georgii, respondit: «Immemorabilem per Capitulum praelensam non esse probatam, el Ofiicium super cadaveribus in dicta Ecclesia S. Mariae veleris Ordinis Fratrum Minorum de Obseivanlia, ad ipsos spectare el perlinere, non obstante contraria immemorabili ». Et ita servari mandavit. Die 3 Iulii 1631.

56G. CATANIEN. (914)

Vincenlins Campiluris Terrae Regalbuli Calanien. Dioecesis, Sacerdos el Doctor in Theologia, necnon Prolonotarius litnlaris, ad evitandas controversias el iurgia, el pro bono pacis, circa praecedentiam cum aliis

simplicibus Sacerdotibus non ITotonotariis, eliam quod sint Vicarii foranei, supplicavit assignari sibi locum in Ecclesia quando divinis Olliciis praesens erit.

El S. R. C. respondit : « Protonolarium titularem Apostolicum non participantem, in habitu praelalilio in Ecclesiis et Processionibus stare, sedere el incedere debere iuxta dispositionem libri Caeremonialis lib. 1, cap. 13 ». El ita in casu proposito servari mandavit. Die 5 Iulii 1031.

567. CUSENTINA. (915)

Canonici Cathedralis Cusenlinae exposuerunt: Vicarium Generalem pro celebratione Missarum capere paramenia de Altari, adhibere 1res Cappellanos cum quatuor candelis accensis, contra formam Dccreli S. C. supradicla adamussim prohibentis.

El S. R. G. < Prohibuit Vicarium Generalem Cusenlinae Dioecesis capere paramenia de Altari pro celebratione Missarum, necnon adhibere plures Cappellanos cum qualuor candelis accensis, el declaravit Vicarium praedictum capere debere paramenta in Sacrislia, cum uno tantum ministro colla induto, el duabus candelis accensis ». El Ua servari mandavit. Die 5 Iulii 1631.

568. FLORENTINA. (916)

Narratum fuit in funere ultimi Archiepiscopi Floremini demortui, ipsius cadaver ex Palatio archiépiscopal! exceptum ad Ecclesiam, in qua tumulari debebat, fuisse per vias publicas delatum sub baldachino, el petilum declarari per banc S. R. C.: an convenial?

El S. R. C. respondit: « Nullo modo convenire, el in posterum omnino abstinendum ». Die 5 Iulii 1631.

569. LANC1ANEN. (917)

Duo peliil definiri Archipresbjter Ecclesiae Lancianen. 1. An liceal Archiepiscopo erigere sibi Thronum Episcopalem cum quinque gradibus a dexteris Altaris maioris, in quo asservatur SS. Eucharistiae Sacramentum, cum quatuor gradibus? 2. An liceal eidem Archiepiscopo sterni facere tapota in suis gradibus, quando gradus Altaris stant nudi sino paramenlis?

El S. II. G. mandavit: «. In casu proposito utrnmque prohiberi ». Die 5 Iulii 1631.

570. LICIEN. (918)

Franciscos Saetla Protonolarius titularis semper idem decantans, el nihil aliud cogitans, quam praeeminentia acquirere, ratione sui tituli Prolonolarialus, peliil hodie declarari: licere sibi dum Divinis assistit stare immediate post Canonicos, ante omnes alios de Choro;

El S. R. C. respondit: < Prolonotariis titularibus non licere ullo modo stare , nec supra nec infra Canonicos aliosque de Choro, sed stare debere in loco assignato in Caeremoniali Episcoporum lib. 1, cap. 13, quod ad unguem in omnibus el per omnia in casu proposito servari mandavit». Die 5 Iulii 1631.

571. OHTANA. (919)

Episcopus Urtanus exponens Canonicos Civitatis Castellanae el Orlanae, se excusari ab obligatione canendi duas Missas, quando ultra Festum diei occurrit aliqua Vigilia, tempus Quadragesimae, qualuor lempora, Rogationes, aut quid simile privilegialum, ob penuriam Canonicorum dictarum Calliedralium; supplicavit eos eximi a pensu canendi utramque Missam in dictis diebus prtvilegialis.

El S. R. C. : * Attentis narratis, censuil concedendum quod cantata Missa Conventual! de Festo, altera Missa recitetur sine cantu, cum interventu tamen omnium Canonicorum ». Die 5 Iulii 1631.

572. BAREN. (925)

Fratres Capuccini Terrae Modugni Dioecesis Baren, conquesti sunt de Clero Saeculari loci illius prohibente eos m publicis Processionibus incedere sub propria Cruce, supplicantes provideri.

El S. R. C. respondit: «Regulares in publicis Processionibus non posse prohiberi, quin incedant sub propria Cruce etiam per limites alterius Parochiae. El ita in casu proposito servari mandavit, non obstante contraria consuetudine ». Die 2 Augusti 1631.

573. AESERNIF.N. (927)

Pro parte Capituli Cathedralis Aesernien. narratum fuit Episcopum exercentem Pontificalia extra Calhedralem adhibere in ministerio Presbyteros simplices, neglectis Canonicis suae Cathedralis, el petilum declarari: an conveniat?

El S. R. C. respondit : « Non convenire, sed Canonicos Cathedralis in casu proposito omnino inservire debere eliam extra Calhedralem, et non alios inferiores ». Die 2 Augusti 1631.

374. AESERNIEN. (928)

Idem Capitulum Cathedralis Aesernien. exponens Episcopum loci erexisse Thronum iurn gradibus excedentibus altitudinem Altaris maioris, el sterni fecisse tapeta supra gradus Throni, gradus autem Altaris nudos remanere, supplicavit declarari: an haec liceant?

Et S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 2 Augusti 1631.

575. SYRACUSANA. (931)

Officiales SS. Sacramenti parochialis Ecclesiae S. Ioannis Baptistae Civitatis Ragusiae Syracusanae Dioecesis supplicarunt pro licentia deferendi SS. Sacrameuium processionaliter super humeros Sacerdotum, iuxla eorum antiquam consuetudinem.

Et S. R. C. respondit: « Nullo modo permittendum, sed deferendum esse manibus celebrantis, iuxla praescriptum in Caeremoniali Episcoporum, non obstante quacumque contraria consuetudine, quam abusum omnino tollendum declaravit ». Die 2 Augusti 1631.

576. SYRACUSANA. (932)

Presbyteri et Clerici parochialis Ecclesiae Sancti Ioannis Baptistae Civitatis Ragusiae Syracusanae Dioecesis supplicarunt pro licentia addendi in Litaniis B. M. V., quae recitantur quolibet Sabbato in dicta parochial·, proul cantantur in Domo Laurelana, S. Ioannem Baptistam.

El S. R. C. respondit: < Nihil addendum in Litaniis Beatae Mariae Virginis, sed omnino recitari debere, proul iacenl impressae pro Domo Laurelana ». Die 2 Augusti 1631.

577. TORNACEN. (934)

Episcopus Tornacen. supplicavit declarari: an liceat Abbatibus Titularibus habentibus lunsdiclionem quasi episcopalem, cum usu miliae el baculi, deferre mitram extra proprias carum Ecclesias per Dioeceses Ordinaliorum, absque eorum licentia?

El S. R. C. ťespondit < Absque induito Sedis Xposlolicae non licere, nec sine nec rum licentia Ordinariorum ». Die 2 Augusti 1631.

578. S. AGATHAE. (939)

Episcopus S. Agalhae exposuit in Civitate sua solitum esse celebrari Festum SS. Assumptionis cum duobns diebus immediate sequnntibus, ad instar Festi Paschalis Domini nostri; el modo, stante Decreto contra abusus, dubitari: an licite huiusmodi solitum servari debeat? supplicans declarari sensum in hac re:

S. R. C. respondit: «Si duo sequentes dies celebrantur solemniler ex devotione populi, cum Officio tamen currentis dioi et proul praescribitur in Calendario Romano, posse continuari: si vero Officium his diebus fit, ut in die Assumptionis, nullo modo permittendum: sed Officium omnino recitari debere, proul praescribitur in Calendario Romano ». Die 22 Novembris 1631.

579. CIYITATEN. (940)

Supplicavit Episcopus Civitalen. per hanc S. R. C. declarari: SS. Sacramentum Feria V in Coena Domini asservari debere sub unica lanium clave relinenda per Sacerdotem in crastinum celebraturum, et nullo modo apud personas laicas el saeculares cuiuscumque gradus, status, vel conditionis existant; non obslanle quacumque contraria consuetudine. Item sub hoc Decreto comprehendi omnes Ecclesias suae Dioecesis, tam Saeculares quam Regulares quoquo modo a iurisdictione Ordinarii exemptas.

El S. R. C. respondit: « SS. Sacramentum Feria Y in Coena Domini sub unica tantum clave asservari debere, relinenda per Sacerdotem in crastinum celebraturum, el nullo modo apud personas laicas el saeculares, cuiuscumque status, gradus et conditionis existant, non obslanle quacumque contraria consuetudine, quam abusum esso declaravit. Item praedictum Decretum afficere omnes Ecclesias tam Saeculares quam Regulares, quovis modo a iurisdictione Ordinarii exemplas ». Et ila omnino in Civilale el Dioecesi Civitalen. servari mandavit. Die 6 Decembris 1631.

580. THELES1NA. (942)

Archipresbyter Parochialis el Collegialae Ecclesiae Terrae Cerreli Thelesinae Dioecesis supplicavit definiri: 1. an liceat levare corpora defunctorum sine licentia el intimatione proprit Parochi? Et S. R. C. respondit: «Corpora defunctorum non posse levari de domo propria, nisi cum interventu vel de licentia Parochi, cum quo concordari debet de hora illa deferendi ».

2. Peliil: an possit idem Parochus prohiberi per Canonicos Cathedralis Thelesinae, ne ingrediatur in Ecclesiam S. Leonardi, filialem et suppositam suae Parochiae, in

qua translatum est servitium, ob aeris intemperiem Civitatis Thelesinae, ad exercendas functiones Parochiales, el recipiendum solita emolumenta et obventiones Parochiales? El S. R. C. respondit: « In casu Sroposilo nullo modo per Canonicos Calheralis posse prohiberi ». Die G Dec. 1631.

581. ARIM1NEN. (943)

Pro parte parochialis Ecclesiae Castri Sancti loannis in Marignano Ariminen. Dioecesis, narratum fuit, dictam Ecclesiam, uti caput aliarum parochialium in loco existentiuin, nuncupari archipresbyleralem, et uti talem haberi el recognosci in Matricem, in eaque asservari Oleum sanctum distribuendum Ecclesiis suis filialibus, necnon a Iulio II unitam Monasterio S. Vitalis Civitatis Ravennalen. Congregationis Cassinensium, per cuius Congregationis Abbatem deputatur ad curam illius semper Monachus ad nutum ipsius Abbatis amovibilis: cuius praetextu alii Curati, licet recognoscant uti superiorem dictam Ecclesiam Sancti loannis, denegant praecedentiam et praerogativam ipsi Monacho ad curam illius deputato, in Processionibus aliisque functionibus ecclesiasticis, el supplicatur definiri : quid in casu proposito servandum?

El S. R. C. respondit: «Praecedentiam inter Curatos deberi in Processionibus el aliis actibus deputato ad curam Ecclesiae S. loannis, non obstante quod sil amovibilis et Regularis ». Et ila in casu proposito servari mandavit. Die 0 Decembris 1631.

582. BONONIEN. (946)

Dom. Marcus Antonius de Bononia, Abbas Monasterii B. Mariae de Pace de Urbe, Procurator Generalis Iotius Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium, conquestus est de Archidiacono Metropolitanae Ecclesiae Bononien. praetendente in Ecclesia propria dictorum Canonicorum Regularium occasione publicae Processionis porrigere aspersorium Effio Dno Cardinali Legato ad ipsorum Ecclesiam accedenti, contra dispositionem libri Caeremonialis et Decreta alias in his terminis per hanc S. C. edita, supplicans pro bono pacis declarari: quid servandum?

El S. R. C. respondit : < Aspersorium Eıi̇io Legato, seu Ordinario loci aliquam Ecclesiam suae Dioecesis seu jurisdictionis quacumque de causa ingredienti, non ab Archidiacono seu aliis de Capitulo cuiuscumque Ecclesiae porrigi debere, sed a digniore illius Ecclesiae, ad quam Emus Legatus, seu Ordinarius accedit». Et ita in posterum ubique servari mandavit. Die 11 Februarii 1632.

583. INCERTI LOCI. (947)

Licet alias S. R. C. decreverit, per Fratres Ordinis Minimorum S. Francisci dc Paula in Litaniis, Orationibus, versiculis, celerisque actibus inter divina Officia occurrentibus nomen dicli Sancti Francisci invocandum esse absque expressione *de Paula,* et per nonnullos modo apponatur ; dubitatur an praedictum Decretum afficiat, ex quo non fuit facta mentio de antiqua consueludflie per Fratres dicti Ordinis invocandi semper cum particula *de Paula ;*

S. R. C. ad removendum circa hoc omne dubium respondit: « Praedictum Decretum afficere, non obstante quacumque contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit: el ita per omnes Fratres Ordinis S. Francisci dc Paula ubique omnino servari mandavit ». Die 14 Februarii 1632.

584. TURRITANA. (948)

Plura petiit definiri Archiepiscopus Turrilanus.

1. An Rector alicuius parochialis debeat in sua parochiali, dum recitantur divina Officia, sedere in sella vel potius in scamno? El S. R. C. respondit: « Sedere debere in scamno, non autem in sella ».

2. A quo debeat porrigi aspersorium Archiepiscopo ingredienti aliquam Ecclesiam suae Dioecesis associato a Dignitatibus et Canonicis suae Cathedralis? El S. R. C. respondit : « Aspersorium porrigi debere a digniori illius Ecclesiae ad quam Archiepiscopus accedit, non autem a Dignitatibus et Canonicis Cathedralis ».

3. An Archiepiscopo accedenti ad aliquam Parochialem suae Dioecesis cum Canonicis suae Cathedralis, Rector illius Parochialis praecedere debeat Canonicos Cathedralis, et sedere immediate post Archiepiscopum ante Canonicos? El S. R. C. respondit: « Digniorem locum deberi Canonicis Cathedralis, immediate post Archiepiscopum·, Rectorem vero sedere debere post Canonicos, vel e regione Sedis Archiepiscopalis ».

4. An Canonici el Dignitates associantes Archiepiscopum in aliqua parochiali, Rector parochialis cedere debeat digniorem locum ipsis Dignitatibus el Canonicis: el an Rector sedere debeat in scamno, seu potius

in sella, proui praetendit Rector in sua prochiali, non obstante quod Canonici sedeant in scamno? Et S. R. C.: < Quoad digniorem locum, respondit, deberi Canonicis, ut ad proximum : quo vero ad Sedem, respondit, Rectorem in sua parochiali sedere debere in scamno, prout sedent Dignitates el Canonici». Die 14 Februarii <632.

585. AVERSANA. (949)

Nomine Parochorum Terrae Inliani Aversanae Dioecesis supplicatum fuit declarari tria dubia iuxta alias resoluta.

1. An Curatus teneatur distribuere candelas tn Festo Purificationis ultra inleressentes Processioni per domos parochianornm: stante, quod Constitutio synodalis has praecise prohibet distribui absentibus, el Rituale Romanum ad hoc Parochos non arctat. El S. R. C. respondit: * In casu proposito servandam esse Constitutionem synodalem el Rituale Romanum ».

2. An Cappellani aliique Sacerdotes cuiusvis Ecclesiae vocali ad funus possim erigere propriam Crucem, vel incedere debeant sub Cnice Ecclesiae ad quam cadaver defertur? El S. R. C. respondit : « Omnes vocatos ad funus incedere debere sub Cruce Ecclesiae ad quam corpus defuncti defertur, et nullam aliam Crucem erigendam esse in associatione cadaverum ».

3. An inter Sacerdotes SS. Annuntiationis et Sanctae Sophiae Ecclesiarum non parochialium in functionibus ecclesiasticis praecedentia debeatur ei, qui primum delectus fuerit in Sacrislam, vel Presbyteratus ordinem fuit prius assequulus? El S. R. C. respondit: < In casu proposito illi Sacerdoti qui prius Presbyteratus Ordine fuit insignitus, praecedentiam deberi; non auleni tempus deputalionis in Sacrislam esse attendendum in concursu circa praecedentiam ». Die 13 Martii 1632.

580. CORCYREN. (951)

\ri hiepheopus Corcyren. Romae nnniouns visitaturus limina Apostolorum, ăni» reditum in suam Dioecesim supplicavit definiri, an permittere debeat inveteratam consuetudinem deferendi processionaliler Fena VI in Parasceve de sero SSnimn Sacramentum in quadam *bura* per quatuor Sacerdotes, duo ex Latinis el duo ex Graecis; m potius illam in posterum prohibere?

El S. R. C. respondit « SS. Eucharistiae Sect imenlum nonnisi mambu< celebrantis de mane deferendum, el allegatam consuetudinem deferendi illud Foria VI de sero, vel etiam de mane eo die, nullo modo permittendam, sed esse abusum omnino tollendum; el ita in posterum servari mandavit ». Die 13 Martii 1632.

587. CAMERACEN. (952)

Petierunt Archiepiscopus el Episcopi Provinciae Cameraccn. declarari: an Abbates, Priores, Guardiani, Rectores Societatis lesii, aliique Superiores Regulares, qui ex privilegio possunt benedicere vestes sacras, reconciliare coemeteria, et similia, possint ea perficere non solum pro Monasteriis el Ecclesiis propriis, sed etiam pro aliis promiscue el indistincte?

. . Et S. R. C. respondit: «Abbates, Priores, Guardianos, Rectores Societatis lesu, el alios quoscumque habentes privilegium benedicendi vestes sacras, reconciliandi coemeteria, el similia; dicto privilegio uti non posse, nisi in his rebus in quibus sacra unclio non adhibetur, et pro servitio dumtaxat Monasteriorum el Ecclesiarum propriarum ». Die 13 Martii 1632.

588. ASCULANA. (953)

Petiit Episcopus Asculanus declarari: an liceat Regularibus in Feriis VI Quadragesimae publice exponere SS. Eucharistiae Sacramentum, absque licentia Ordinarii. Hem: an Confraternilales laicorum possint absque licentia, vigore alicuius aggregationis, idem SS. Eucharistiae Sacramentum publice exponere bis in anno occasione quadraginta horarum , sine licentia proprii Ordinarii?

Et S. R- C. respondit: « Neque Regularibus neque Confralernitalibus laicorum, quovis praetextu, licere exponere SS. Eucharistiae Sacramentum absque licentia proprii Ordinarii ». Die 3 Aprilis 1632.

589. BISUNT1NA. (954)

Cum Episcopo, el non aliis inferioribus, concédai Congregatio Tridentina dirigere Processiones ordinarias et extraordinarias per annum habendas, supplicavit Archiepiscopus Bisunlinus declarari :

1. An, absente Archiepiscopo, Processiones huiusmodi indicere speciei ad illius Vicarium Generalem, an vero ad Capitulum? El S. R. C. respondit: « Processiones indicere, absente Archiepiscopo, spectare ad Vicarium Generalem eo modo, quo spectabat ad Arcbiepiscopum ».

2. An Vicario Generali debeatur praecedentia 'Upra Canonicos canonical! habitu

indutos? El S. R. C. respondit : « Vicario Generali deberi praecedentia supra Dignitates el Canonicos et alios quoscumquo de Capitulo, licet antiquiores, tam praesente quam absente Archiepiscopo ». Die 30 Aprilis 1032.

590. MATHERANEN. (957)

Archipresbyter parochialis Ecclesiae Sancti loannis Baptistae Civitatis Malheranen. turbatus in sua solita Processione SSihi Sacramenti in Dominica infra octavam Corporis Christi a Fratribus Dominicanis, praetendentibus ad ipsos privative spectare Processionem facere SS. Sacramenti in Dominica intra octavam Corporis Christi, vigore Brevis fel. rec. Clementis VIII; supplicavit dictos Fratres coerceri.

S. R. C., ad relationem Emi I). Card. Virilis, respondit: « Breve Clementis VIII non afficere Parochos Saeculares, el Archipresbylerum supradictum non posse nec debere impediri in sua solita Processione in Dominica infra octavam Corporis Christi; el ita omnino servari mandavit ». Die 30 Aprilis 1032.

591. PLACENTINA. (958)

Archidiaconus el Praepositus Calhedralis Placentinae conquesti sunt de Canonicis eiusdem Calhedralis occupantibus slalla Dignitatum, ipsis Dignitatibus absentibus, supplicantes provideri.

El S. R. C. respondit: « Sedes Dignitatum absentium non debere occupari ab aliis Dignitatibus sive Canonicis, sed unamquamque Dignitatem in proprio stallo permanere debere, prout in una Capuana 31 Martii 1618». Die 30 Aprilis 1632.

592. ORITANA. (961)

Petilum fuit declarari : An debeatur obedienlia in Choro Vicario Generali seu Capitulari, absente Episcopo, antequam soleinniler celebret, prout praestatur ipsi Episcopo quando praesens est?

Et S. R. C. respondit: « Nullo modo deberi, et Vicarium sive Generalem sivoCapitularem omnino abstinere debere, cum obedienlia in casu proposito non debeatur nisi proprio Episcopo». Die 21 Iunii 1632.

593. AQUILEG1EN. (963)

Capitulum et Canonici Aquilegion. exponentes semper fuisse solitos omittere Missam Convenlualcm, quando celebrant Officium mortuorum cum Missa solemni, el in principio cuiuslibet mensis canere Missam Convenlualem cum sola collecta pro defunctis; supplicarunt pro licentia continuandi, non obstantibus Decretis huius S. C. mandantibus uiramque Missam celebrari.

El S. R. C. respondit: < Nihil ». Die 7 Iulii 1632.

594. CONGREGATIONIS (966)
CAMALDULENSIUM.

Emo cl Rmo Duo Card. Columna referente petitionem ad instantiam Procuratoris generalis Congregationis Camaldulensium, circa usum baldachini aliorumve pontificalium cum certo numero Monachorum inservientium , quando Abbates dictae Congregationis solemniter celebrant in eorum propriis Ecclesiis exemplis,

S. R. C. censuil: «Licere Abbatibus Congregationis Camaldulensium, quando solemniter celebrant, quod in tribus tantum quolibet anno Festivitatibus fieri permittitur, uti baldachino, sine auro tamen et pompa, cum assistentia unius Presbyteri et duorum Diaconorum ultra Diaconum et Subdiaconum pro cantandis Evangelic et Epistola, ac sex alios ad summum Monachos sacris vestibus indutos, quorum duo assistant cum pluvialibus, duo cum Planetis, el duo cum Tunicellis coloris tempori convenientis: et dummodo iidem Abbates nullo modo teneant Sedem ahbatialem fixam et permanentem prope Allate, ul Sedes episcopalis retineri consuevit; sed eorum Sedes retineantur in Ecclesia iis tantummodo diebus tribus Festivis, quibus Abbates solemniter celebraturi erunt, et dicti sex Monachi, ul supra parati, non in Sedibus choralibus, sed super scabellis sedeant in loco congruo, iuxta Ecclesiarum convenientem situm, ad hunc efieclum tunc appositis, panno laneo coopertis». Die 21 Augusti 1632.

595. PERUSINA. (968)

Cum Efinis Cardinalis de Torres Episcopus Perusinus mandaverit in Dominicis diebus, in quibus aspersio aquae benedictae fieri debet per ipsum celebrantem, iuxta praescriptum Missalis, Heri etiam debere per Dignitates solemniter celebrantes in diebus Dominicis; Horatius Rinaldus Archipresbyter Calhedralis Perusinae id aegre ferens, sub praetextu quod in dicta Calhedrali Dignitates celebrantes numquam talem aspersionem fecerint, supplicavit mandari nihil innovari.

El S. H. C. respondit: < Aspersionem aquae benedictae in diebus Dominicis fieri debere per ipsum celebrantem, etiam quod sit prima vel alia Dignitas; non obstante contraria consuetudine, quae potius corruplela quam consuetudo dici debet, cum sil contra Rubricas Missalis Romani et Caeremonialis lib. 2, cap. 31. Et ita in Calhedrali Perusina servari mandavit». Die 27 Novembris 1632.

596. SENOGALLIEN. (969)

Narratum fuit in Dioecesi, el signanter in Terra Montis Bodii Senogallien. Dioecesis, vigere abusum quod in Processionibus, in quibus interveniunt Sacerdotes diversarum Ecclesiarum, neglecta propria Cruce, turmalim et coniusim incedere velint sub ultima Cruce, et petilum declarari: non convenire. In illis vero Processionibus in quibus ex antiqua consuetudine incedendum est sub unica tantum Cruce, digniorem locum oblinere debere illos saeculares Sacerdotes, qui inserviunt illi Ecclesiae cuius est Crux, quae defertur in Processionibus.

Et S. R. C. respondit: «In Processionibus, in quibus quilibet Clerus incedit sub propria Cruce, sub eadem Cruce propria incedere debere. In Processionibus vero, in quibus non intervenit nisi unica tantum Crux, Clerum illius Ecclesiae cuius est Crux digniorem locum oblinere debere; el ita in Terra Montisbodii, iuxla antiquam consuetudinem, omnino servari mandavit ». Die 27 Novembris 1032.

597. INCERTI LOCI. (971)

Petilum fuit declarari: an liceat Canonico habenti supellectilem valde preliosam cum propriis insignibus pro celebratione Missarum, ea uti in celebratione Missarum privatarum, necnon el Missarum solemnium cum Diacono el Subdiacono in Altari maiori per lurnum suae Hebdomadae?

Et S. R. C. respondit: «abstinere debere, quando celebrat solemniler praesentibus Canonicis el aliis de Capitulo ». Die 15 Decembris 1632.

598. LUCANA. (072)

Prior Collegiatae S. Alexandri Civitatis Lucanae narrans diem Consecrationis Ecclesiae concurrere cum Eeslo S. Alexandri Titularis, nec posse commode ulrumque lestum, ut par est, celebrari; supplicavit pro licentia transferendi diem Consecrationis post octavam S. Alexandri.

El S. R. C. respondit: « Festum Consecrationis prius agendum ul dignius, Festum vero Titularis transferendum in diem proxime sequentem non impeditam ». Die 15 Decembris 1632.

599. MONOPOLITANA. (974)

Dignitates eiusdem Calhedralis Monopolitanae supplicarunt declarari: quis inservire debeal Episcopo solemniler celebranti pro Presbytero assistente: et quis, quando Episcopus non celebrat, sed lanium Divinis praesens est?

Et S. R. C. respondendum censuil : < Aut Praebendae sunt distinctae in Presbylerales et Diaconales ; et lunc Episcopo solemniler celebranti assistere debere pro Presbytero assistente digniorem de Capitulo, quocumque nomine nuncupetur, dummodo sit in Sacerdotio constitutus ; Episcopo vero non celebranti, sed Divinis tantum praesenti, pro Presbytero assistente inservire debere digniorem Canonicum post Dignitates. Aut Praebendae non sunt distinctae; el lunc Episcopo, sive solemniler celebret, sive Divinis tantum praesens sil, pro Presbytero assistente inservire debere digniorem de Capitulo, iuxla dispositionem Caeremonialis lib. 1, cap. 7 el 8 ». Die 15 Decembris 1632.

600. PENNEN. (970)

Canonici Calhedralis Pennen. exponentes nonnullos Regulares el Confraternilates laicorum praetendere in Processionibus deferre iniorlilia post Capitulum : item Gonfratres Montis Pietatis Feria VI maioris hebdomadae de sero post Clerum velle deferre Crucem; supplicarunt responderi : an haec duo conveniant?

El S. R. C. respondit: «Non convenire ». Die 15 Decembris 1032.

601. SENOGALLIEN. (977)

Praemortua uxore intra limites cuiusdam Parochiae, non electa sepultura, el marito declarante sepeliendam esse in sepulcro avito ipsius mariti, quod est in Ecclesia alterius Parochiae, supplicatum fuit definiri: an licite potuerit hoc facere maritus pro uxore praemortua?

El S. R. C. in casu proposito sic respondendum censuil, nempe: « Quod si maritus habet propriam sepulturam, in ipsa tumulandam esse eliam uxorem ; sin minus, in parochiali, intra cuius limites decessit ». Die 15 lanuarii 1633.

602. NOVARIEN. (978)

Capitulum, Archipresbyter el Curati Calhedralis Novarien. conquesti sunt de Canonicis Collegiatae Ecclesiae S. Gaudentii eiusdem Civitatis, quod ausi sint processionaliter ingredi limites Parochiae Calhedralis, pro efferendo quodam cadavere, intra cuius lines decesserat, ad eorum Collegialam, absque licentia et interventu proprii Parochi, supplicantes mandari restitui cadaver una cum emolumentis funeralibus, et provider· in posterum ad evitanda scandala el pro bono pacis.

El S. R. C. in casu proposito respondit: < Nullo modo licuisse Canonicis Collegiatae S. Gaudenlii ingredi limites Parochiae Calhedralis, irrequisilo et non expeclato proprio Parocho, el cadaver supradictum fuisse sepeliendum in Parochiali, sub qua decessit; sed non propterva iustis de causis esse exhumandum : omnia autem emolumenta funeralia esse per Canonicos dictae Collegiatae restituenda parochiali Calhedralis, absque ulla replicatione, prout in effectu intégralité!· restitui: el a similibus in posterum abstineri praecepit el mandavit ». Die 15 Ianuarii 1633.

603. AQUILEGIEN. (981)

Petilum fuit declarari ad instantiam Collegiatae Ecclesiae *de Cividad* nuncupatae, Aquilegien. Dioecesis: an in Feriis Quadragesimae, Adventus, quatuor temporum, Rogationum et similium, possit omitti Missa Conventualis, quando occurrit in dictis Feriis aliquod Festum duplex vel semiduplex, non obstante quod adsit consuetudo illam omittendi ?

El S. R. C. respondit: « Missam Convenlualein de Feria numquam esse omittendam , etiam quod occurrat Festum duplex vel semiduplex, non obstante contraria consuetudine ». Die 9 Aprilis 1633.

604. ORDINUM MENDICANTIUM. (983)

Instantibus Procuratoribus Generalibus Praedicatorum, S. Francisci, S. Augustini, et Discalceatorum Carmelitarum declarari :

I. An liceat Curatis, salvis eorum iuribus parochialibus, impedire contra voluntatem parentum defunctorum, ne Regulares vocali ad funus corpora defunctorum ad quascumquo Ecclesias deferenda una cum Clericis et Parochis associent ? Et S. R. C. respondit : < Regulares in casu proposito non posse impediri ».

2. An praedicti Curati possint cogere haeredes seu exequulores testamentarios, ut, pro cadaveribus quae tumulantur in Ecclesiis Regularium, in Ecclesiis parochialibus celebrari eliam faciant Officia novendialia ; necnon el anniversaria, prout celebrantur in Ecclesiis Regularium , in quibus sepeliuntur? El S. R. C. respondit: < Non posse cogi ». Die 22 Aprilis 1633.

605. PRAGEN. (984)

Felix Cancellarius Praepositus Collegiatae Sam iorum Cosmae el Damiani veteris Boleslav iae Pragen. Dioecesis, Protonolarius Apostolicns el Consiliarius Caesareae maieslalis, asserens habere indultum Apostolicum celebrandi ubique in Pontificalibus de consensu Ordinariorum; supplicavit declarari: licere sibi, ubicumque per ipsum in Pontificalibus, de licentia, ut supra, Ordinariorum celebrare contigerit, populum inibi praesentem solemniter benedicere.

El S. R. C., attentis narratis, respondit: « Licere oratori ubique de licentia Ordinariorum in Pontificalibus celebranti, solemnem benedictionem pupulo inibi praesenti dare el elargiri ». Die 22 Aprilis 1633.

606. PRAGEN. (985)

Felix Can. Aerius Praepositus Collegiatae Ecclesiae SS. Cosmae el Damiani Pragen. Dioec., Protonolarius Aposlohcus, el Consiliarius Caesareae maieslalis, gaudens induito a Sede Aposlolica utendi mitra el baculo, supplicavit declarari: licere eliam sibi paramenia sumere de Altari una cum ministro inserviente de candela.

Et S. R. C. respondit : « Licere quandocumque celebrat in locis suae iurisdiclionis, extra vero suam iui isdiclionem, nonnisi quando celebrat in Pontificalibus de licentia Ordinariorum ». Die 18 Iunii 1633.

607. HYDRUNT1NA. (994)

Archipresbyleri, seu Curati nuncupati Terrae Farpignani Hydrunlinae Dioecesis, supplicarunt declarari : licere eorum substitutis in absentia Curatorum exercere functiones omnes parochiales: item declarari, indictionem Festorum de praecepto esse publicandam per Curatos, non autem per Vicarios foraneos, ul isti praetendunt.

El S. R. C. quoad primum: « Remisit Eminentissimo Pamphilio » : quoad secundum, declaravit: « Publicationem Festorum de praecepto esse faciendam per Curatos, el nullo modo per Vicarios foraneos, El ila

quoad hoc servari mandavit ». hie 17 Decembris 1633.

60S. AESERNIEN. (998)

Episcopus Aesernien. literis suis exponens ab immemorabili et iuxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum in sua Dioecesi servatum esse, quod Gubernator el Electi Civitatis thurificenlur ab Hebdomadario colla induto, non autem a Diacono, a quo praetendit hodie Gubernator thnrificari debere, supplicavit responderi.

El S. R. C. respondit : « Servandam esse praedictam immemorabilem, cum sil conformis dispositioni Caeremonialis lib. 1, cap. 23 ». Et ila omnino servari mandavit. Die 17 Decembris 1633.

609. VELITERNA. (997)

Inslilum fuit responderi: an Priores Civitatis Veliternae tburilicari debeant ante Canonicos, quando dicti Canonici assistunt uti singuli in aliqua Ecclesia?

El S. R. C. in casu proposito respondit: < Magistratum prius ihurilicari debere ». Die 6 Martii 1634.

610. ASSISIEN. (1000)

Renuentibus Canonicis Cathedralis intervenire cum vestibus sacris in Processione SS. Sacramenti in die eius solemnilalis, iuxta praescriptum Caeremonialis lib. 2, cap. 33, *De Processione SS. Sacramenti,* sub eo praetextu, quod ipsi Canonici non teneantur nisi quando Episcopus praesens est Processioni ; idem Episcopus fuil coactus devenire ad mulclam contra inobedientes, supplicans declarari: an hoc rile cl recte factum fuerit?

Et S. R. C. respondit : « Canonicos semper intervenire debere vestibus sacris in Pror··sione solemnilalis Corporis Christi, sive Episcopus interveniat sive non, el inobedienles potuisse el debuisse per Episcopum mulclari ». Die 15 Iulii 1634.

611. OPPIDEN. (1001)

Dubiis per Episcopum Oppiden. transmissis, el ad relationem Emi de Torres S. R. C. respondit:

Ad 1. « Consecrationem probari concludenter ex signis deductis, et signa probari per testes deponentes de visu ».

Ad 2. an per celebrationem Missae in Ecclesia polluta, dicatur reconciliata; S. C. r«-pondit: « Negative: el ideo debere reconciliari iuxta formam praescriptam in Pontificali ».

Ad 3. an Ecclesia reconciliata ab Episcopo non habente iurisdiclionem in loco, dicatur bene reconciliata vel non; respondit < AHirmalive ».

Quo vero ad diem Consecrationis, cum ignoretur dies certus ipsius Consecrationis, S. R. C. censuil: «Episcopum constituero debere ex nunc certum diem, qui deserviat quotannis pro anniversario Consecrationis Ecclesiae ». Die 19 Augusti 1034.

612. LUCANA. (1004)

Capitulum el Canonici Cathedralis exponentes solitum esse in omnibus Ecclesiis Civitatis Confalonerio .Magistratus quando assistit .Missae solemni, porrigi textum Evangelii deosculandum, supplicarunt idem permitti etiam in ipsa Cathedrali, absente Episcopo. El S. R. C. mandavit: « Fieri verbum cum SSmo. El SSmus annuit ». Die 19 Augusti 1634.

613. CASTELLANETEN. (1005)

Supplicavit Thesaurarius Ecclesiae Cathedralis, habens curam animarum, declarari: deberi sibi praecedentiam supra omnes alias Dignitates et Canonicos in benedictione Fontis in Sabbato Sancto. El S. R. C. respondit: «Praecedentiam deberi in casu proposito **illi**, qui celebrat, el facit benedictionem Fontis cum habilu sacro ». Die 16 Septembris 1634.

614. MISSALIS ROMANI. (1007)

A Theodosio de Rubeis in mathematicis disciplinis apprime versato propositum fuit emendandam esse Rubricam XV Missalis Romani, ubi dicitur, quod Missa privata celebrari potest ab aurora usque ad meridiem; nam Rubrica hoc modo expressa non videtur aptari regionibus habentibus polum elevatum ultra gradus 48, min. 30, cum in aliquibus partibus sit aurora continua fere per totam noctem : et consequenter vigore huius Rubricae celebrari posset per lotam noctem. In aliis autem locis, iuxta maiorem elevationem poli, aliquando sunt tenebrae continuae, ahquando lux continua per pinres menses: ideoque, deficiente aurora in illis regionibus, non habet locum dispositio Rubricae. El cum de proximo publicandum sit novum Missale, quod sub praelo est, supplicavit SSino prius perpendi et emendari imperfectionem Rubricae. Et Sanctitas Sua, ul ista difficultas mature discuteretur mandavit pro huiusmodi causa convocari in-

frascriplos coram EiTio et Riîio D. Cardinali Oregio.

El die 18 Septembris 1634 interfuerunt coram eodem Eiho in Palatio Quirinali RR. I'P. DI). Sacrisla SSrhi, Magister Sacri Palatii, Lanuccius iilriusquae Signaturae Referendarius, Rospigliosus S. R. C. Secretarius, Errera Secretarius Brevium, Ingolus Secretarius Congregationis de Propaganda Eide, Don Bartholomaeus fiavantus, et Er. Lucas Waddingus, interveniente etiam eodem Theodosio: el cum diutius quaestio esset agitata, praeter Ingolum el Theodosium, qui censuerunt aliquid addendum esse Rubricae pro maiori declaratione; omnes alii fuerunt in volo contrario, attento quod agitur de immutanda Rubrica, quae diutissime mansit inconcussa et est universalis : quia « In casibus propositis quoad regiones carentes aurora, inlelligilur moraliter de tempore, quod aequivalel et corresponde! aurorae, hoc est de exordio diei civilis, moralis et usualis, in quo homines diluculo surgere solent ad opera, iuxta receptas el approbatas regionum consuetudines. Ita ut quaelibet additio reddatur superflua, et potius parere posset varias difficultates, quae specialiter propositae el consideratae fuerunt in Congregatione ».

El per me de praedictis omnibus facta pecnliari relatione SSfiio, Sanctitas Sua mandavit: «Nihil innovari, el solum adnolari in Regislro dubium excitatum: addens, quod iuxta casuum contingenliam, dabitur responsio a Sede Apostolica ».

Herum deinde idem Theodosius habuit recursum ad SSmum , enixe supplicando rem melius considerari ante editionem Missalis ; el varias congessit rationes pro fundamento suae opinionis, quas institit imprimi pro maiori commoditate, prout impressae fuerunt. El SSihus iussit hac do re iterum agi coram Emis et Rmis DD. Cardinalibus Scaglia, Oregio el Ginetlo.

Itaque die 2 Novembris hora 20 in Palatio Enti Scaglia fuit Congregatio, in qua praesentes fuerunt supradicti Emi PP., nec non omnes alii snprantimerali, excepto R. P. Sacrisla qui sequutus fuerat SS. eo de tempore progredientem ad septem Urbis Ecclesias. Et insuper interfuit R. P. D. Pauluccius S. C. Concilii Secretarius, et Octavianus Marianus Mathemanus. Et solis Ingolo el Theodosio in prima sententia permanentibus, ceteri omnes fuerunt in voto : « Praedictam Rubricam esse universalem , si inlelligatur eo modo quo est intelligenda ; lanto magi quod in alia Rubrica, ubi agitur de defectibus qui occurrere possunt in Missa, additur quod celebratur ab aurora communiter, ex quo constat habitam fuisse rationem locorum in quibus non apparet aurora : praeterea satis est verificari in maiori Orbis parte; nam aliter corrigendi essent Hymni, in quibus habetur: *Iam lucis orto sidere Iam sol recedit igneus:* el multa alia dictis regionibus incongruentia ». Haec el alia quatnplurima fuerunt adducta pro substinenda priori Rubrica. Et denique Euius Scaglia, luculenter admodum et erudite, innumera protulit fundamenta pro hac parte, et rationibus singulis in contrarium allatis plenissime respondit. Julius Rospigliosus Secretarius. Die 2 Novembris 1634.

615. BARBASTREN. (1008)

Dubiis pro parte Episcopi Barbastren. porrectis inS. R. C. fuit ad relationem Emi Pamphylii, responsum ul infra, videlicet:

Ad 1. An Ecclesia vel Sacristia teneatur subministrare paramenia pontificalia proprio Episcopo? S. R. C. respondit: « Episcopum posse uti praefatis paramenlis pontificalibus ».

Ad 2. An omnes Canonici occurrere debeant Episcopo accedenti, et abeunti, dum divina Officia decantantur? Eadem S. R. C. respondit: «Satis esse quod Episcopo in casu proposito occurrant ad ostium Ecclesiae quatuor ex Canonicis, dummodo in Choro remaneant Canonici in maiori numero ».

Ad 3. An Episcopus teneatur praenunciare Canonicis per diem ante, quando intendit celebrare in pontificalibus? S. R. C. respondit: « Teneri ».

Ad 4. An concurrente Magistratu saeculari cum Canonicis in associatione Episcopi ad Ecclesiam , teneantur Canonici assumere locum minus dignum? S- R. C, respondit: « Servandam esse in hoc dispositionem libri Caeremonialis lib. 1, cap. 15 ».

Ad 5. An de Ministris Ecclesiae ad stipendium Canonicorum conductis, possit Episcopus ad sui libitum, tam intra quam extra Ecclesiam disponere? S. R. C. respondit: « Posse Episcopum uti praedictis Ministris in Ecclesia ; extra vero, dummodo non resultet in praeiudicium servitii Ecclesiae ». Die 9 Decembris 1634.

616. TURR1TANA. (1010)

Cum Capitulum Ecclesiae Turritanae unitum habeat Mensae Capitulari Castrum quod-

dam, in quo adest Parochialis sub perpetua Vicana seu Redorait!, quaesitum fuit: an Canonicus Ecclesiae Turrilanae accedens ad huiusmodi Ecclesiam parochialem praecedere debeat Vicarium seu Hectorem illius?

Et S. R. C. respondit: « Non deberi praecedentiam Canonico in casu proposito supra Vicarium Ecclesiae parochialis ». Die 9 Decembris 163i.

617. LUCANA. (1014)

Cum in Decreto novissime edito per hanc S. C. circa textum Evangelii deosculandum a Confalonerio Magistratus Reipublicae Lucanae, quando Magistratus assistit absente Episcopo, non fuerit expressum per quem porrigi debeat praedictus textus; petierunt Bénéficiait Calhedralis Lucanae definiri: per quem et quo modo hoc munus peragi debeal?

Et S. R. C. respondit: < Textum Evangelii in casu proposito, debere porrigi per Cappellanum ipsius Magistratus in habitu ordinario, et cum diverso Missali ab eo quo utitur Diaconus in decantando Evangelio, ad hoc praeparando el porrigendo per praedictum Cappellanum ipsius Magistratus». Die 23 Decembris 1634.

618. LUCANA. (1016)

Capitulum Calhedralis Lucanae exponit in delatione SS. Sacramenti, quae iit per digniorem de Capitulo, absente vel impedito Episcopo, transiens per limites Parochiae S. Frigdiani, Priorem ipsius Parochiae praetendere consignari sibi debere SSihum Eucharistiae Sacramentum, deferendum ab ipso Priore per limites suae Parochiae: quod tum sit contra solitum, el contra ritum universalis Ecclesiae, supplicavit responderi: quid servandum?

S. R. C. respondit: « Delationem SSmi Sacramenti in casu proposito spectare ad digniorem Calhedralis per omnes vias, etiamsi contingat transire per limites alterius Parochiae». El ila servari mandavit. Die 21 Aprilis 1635.

619. ARETINA. (1017)

Inslilum fuit declarari: an Episcopus possit prohibere Cappelltmis Confralernilalum, ne in Oratoriis separatis ab Ecclesiis celebrent Missas in diebus festivis ante Missam Parochialem, aut saltem nonnisi de licentia Parochi?

El S. R. C., iuxta alias resoluta, respondit; « In Ecclesiis Parochiahbus prohiberi posse; in Oratoriis vero separatis ab Ecclesiis, non posse ». Die 21 Aprilis 1635.

620. NEAPOLITANA. (1018)

Quaesitum fuit definiri: an Regulares possint molestari a Parochis, ne in propriis Ecclesiis Missas privatas celebrent ante Missam parochialem, el praecipue diebus festivis?

Et S. R. C. respondit: « Non posse », Die 21 Aprilis 1(135.

621. OSCEN. (1019)

Petitum fuit responderi: an Episcopo solemniler celebranti, inservire debeant pro assistentibus personae de Capitulo, an vero alii qui non sint de Capitulo?

Et S. R. C. respondit: « Deservire debere personas de Capitulo, et nullo modo alios qui non sint de eodem Capitulo ». Die 26 Maii 1635.

622. CIVITATIS CASTELLI. (1020)

Conquerenle Magistratu Civitatis Castelli de Canonicis Calhedralis inleressentibus in Ecclesiis extra Calhedralem uti singulis el sine habitu canonical!, quod praetendant habere thurificalionem super Magistratum solemniler interesseniem Divinis,

S. R. C. respondit: « Nullam in casu proposito deberi Canonicis thurificalionem ». Die 21 Iulii 1635.

623. L1CIEN. (1022)

Petiit Episcopus Licien. mandari, quod Canonicis capitulariler accedentibus ad Ecclesias Regularium, quando assistunt ipsi Episcopo, paretur scamnum cum aliquo panno.

Et S. R. C. respondit: « Apponi debere pannum in scamno, quando sunt in habitu Canonical! ». Die 21 Iulii 1635.

624. 1I1SPALEN. (1029)

Fiscalis Ecclesiae Hispalcn. supplicavit declarari: an consuetudo quae viget in Cathedral!, quod absente vel impedito Archiepiscopo, lolio pedum in Feria V in Coeni Domini omittitur, sit servanda? et dato quod lolio sit facienda: an hoc casu eaedem caeremoniae debeantur celebranti solemmter eo die, ac si celebraret Archiepiscopus?

El S. R. C. respondit: « Lotionem pedum in casu proposito non esse omittendam: modum vero cum caeremonia remittendum totaliter Eiiio Archiepiscopo, pro sua prudentia ». Die 24 Novembris 1635.

025. IUSTINOPOLITANA. (1030)

Circa petitionem Episcopi Iustinopolilani, an ipsum accedentem ad aliquam Collegialam suae Dioecesis, teneantur Canonici eiusdem Gollegialae associare; el quomodo hoc casu incedere debeant, an ante vel post?

S. R. C. respondit: «Teneri, et circa ordinem incedendi mandavit servari dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 15; et lib. 2, cap. 8». Die 24 Novembris 1635.

626. IUSTINOPOLITANA. (1031)

Petiit idem Episcopus definiri: an Canonicus suae Calhedralis qui sil etiam Prolonotarius non de numero Participantium, possit in Choro deferre rochetlum discoopertum?

Et S. R. C. respondit: « Non posse deferre neque coopertum neque discoopertum ». Die 24 Novembris 1635.

627. SULMONEN. (1033)

Petitum fuit responderi: an liceat mulieribus occasione Processionum ingredi septa Monasteriorum Regularium, etiam stante consuetudine ingrediendi?

El S. R. C. respondit: « Nullo modo licere mulieribus ingredi septa Monasteriorum Regularium occasione quarumcumque Processionum, non obstante quacumque contraria consuetudine ». Die 24 Nov. 1635.

628. CALARITANA. (1035)

S. R. C. respondit: «Regulares promotos ad Episcopatus debere uti cappa pontificali coloris propriae Religionis; et ideo in casu proposito Archiepiscopum Calarilanum Regularem Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, non posse uti cappa pontificali alterius coloris, quam suae propriae Religionis: el renuentem, opportunis remediis coercendum ». El ila servari mandavit. Die 12 Ianuarii 1636.

629. S. MARTINI. (1036)

Supplicavit Princeps Venanlici pro licentia reponendi cadavera parentum suorum in sepulchrum de novo, extructum.

Et S. R. C. respondit: « Ordinarium non debere permittere quod in altum cadavera ponantur, sed subtus terram iacere debere ». Die 16 Februarii 1636.

030. MANTUANA. (1037)

Petilum fuit responderi: an benedictio Fontis baptismatis in die Sabbati Sancti fieri debeal per Dioecesim in Plebaniis tantum, aut etiam in Plebaniae Ecclesiis sublectis?

El S. R. C. respondit: « Fieri posse in omnibus Ecclesiis habentibus Fontem baptismalcm fixum ». Die 1 Marlii 1636.

031. VERCELLEN. (1039)

Petiit Episcopus Vercellen. declarari: an possit Nuncius Aposlolicus exercere Pontificalia, el populum benedicere absque licentia Ordinariorum?

Et S. R. C. respondit: « Affirmative ». Die 1 Martii 1636.

632. TRANEN. (1043)

Emo Roccio referente instantiam Canonicorum Calhedralis Tranen. circa excarceralionem oblinendam, eo quia noluerint parere Decreto huius S. C.

Eadem S. R. C. respondit: «Quod Canonici omnino pareant, el postea audiantur super distantia et super observantia. Quo vero ad excarcerationem posteaquam paruerint, adeant Archiepiscopum. Quoad verbum *quandocumque* in Decreto appositum, referendum semper esse ad illa tempora, in quibus cum cappa Archiepiscopus incedit. Quoad modum associandi; an ire ante vel post debeant Canonici, servandam esse dispositionem Caeremonialis Episcoporum. Quoad assislenliam in Ecclesiis extra Cathcdralem, Canonicos assistere debere in habitu canonical'! iuxta alias resoluta. Quoad numerum Canonicorum, servandam esse dispositionem Caeremonialis ». Die 21 Iunii 1636.

633. INTERAMNEN. (1044)

Supplicarunt Canonici Calhedralis Interamnen. declarari: an celebrante solemniler prima Dignitate pro Episcopo absente vel impedito teneatur ipsa prima Dignitas celebrare primas el secundas Vesperas, nec non Matutinas Horas et Laudes?

El S. R. C. respondit: « Omnia supradicla peragi debere per primam Dignitatem, quando solemniler celebraturus est pro Episcopo absente vel impedito ». Die 21 Iunii 1636.

631. SYRACUSANA. (1047)

Cum S. R. C. sub die 24 Maii 1636, ad relationem Eiiii el Rmi D. Cardinalis Caesa-

rmi, declaraverit Ecclesiam S. Georgii Civitatis Modicae Syracusanae Dioecesis esso Collegiatam insignem et Matricem, eique uli talem deberi praecedentiam et praeeminentiam supra omnes alias Collegialas eiusdem Civitatis, instilum fuit pro bono pacis declarari: quaenam sii huiusmodi praecedentia et praeeminentia?

Et S. R. C., ad relationem Emi et Rmi D. Cardinalis Sacchetli, censuit esse infrascriptas, videlicet :

I. « Quod in solemnitate Corporis Christi, Processio incipere debeat ab ipsa Ecclesia Matrice, ad quam convenire debeant Archipresbyler S. Petri cum suo Clero, et omnes alii intéresse debentes enumerati in Caeremoniali Episcoporum lib. 2, cap. 33; et nullo modo per vias expectare ».

2. « Quod in eadem festivitate delatio SS. Corporis Christi spectet ad Praepositum S. Georgii, uti primam Dignitatem : el, eo absente, ad aliam Dignitatem eiusdem matricis, ordine successivo; dummodo ipsa Dignitas, quae SS. Eucharistiae Sacramentum deferre debet, illa die solemniter celebraverit ».

3. « Quod omnes aliae Processiones publicae, puta S. Marci, Rogationum, pro pluvia petenda, serenitate impetranda, et similes, incipere pariter debeant ab ipsa Matrice ».

4. « Quod in die Ascensionis Domini, et Processionibus S. Marci nec non Rogationum, lam intra quam extra Civitalem, Praepositus S. Georgii, seu alia Dignitas quae succedit, deferendo Stolam, Officium faciat benedicendo segetes el similia ».

6. « Quod in omnibus actibus in quibus intervenit Clerus S. Georgii el Clerus S. Petri, Praepositus S. Georgii praecedentiam habeat, et votum supra Archipresbyterum el Canonicos S. Petri ».

0. * Quod, accedente Clero S. Georgii ad Ecclesiam S. Petri, pro exercenda publica functione, haec spectet el pertineat ad Praepositum S. Georgii, el hoc casu praecedentia debeatur eidem Clero S. Georgii ; in functionibus autem privatis, puta ex devotione vel simili, praecedentia competat Clero S. Petri in propria Ecclesia ».

7. « Quod in Sabbato Sancio pulsatio Campanarum speciei el pertineat, privative quoad omnes alias, ad Matricem S. Georgii ».

8. « Quod Indulgentiae, seu excommunicationes publicandae, nullibi publicari valeant, nisi prius publicatae fuerint in Ecclesia Matrice S. Georgii ».

9. « Quod fideles in die Paschalis recipientes SS. Eucharistiae Sacramenlum in Ecclesia Matrice S. Georgii, satisfaciant in rasu obligationi de recipiendo Communionem in Parochiali ».

10. «Quod, quando aliquis parochianus S. Petri eligil sepulturam in Ecclesia S. Georgii, Praepositus S. Georgii Ollicium facial super cadavere, eliam praesente Archipresbytero el Clero S. Petri ».

11. « Quod in associatione cadaveris, quando intervenit Clerus S. Georgii et Clerus S. Petri, semper praecedentia debeatur Praeposito et Clero S. Georgii, etiamsi cadaver deferatur in Ecclesia S. Petri : quo casu Crux erit deferenda S. Georgii, sub cuius Cruce omnes funus associantes incedere debeant; Oflicium vero super cadavere spectet el pertineat ad Curatum, vel Sacerdotem illius Ecclesiae in qua cadaver tumulari debet ».

12. «Quod Archipresbyler S. Petri nullo modo ministrare valeat Sacramenta suis parochianis extra propriam Parochiam ». Die β Septembris 1636.

035. HISPALEN. (1048)

Expositum fuit reperiri nonnullos saeculares in Civitate et Dioecesi Hispalensi, qui sub praetextu quod sint Patroni Ecclesiarum, praetendunt in Feria V Coenae Domini elavem SS. Sacramenti (quod eo die asservatur reconditum sub clave) ipsis esse consignandam, et proinde petitum definiri: an hoc conveniat ; stante quod alias haec S. R. C. consulta super hoc in Civitaten. 6 Decembris 1631 respondit: SS. Eucharistiae Sacramentum in Feria V in Coena Domini sub unica lanium clave esse asservandum, relinenda per Sacerdotem in crastinum celebraturum, el nullo modo apud personas laicas el saeculares cuiuscumque gradus, status el conditionis, non obstante quacumque contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit.

El S. R. C. respondit : « SupradicInm Decretum omnino servandum esse, prout illud servari debere in Civitate el Dioecesi Ilispalen. mandavit, quibuscumque non obstantibus ». Die 22 Novembris 1636.

63G. RECINETEN. (1061)

Clerus et Canonici Cathedralis Recincti supplicarunt pro licentia transferendi Festum Consecrationis ipsius Cathedralis, quae cadit 24 Mensis Maii, quae dies hoc anno

esi dies 2 Pentecostes, in Dominicam secundam Mensis Iulii.

El S. R. C. respondii : < Festum Consecrationis, cadens in diebus pnvilegialis, prout hoc casu contingit, esse transferendum iuxla Rubricas Breviarii Romani ». Die 11 Maii 1638.

637. VALVEN. (1052)

Tria petierunt declarari Decanus et Canonici Castri Veleris Valven. Dioecesis:

1. An Decretum iam per S. C. editum circa praecedentiam dandam Decano supra Archipresbyterum eiusdem Ecclesiae, locum habeat etiam ad favorem Canonicorum ?

2. An quatenus dictum Decrelum locum habeat ad favorem Decani el Canonicorum, hoc inlelligalur lam intra quam extra Ecclesiam?

3. An Archipresbyler eiusdem Ecclesiae denominari debeat Archipresbyler S. Pamphylii, an vero S. Ioannis?

El S.R.C.,ad relationem Emi Pamphylii, sic respondere censuil : « Circa primum el secundum, Decano el Canonicis collégialité! incedentibus, tam intra quam extra Ecclesiam, praecedentiam competere supra Archipresbylerum ; quo vero ad tertium circa denominationem, videndum quomodo hucusque denominatus fuerit Archipresbyler, an S. Pamphylii, an S. Ioannis». Die 11 Maii 1638.

638. BRUNDUS1NA. (1055)

Petiit Archidiaconus Cathedralis Brundusinae, an quando ipse uli prima Dignitas accedit ad Altare pro recipienda pace ab Archipresbylero solemniter celebrante, debeat stare, vel genullexus recipere pacem?

El S. R. C. respondii : < Debere slare, facia prius el post receptam pacem genuflexione, ex Caeremoniali Episcoporum lib. 1, cap. 24, vers. *Ordo autem ».* Die 12 Iunii 1638.

639. CASERTANA. (1056)

Cum in Collegiata Ecclesia Terrae Magdalim fuerint per Ordinarium creatae duae Praebendae, altera Diaconalis, el Subdiaconalis altera : el novissime per eundem Ordinarium creatae quatuor Praebendae Presbyleralcs ; praetendebant Praebendae Diaconalis et Subdiaconalis tamquam primo erectae, praecedentiam habere supra quatuor Praebendas Presbylerales noviter erectas, nec teneri subire ea munera quae prius abibant tamquam Diaconi et Subdiaconi ; el ob id supplicatum definiri, quid in casu proposito servandum ?

El S. R. C. respondii : < Oblinentes Praebendas Presbylerales, licet noviter erectas, praecedentiam habere debere supra obtinentes praebendas Diaconalem el Subdiacoiialem, licet antea erecta»; el oblinentes praebendas Diaconalem et Subdiaconalem leneri in casu pioposilo subire eadem onera ad quae tenebantur, antequam erigerentur Praebendae Presbyterales ». Die 12 Iunii 1638.

640. SULMONEN. (1058)

Petilum fuit pro parte Canonicorum Caihedralis Sulmonen. responderi: an licitum fuerit Vicario Capitulari facere Processiones per vias cum SS. Sacramento, extra dies praescriptos a Sacris Canonibus?

El S. R. C. respondii : < Delationem SS. Sacramenti extra Ecclesiam non esse permissam, nisi occasione solemnis Processionis m Festo et per octavam Corporis Christi, nec non occasione infirmorum, el orationis quadraginta horarum, iuxla Sacrorum Canonum Décréta: el in praedictis casibus semper intervenire debere Clerum cum Cruce ». Die 12 Iunii 1638.

641. URBAN1AE. (1061)

Duo petiit Episcopus Urbaniae :

1. An ipse possit uti in sua Dioecesi Decretis alias editis, non licere Regularibus exponere SS. Eucharistiae Sacramenlum sine licentia Ordinarii? El S. R. C. respondii: « Debere uti, eliam non obstante contraria consuetudine ».

2. An iidem Regulares habere possint conciones el sermones, non petita prius benedictione ab Episcopo, iuxla Constitutionem Gregorii XV? et S. R. C. respondit: « Non posse ». Die 12 Iunii 1638.

642. ASCULANA. (1062)

Capitulum Cathedralis Asculanae plura petiit definiri:

1. An Provincialis alicuius Ordinis Regularium possit inter Canonicos Cathedralis vocatos ad Vesperas el Missas solemnes a Regularibus m ipsorum Ecclesiis sedere?

2. An idem Provincialis in Ecclesiis sui Ordinis possit paramenia accipere de Altari pro celebratione Missarum ?

3. Au idem Provincialis possit in Ecclesiis sui Ordinis concedere Sedes camerales mulieribus non illustribus neque titulatis,

non obstante Ordinarii prohibitione desuper facta ?

Et S.R.C. censuit respondendum, quoad prunum : « Expeclandum esse responsum Episcopi ad effectum sciendi, an Canonici vocati a Fratribus assistant cum habitu canonical·; in reliquis: Negative in omnibus el per omnia ». Die 10 Iulii 1038.

643. BENEVENTANA. (1063)

Hector S. Donati Parochialis Ecclesiae, asserens se esse in possessione in associandis cadaveribus defunctorum incedendi cum Stola ante feretrum, etiam quod interveniat Capitulum Calhedralis, post omnes de Capitulo, supplicavit manuleneri.

El S. II. C. respondit, iuxta alias: < Praecedentiam deberi Capitulo el Canonicis Ecclesiae Calhedralis supra proprium Parochum deferentem Stolam, non obstante contraria consuetudine ». Die 10 Iulii 1638.

644. ORITAlfA. (1060)

EpiscoposOrilanus supplicavit declarari: an liceat pulsare Campanas in adventu Domini loci?

El S.R.C. respondit: < Non licere pul-'.Ile Campanas Ecclesiarum neque Piorum Locorum in adventu Domini loci, sine licentia Ordinarii ». Die 10 Iulii 1638.

615. PLACENTINA. (1067)

Rector Parochialis loci Pradaverae obligatus in Sabbato Sancto accedere ad Ecclesiam Archipresbyteralem Traven. pro exercendis functionibus ecclesiasticis praescriptis in dicto die, supplicavit eximi a praedicta obligatione, stante distantia loci ad locum.

El S. R. C. respondit : « Nihil ». Die 10 Iulii 1038.

646. SPOLETANA. Ç1068)

Priores Casciae conquesti sunt de Vicario focaneo qui, cum sit Canonicus Collegialae, praetendit in Processionibus incedere non cum snis Canonicis, sed post Processionem una cum Magistratu ratione tituli Vicarialus foranei, supplicantes coerceri.

El S. R.C. mandavii: « Responderi iuxla alias resolula conlra Vicarios foraneos». Die 10 Iulii 1638.

647. SUTRINA. (1069)

Expositum fuil pro parte graduatorum T« rrae Capranicae, Magistrum quemdam Regularem audere, relicta Cruce sui Ordinis, incedere in Processionibus seorsum a suis Fratribus, post Magistratum; cl supplicatum responderi : an conveniat ?

Et S. R. C. respondit: « Non convenire, nec esse permittendum, quod Regulares immisceant se cum Saecularibus in publicis Processionibus ». Die 10 Iulii 1638.

648. BRIXINEN. (1070)

Episcopus Brixinen. conquestus est de Abbatibus Regularium suae Dioecesis petentibus benedictionem ab aliis Abbatibus suorum Ordinum, contra expressam prohibitionem huius S. C., supplicans provideri.

El S. R. C. respondit : « Abbates in casu proposito non ab alio quam ab Ordinario benedictionem petere debere, et ita servari mandavii ». Die 24 Iulii 1638.

649. CONSTANTIEN. (1072)

Fratres Minores Conventuales supplicarunt declarari, in arbitrio esse haeredum exequias facere die 3, 7 et 30, pro defundis ubicumque voluerint, non obstante contradictione Parochorum praetendentium medietatem eleemosynae, quae elargitur occasione dictarum exequiarum: non aliter quam si dictae exequiae lièrent in eorum propriis Ecclesiis.

El S. R. C. < Remisit ad Ordinarium, qui faciat observare ius commune, cum Parochi non possint praetendere nisi ius funerale, quando eligitur alibi sepultura ». Die 24 Iulii 1638.

650. OXOMEN. (1074)

Episcopus Oxomen. ob particularem devotionem cupiens etiam diebus ferialibus intéressé Divinis, supplicavit pro licentia assistendi cum rochetlo el mozzella.

El S. R. C. concessit, « Dummodo non in Sede ordinaria, sed in primo stallo in Choro supra omnes alios assistat, el hoc etiam casu absque ulla assistentia Canonicorum, de qua loquitur Caercmoniale Episcoporum lib. I, cap. 8 ». Die 24 Iulii 1638.

651. SULMONEN. (1077)

Receptis literis informalivis per Vicarium Capilularem transmissis circa Processionem per ipsum factam cum SS. Sacramento per Civitatem de ordine laicorum indictam,

S. R. C. respondit : « Quod abstineat Vicarius impostorum a dictis functionibus. Quo vero ad expositionem SS. Sacramenti per Sodales Confralernilalum, fuit eidem iniun-

clum ul nullo modo permittat huiusmodi expositionem ». Die 24 Iulii 1638.

652. SYRACUSANA. (1078)

Stante Decreto huius S. C., quod SS. Eucharistiae Sacramentum in Processione non deferatur Sacerdotum humeris, sed manibus lanium Celebrantis, fuit quaesitum : an praedictum SS. Eucharistiae Sacramentum sit deferendum manibus lanium unius, an vero plurium Sacerdotum in Terra Miniae, in qua viget etiam hodie consuetudo, quod deferatur humeris quatuor Sacerdotum?

El S. R. C. respondit: < SS. Eucharistiae Sacramentum non Sacerdotum humeris. sed manibus dumtaxat illius, qui solemniler celebravit in dicla solemnilate, deferendum esse. El ita in Collegiata Ecclesia Terrae Miniae omnino servari mandavit ». Die 24 Iulii 1638.

653. THELESINA. (1079)

Orta differentia inter Sodales Confralernilalum S. Antonii et SS. Conceptionis Terrae Cerreti circa praecedentiam in Processionibus, supplicatum fuit declarari : cuinam Confraternitati sil danda praecedentia in Processionibus ?

Et S. R. C. respondit: «Praecedentiam dandam esse illi Confraternitati quae prius saccis usa est, iuxta dispositionem Bullae Gregorii XIII, quae incipit: *Exposcit etc.* ». Die 24 Iulii 1638.

654. FARFEN. SEU NULLIUS. (1080)

Clerus Terrae Accumuli non suppositus visitationi Episcopi Asculani exposuit fuisse prohibitum ab ipso Episcopo, ne interveniat Processionibus aliisque functionibus Ecclesiasticis, proul hactenus intervenire solitus erat, supplicans praecipi eidem Episcopo ul faciat in hoc servari solitum.

El S. R. C. mandavit : « Servari solitum quoad Processiones ». Die 24 Iulii 1638.

655. UGENTINA. (1088)

Duo petiit definiri Cantor Calhedralis Ugentinae :

1. Licere sibi tamquam primae Dignitati praeeminenliam assistendi pro Presbytero assistente Episcopo solemniler celebranti vel Divinis interessenli.

2. Licere sibi pariter, iuxta solitum, substituere alium sibi benevisum in huiusmodi functione, quando impeditus erit.

El S. R. C. ad 1. respondit: « Affirmative ».

Ad 2. vero < Negative, seu non posse alium substituere, non obstante contraria consuetudine ». Die 24 Iulii 1638.

656. ZAGAROLI. (1089)

Petrus Pazich Canonicus Collegialae Ecclesiae Terrae Zagaroli, Prolonotarius Apostolicus, supplicavit responderi sibi: an liceat in Choro el Processionibus stare el incedere cum habitu Praelatitio, pula rochetlo et mantelletla, iuxta consuetudinem observatam supra quadraginta annos?

El S. R. C. respondit: « Nullo modo licere, non obstante contraria consuetudine, quae potius abusus et corruptela nuncupari debeat, quam consuetudo ». Die 24 Iulii 1638.

657. URBIS ET ORBIS. (1090)

Die 24 Septembris 1638. Post Causas Bealificalionum el Canonizalionum, proposui dubium subortum de vigilia et ieiunio S. Ioannis Baptistae, quod cadit anno proximo venturo 1639 in diem solemnitalis Corporis Christi, el unanimi Emorum Patrum consensu responsum, non esse ieiunandum, proul in Decreto tenoris sequentis, videlicet :

Cum anno proxime venturo 1639 vigilia S. Ioannis Baptistae incidat in diem Solemnitalis Corporis Christi, fuit a pluribus locorum Ordinariis supplicatum SS. pro declaratione: quid agendum de ieiunio eo die praescripto? Supplicatione per Sanctitatem suam ad S. R. C. remissa, eadem S.C., re mature discussa, censuit : « Non esse ieiunandum neque abstinendum a carnibus, in Festo Solemnitalis Corporis Christi, sed anticipandum iciunium die antecedenti, nempe Feria IV, proul ieiunarelur in ipsa vigilia, el videri eidem S. C. quod Sanctitas Sua, si ita placuerit, praeciperet super hoc expedire Breve pro perpetuis temporibus futuris, quando idem casus contigerit ; et facta per me Secretarium relatione de praemissis Sanctitati Suae, Sanctitas Sua sententiam S. C. laudavit, el Breve per totum Orbem expediri mandavit », proul expeditum fuit tenoris, ut infra:

URBANUS BP. VHI

ad perpetuam rei memoriam.

Cum evenire quandoque possit, ul vigilia S. Ioannis Baptistae in diem Festum Solemnitalis Corporis D. N. I. C. incidat, Nos attendentes Festum diem huiusmodi, quo tanti Sacramenti institutio summa to-

lias populi Christiani laetitia recolitur, ex principalibus totius anni festivitatibus exigere; proplerea de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum consilio, deinceps perpetuis futuris temporibus, quoties vigiliam praedictam in dictam diem festivam SolemniUtis SS. Corporis D. N. 1. C. incidere contigerit, non esse ieiunandum neque a carnibus abstinendum in die Festo huiusmodi; sed anticipandum ieiunium die immediate antecedenti, nempe Feria IV, prout ieiunaretur in ipsa Vigilia, Apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus et ordinamus, in contrarium quibuscnmque non obstantibus. Volumus autem ut praesentium transumptis, eliam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, el sigillo personae in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus tides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 15 Octobris 1638.

M. 4. *Maraldus.*

658. CASTELLANETEN. (1091)

Emo Pamphylio referente quod Dominus loci praetendebat habere Solium cum Iribus gradibus in Ecclesia, necnon recipiendi thurificationem per manus Diaconi;

S. R. C. respondit: < Nihil permittendum ». Die 24 Septembris 1638.

659. FIRMANA. (1092)

Canonici Collegiatae Ecclesiae Morri Vallis supplicarunt praecipi Regularibus loci, ue audeant pulsare Campanas pro Salutatione Angelica, nisi prius dato signo per Ecclesiam Collegiatam.

El S. R. C. respondit: « Nihil ». Dic 24 Septembris 1638.

660. FIRMANA. (1093)

Priores Terrae Oflidae supplicarunt definiri: quomodo regulari debeat praecedentia inter Augustimanos et Capuccinos in Processionibus, attento quod Capuccini incedentes prius 'Ub Cruce Augusliniano rum habebant praecedentiam super Auguslinianos, quam hodie lidem Augusliniani denegant Capuccinis accedentibus cum propria ipsorum Cruce.

El S. R. C. respondit: « Praecedentiam non competere Capuccinis incedentibus cum propria Cruce ». Die 24 Septembris 1638.

661. MELITEN. (1108)

Procurator Generalis S. Augustini Fratrum Discalceatorum supplicavit declarari, iuxla eorum solitum, non teneri accedere ad Processionem die octava Corporis Christi, sed solum in ipsa die Corporis Christi.

Et S. R. C. respondit: < Ad ipsorum favorem, et ideo non posse cogi ab Ordinario in die octava ». Die 9 Decembris 1638.

662. MESSANEN. (1109)

S. R. C. respondit: < Archipresbylerum loci Gangii incedere debere ante baldachinum in Processionibus una cum suo Clero, el nullo modo sub baldachino, non obstante quacumque contraria consuetudine, quam abusum eadem S. C. declaravit, eamque sub censuris, quatenus opus sit, prohiberi » mandavil. Die 9 Decembris 1638.

663. BRUNDUSINA. (1114)

Archidiaconus Cathedralis, qui est caput Capituli, aegre ferens Hebdomadarios non expectare oratorem pro inchoando Officio, supplicavit definiri per quantum temporis spatium expectari debeat.

Et S. R. C. respondit: < Oratorem expectandum usque ad horam destinatam pro inchoando Oflicio ». Die 22 Ianuarii 1639.

661. M1LEVITANA. (1121)

Capitulum el Canonici Collegiatae Ecclesiae loci de Bircarcarra supplicarunt declarari, deberi ipsis in omnibus Processionibus praecedentiam supra omnes alios Sacerdotes Ecclesiarum non Collegiatarum.

Et S. R. C. respondit: « Deberi praecedendam oratoribus supra omnes alios Ecclesiarum non Collegiatarum ». Die 5 Februarii 1639.

665. SAB1NEN. (1124)

Archipresbyter Terrae Montis Albolti supplicavit responderi, quando sil danda benedictio cum SS. Sacramento, an in fine Hymni *Pange lingua,* an quando pervenitur ad versiculum Hymni Sit *et benedictio?*

El S. R. C. respondit: « In fine Hymni, post Orationem ». Die 5 Februarii 1639.

666. ARIANEN. (1126)

Archidiaconus Arianen., qui est Vicarius Capitularis, supplicavit responderi sibi: an in advenlu Baronum locorum Dioecesis liceal pulsare Campanas?

Et S. R. C. respondit: < Nullo modo licere ». Die 19 Februarii 1639.

667. AQUEN. (1127)

Capitulum Calhedralis conquestum est de Ordinario loci praetendente, quod ad Capitulum spectet stipendiare Magistrum Caeremoniarum, vel quod turns de Canonicis hoc munus subeat, supplicans responderi: quid servandum.

Et S. R. C. respondil: < Servari debere id quod disponit Caeremoniale Episcoporum lib. 1, cap. 6, vers. *Ut autem* ». Die 19 Februarii 1639.

668. AESINA. (1128)

Cum in Cathcdrali Aesina sint distincti Ordines, el aliquando eveniat ul aller ex Diaconis qui debel assistere Episcopo ob aliquam necessitatem sit absens, et necesse sil ul ultimus ex Canonicis Diaconi vicem subeat; supplicatum fuit an isle Canonicus, qui esi Sacerdos, assistendo stare debeal a dextris vel a sinislris.

El S. R. C., ad relationem Emi D. Cardinalis Caesarini, respondil: « Canonicum Sacerdotem debere assistere a sinislris, et dare praecedentiam Diacono exercenti Officium suum, iuxla dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 26 ». Die 19 Februarii 1639.

669. BAREN. (1130)

Syndicus el Elecli Terrae Aquaevivae supplicarunt pro licentia celebrandi Festum S. Antonii de Padua Patroni dictae Terrae cum octava, non obstante, quod cum octava celebrent eliam festum S. Euslachii pariter Patroni.

El S. R. C. respondil: « De principaliori dumtaxat Patrono celebrandum esse Festum cum octava ». Die 26 Martii 1639.

670. IUVENACEN. (1134)

Primicerius Cathedralis Iuvenacen. supplicavit declarari: an Dignitates assistentes m Choro debeant canere anliphonas el responsoria, ad hoc ul licite lucrentur distributiones quotidianas?

El S. R. C. respondil: « Servandam esse dispositionem Caeremonialis Episcoporum ». Die 26 Martii 1639.

671. ROSSANEN. (1136)

Presbyteri inservientes Canonico solenmiter celebranti conquesti sunt de Canonicis denegantibus sibi praecedentiam, supplicantes coerceri.

Et S. R. C. respondil: < Praecedentiam deberi assistentibus solemniler celebranti supra Canonicos, in casu proposito ». Die 26 Martii 1639.

672. SENOGALLIEN. (H38)

Emo Pamphylio proponente difficultatem suborlam: an Vicarius Generalis potuerit baptizare, sine consensu proprii Parochi?

Et S. R. C. respondil; < Posse Vicarium baptizare, si sil Sacerdos, el non habeat ab Episcopo facultatem limitatam». Die 16 Aprilis 1639.

673. ANGLONEN. (1140)

Canonici Collegiatae Ecclesiae S. Mariae Maioris Tursi, turbati ab Episcopo in praerogativa pulsandi Campanas in Sabbato Sancto, privative quoad omnes alias Ecclesias, cum illa sil Ecclesia Matrix, supplicarunt mandari servari solitum.

El S. R. C. mandavil; < Setvari solitum ». Die 16 Aprilis 1639.

674. BENEVENTANA. (1144)

Cappellani el Oeconomi S. Manae Sanitatis turbati a Parocho in celebratione Missarum ante Ecclesiae parochialis Missam, supplicarunt provideri.

Et S. R. C. iuxla alias resoluta, respondit: * Oratores non pusse impediri m eorum Ecclesia circa horam celebrandi Missam, et alia divina Officia exercendi ». Die 16 Aprilis 1639.

675. APRUTINA. (1149)

Gaspar Sachei Prolonolarius Aposlolicus non de numero Participantium, petiit declarari: 1. praescribi sibi locum in Ecclesiis, quando cum habitu praelatilio Divinis assistit; 2. an possit cogi ab Ordinario ad inleressendum, cum non obtineat Beneficium aliquod Ecclesiasticum.

El S. R. C. quoad primum respondit: < Stare el sedere debere, prout praescribitur in Gaeremoniali Episcoporum lib. 1, cap, 13 ».

Quoad 2. « Oratorem non posse cogi in casu proposito, neque adslringi ab Ordinario ad interveniendum Divinis neque Processionibus ». Die 7 Maii 1639.

676. IUSTINOPOLITANA. (1153)

Capitulum Calhedralis Iuslinopolitanae petiil declarari: an praecedentia debeatur

Capitulo Calhedralis assistenti Episcopo in aliqua Ecclesia Collegiala suae Dioecesis, quando Episcopus intervenit solemniler Divinis; aut Capitulo et Clero eiusdem Ecclesiae Collegiatae?

Et S. R. C., iuxta alias resoluta, respondit: « Praecedentiam deberi in casu proposiiu Capitulo Calhedralis supra Capitulum, Clerum el quosctittque alios Sacerdotes Ecclesiarum inferiorum ». Die 7 Maii 11539.

677. LUCANA. (1184)

Emo Caesarino referente causam Lucanam Processionis, S. R. C. ex noviler deducti' censuil: « Licere Capitulo et Decano Calhedralis Processiones facere per omnes vias, etiam absente Episcopo, nulla habita, neque pelila licentia Superiorum Ecclesiarum S. Frigdiam el S. Michaelis Civitatis Lucanae ». Die 23 Maii 1939.

078. IMOLEN. (1187)

Petiit Episcopus Imolen.: an permitti debeat addi m recitatione Salutationis Angelicae verba quaedam denotantia dolorem, videlicet Are *Maria plena doloribus etc.:* an vero potius dicla verba addita prohiberi?

Et S. R. C. respondit: < In casu proposilo nihil esse addendum, et per Ordinarium omnino prohibendum ». Die 23 Maii 1639.

679. TURRITANA. (1160)

Dignitates et Canonici Ecclesiae Turritmae supplicarunt responderi: an Vicario Generali, qui est de gremio Capituli, debeatur in actibus Capitularibus praeeminentia supra Dignitates el Canonicos antiquiores m Canonicalu?

El S. R. C. respondit: « Non deberi ». Die 23 Maii 1639.

680. UGENTINA. (1161)

Episcopus Ugentinus consuluit S. C.: •m permittere debeat Principi Terrae Praesicciae baldachinum in Ecclesia Matrice eiusdem Terrae, quando intendit assistere Divinis?

Et S. R. C. respondit: < Nullo modo permittendum ». Dic 23 Maii 1639.

681. VICENTINA. (1162)

Petilum fuil pro parte Collegiatae Ecclesiae Terrae Schii declarari: an vocato Capilulo ad funus alicuius, si interveniant de ordine Capituli 1res vel quatuor ex Canonicis, dicantur capilulariter incedere, ad effectum gaudendi praeeminentia Capitulo Collegiatae concessa?

El S. R. C. respondit; « Iuxta alias resoluta, tres ex Canonicis in casu proposilo sub Cruce Capituli associantes funus repraesentare Iotum Capitulum, ad effectum habendi praecedentiam supra omnes alios funus associantes ». Die 23 Maii 1639.

682. LUNEN. SARZANEN. (1164)

S. R. C. consuit: * Praecedentiam inter Confralernilates illi deberi quae prius saccis usa esi, etiam in concursu cum Confralernilate SS. Sacramenti, cui tamen debetur praecedentia in Processionibus SS. Sacramenti, dummodo accedat etiam ad alias Processiones et in loco sibi debito incedat ». Die 18 Iunii 1639.

683. CONGREGATIONIS TULLEN. (1166)

Procurator Generalis Congregationis Tullen. Ordinis Cistercien, supplicavit responderi: an sua Congregatio, utens Breviario Benediclino reformato, teneatur recitare Officia illorum Sanctorum, qui fuerunt inserti de mandato Sedis Aposlolicae in Calendario Romano, post acceptationem praedicti Breviarii Benediclini reformati?

Et S. R. C. mandavit: « Fieri de hoc verbum cum SS. El SS. respondit: Teneri ». Die 2 Iulii 1639.

681. 1ANUEN. (1169)

Barlholomaeus Classa Ianuen., provisus de Praebenda Thcologali aggregata Praebendae Subdiaconali in Calhedrali Ianuen., supplicat declarari: deberi sibi locum inter Canonicos Sacerdotes, attenta Praebenda Thcologali.

El S. R. C. respondit: * In casu proposito ei deberi locum uli Canonico Subdiacono ». Die 2 Iulii 1639.

685. BRUNDUS1NA. (1172)

Dubitatum fuit: an Ordinario solemniler celebranti extra Calhedralem debeat assistere Vicarius Generalis, an vero dignior de Capilulo?

S. R. C. respondit: « Assistentiam semper et ubique deberi Ordinario per digniorem de Capitulo, el nullo modo per Vicarium Generalem ». Die 20 Augusti 1639.

68G. URBANIAE. (1176)

Capitulum el Canonici Calhedralis Urbaniae supplicarunt responderi: an Mansionarii ipsius Calhedralis habere debeant prae-

cêdenliam supra Curatos Rurales? S. R. C. respondit: « Affirmative, alque eliam supra Curatos ipsius Civitatis, iuxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 2, cap.33 ».

Item petierunt responderi : quid servandum in casu , quo praedicti Curati appellent ab hoc Decreto? El S. R. C. respondit: « Servari debere Decretum, remittendo appellationem ad hanc S. C. ». Die 20 Augusti 1639.

«87. TOLETANA. (1178)

Petitum fuit responderi: an de octava S. Leocadiae Patronae Metropolitanae cadente in diem 17 Decembris, qui est dies privilegialus ad instar Quadragesimae, fieri debeat Officium ; an vero cessare hoc casu diem octavae?

El S. R. C. respondit: < Cessare debere diem octavae ». Die 17 Septembris 1639.

«88. URBEVETANA. (1179)

Erhus Crescentias literis suis exposuit: Capitulum Calhedralis solitum esse quotannis accedere una cum sua Dominatione Ema in Vigilia Assumptionis B. M. V. ad Ecclesiam Collegialam S. Andreae, ad inleresscndum Vesperis solemnibus, et Priorem dictae Ecclesiae Collegiatae uti primam Dignitatem praetendere in sua Ecclesia assistenliam facere Emo Cardinali; supplicans pro bono pacis responderi: quid hoc casu servandum?

Et S. R. C., iuxta alias resoluta, respondit: « Assistenliam proprio Ordinario fieri debere per digniorem de Capilulo Calhedralis, et non per digniorem Collegiatae, quando Ordinarius accedit ad Ecclesias, quamtumvis exemplas suae Dioecesis, sive ut Divinis assistat, sive ul Pontificalia exerceat ». El ita servari mandavit. Die 17 Septembris 1639.

«89. OPPIDEN. (1182)

Episcopus Oppiden. supplicavit responderi: an permitti debeat Fratribus Dominicanis, ut in Salutatione Angelica post verbum */ttus,* addant *Christus?*

El S. R. C., ad relationem Emi Pallotti, respondit : « Negative, et omnino prohibendum esse ». Die 19 Novembris 1639.

«90. * IMOLEN. (1186)

Clerus Imolen. exposuit Regulares S. Augustini ausos esse in Missa solemni defunctorum thurificare Magistratum, supplicans responderi : an conveniat ?

Et S. R. C. respondit: « Non convenire, sed omnino prohibendum ». Die 19 Novembris 1639.

691. INCERTI LOCI. (1187)

Quaesitum fuit tacito nomine: an consuetudo immemorabilis allegata non cantandi duas Missas in Catliedrahbus el Collegiatis, tempore Quadragesimae, quatuor temporum, Vigiliarum, el similium, probari debeat concludenter, an sufficiant conjecturae?

Et S. R. C. respondit : « Nullo modo per coniecturas, sed concludentissime probari debere, et interim servari mandavit Rubricam Missalis Romani ». Die 19 Novembris 1639.

692. MONTIS PELUSII. (H88)

Exposuit Episcopus Montis Pelusii vigere consuetudinem in sua Civitate obviam eundi Clericos el Presbyteros extra Civitatem cum superpelliceis, Cruce el baldachino, ad excipiendos cives suos quando gradual! redeunt in patriam, supplicans responderi: an hoc conveniat, an potius sil prohibendum?

Et S. R. C. respondit: « Non convenire, sed prohibendum, prout omnino prohiberi mandavit ». Die 19 Novembris 1639.

693. ORDINIS S. AUGUSTINI. (1189)

Petilio Augustinianorum : an celebraturi incedere debeant cum pileolo, quo in claustris utuntur, an vero caputio, prout utuntur alii Regulares, amictu cooperto; fuit remissa ad Eihum Pallottum, iuxta mentem S. R. C. quae est: « Ut caput tegant cum amictu ». Die 19 Novembris 1639.

694. ACERNEN. (1192)

Episcopus Acernen. supplicavit declarari : an liceat el sit permittendum Thronum paratum pro Episcopo, deservire Domino loci in Ecclesiis Regularium?

El S. R. C. respondit : « Non licere, neque ullo modo permittendum ». Die 14 Ianuarii 1610.

695. LI NEN. SARZANEN. (1195)

S. R. C. respondit : < Ordinem ecclesiasticae Ilierarchiae servandum esse, ul primum el digniorem locum obtineant Canonici Presbyteri, 2. Diaconi, 3. Subdiaconi; licet Diaconi et Subdiaconi ante Canonicos Presbyteros sui Canonicatus possessionem acceperint, non obstante contraria consuetudine». Die 14 Ianuarii 1640.

696. ORDINIS (1196)
MINORUM OBSERVANTIUM.

S. H. C. respondit: « Numerum Religiosorum ac electionem Religionum uro associandis cadaveribus ad haeredes defunctorum pro libitu voluntatis eorum spectare el pertinere: el ita ubique in posterum servari debere declaravit ». Die 1 i lanuarii 1640.

697. REATINA. (1203)

S. R. C. ad relationem Eihi Card. Caielam, censuit: < A Rubricis Breviarii Romani, Caeremonialis, el Ecclesiae Reatinae consuetudinibus non esse recedendum: el ad Hebdomadarium, sive Canonicum sive Beneliciatum, spectare singulis respective diebus ad Matutinum el ad omnes alias Horas Canonicas, *Paler noster, Domine labia mea etc., Deux in adiutorium etc.,* absolutiones, benedictiones, capitula, preces el orationes dicere; non vero ad maiorem Sacrislam vel alium Cappellanum amovibilein. El ita omnino servari mandavit, non obstante quacumque contraria consuetudine ». Die 10 Martii 1640.

698. TURRITANA, (1206)

Decanus Calhedralis Turritanae exposuit, Vicanum Generalem praetendere, uti digniorem de Capitulo, porrigere aspersorium Archicpiscopo venienti ad Ecclesiam, supplicans responderi: an hoc ei liceat?

El S. R. C. respondit: « Non licere, sed hoc munus spectaro el pertinere ad primam dignitatem Capituli, ordine successivo absente digniore ». Die 10 Martii 1640.

699. CAMERINEN. (1211)

Capitulum Collegiatae Terrae Malhelicae conquestum est de Ordinario loci mandante, m associandis cadaveribus, quando intervenit Capitulum cum sua Cruce, eliam Crucem Ecclesiae S. Antonii deferendam esse a sinistris Crucis Ecclesiae Collegiatae, supplicans lesponderi: an hoc liceat?

Et S R. C. respondit: < Non licere, sed unicam Crucem lanium esse debere ipsius Collegiatae ». Die 31 Martii 1640.

7OO. AESINA. (1213)

Capitulum Calhedralis Aesinae exposuit Cancellai tum Magistratus praetendere duas thuniicaliones ad instar Magistratus, supplicans responderi: quid servandum?

El S. R. C. respondit: « Servandam esse dispositionem Caeremonialis libri ». Died! Martii 1640.

70 L PLACENTINA. (1217)

Canonici Diaconi Calhedralis Placentiae, exponentes Clerum esse adeo numerosum, ut Diaconus qui in Missis solemnibus debet ihurilicare omnes de Choro, vix possit supplere ad hoc ut in tempore possit assister·· Celebranti pro suo munere peragendo, supplicarunt responderi: an hoc casu liceat, thurificalis Dignitatibus el Canonicis per Diaconum, subdelegare alium qui reliquos de Choro thurificet?

El S. R. C. respondit: < Non licere, sed servandam esse dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 23 ». Die 31 Martii 1640.

702. VIGIL1EN. (1219)

Regulares Civitatis Vigilien. turbati ab Ordinario ad obsequium eidem praestandum circa associationem, quando ipse venit ad Ecclesiam cum cappa, supplicarunt responderi: an teneantur?

El S. R. C. respondit: « Nullo modo teneri, neque in hoc posse Regulares molestari ». Die 31 Martii 1640.

703. CRACOVIEN. (1224)

Expositum fuit in Civitate el Dioecesi Cracovien. passim exponi SS. Eucharistiae Sacramentum per Regulares, el quod magis urget sine debita decentia; el petitum responderi: an conveniat?

Et S. R. C. respondit: « Nullo modo convenire, nec posse per Regulares publice exponi, sine expressa licentia Ordinarii, et ideo omnino prohibendos conlrafacientes ». Die 28 Aprilis 1640.

704. NEAPOLITANA. (1228)

Abbatissa et Moniales S. Marcellini exponentes Anniversarium Dedicationis earum Ecclesiae cadere sub die 2 Iunii, el mullolies, ob Festa mobilia, non posse dictum Anniversarium cum integra octava celebrari; supplicarunt pro licentia transferendi in diem 16 Iulii.

Et S.R.C. respondit: < Non posse transferri, nisi iuxta Rubricas ». Die 28 Aprilis 1640.

r

703. AR1ANEN. (1229)

Archidiaconus Calhedralis Arianen. exposuit, se iam obtinuisse a S. C. Decretum,

quo canium init hastas baldachini non esse deferendas a Canonicis in Processione Feriae V in Coena Domini, el Feriae VI Parasceve, el supplicavit hodie responderi : an praedictum Decretum habeat locum, etiam stanto contraria consuetudine, in casu proposito.

Et S. R. C. respondit: « Habere locum non obstante contraria consuetudine ». Die 2 Iulii 11140.

706. BALNEOREGIEN. (123!)

S. R. C. respondit: « Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum in concursu cum Capitulo Calhedralis non debere incedere in Processionibus cum vestibus sacris, sicut incedunt Canonici Calhedralis ». Die 2 Iulii 1640.

707. REGIEN. (1232)

Episcopus Region, supplicavit declarari: an Canonicis Collegiatarum Ecclesiarum suae Dioecesis in Processionibus SSmi Sacramenti liceat incedere cum vestibus sacris, prout incedunt Canonici Calhedralis?

Et S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 2 Iulii 1640.

708. TUSCULANA. (1234)

Magistratus Civitatis Tusculanae exposuit, Vicarium Generalem praetendere in Processione SSmi Sacramenti incedere post baldachinum, et occupare locum Magistratus, supplicans responderi: an sit permittendum?

Et S. R. C. respondit: « Vicarium Generalem in casu proposito abstinere debere». Die 2 Iulii 1640.

709. FERRARIEN. (1236)

Cum Capitulo et Canonicis Calhedralis Ferrarien. videantur Decreta S. C. Concilii Trideniini el huius S. R. C. inter sese contraria, circa distributiones quotidianas quas lucratur Canonicus Coadiulus, etiamsi Coadiutoi non inserviat pro ipso Coadiulo, supplicatum fuit declarari per hanc S. C.: quomodo dicta Decreta sint inlelligenda ; nec non quinam locus debeatur Coadiutori inservienti pro suo Coadiulo?

S. R. C. Ad I. respondit: « Decretum S. C. Concilii Trideniini in casu proposito non esse contrarium Decreto huius S. R. C., sed intelligendum, et conciliandum hoc modo, videlicet: Coadiulo infirmo deberi non distributiones quotidianas de distributionibus capitularibus , sed de bursa ipsius tantum Coadiutoris, non inservientis pro suo Coadiulo: prout etiam declaravit, Coadiutorem inservientem pro euo Coadiulo lucrari distributiones quotidianas, ad utilitatem tamen sui Coadiuti: prout idem alias declaravit ».

Ad 2. respondit: « Coadiutorem inservientem pro suo Coadiulo Canonico semper stare, sedere, el incedere debere in ultimo loco post omnes Canonicos : si vero Coadiulor sit Coadiutor Dignitatis, Coadiutorem inservientem pro suo Coadiulo semper siare, sedere, et incedere debere in eodem loco, et stallo ipsius Coadiuti ». Die 2 Iulii 1640.

710. VICENTINA. (1237)

Emo Burghesio referente petitionem Canonicorum quando vocantur ad funus, an eis debeatur praecedentia supra omnes alios funus associantes, eliam supra Parochum deferentem Stolam ;

S. R. C. respondit : < Non deberi praecedentiam, quando incedunt uti singuli, sed tantum quando incedunt capilulariter et cum Cruce Capituli ». Die 17 Iulii 1640.

711. CAPUTAQUEN. (1242)

Dignitates et Canonici Calhedralis Caputaquen., ob aeris intemperiem non obligati ad residentiam in Civitate, supplicarunt declarari : an ipsis existenlibus in locis Dioecesis debeatur praecedentia supra alios Presbyteros in deferendo Sanctissimum Sacramentum ?

El S. R. C. respondit : < Canonicis, uti singulis, nullam deberi praecedentiam aut praerogativam ». Die 17 Iulii 1640.

712. MONTIS PELUSII. (1246)

Supplicatum fuit responderi : an liceat in eadem Ecclesia erigere Cappellos sub eadem invocatione?

Et S. R. C. respondit: < Non licere ». Die 17 Iulii 1640.

713. PLACENTINA. (1282)

Emo Brancaccio proponente politionem Canonicorum Ecclesiae Placentinae contra Decanum eiusdem Ecclesiae habentem duplicem praebendam, Presbyleralem el Diaconalem, et renuentem inservire pro Diacono, quando per turnum ad ipsum tamquam Diaconum contingit inservire;

S. H. C. censuit: < Inservire debere in utroque Officio, si vult gaudere illorum proventibus ». Die 21 Augusti 1640.

714. LAURETANA. (1255)

Clems Montis Luponis exposuit, Ordinarium loci praecepisse servari diem festum S. Antonii Patavini de praecepto, tamquam de Patrono, cnm non fuerit electus servatis servandis; supplicans declarari: an Clerus teneatur servare hoc casu praeceptum Episcopi?

Et S. R. C. respondit: « Non teneri ». Die 21 Augusti 1640.

715. SURRENTINA. (1258)

Emo Sacchelli referente petitionem Archidiaconi et Primicerii circa distributionem candelarum, an spectet ad Celebrantem, an vero ad Vicarium Generalem?

S. R. C. respondit: « Spectare ad Celebrantem, non autem ad Vicarium ». Die 21 Augusti 1640.

716. THELES1NA. (1289)

Parochus Terrae Casaldum supplicavit prohiberi Sacerdotibus ne audeant celebrare Missam in diebus festivis in Oratorio ante Missam Conventualem in sua Parochia:

Et S. R. C. respondit: « Non posse prohiberi ». Die 21 Augusti 1640.

717. ARIMINEN. (1261)

Pelilum fuit, in qua sepultura tumulari debeat infans: an in sepulcro parvulorum, an in propria sepultura parentum , in qua concurrit consensus palris ipsius infantis?

Et S. R. C. censuit·. « Posse parvulum tumulari in sepultura propria, si illius parentes eam habebunl ». Die 15 Septembris 1640.

7 IS. CIVITATIS CASTELLANAE. (1264)

Archipresbyler Civitatis Castellanae supplicavit declarari, Missam solemnem celebrari debere per illummel, qui distribuit candelas, cineres el palmas.

Et S. R. C. respondit: < Distribuentem candelas, cineres, palmas et similia, teneri et obligatum esse celebrare solemniler in diclis functionibus». Die 15Seplemb. 1640.

719. CASTELLANETEN. (4265)

Episcopus Caslellanelen. supplicavit responderi: an liceat Archidiacono, seu alteri, imponere snperpelliceum Clericis ordinatis ad primam Tonsuram in primo ingressu pro exercendo eorum munere?

Et S. R. C. respondit: < Non licere, immo omnino prohibendum ». Die 15 Septembris 1640.

720. FOROLIVIEN. (1266)

Petilum fuit declarari praecedentiam deberi Moniali prius professae, an prius Abbatissae ?

El S. R. C. respondit: « Praecedentiam in casu proposito deberi prius professae ». Die 15 Septembris 1640.

721. MONOPOLITANA. (1267)

Civitas Monopolitana supplicavit praecipi Festum de praecepto diem immediate sequentem post Festum Assumptionis B. Virginis, iuxla solitum servatum usque in praesens.

El S. R. C. respondit: < Nova Festa de praecepto non esse introducenda, et ideo in casu proposito nonnisi diem Festum Assumptionis esse de praecepto celebrandum ». Die 15 Septembris 1640.

722. VICENT1NA. (1270)

Archipresbyler Ecclesiae Terrae Schii habens curam animarum petiit responderi : an ipso absente vel impedito, suus Coadjutor Stola indutus, praecedentiam habere debeat supra Canonicos capilulariler incedentes?

Et S. R. C., stante quod cura animarum sit annexa dicto Capitulo, respondit : < In casu proposito praecedentiam deberi Coadiutori deferenti Stolam supra Canonicos dictae Collegialae, ratione Stolae ». Die 17 Septembris 1640. -Γ·η-

723. CAPUTAQUEN. (1272)

Decanus Capulaquen. Cathedralis conquestus est de Curato Ecclesiae Terrae Pallulae, recusante dare praecedentiam oratori in Ecclesia parochiali, supplicans declarari , an dictus Curatus possit cogi ad dandum oratori praecedentiam.

El S. R. C. respondit: « Praecedentiam competere in casu proposito Curato in sua propria Ecclesia, et maxime quando orator accedit ul privata persona ». Die 6 Octobris 1640.

724. NOVAR1EN. (1274)

S. R. C. Decreto iam edito ad favorem Archidiaconi Cathedralis Novanen., circa quartam anliphonam praeinlonandam, quando Episcopus solemniler per se ipsum celebrat Vesperas in pontificalibus·, mandavit

addi ad maiorem supradicii Decreti expressionem, quod: « Dicta quarta anliphona praeinlonari debet a digniore de Capitulo in Choro manente, sive is dignior nuncupetur Archidiaconus, sive Archipresbyler, sive Decanus, dummodo sil dignior in Choro manens ». Die C Octobris 1040.

725. BISINIANEN. (1275)

Marcus Capaltus Curatus in Terra Liliorum supplicavit declarari: ad quem spectent functiones solemnes in Ecclesia simplici intra lines alienius Parochiae exislenle: an ad Archipresbyterum loci, an ad Curatum, intra cuius lines Ecclesia exislil, an vero ad Hectorem ipsius Ecclesiae simplicis?

El S. It. C. respondit: « Ad Rectorem ipsius Ecclesiae ». Die 6 Octobris 1640.

720. BRUNDUSINA. (1279)

Archiepiscopus Brundusinus conquestus est de Principe Velranae, audente usque ab anno 1036 relinere baldachinum in Ecclesia, contra formam Decretorum huius S. C., el Congregationis Immunitatis.

El S. R. C. respondit: « Quod Archiepiscopus exequatur Decreta iam transmissa ». Die 16 Decembris 1640.

727. INTERAMNEN. (1282)

Civitas et populus Inleramnen. conquesti sunt de Capitulo Cathedralis, praetendente intervenire in funeralibus etiam non vocato, supplicantes coerceri.

Et S. R. C. respondit: «Non debere intervenire, etiam stante contraria consuetudine ». Die 12 Ianuarii 1641.

728. S. AGATHAE GOTHORUM. (1284)

S. R. C. censuit: « Non licere thurificalionem Oeconomis seu Electis loci, quando in Ecclesia sunt inter se disiuncli el uti singuli, sed sufficere in casu proposito thunlicationem, quae lit populo per Acolythum post thurilicalos omnes de Choro ». Et ila in terra Vallis omnino servari mandavit. Die 12 Ianuarii 1641.

729. URBANIAE. (1285)

Episcopus Urbanise exposuit, non dedisse exequulionom Decreto iam sibi transmisso circa distributionem candelarum, quam praetendit Magistratus post Dignitates el Canonicos, ex eo quod aderal consuetudo in Civitate S. Angeli in Vado, quando non erat Civitas, Magistratui dandi candelam post omnes de Choro, instans sibi responderi: quid observare debeat in hoc casu proposito?

El S. R. C. tespondti: «Quod mandet cxequulioni Decretum iam transmissum, non obstante conti aria consuetudine, quae vigebat, antequam erigeretur in Civitatem, cum ex diversis non sit bona illatio ». Die 12 Ianuarii 1641.

730. VULTURANEN. (1286)

S. R. C. respondit: « Distributionem Lectionum et anliphonarum non ad Magislium Caeremoniarum, sed ad Primicerium in casu proposito spectare et perlinere; assislentiam vero Episcopo faciendam, fien debere iuxla dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 2, c. 3 – et Jib. 1, c. 11 ». Die 12 Ianuarii 1641.

731. FIRMANA. (1289)

Clerus Saecularis Montis Cosari asserens se fecisse semper Officium super cadaveribus, etiam in Ecclesiis Regularium, supplicavit mandari servari solitum.

El S. R. C. respondit: * Officium super cadaveribus in Ecclesiis Regularium ad ipsos Regulares spectare el pertinere, non obstante contraria consuetudine ». Die 26 Ianuarii 1641.

732. NEAPOLITANA. (1290)

Capitulum et Canonici Metropolitanae Ecclesiae Neapolitanae supplicarunt coerceri Regulares, renuentes Capitulum vocatum ad funus ingredi cum propria Cruce in Ecclesiis ipsorum Regularium, et signanter Monachos Benedictinos, Coelestinos et Olivelanos.

El S. R. C. respondit: « Licere Capitulo el Canonicis in casu proposito, cum propria Cruce ingredi Ecclesiam Regularium, nec posse a dictis Regularibus oratores impediri ». El ita servari mandavit, quibuscumque non obslanlibus. Die 26 Ianuarii 1641.

733. COMEN. (1292)

Emo Sacchetlo referente petitionem cuiusdam familiae, quae a fundamentis extraxerat Cappellam in Ecclesia parochiali, eamque sufficienter ut asserebatur, dotavit: an in ea liceret affigere inscriptiones virorum in Dignitate ecclesiastica constitutorum ex eadem familia cum imaginibus et statuis ipsorum?

Et S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 2 Martii 1641.

734. REGNI SARDINIAE. (1293)

Referente Emo Sabello controversiam praecedentiae inter Episcopos servandae,

S. R. C. respondit: < Praecedentiam regulandam esse a die Decreli Consistorialis super expeditione Ecclesiae ». Die 2 Martii 1641.

735. ALBANEN. (1294)

Orta differentia inter Vicarium Generalem praetendentem 1res thurificationes, in concursu cum Gubernatore el Prioribus Civitatis Albanen.,

S. R. C. respondit: < Vicario Generali in casu proposito deberi duas tantum thurificationes, nisi adsit consuetudo, quod thurificelur triplici ductu, quae tamen erit probanda ». Die 2 Martii 1641.

736. ALBANEN. (1296)

Praetendente Vicario Generali Albanensis Civitatis incedere in Processionibus post deferentem SS. Sacramentum, quando Canonici incedunt cum vestibus sacris, in concursu cum Gubernatore et Magistratu Civitatis;

S. R. C. respondit: < Vicarium Generalem in casu proposito abstinere debere a Processione, prout omnino abstinere mandavit ». Die 2 Martii 1641.

737. ALBANEN. (1296)

Gubernator et Magistratus Civitatis Albanen. supplicarunt responderi quando et quot ductibus thurificationis incensari debeat Gubemator Civitatis, praesente Vicario Generali.

Et S. R. C. respondit : « Gubernatorem, absente Euio Episcopo, tburificari debere duobus ductibus immediate post Vicarium Generalem, ante Dignitates el Canonicos: Magistratum vero post Dignitates et Canonicos eodem modo, prout incensanlur ipsae Dignitates el Canonici, iuxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 23 ». Die 2 Martii 1641.

738. LAURETANA. (1297)

Thoma Marcolinus Praepositus Montis Luponis, timens molestari a Vicario focaneo, ut accedat cum suo Clero ad benedictionem Fontis baplismalis in Sabbato Sancto ad Ecclesiam parochialem ipsius Vicarii foranei, in praeiudicium propriae Ecclesiae, in qua adest Fons baplismalis fixus, supplicavit non molestari.

El S. R. C. censuil : « Non posse molestari m casu proposito, nec posse impediri quominus benedictionem Fontis faciat in sua propria Ecclesia, cum assistentia Presbyterorum ad hunc actum necessaria; prout nec posse oratorem turbari in pulsando Campanas in Sabbato Sancio ante alias Ecclesias, dummodo pulsentur post Matricem ». Die 2 Martii 1641.

739. PRAENESTINA. (1298)

Archipresbyter Terrae Zagaroli conquestus est de Regularibus Convenlualibus Ecclesiae S. Antonii eiusdem Terrae, exislentis intra limites Parochiae oratoris, benedicentibus homines , et bruta animalia in die festo S. Antonii, nec non facientibus Processiones extra claustra, supplicans responderi: an haec liceant?

El S. R. C. respondit : « Non licere ». Die 2 Martii 1641.

740. VERULANA. (1299)

Exposuit Curatus parochialis Ecclesiae S. Petri Terrae Babuci, Archipresbylerum S. Angeli eiusdem loci praetendere functiones facere in propria Ecclesia oratoris, supplicans declarari: an liceal?

El S. R. C. respondit: « Non licere, sed ad proprium Parochum functiones omnes ecclesiasticas spectare et perlinere in propria Ecclesia, non obstante quacumque contraria consuetudine ». Die 2 Martii 1041.

741. MONOPOLITANA. (1301)

In Causa Monopolitana circa locum sedendi per Parochos in Ecclesia Calhedrali, quando ipsi accedunt ul assistant in Choro,

S. R. C., ad relationem Emi Caesarini, respondit : < Parochos manulenendos esse in possessione sedendi in stallis Canonicalibus post omnes Canonicos, et in Processionibus el in funeralibus incedendi imme diale ante ipsos Canonicos : el quod si altera pars velit facere probationes, admittatur etiam ad repetitionem testinm ». Die 23 Martii 1641.

742. RUBEN. (1302)

S. R. C. in causa vertente inter Vicarium Episcopi Ruben, et Archidiaconum eiusdem Ecclesiae, ad relationem F.ihi de Torres, censuil : « Primum stallum in Choro assignandum Vicario, firmandum tamen in loco fixo, ita ul amplius variari non possit, absente vel praesente Episcopo, in privata seu pontificali Sede interveniente; secun-

dum vero slallum relinquendum esse Arebidiacono, cl post hos, aliis Dignitatibus el Canonicis ». Die 23 Martii 1041.

713. ANCONITANA. (1303)

Petitum fuit declarari: an in Decreto edito in una Turrilana 19 Maii 1014, in quo dicitur: Canonicos solemniler celebrantes non debere sedere coram Episcopo in Sede cum poslergali, comprehendantur eliam Dignitates.

El S. R. C. respondit : « Comprehendi ». Die 23 Martii 1041.

744. CASTELLANETEN. (1305)

Praetendente Archidiacono imponere collam Clericis prima vice accedentibus ad Ecclesiam, el obstante prohibitione Ordinarii ; supplicatum fuit pro manulenlione.

El S. R. C. respondit: « Omnino proh'hendum ». Die 23 Martii 1041.

<45. FANEN. (1308)

Supplicavit Plebanus Terrae Carloceti praecipi Regularibus eiusdem Terrae , ne audeant diebus Festis celebrare Missas in eorum Ecclesia , antequam celebretur in Ecclesia Parochiali.

Et S. R. C. respondit : « Non posse prohiberi ». Die 23 Martii 1644.

746. IMOLEN. (1312)

Magister Caeremoniarum Cathedralis Imolen. institit responderi: an in solemni benedictione Episcopi Magistratus stare debeat, seu potius genuilectere?

Et S. R. C. respondit: «Magistratum debere genuilectere». Die 23 Martii 1041.

747. HISPALEN. (1313)

S. R. C. respondit: « Inter Capitulates cuiuscumque Ecclesiae, tam in functionibus ecclesiasticis quam in actibus quibuscumque capitularibus, quoad praerogativas et praeeminentias, attendendum esse tempus captae possessionis, et iuxta cuiusque admissionem illos stare, sedere el incedere debere, ipsoruimpio stallum in Choro el habitum debere esse communem et uniformem cum aliis Capitularibus eiusdem ordinis, quibuscumque aliis qualitatibus el dignitatibus saecularibus minime attentis ». El ila in Metropolitana Ecclesia Hispalen. servandum esse declaravit. Die 23 Martii 1641.

718. ALGAHEN. (431?>)

Orta differentia inter Canonicos Cathedralis Algaren. el Canonicos Collegialae Ecclesiae Oppidi Oleri, occasione Visitationis quae fiebat per Episcopum in Ecclesia Collegiata, circa praecedentiam quam Canonici Collegialae Ecclesiae praetendebant supra Canonicos Cathedralis, qui assistebant Episcopo visitanti tamquam in propria Ecclesia, supplicatum fuit responderi: quid hoc casu servandum?

El S. R. C., iuxla alias resoluta, respondit: « Praecedentiam deberi Canonn i-Cathedralis supra Canonicos Collegialae eliam in propria Ecclesia ». Die 20 Aprilis 1641.

749. CUSENTINA. (1346)

Decanus Metropolitanae Cusentinae exposuit ex volo Civitatis pro gratiarum actione , ex quo non fuit afflicta lerraemotu, fuisse factam solemnem Processionem cum Reliquia per primam Dignitatem delata, et modo turbari a secunda Dignitate praetendente delationem Reliquiae spectare gradahm inter Dignitates oidine successivo; supplicavit responderi : ad quem delatio Reliquiae pertineat?

El S. R. C. respondit: « Semper ad primam Dignitatem in casu proposito, et ea impedita, ad secundani ordine successivo ». Die 20 Aprilis 1641-

750. CLUSINA. (1317)

Archipresbyter Cathedralis Clusinae supplicavit definiri: ad quos spectet inservire ipsi oratori solemniler celebranti pro Diacono el Subdiacono?

El S. R. C., iuxta alias resoluta respondit: «Dignitati seu Canonico solemniler celebranti pro Diacono et Subdiacono inservire debere pariter Canonicos, el non alios inferiores: non obstante contraria consuetudine, quam abusum eadem S. R. C. declaravit ». Die 20 Aprilis 1641.

751. AESERN1EN. (1318)

Moniales Benedictinae Monasterii S. Mariae Civitatis Aeserniae conquestae sunt de Canonicis Cathedralis, qui vocali ad funus in Ecclesia ipsarum Monialium, praetendunt facere Officium super cadaveribus in dicta Ecclesia, supplicantes coerceri.

Et S. R. C. respondit: « Non ad Canonicos Cathedralis in casu proposito spectare Officium facere super cadaveribus, sed ad

Confessarium sive Cappellanum inservientem in Ecclesia ipsarum Monialium ». Die 20 Aprilis 4641.

752. PISAUREN. (1349)

Paires S. Caroli Congregationis Clericorum Regularium petierunt responderi : an liceat in node Nativitatis Domini, post cantatam primam Missam, alias duas immediate celebrare, el communicare fideles?

El S. R. C. respondit: «Nullo modo licere, sed omnino prohibendum ». Die 20 Aprilis 1641.

753. SM1RNEN. (1321)

Archiepiscopus Smirnen. petiit responderi : an Regulares intra hebdomadam Corporis Christi inler Missarum solemnia et ad Vesperas possint exponere SS. Sacramentum absque eius licentia?

El S. R. C. respondit: < Posse Regulares in casu proposito publice exponere SS. Eucharistiae Sacramentum absque licentia Ordinarii ». Die 20 Aprilis 1641.

754. AMPURIEN. (1323)

Ad relationem Emi Sacchelli, S. R. C. respondit : < Canonicos et Clerum Calhedralis in Synodo sedere debere a dexteris; a sinistris vero Canonicos Collegiatae de Templo cum suo Clero ; in incedendo vero Capitulum cum suo corpore el membris debere praecedere Capitulum Collegiatae ». Die **II** Maii 1641.

755. THELESINA. (1324)

Referente Eiio Pamphilio controversiam inter Canonicos Calhedralis el Canonicos Collegiatae Ecclesiae S. Martini circa delationem SS. Sacramenti in solemnilate Corporis Christi,

S. R. C. respondit: « Delationem SS. Sacramenti spectare el perlinere ad prunam Dignitatem Calhedralis, dummodo ipsa prima Dignitas Missam solemnem celebret dicta die ». Die 11 Maii 1641.

756. CAIACEN. (1326)

Deputati Seminarii Caiacen. supplicarunt declarari: an liceat Clericis Seminani habitare diu noctuque, el eliam dormire, in domibus aedificatis super Cappcllis dexterae navis Ecclesiae Calhedralis, in quibus quotidie celebratur?

El S. R. C. respondil|: « Non licere, sed omnino prohibendum». Die **II** Maii 1641.

757. NOLANA. (1326)

Guardianus Minorum Convcntualium supplicavit praecipi, quod Regulares in publicis Processionibus incedant per se sub propria Cruce, el nullo modo mixlim, alterum Ordinis Conventualis, alterum Observantiae.

El S. R. C. respondit : « Minores Convenluales debere incedere separatim sub propria Cruce, el nullo modo mixlim cum Observantibus ». Die 11 Maii 1641.

758. NUCERIAE PAGANORUM. (1327)

Capitulum Calhedralis Nucerinae supplicavit responderi: an Canonicus qui est eliam Dignitas, habere debeal duas voces in Capitulo, an vero unicam lanium, maxime cum Dignitati non sil adnexus Canonicalus?

El S. R. C. respondit : « Unam lanium vocem ii: casu proposito ei deberi ». Die **II** Maii 1641.

759. LICIEN., (1328)
SEU MINORUM OBSERVANTIUM REFORMATORUM.

Procurator Generalis Minorum Observantium Reformatorum conquestus de Capitulo Collegiatae Ecclesiae Terrae Salicae praetendente, etiam non vocato, associare funera ad Ecclesiam suorum Regularium', supplicat ul Capitulum coerceatur ne interveniat, nisi expresse vocetur ab haeredibus defunctorum.

El S. R. C. respondit : « Capitulum praedictum non debere intervenire, nisi expresse vocatum alias abstinere debere, ne graventur haeredes ultra eorum voluntates ». Die 11 Maii 1641.

760. OR1TANA. (1329)

Capitulum et Clerus Collegiatae Ecclesiae Casalis Novi, asserentes esse in possessione faciendi Oilicium super cadaveribus, eliam in Ecclesia Minorum Observantium dicli loci, supplicarunt manuleneri.

El S. R. C. respondit: « Oilicium super cadaveribus in casu proposito spectare ad Regulares Ecclesiae, in qua tumulari debet cadaver, non autem ad Capitulum Collegiaiac, non obstante contraria consuetudine ». Die 11 Maii 1641. «

761. SPALATEN. (1331)

Francisco Manolla Canonicus in Urbe destinatus Vicarius Generalis in Metropolitana Spalalensi, supplicavit praescribi sibi locum in Choro el Processionibus, tam in

habitu suo ordinario quam cum cotta, quando intervenit :

Et S. R. C. respondit : < Vicario Generali in casu proposito deberi semper cl ubique praecedentiam supra Dignitates cl Canonicos, dummodo sil in habitu ordinario; videlicet, sublana et mantello, el nullo modo cum colla; et dummodo Dignitates el Canonici non sint sacris vestibus induti ». Dic II Maii 1641.

762. VALLISOLETANA. (1332)

Petitum fuit declarari : an sil permillendum quod celebretur Capitulum tempore divinorum Officiorum?

El S. R. C. respondit : < Non licere nec debere celebrari Capitulum tempore divinorum (tfficiorum nec inter Missarum soleinnia, et ideo omnino prohibendum ». Die 11 Maii 1641.

ARETINA. (1333)

lacobus Tornainus Sacerdos Terrae Lurignani supplicavit definiri: ad quem spectet praecedentia in associando cadavere defuncti improvisa morte intra limites alterius Parochiae ; an ad illum, an vero ad Parochum domicilii?

El S. R. C. respondit : « Ad Parochum domicilii ». Dic 2 Iulii 1641.

764. BRUNDUS1NA. (1334)

Dignitatibus Metropolitanae Ecclesiae deposcentibus declarari : an secunda el tertia dies post ulramque Pascha sini dies solemiips, el tales in quibus celebrare teneantur ipsae Dignitates cum assistentia Diaconorum el Subdiaconorum Canonicorum?

S. R. C. respondit : * Esse dies solomnes, in quibus el' in omnibus aliis, Dignitatibus seu Canonicis semper pro Diacono el Subdiacono inservire debere Canonicos, non obstante contraria consuetudine ». Die 6 Iulit 1641.

765. CAURIEN. (1335)

Episcopus Caurien. consuluit S. C.: an conveniat, quod Dignitates et Canonici suae Calhedralis sinuant paramenia de Allan pro celebratione Missarum ?

Et S. II. C. respondit : « Nullo modo licere, sed omnino prohibendum ». Die 6 Iulii 1641.

766. LICIEN. (1336)

Episcopus Licien. per liter is significavit Ducem S. Donati Patronum Terrae tenero Thronum, sive Solium fixum in Ecclesia parochial) S. Caesarei cum baldachino et gennflexorio pariter fixo, et non amovibili, idemquc servari per Marchionem Patronum Terrae Caballini, supplicans responderi sibi: quomodo circa praedicta se gerere debeal?

El S. R. C. mandavit : < Scribi Episcopo, quod faciat in praemissis ad unguem servari Caeremoniale Episcoporum ». Die 6 Julii 1641.

767. DISCALCEATORUM SANCTI AUGUSTINI IN GALLUS. (1337)

S. II. C., iuxla alias resoluta, respondit: « Corpora defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium sepulturam sibi elegerunt, non esse prius ad Ecclesiam parochialem deferenda, sed Parochos leneri cadavera suurum parochianorum levare e loco ubi asservantur, el associare usque ad portam Ecclesiae Regularium, eliam ipsis Regularibus non associantibus: nec Parochos se ingerere posse in fat iendo super iisdem cadaveribus Oilicium in Ecclesiis Regularium, sed hoc ad ipsos Regulares in propria Ecclesia spectare el perlinere ». Die 6 Iulii 1641.

768. SPÜLETANA. (1338)

Emo Sacchello referente querelam Episcopi Spoletani contra Abbatem S. Benedicti Terrae Nursiae, arrogantem sibi processionaliter posse incedere cum mitra extra propriam Ecclesiam ;

S. R. C. respondit : « Non licuisse nec licere in casu proposito incedere cum mitra, el proinde Abbatem abstinere debere, proni omnino abstinere mandavit ». Die 3 Augusti 1641.

769. VALENTINA. (1339)

Effio Pamphilio referente causam praeeminentiarum inler Praepositos el Canonicos Ecclesiae Valenlinae, S. R. G. mandavit expediri Decreta iuxla Decisiones Rotae in hac causa emanata do ordine ipsiusmel Congregationis, tenoris infrascripli :

VALENTINA PRAEEMINENTI VRUM.

Delatis ad S. R. C. pluribus controversiis excitatis inter Capitulum et Canonicos Ecclesiae Metropolitanae Valenlinae, el Praepositos in dicta Ecclesia a fel. rec. Sixlo V institutos, placuit S. C. desuper exquirere votum Rotae; illoque habito, in vim quatuor Decisionum ab ea emanatarum, eadem S. R.C., referente Etiio et Rmo I). Card. Pamnhiho, viso volo, dictis Decisionibus exa-

minatis, et re mature discussa decrevit el declaravit : « Licere dictis Praepositis sedere immediate post Canonicos in iisdem Sedibus, seu scamnis, in quibus sedent Canonici ad audiendas conciones Ecclesiae, el sermones in benedictione candelarum el palmarum.

Hem : incedere una cum Canonicis ad recipiendas candelas in die Purificationis, cineres in die cinerum, palmas in die palmarum, Eucharistiam Feria V in Coena Domini, el ad adorationem Crucis Feria VI in Parasceve.

liem : accipere candelas accensas ab Acolytho, seu *Scolano* immediato posl Canonicos in functionibus in quibus deferuntur.

liem: Ihurificandos esse Praepositos el eisdem deferendam pacem, eodem modo proul Canonicis.

liem: Praepositos debere salutari a Canonico Praesidente el ab aliis Canonicis in Choro exislenlilms, eodem modo quo ipsi Canonici salutantur.

Item: licere Praepositis associare D. Archiepiscopum, quando accedit ad Ecclesiam ad Officia divina, el cum eo facere circulum una cum Canonicis ad Introitum Missae, *Kyrie, Gloria, Credo,* etc.

Item : Praepositos posse ingredi Chorum per portam principalem, praesente ibidem D. Archiepiscopo, ac ab eo salutatione honorari debere.

Item : licere Praepositis sedere in Sedibus quae apponuntur in Ecclesia SS. Conceptionis in die Processionis Bullae Cruciatae.

Item: debere deferri Viaticum ad Praepositos infirmos eodem modo quo defertur ad Canonicos, el m sepeliendis Praepositis defunctis esse observandum eumdem ritum, qui observatur in sepeliendis Canonicis, eorumque corpora in eodem sepulcro Canonicorum esse tumulanda, el Campanas eodem modo esse pulsandas.

Hem: m cantandis Missis posse Praepositos uti assistente, sicut Canonicos; parique modo, ul Canonicos, incedere ad praedicandum, nec debero Praepositos genu flectere ad benedictionem recipiendam.

Hem: distribuendam esse ceram Praepositis in Sabbato Sancio immediate post Canonicos, el eodem modo proul distribuitur Canonicis.

liem declaravit : Sacerdotem cum Reliquia in Processionibus occurrentem recipiendum esse inter Praepositos ; eosdemque lain in supradiclis actibus, quam in omnibus el quibuscumque aliis non expressis, dummodo non sini actus capitulares, facere unum corpus cum Canonicis, et gaudere omnibus praeeminentiis et praerogativis Canonicorum, absque ulla differentia. Capitulares autem actus eos solos intelligendos esse censuil, qui concerpunt gubernium, cl administralionem Ecclesiae, et iura Capituli, el vola eorum| qui sunl de Capitulo exquirunt ». El ila observari mandavit. Dio 3 Augusti 1641.

770. FOROLIVIEN. (1341)

Clerus Eorolivien. supplicavit responderi : an Canonici et Dignitates, in actu praestandae obedienliae, debeant ab Episcopo recipi ad osculum manus, an vero ad osculum genu?

Et S. R. C. respondit: « Episcopum debere Dignitates el Canonicos, aliosque de Capitulo recipere in casu proposito ad osculum dumtaxat manus, iuxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 2 » Die 17 Septembris 1641.

771. PACEN. (1342)

S. R. C. ad relationem Eïïïi Pamphylii, censuil: «Vicarium Generalem, quando Dignitates el Canonici sunt sacris vestibus induti, debere incedere post Episcopum ; el, eo absente, post Celebrantem ». Die 17 Septembris 1641.

772. CAMERINEN. (1345)

Commissaries Minorum Observantium Reformatorum in Romana Curia conquestus esi de Canonicis Collegiatae Ecclesiae Terrae Mathelicae volentibus, etiam non vocalis, associare cadavera defunctorum, quae tumulari debent in Ecclesia suorum Regularium, cum Cruce Capituli, in praeiudicium Crucis ipsorum Regularium, supplicans responderi: an hoc eis liceat?

El S. R. C. iuxta alias resoluta, respondit : « In associandis cadaveribus processionaliter, nonnisi vocatos ad funus intervenire debere ; et ideo Capitulum Collegialae Ecclesiae, in casu proposito, non vocatum abstineri debere. Quod si Canonici sponle el bono zelo impulsi funus associare velint, non in habilu canonical neque collegialiler cum propria Cruce, sed in eorum habilu ordinario, uti singulos post feretrum sequi debere ». El ila declaravit. Die 11 Novembris 1641.

773. FIRMANA. (1347)

Coinmissarius in Curia Minorum Observantium Reformatorum S. Francisa exponens, Capitulum Cathedralis Firmanae renuere obedire Decreto per hanc S. C. edito ad favorem suorum Regularium circa Officium faciendum per ipsos Regulares super cadaveribus in eorum Ecclesia propria, sub praetextu contrariae consuetudinis ad favorem Capituli introductae, supplicavit provideri.

El S. R. C. « Stetit in Decretis, et mandavit servari omnino Decretum iam editum ad favorem Regularium, non obstante contraria consuetudine ». Die 11 Novembris 1641.

774. LAUDUNEN. (1348)

Petilum fuit responderi : an habens indultum utendi mitra el baculo cum facultate benedicendi Cruces, Imagines, Campanas, Vasa, el alia ad divinum cultum necessaria, possit consecrare Altaria el Calices el similia, in quibus requiritur sacra unctio ?

El S. R. C. respondit : < Negative ». Die 11 Novembris 1641.

775. NULLIUS ALTAMURAE. (1349)

Orta differentia inter Moniales Monasterii Succursus, quaenam ipsarum praecedere debeat : an prius admissa el recepta, sed non professa ; an vero postea admissa el prius professa; fuit supplicatum responderi: quid servandum?

El S. R. C. respondit : « Prius professam, licet postea receptam, praecedere debere ». Die 11 Novembris 1641.

77(5. NUCERIAE PAGANORUM. (1330)

Capitulum Cathedralis Nuceriae Paganorum institit responderi : an liceat Canonico vel Dignitati, qui sit etiam Prolonolarius titularis, in Cathedrali concinnari cum habilu praelalilio, videlicet sublana, rochello, ni.intidlella el Stola ?

S. R. C. respondit : « Licere ». Die II Novembris 1641.

777. PRAENESTINA. (1332)

Canonicus Poenitenliarius de novo provisus in Cathedrali Praenestina supplicavit declarari : non posse eidem prohiberi, dum audit confessiones fidelium tenere in manibus virgam, seu *bacchelta,* proul relinent Pocnilontiarii Patriarchalis Ecclesiae S. Petri.

El S. R. C. censuil : « Non posse prohiberi ». Die II Novembris 1641.

778. NARNIEN. (1355)

Cappellanus Societatis SS. Trinitatis loci Calvi Narnien. Dioecesis prohibitus a Parocho celebrare Missam ante Missam Parochialem, supplicavit responderi : an licile hoc possit prohiberi ?

El S. R· C. respondit: * Non posse prohiberi ». Die 11 Novembris 1641.

779. TRANEN. (1358)

Archiepiscopus Tranen. institit praecipi Regularibus suae Dioecesis, ne audeant ullo modo praebere deosculandum textum Evangelii Ministris Regiis in ipsorum Ecclesiis.

El S. R. C. respondit : « Tam in Missis solemnibus, quam in privatis prohibendum ». Die 11 Novembris 1641.

780. NUSCANA. (1359)

Archipresbyter Parochus Terrae Bagnoli turbatus ab Ordinario loci circa publicationem Matrimoniorum el Ordinandorum, mandante haec fieri per Vicarium focaneum, supplicavit provideri.

El S. R. C. respondit: «Praedicta munia esse exercenda per proprium Parochum, el nullo modo per Vicarium focaneum ». Die 11 Novembris 1641.

781. TRIUM MISSARUM (1360)
IN NOCTE NATALIS DOMINI.

Cum superioribus diebus consulta hac S. R. C., an essel permittendum in media node Natalis Domini posl Missam decantatam successivo alias duas Missas, et in ei' sacram Communionem exhibere fidelibus illam deposcentibus ; ei respondisset, non esse permittendum, sed omnino utrumque prohibendum ; nihilominus nonnulli Regulares asserentes hoc licere, supplicarunt audiri :

El S. R. C., ipsis auditis cum Procuratoribus et advocatis, ad relationem Emi Pallotti, stetit in Decretis, el respondit: «Iterum prohibendum tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quam confluentibus in media nocte ad Ecclesias, et Communionem deposcentibus ». Dio 7 Decembris 1641.

782. MEDIOLANEN. (1361)

Congregatio nuncupata Transitus, solita qualibet Dominica reciiare Litanias B. M. V. pro agoniz.antibus, cum Orationibus non approbatis ab hac S. R. C., institit declarari.

an liceat continuari, an vero sil prohibendum?

El S. R. C. respondit : « Omnino prohibendum ». Die 7 Decembris 1641.

783. ORDINIS PRAEDICATORUM. (13(52)

Religio S. Dominici supplicavit declarari, non licere, contra dispositionem Bullae Clementis VIII, erigere duas Confralernilales in eodem loco sub eadem invocatione.

Et S. R. C. respondit: * Duas Confralernilales in eodem loco sub eadem invocatione erigi non posse, el ideo tam in Civitate Mcdiolanen., quam ubique locorum id esse prohibendum, prout omnino per Ordinarios prohiberi mandavit ». Die 7 Decembris 1(541.

781. SENARUM. (13(53)

Procuratores Generales Ordinum Mendicantium supplicarunt declarari, esse in arbitrio haeredum defunctorum vocare Regulares, qui funus associare debeant, et nullo modo in arbitrio Curatorum Civitatis Senarum, non obstante Decreto synodali dis ponente ad Curatos hoc munus pertinere ;

El S. R. C., iuxta alias resoluta, respondit : < In arbitrium haeredum defunctorum residere numerum Regularium, qui funeri intervenire debeni, non autem in voluntatem Parochorum, non obstante contrario Decreto synodali ». Die 7 Decembris 1641.

785. HYDRUNTINA. (1364)

S. R. C. ad instantiam Communitatis et hominum Terrae S. Petri in Palatina Ilydrunlinao Dioecesis, censuil : « In casu quo defunctus tumulatur in Ecclesia Regularium, non posse Parochum defuncti impediri ab ipsis Regularibus, quin pulset Campanas parochiales, neque ipsoe Regulares Ecclesiae in qua defunctus sepelitur, impediti a Parocho, quin pulsent Campanas eolum Ecclesiae ». El ita servari mandavit, the B Febinai ii H>'»2.

786. LUNEN. SARZANEN. (1370)

Canonici novae Collegiatae Ecclesiae Massae accedere debentes prima vice ad Synodum Dioecesinim institerunt declarari, ipsis deberi praecedentiam supra Priorem Regularem Ordinis Canonicorum Regularium Terrae C-urariac eiusdem Dioecesis Lunen. Sarzanen.

S. R. C. ad relationem Emi Card.S. Caeciliae, censuil : * Praecedentiam deberi in i asu proposito Canonicis dictae Collegiatae Ecclesiae collégialité!· incedentibus, stantibus vel sedentibus, supra dictum Priorem Regularem Ordinis Canonicorum Regularium Terrae Canariae ». Dic 22 Martii 1(542.

787. URBAN1AE. (1373)

Cum Archipresbyter in Collegiate Ecclesia Terrae Mercatelli I rbanien. Dioecesis, qui est inibi unica ol principalis Dignitas, quae non est de Capitulo, sil in antiqua possessione sedendi in dicla Ecclesia super Sede fixa cum genuflexorio prope Altare maius a cornu Evangelii o conspectu alterius Sedis pro Celebranto, quae est a cornu Epistolae, et ageretur in S. R. C., an dicla Sedes Archipresbyteri relinenda esset, postquam per novam erectionem Episcopatus Urbanien. cessavit mrisdiclio, quam dictus Archipresbyter prius exercere consueverat ;

Eadem S. R. C. referente Emo D. Card. Monlallo censuil : * Diclam Sedem pro Archipresbytero tolerandam esse, absente tamen Episcopo ; praesento veço, praedictum Archipresbylemm in illa sedere non debere ». Et ita servari mandavit. Die 14 Aprilis 1(542.

788. ASCULANA. (1374)

Quaesitum fuit a Presbyteris Terrae Acnmuli: an Parochorum praecedentia ratione antiquitatis inlelligalur lanium inter simplices Parochos, vel etiam inter eos qui habent specialem praerogativam, ul Archiprcsbyteri, Plebani el similes; ita ul Parochus Archipresbyter praecedere debeat simplici Parocho nullam aliam praerogativam habenti.

Et S. R. C. respondit : « In praecedentiis Parochorum attendendam esse antiquitatem el dignitatem Ecclesiae parochialis, non autem ipsorum Parochorum ». Die 10 Mati 1(542.

781). FOROLIVIEN. (137(5)

Proponente Emo D. Card. Brancaccio proces Episcopi contra Abbatem S. Mercurialis Ordinis Vallisumbrosae ;

1. Quod dictus Abbas bis tantum in anno cum suis Monachis Processionibus intersit, non autem omnibus ad instar aliorum Regularium :

2. Quod idem Abbas faciat sibi in eisdem Processionibus anteferre inlorlilium per unum ex Conversis dicti Ordinis :

3. Quod erigat Crucem cum vexillo bifurcato contra communem ritum Ecclesiae

cl Ordinum oliam Monachorum ; supplicans proptorea declarari: quid iuris?

El S. R. C. ad 2. respondit : « Non decere : ad reliqua vero audiendum esso Abbatem ». Die 10 Maii 1642

700. GRANATEN. (1377)

Episcopus Termopolensis SulTraganeus Archiepiscopi Granalonsis supplicavit declarari : deberi sibi praecedentiam supra omnes Canonicos el Dignitates dictae Ecclesiae, lam in Choro quam extra, qua hactenus carnil.

Et S. 11. C. respondit: « Praecedentiam competere Episcopo oratori super omnes Canonicos et Dignitates, tam in Ecclesia et Choro, quam extra ». Die 10 Maii 1642.

791. GROSSETANA. J(1378)

Episcopus Grossetanus, qui ob aeris insalubrilalem consuevit certis anni temporibus in oppido suao Dioecesis commorari, est in possessione habendi sequentia obsequia a Plobano illius Ecclesiae, cuius observantiam demandari supplicavit:

1. Ul Episcopo Missam privatam audienti Plebanus praebeat librum Evangeliorum, el pacem ad osculum :

2. Ul Plebanus associetur Episcopum venientem ad Ecclesiam cum cappa a domo Episcopali distante triginta passus;

3. Habendi ab eodem Plobano paramenia el alia ad usum Missae pro suis Cappellanis ibidem celebraturis :

4. Erigendi sibi in eadem Ecclesia Sedem pontilicalem cum baldachino.

Et S. It. C. respondit ad quartum : « Episcopo competere: ad reliqua: Nihil ». Die 10 Maii 1642.

792. MACERATEN. (1380)

Clerici Societatis Iesu, qui antea consueverunt per se ipsos facoro funeralia in Ecclesiis propriis super corporibus ibidem sepeliendis, coeperunt abstinere, et vocare ad easdem Ecclesias Presbyteros exteros qui hoc facerent: quapropter Parochus S. M. de Porta, intra cuius limites Ecclesia Societatis Iesu exislit, conquestus est apud S. C., et petiit declarari: ad quem spectet hoc munus obire?

El S. R. C. censuil : « In casu proposito speclare ad Sacerdotes Societatis Iesu Oflicia funeralia facere super defundis, si per se ipsos ea exercere voluerint ; sin vero per se ipsos exercere noluerint, non per exteros Presbyteros, sed per proprium Parochum esse peragenda ». Dio 10 Maii 1642.

793. MESSANEN. (1381)

Occasione Decreti huius S.G., quod Presbyteri Saeculares non possint Officium celebraro super čadaveribu in Ecclesiis Regularium, Clerus Saecularis praetendit Regularem non posse Crucem erigere, quando funera ad Ecclesias Regularium deferuntur: unde mulla scandala oriuntur, quibus Carmelilae Terrae Gerami petierunt provideri.

El S. R. C. mandavit: « Dari Decreta antiqua ad favorem Regularium emanata, et iniungi Archiepiscopo eorum observantiam ». Die 10 Maii 1642.

794. URBANIEN. (1383)

Archipresbyter Collegiatae Ecclesiae Mercatelli supplicavit mandari continuationem antiqui obsequii Capituli et Cleri eiusdem Ecclesiae, praestandi assislentiam in Sabbato Sancto benedictioni Fontis el divinis Officiis, nec non Missae el Processioni in die Corporis Christi.

Et S. R. C. proponente Emo el Rnio D. Card. Montait», censuil: « Consuetudinem praedictam tamquam laudabilem esse in posterum, ul hactenus, servandam ». Die 10 Maii 1642.

795. BALNEOREGIEN. (1386)

Capitulum Ecclesiae Calhedralis quaesivit :

1. Utrum Collegiato dictae Civitatis, quae in Processionibus consuevit incedere sub Cruce Calhedralis, debeat in funeralibus defunctorum propriae Parochiae incedere sub eadem Cruce, an c converso ?

2. An liceat Priori el Canonicis dictae Collegiatae deferre alinulium de camellollo vel de lana violaceis, sine licentia Sedis Aposiolicae?

El S. R. C., Decretis antiquis inhaerendo, respondit: « In deducendis funeribus, in quibus intervenit Capitulum Ecclesiae Calhedralis, omnes funus associantes sub illius Cruce incedere debere ». \d 2. « Non licuisse neque licere sine expressa Sedis Aposiolicae licentia ». Die 31 Maii 1642.

796. RITETTEN. (1386)

Capitulum Ecclesiae Calhedralis exposuit Baronem Biletti baldachinum in Ecclesia, alias iiissu S. C. depositum , iterum, tolerante Episcopo, erexisse; et (hiirificalionem n Caeremoniario immediate post Episcopum celebrantem exigere; supplicans propterea huiusmodi abusibus provideri.

EI S. II. C. mandavit: < Baldachinum amoveri, cl quoad thurificalionem servandum esse Caeremoniale lib. I, cap. 23, vers, (/no *vero (til laicos,* circa finem ». Die 31 Maii 1642.

797. HIPPOREGŒN. (1387)

Communitas Slrambini petiit declarari : an verba illa Ritualis in titulo de Processionibus § *Laid a Clericis, foeminae a rids separatae orantes piosei/uanlur,* intelligenda sinl quod foeminae omnis generis, tam nobiles quam ignobiles, post viros, tain nobiles quam ignobiles, sequantur; foeminae enim nobiles praetendunt immediate post viros nobiles incedere?

Et S. R. C. respondit: « Rituale requirere ut in Processionibus post Clerum viri a foeminis separatim incedant ; ceterum quoad locum el modum eundi nihil statuisse ». Die 31 Maii 1042.

798. MEDIOLANEN. (1389)

Quaesitum fuil ab aliquibus Regularibus: an licile celebrari possint Officia Sanctorum Archiepiscoporum de quibus nihil habetur in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarii, omisso Officio de Feria, aut do Simplici occurrenie?

EI S. R. C. proponente Emo Card. Caesarino, respondit: « Licere Regularibus utentibus Breviario Romano Officia dictorum Archiepiscoporum celebrare, si eorum Festa apud Ecclesiam Mediolanen. consueverant per biscentuin annos ante Constitutionem s. m. Pii PP. V celebrari, dummodo non sub alliori ritu, quam quo in eadem Ecclesia Mediolanensi recitantur ». Die 31 Mm 1642.

799. RUSSIAE GRAECORUM. (1390)

Métropolite Ruthenorum Graeci Ritus Serenissimo Regi Poloniae sublectorum el S. Romanae Ecclesiae unitorum exposuit, quod post celebratam sub s. m. Clemente YIII anno 1595 unionem, quatuor Metropolitae sine Pallio de Corpore B. Petri sumplo decessere, alio non usi nisi Stola pontificali Graeco Ritu, quam *Ilomophorion,* seu *Periphorion* appellant, quam ipsi deinde Episcopis 'ibi subiretis tradere consueverunt, bona tide putantes Pallium non esse necessarium. vel a summo Pontilice cum ipsis fuisse dispensatum propter schismaticos, ne forsan ex hac novitate difficiliores redderentur ad unionem cum Ecclesia Romana suscipiendam; el quod lam praedicti Metropolitae defuncti, quam modernus adhuc vivens, plnres Consecrationes Episcoporum, Ordinationes Presbyterorum, el alias manuum impositiones, el munera pontificalia gesserunt, de quorum validitate nunc dubitat: quamobrem petiit a Sede Aposlolica, quid sibi in praefatis agendum sil responderi: paratus si SS. D. N. placuerit, antiquum Pallium Graeci Ritus doponerc.

EI S. R. C., re maturo examinata, inclinavit: < UI Pallium de Corpore B. Petri sumptum dicto Metropolitae instantissime petenti concedatur; tradendum el adhibendum iuxla consuetum usum Ecclesiae Romanae, relido Episcopis Periphorio, seu llomophorio, scilicet Stola pontificali cum Crucibus rubris ad dislinguendum eos a simplicibus Presbyteris, cum absolutione antecessorum el moderni Metropolitae ob impensas sine Pallio Consecrationes, et similia ». Sed quia res visa est ulteriori discussione digna, mandavit haberi desuper Congregationem particularem coram Emo Domino Card. Brancaccio, cum Emorum Cardinalium, tum Praelatorum el Theologorum reformationi Euchologii praepositorum. Die 31 Maii 1642.

800. SAVONEN. (1392)

Vicarius foraneus Marchionalus Finalis conquestus est de Fratribus Ordinis Praedicatorum Burgi *dei Finale,* quod nimis frequentes sini in SS. Eucharistiae Sacramento, ex levissimis causis, el sine congrua decentia exponendo.

Et S. R. C. mandavit : « Servari Decreta antiqua super hoc edila, scilicel: non licere Regularibus eliam in eorum propriis Ecclesiis SS. Eucharistiae Sacramenlum palam adorandum exponere, nisi ex causa publica quae probata sil ab Ordinario ; ex causa vero privata licere, dummodo non extrahatur e tabernaculo et maneal velatum, ita ul ipsa sacra Hostia videri non possit. EI ila servari mandavit : nec non circa decentiam in exponendum standum esse definitioni el indicio Ordinarii ». Die 31 Maii 1642.

801. TARENTINA. (1393)

Promoter Curiae Archiepiscopalis quaesivit : utrum teneantur Fratres Minores Reformati Sancti Francisci accedere ad Processiones Rogationum et S. Calaidi Patroni : et au censuris possint compelli ?

Et S. R. C. mandavit: « Observari Decreta antiqua, lam huius quam S. C. Concilii: scilicel, dictos Regulares poenis arbi-

trariis cogi posse ab Episcopo ad interveniendum praedictis Processionibus, nisi docuerint de Aposlolicis Privilegiis contrarium disponentibus, quae sint Sacro Concilio Tridenlino posteriora ». Die 31 Maii 1642.

802 AQUILANA. (1394)

Episcopus fundatus in asserta consuetudine immemorabili eiusdem Ecclesiae permittendi Gubernatori el Magistratui locum in Presbyterio, permisit bis vel 1er Praesidi Regiae Audientiae Sedem cum duobus gradibus in eodem, cuius occasione cum Praeses eam deinde ad instar Cathedrae erexisset, coactus fuit illum a Presbyterio arcere; quamobrem concitata sibi laicorum ira, S.C. consuluit : quid sibi in posterum agendum esset, supplicans sibi saltem permitti ut, in casu absentiae Magistratus, locus illius in Presbyterio possit eidem Praesidi assignare.

El S. R. C. « Damnando gesta per Episcopum, mandavit scribi eidem, ul omnino servet Caeremoniaie lib. 1, cap. 13, § *Sedes nutem pio nobilibus etc.:* el Nuncio Neapolitano, ul ei assistentium praebeat, ul in Regesto Lilerarum habetur ». Dic 28 Iunii 1642.

803. BRIXIEN. (1395)

Abbas Caslilionis, qui habuit indultum a Sede Apostolica utendi pontificalibus ornamentis in locis temporali Dominio Matellionis Caslilionis subieclis, supplicavit declarari : utrum iis uti liceat etiam extra limites illius, de licentia tamen Dioecesanorum ?

Et S. R. C., Decretis antiquis inhaerendo, respondii: « Non licere absque induito Sedis Apostolicae, nec sine, nec cum licenlia Dioecesanorum ». Die 28 Iunii 1042.

SOI. GRASSEN. IN GALLIA. (1390)

Episcopus consuluit ., quid sibi agendum esset in sua Ecclesia, in qua asserit antiquam vigere consuetudinem singula tertia Dominica mensis, loco Missae Gonventualis, celebrandi Missam votivam solemnem de SS. Sacramento?

Et S. R. C. respondit: < Omittendam nullatenus esse Missae Gonventualis solemnom celebrationem propter Missam votivam , consuetudine quavis contraria non obstante, ul in Regesto Literarum ». Die 28 Iunii 1042.

805. MATHERANEN. (1397)

Quaesivit, proponente Emo et Rmo Cardinali S. Ceciliae, Canior secunda Dignitas Ecclesiae de Ferrandina :

1. An Archipresbyler, prima Dignitas dictae Ecclesiae Collegialae, non habens usum mitrae nec baculi, in celebratione Missae Gonventualis, praeter Diaconos et Subdiaconos assistentes , possit adhibere alium assistentem cum cappa et pluviali ?

2. Utrum idem Archipresbyler ihurificandus sil triplici ductu, et num idem agendum sil cum Cantore secunda Dignitate?

3. Utrum in Processionibus Archipresbyler praedictus aequaliter cum Canlore loni incedere debeant, an potius Archipresbylero liceat in fine solus cum habitu consueto nigro talari incedere ?

Et S. R. G. respondit :

Ad 1. « Non licere ».

Ad 2. < Non esse ihurificandum nisi duplici ductu, ul el Cantor ».

Ad 3. * Non licere, Archipresbytero solum incedere, nisi ipse sil cum habitu sacro , Canior vero sine illo ». Die 28 Iunii 1G42.

806. DUBIUM. (1398)

Dubitatum fuit: an Ordinarii locorum, quibus diriguntur Lilerae Apostolicae benedictionis agrorum cum his verbis: *auctoritate nostra benedicas, seu benedici cures,* in subdelegando deputare possint Sacerdotes ad libitum; an rationem habere debeant dignioris in loco ?

Et S. R. C., iuxla consuetum tenorem huiusmodi Brevium, respondit: < Non teneri ad eligendum digniorem, sed eorum arbitrio esse relinquendum ». Die 28 Iunii 1642.

807. UGENT1NA. (1399)

Quidam Barones el Domicelli thurificalionem duplici vel triplici ductu immediate post Presbyterum et alios Sacerdotes in Ecclesiis parochialibus, non tamen Collegiatis, exigunt ab eodem Ministro, a quo celebrans recipit; quapropter Episcopus supplicavit sibi praescribi: quid in his servandum sit?

El S. R. C., iuxla alias decreta, respondit : * Barones Dominos loci in Parochialibus non habentibus Canonicos, sed lanium Arehinresbylerum curam exercentem cum aliquibus Presbyteris sive Clericis, thurilicandos esse duplici ductu ab eodem Ministro qui ceteros thurificat, immediate post

Celebrantem el Diaconum el Subdiaconum sacris ministrantes: el Archipresbyterum, ante alios Clericos dictae Ecclesiae Parochialis ». Et ita servari mandavit. Die 28 Iunii 1642.

80S. INTERAMNEN. (1401)

Oria controversia inter Canonicos Ecclesiae Calhedralis et Magistratum, Canonici recursum habuerunt ad S. C., petentes declarari infrascripla, el respective mandari super eisdem observantiam Caeremonialis:

1. Magistratus, qui antehac consueverat in concione sedere a sinistris Episcopi remotius ab illo, et in scamno eiusdem qualitatis cum illo quo Canonici a dexteris sedent: nunc usurpat sibi sessionem ad dexteram in scamno eminenliore el proximo Episcopo cum genuflexorio.

2. Idem Magistratus conlra formam Caeremonialis usurpat sessionem in Presbyterio e regione Episcopi cum genuflexorio, quo nec ipse Episcopus utitur.

3. Conlra eiusdem Caeremonialis dispositionem, praetextu cuiusdam Decreti Episcopalis, thurificalionem exigit eodem tempore quo Canonicis exhibetur.

4. Distributionem candelarum ante Canonicos, vel eodem saltem tempore postulet.

δ. Idem de cineribus.

6. Idem de palmis.

7. Idem de adoratione Crucis Feria VI maioris hebdomadae.

8. In Processionibus SS. Corporis Christi locum sibi vindicat immediate posl SS. Sacramentum.

9. Idem Magistratus ab immemorabili tempore consuevit in ipso die sui ingressus ad Ecclesiam Calhedralem accedere, el Missae solemni intéressé, el publicam eleemosynam elargiri; nunc, praedictorum obtentu, neutrum facere contendit.

Et S. R. C., proponente Emo et Riho Cardinali Roccio, partibus in ius vocatis, ac Decretis alias editis inhaerendo,

Ad I. respondit: < Magistratui non licere occupare locum Capituli el Cleri, qui debet esse dignior immediate post Episcopum ».

Ad 2, 3, 4, δ, 6, 7 el 8. < Servandum omnino esse Caercmoniale ».

Ad 9. 4 Eum Magistratum teneri consueta obsequia el accessus in diebus solitis el 'olemmbus Ecclesiae Calhedralis piaeslare, el ad id cogi posse ». El ila in posterum servari mandavit in Civitate Interamuen. Die 19 Iulii 1642.

809. PISTOHIEN. (1402)
PRAECEDENTIAE.

Proposita fuit per Emum D. Card. Caesarinum Causa praecedentiae inter Abbatem S. Barlholomaei Ordinis Canonicorum Regularium Lateranensium, el Abbatem S. Michaelis Ordinis S. Benedicti Congregationis Vallisumbrosae praetendentem non assentiri praecedentiam Abbatibus Lateranensibus, quando incedunt cum mozzetla, eo quia tunc non incedant in habitu Clericali, sed Monachal! : iuxta formam praescriptam in sententia Pii IV, Bullatio novo Conslil. 75.

El S. R. C. animadvertens in Canonicis Regularibus Lateranensibus duplicem esse naturam, nimirum Saecularis el Regularis, el mozzellam in ipsis esse non posse nisi signum Regularilalis, tum quia ipsius delatio eis permittitur ab eadem S. C. etiam praesentibus Episcopis, ut in Vercellen. 9 Decembris 1617, turn etiam quia in colore non concordat cum Clericali, quae debet esse violacea et non nigra ; inhaerendo eidem sententiae Pii IV, censuit: « Ab Abbate S. Michaelis Congregationis Vallisumbrosae deberi praecedentiam Abbati S. Barlholomaei Canonicorum Lateranensium, dummodo iste in habitu clericali, vesleque linea, sine pallio nigro, el sine mozzetla incedat ». Die 19 Iulii 1642.

810. DE SACRIS IMAGINIBUS. (1403)

Die 26 Iulii 1642. Publicatum fuit Breve SSmi D. N. PP. Urbani VIII, de consilio S. C. emanatum, de sacris Imaginibus sub novis habilibus non exponendis, el nonnisi ea forma qua ab antiquo tempore consueverat in Ecclesia Romana exhiberi, tenoris ul infra. Causa vero huius reformationis potissima fuit abusus qui paulatim irrepserat pingendi Imagines D. N. 1. C. el B. Mariae Virginis ac Sanctorum cum habilibus Ordinum Regularium, ul Carmelitarum, Cruciferorum ; vel Nationum, ut Gallicae, Hispanicae, el similium: quod non solum falsilalem praeseferebal, cum veritatem oppugnaret, quam Ecclesia debet sectari el colere in omnibus etiam exlrinsecis, praesertim in Imaginibus, quae sunt Calhechismus idiotarum el rudium ; sed etiam dissensiones inter Ordines el Nationes gignebat, el nundinationibus ac avaritiae fomitem praebebat, Aposlolicae Sedis providentia omnino exlinguendnm.

Constitutio, cuius supra mentio facta est, hic subiicilur :

De Veneratione SS. *Imaginum habes Gregorit Mill Gonxtit. 51:* Sanctissimus etc., *(dino 4, part. 3, Magni Huilai ii,* p. *311, § 15; circa formam autem cl habitam Sacrarum Imaginum lege Sacrosanctae Tridenlinae Synodi Decretum.*

URBANUS PAPA VIII.

Sacrosancte Tridentina Synodus optime agnoscens non leve scandalum afferre posse, si quid inordinatum aut praepostere accommodatum, vel profanum in Ecclesiis appareat; statuit, nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia etiam quomodolibel exempla, ullam insolitam Imaginem ponere, vel ponendam curare, nisi ab'Episcopo adprobata fuerit.

§ 1. Cum autem, sicut accepimus, ex praedicti Decreti inobservantia varii abusus irrepserint; idcirco Nos abusus huiusmodi tollere, pro debito pastoralis Officii Nostri, volentes; re etiam cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus praepositis communicata, el mature considerata et discussa ; inhaerendo dictae dispositioni Sacrosanctae Tridenlinae Synodi, motu proprio, el ex certa scientia nostra, deque Aposlolicae potestatis plenitudine, ne quis cuiuscumque gradus, qualitatis, ordinis, status vel conditionis, ac dignitatis el praeeminendae etiam ecclesiasticae, etiam individua et speciali expressione dignae existai, Imagines D. N. I. C., el Deiparae Virginis Mariae, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum et Sanctarum quorumcumque sculpere, aut pingere, vel sculpi, aut pingi facere, aut antehac sculptas, pictas el alias quomodolibel effictas tenere, seu publico aspectui exponere, aut vestire cum alio habitu el forma, quam in Catholica el Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit, nec etiam cum habitu peculiari alicuius Ordinis Regularis, tenore praesentium prohibemus; ac ut Imagines aliter pictae vel sculptae ab Ecclesiis el aliis locis quibuslibet amoveantur el deleantur, vel reducantur et reformentur ad habitum el formam in Ecclesia Catholica el Aposlolica ab antiquo tempore consuetam: ul veneratio et cultus sic dictis Imaginibus augeatur, el quae oculis Fidelium subiiciunlur, non inordinata nec insolita appareant, sed devotionem pariant el pietatem ; et no exponantur in Ecclesiis, quibuslibet ac quomodolibel qualificalis, ac earum frontispiciis el atriis, imagines profanae, vel alias indecentiam el inhonestatem praeseferentos, cum Domum Dei deceat sanctitudo, praecipimus. Quocirca quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Iocorum Ordinariis, ac Nostris el Aposlolicae Sedis Nunciis, Legalis, etiam de Latere, sub obtestatione divini indicii mandamus, ut praedicta inviolabiliter el exacte observent. Mandantes insuper omnibus Capitulis Ecclesiarum etiam Cathedralium el maiorum, Universitatibus etiam studiorum, Monasteriis, ac Collegiis, et personis quibuscumque eliam Ecclesiasticis, Saecularibus et Regularibus cuiuscumque Ordinis, etiam Cislerciensis Instituti, Congregationis et Societatis eliam lesu, eliam Militaribus, eliam Hospitalis S. loannis Hierosolymitani, aliorumque Militarium, el celeris quibuscumque, quomodolibel qualilicalis, ac eadem individua expressione el speciali nola dignis, ac Moniahbus, etiam Regularium gubernio subieclis, ac eliam Sedi Aposlolicae immediate suppositus, ut in eorum Ecclesiis et locis omnia el singula praemissa observent, el observari faciant.

§ 2. Quatenus vero ipsi, praesertim Regulares ac Moniales, praesentibus Literis ac omnibus in eis contentis parere neglexerint, possint el debeant Episcopi el locorum Ordinarii el Metropolitani, Primates el Patriarchae, Nuncii et Legali Apostolici de Latere missi, tamquam in hoc a Sede Apostolica specialiter delegati, contra omnes el singulos praedictos, et quoscumque alios quomodolibel inobedienles et transgressores procedere, et quacumque appellatione, recursu, reclamatione, aliisque iuris et facti remediis ordinariis el extraordinariis penitus et omnino remotis, ad omnimodam observantiam illos, praevia unica monitione, censuris ecclesiasticis el aliis eorum arbitrio, el praesertim quoad loci Superiores, eliam privationis Officii el vocis activae el passivae poenis compellere.

§ 3. Praesentes quoque Lileras et in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel quocumque alio, eliam quamtumvis substantiali defectu notari, impugnari vel redargui posse; sed illas semper validas, lirinis et efficaces existere et fore; suosque plenarios effectus sortiri el oblinere, el ab omnibus, ad quos special el speclabil in futurum, inviolabiliter observari.

§ i. Sicque, ot non aliter in praemissis,

per quoscumque Indices, Ordinarios et Delegatos, etiam Causarum Palatii Aposlolici Auditores ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, nunc el pro tempore exigentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi seu interpretandi facultate et auctoritate, indicari et definiri el interpretari debere: ac irritum el inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§ 5. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII praedecessoris Nostri de una, el Concilii Generalis de duabus dictis, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Aposlolicis in favorem etiam personarum, atque Ordinum quorumcumque etiam Cislerciensium, ac tam Mendicantium quam non Mendicantium, Militarium, etiam S. loannis Hierosolimvtani, Congregationum, Societatum etiam lesu, ac cuiusvis alterius Instituti, etiam necessario el individue exprimendis; Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, el aliorum quorumcumque tam Saecularium quam Regularium locorum, necuon illorum etiam iuramento, confirmatione Aposlolica, vel alia quavis firmitate, roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, induitis et privilegiis, etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa el titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis; Consei valorum depulationibus, eorumque atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi et alii Ordinarii el Superiores praedicli deferre minime teneantur, el quibusvis aliis, sub quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque elficacioribus et insolitis clausulis, necnon irritantibus Decretis, etiam motu proprio el ex certa scientia ac de Aposlolicae potestatis plenitudine, aut dias quomodolibet, etiam per viam communicationis seu extensionis, concessis et iteratis vicibus approbatis el innovatis. QuibU' omnibus el singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tolis tenoribus specialis, specifica el expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda (oret, eorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, et ad verbum insertis habentes, illis alias m suo robore permansuris, specialiter el expresse derogamus, celensquc contrariis quibuscumque.

§ 0. Et no praemissorum ignorantia possit ab aliquo praetendi, volumus el Aposlolica aucloritate decernimus, ul praesentes Lilerae, seu illarum exemplum ad valvas Basilicae Principis Apostolorum Urbis, ac in acie Campi Florae affixae·, omnes perinde arctent atque afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent.

§ 7. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius personae in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 15 Martii' 1G42, Pontificatus Nostri anno XIX.

811. LUNEN.SARZANEN. (1404) PRAEEMINENTIARUM.

In Ecclesia Sarzanensi ex fundatione Testatoris, auctoritate ordinaria, erectus fuit Canonicatus cum Praebenda Sacerdotali, el cum plenitudine iuris canonicalis, subsequula confirmatione Aposlolica cum conditione tam in erectione quam in confirmatione praedictis apposita, quod provisus non possit de distributionibus quotidianis aliisque emolumentis mensae capitularis participare, vel ius optandi, conferendi, instituendi, ac nominandi, si quid Capitulo competat, praetendere, neque etiam vocem in Capitulo, nisi pro rebus dictae Ecclesiae lanium, non autem mensae habere, el cum hoc, quod ultimum el inferiorem locum post omnes dictae Ecclesiae Canonicos, in ea Canonicatus el Praebendas de praesenti institutas habentes, tam sedendo quam incedendo tenere debeat. Cum vero poslinodum ab Episcopo ad formam Sacri Concilii Tridentini facta fuerit distributio Ordinum el distinctio Praebendarum, quae alias erant confusae, in Subdiaconales, el Diaconales, el Presbyterales, ea a S. R. C. approbata, quaesitum fuit: an huiusmodi Canonicus sic institutus debeat habere locum inferiorem inter omnes Canonicos, tam Presbyteros quam Diaconos el Subdiaconos ?

El S. R. C., proponente Emo el Rmo D. Cardinali Pallollo, censuit: < Canonico praedicto, ita ut praefertur instituto, semper el perpetuo deberi ultimum locum in ordine Canonicorum Presbyterorum ». Die Augusti 1(542.

812. PRO OBSERVATIONE (44H) FESTORUM.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Universa per Orbem novit Ecclesia Romani Pontificis supremae incumbere sollicitudini, Dominicum gregem ad aeternam dirigere salutem, el aposlolica sic explicare praecepta, ut Fideles in viam mandatorum currere, el ad bealiludinem feliciter valeant pervenire.

§ 1. Plurimorum siquidem Venerabilium Fratrum Nostrorum Archiepiscoporum el Episcoporum per varias regiones constitutorum relatione, ad Nos pervenit Festorum multitudinem per singulas eorum Dioeceses et Provincias adeo crevisse, devotione atque consuetudine nova in dies introducente, ul mulli iam dubilare videantur, quaenam ex praecepto, qnaeve ex libera cuiusque voluntate sint servanda, pietatis fervore ob nimiam eorumdem numerositatem tepescente. Quin imo, el clamor pauperum frequens ascendit ad Nos, eamdein multitudinem ob quotidiani vicius laboribus suis comparandi necessitatem, sibi valde damnosam conquerenlium, el quod summopere dolendum est, magno cum animi nostri moerore didicimus, tanta saepe saepius machinatum inimicum in sanctos, ul ipsa multitudine, non ad aedificationem el ad laudandum in Ecclesiis Deum populi utantur, sed ad otia, vanitates el vilia frequenter abuti non formident; ita ul quae ad glorificandum divinum Numen sunt primitus instituta, temporis decursu inimicus homo corruperit, el in magnam illius offensionem gravemque iacluram converterit animarum. Quamobrem dicti Venerabiles Fntlrcs Archiepiscopi et Episcopi Nobis fecerunt humiliter supplicari, ut in praedictis de aposlolicae potestatis plenitudine congruam aliquam iniremus rationem.

§ 2. Nos itaque volentes ex debito Pastoralis Oflicii providere, el sanctificationis Festorum certum deinceps firmare praeceptum, antiquam Ecclesiae in hoc consuetudinem seclantes, habitis prius frequentibus per doctos piosque viros, quos ad haec specialiter deputavimus, consultationibus, ul ici videtur gravitas postulare; motu proprio, el ex certa scientia, moraque deliberatione nostris, nec non do praedictae aposlolicae plenitudine potestatis, hac perpetuo valitura Constitutione, de volo etiam Ven. Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum, aposlolica auctoritate decernimus et declaramur, infrascriplos dumtaxat dies pro Festis ex praecepto colendos esse, quos nempe vel ab initio veneranda sacravit antiquitas, vel universalis Ecclesiae probavit consnetudo, vel omnium gentium unanimis pietas veneratur. Dominicos scilicet dies totiu anni, Nativitatis D. N. I. C., Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, cum duabus pariter sequentibus feriis, Ascensionis, Pentecostes com duabus pariter sequentibus feriis, SSihae Trinitatis, Solemnitalis Corporis Christi, et Inventionis S. Crucis; necnon Purificationis, Annuncialionis, Assumptionis, et Nativitatis Deiparae Virginis. Dedicationis S. Michaelis Archangel), Nativitatis S. loannis Baptistae, SS. Petri el Pauli, S. Andreae, S. Iacobi, S. loannis , Sancti Thomae, SS. Philippi et Iacobi, S. Barlholomaei, S. Matthaei, SS. Simoni el Indae, el S. Malhiae Christi Domini Apostolorum ; item S. Slephani Prolomartyris. SS. Innocentium, Sancti Laurentii Martyris, S. Silvestri Papae el Confessoris, Sancti Iosepht etiam Confessoris et S. Annae Deiparae respective Spon<i ac Genitricis, solemnitalis omnium Sanctorum, atque unius ex principalioribus Patronis in quocumque Regno sive Provincia, et alterius pariter principalioris in quacumque Civitate, Oppido vel Pago, ubi hos Patronos haberi el venerari contigerit.

§ 3. Ad reliquorum vero dierum observantiam, quos hactenus, sive in universa Ecclesia, sive in quavis Natione aut Regno, Provincia, Dioecesi, aut loco quomodocumque, sive ex praecepto, sive ex consuetudine, sive ex devotione. Christi Fideles tamquam festivos celebrarent, nequaquam ex praecepto ipsos teneri, dicla auctoritate tenore praesentium perpetuo etiam decernimus et declaramus. Ne autem dies festos a locorum Ordinariis, nimia aliquorum facilitate, aut populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, eosdem Ordinarios in Domino monemus, ul ad ecclesiasticam ubique servandam aequalitatem do celero perpetuis futuris temporibus ab indictione sub praecepto novorum festorum studeant abstinere. Ul vero ea quae superius expressa sunt, ferventiori qua decet veneratione ac devotione colantur, eisdem Ordinariis, antiquiorum Canonum observantiam ad memoriam revocamus, in concedendis licentiis laborandi diebus festis; quae quidem licentiae non aliter quam ad for-

mam praedictorum Canoninn, ni praemittitur, concedendae, non nisi gratis, libero el sine ullo prorsus pretio aut pacto, directe vel indirecte, concedantur, sub poenis eliam gravioribus Nostro, successorumque Nostrorum arbitrio infligendis. Non intendimus tamen per hanc Nostram Constitutionem dies feriatos circa iudicialia in aliquo immutare, quos ad hunc effectum relinquimus in iisdem statu et terminis, in quibus erant ante eiusdem promulgationem.

§ 4. Mandantes proplerea in virtute sanctae obedientiae, el sub indignationis Nostrae poena, nunc el pro tempore exigenti Nostro in Urbe eiusque districtu Vicario in spiritualibus Generali, ac universis el singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Praelatis, ac cuiuscumque generis locorum Ordinariis, etsi Cardinalatus honore fulgeant, ul has praesentes Literas, omniaque et singula in eis contenta, singuli videlicet in eorum respective Dioecesibus publicent, et ab omnibus eorum subditis ad unguem observari faciant.

§ ð. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, eliam in Provincialibus, Synodalibus, el universalibus Conciliis editis et edendis specialibus vel generalibus Constitutionibus el Ordinationibus, ac singularum Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, el Locorum, eliam iuramenlo, confirmatione aposlolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, statutis, et consuetudinibus longissimo tempore praescriptis ac observatis, eliam immemorabilibus, privilegiis quoque, induitis, decreiis, declarationibus, el Literis aposlolicis, aliisque gratiis, tam per ipsos Romanos Pontifices praedecessores Nostros , ac per Nos eliam motu simili, eliam concislorialiler, quam per Ordinarios locorum cuiuscumque qualitatis , etiam Cardinalatus honore , ul praefertur, fulgentes , Legatos eliam de Latere, el Sedis Aposlolicae Nuncios, ipsis Provinciis, Civitatibus, Oppidis, el Locis, aliisque quibuscumque etiam quamtumvis privilegialis personis, eliam Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicanim, Durum aut .diorum Principum contemplatione vel intuitu, ac alias in contrarium forsan quomodohbet concessis, approbatis el innovatis. Quibus omnibus et singulis, etsi altas pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque tolis tenoribus, specialis, specifica, expressa el individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio 'eu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem praesentibus pro plene el sufficienter expressis el insertis habentes, motu, scientia et potestatis plenitudine paribii' harum serie specialiter el expresso derogamus, celerisquo contrariis quibuscumque.

§ 6. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis, eliam impressis et manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo personae alicuius in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum tam in indicio quam extra illud adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

§ 7. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrorum Decretorum, declarationum, monitionis, intentionis, mandati, derogationis el voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Pelri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae 1642, Idibus Septembris, Pontificatus Nostri anno XX.

813. CALAGUR1TANA. (1412)

Capitulum Ecclesiae Collegiatae Civitatis de Victoria petiit mandari observantiam Decretorum S. C., quod clavis Sacrarii SSiiii Corporis Christi in Foria V asservanda, non custodiatur a laicis etiamsi illustribus, qui plerumque id sibi usurpare conantur:

Et S.R.C., Decretis antiquis inhaerendo, respondil: « Clavem Tabernaculi in quo Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum Feria V in Coena Domini asservatur, nequaquam laicis eliam illustribus tradendam esse, sed Dignitati vel Canonico in crastinum celebraturo ». Ei ila in Ecclesia praedicta servari mandavil. Die 13 Septembris 1042.

814. CREMONEN. (1413)

Confralernilate disciplinatorum de Cassano praetendente, vigore aggregationis Archiconfralernilati SS. Trinitatis de Urbe, exponere semel m mense SS. Sacramentum in forma quadraginta horarum , Parochus dicti loci supplicavit declarari : an id ei liceret?

El S. R. C., Decretis antiquis inhaerendo respondil : « Confralernilales vigore cuius-

cumque aggregationis non posse exponere SS. Eucharistiae Sacramentum sine licentia Ordinarii ». Die 13 Septembris 1642.

815. RAVENNATEN. (1410)

Oria non ila pridem controversia praecedentiae inter Capitulum el Magistratum Sapientem Civitatis Ravennae, eorumque singulares personas, eaquo discussa el examinata per Congregationem particularem a SS. D. N. deputatam, cum interventu Eminenlissimorum DI). Card. Caielani, Sacchelli el Pamphylii, necnon RR. DD. Maraldi, Cerri, Conlelorii, et Cincii Secretarii S. R. C.;

Emanavit desuper ex sententia eiusdem Congregationis Breve tenoris sequentis, videlicet: « Quandocumqne in Ecclesiis vel alibi Archidiaconum, Praepositum et Capitulum simul esse contigerit, deberi eidem Archidiacono, Praeposito el Capitulo praecedentiam supra dictum Magistratum: ubi vero concurrant Corpus Magistratus, et Archidiaconus vel Praepositus aut Canonici uti singuli, praecedentia debeatur eidem Magistratui; el ubi personae Magistratus interfuerint uti singulae, etiam in habitu el cum servis Magistratus, deberi praecedentiam Archidiacono, Praeposito et Canonicis pariter uti singulis, sive stantibus, sive incedentibus, sive sedentibus». Sed cum super exeeutione huiusmodi Brevis difficultates mullae suborlae fuissent; ad sedanda scandala erumpentia, Emus el Rmns D. Card. Capponius Archiepiscopus ibidem tunc praesens, vocalis coram se partibus, ila ul sequitur do consensu ulriusque quaestionem diremit, videlicet:

1. «Quod Capitulum Ecclesiae. Metropolitanae in corpore praecedere debeat Magistratui in corpore, cum insignibus incedenti, tam in Ecclesia quam extra ».

2. < Quod Archidiaconus, Praepositus el Canonici uti singuli praecedentiam cedant Magistratui collegialiler incedenti ».

3. < Quod si contigerit Caput Magistratus el alios Sapientes per Civitatem incedere non quidem collegialiler, sed uti singuli sine insignibus tamen Magistratus, el sic invicem obviare, tunc ille praecedentiam (sive ul vulgo dicitur *il muro)* retineat, qui dexteram oblinel ».

4. « Quod iidem Sapientes Magistratus uli singuli cum insignibus praecedant Canonicis uti singulis ».

b. « Quod Canonici uti singuli praecedant Sapientibus uli singulis quamvis cum famulo publico, sine tamen insignibus, incedentibus ».

Quae quidem articula sic conclusa eadem S. R. C. examinavit, el attentis narratis ab Emo et Rtho D. Card. Capponio Archiepiscopo approbari posse censuit, si SS. D. N. placuerit. El facta per me Secretarium infrascriplum praemissorum relatione SSmo, Sanctitas Sua sententiam dictae Congregationis approbavit, el iuxla illam Breve expediri mandavil. Die 24 Septembris 1642.

816. MARIANEN. (1418)

Quaesivit Episcopus Marianen>i' : utrum laicis aliquod ius adquiratur in sedibus et scamnis, quae in Ecclesiis tenere consueverunt , ita ul ab ipso Episcopo removeri non possint?

El S. R. C. respondil: < Laicis ius in praedictis non adquiri, quominus Episcopo liceat ex causa super his disponere ». Die 22 Novembris 1642.

817. NULLIUS (1419)
PROVINCIAE CAPUANAE.

Quaesitum fuit: an Clericus vel Presbyter Ecclesiae receptiliae relinquens servilium illius ratione Beneficii incompalibilis obtenti, et postmodum de consensu Capitularium receptus iterum ad eamdem, gaudeat privilegio anlianitatis, quam obtinebat antequam a dicto servitio discederet?

El S. R. C. in casu proposito censuil: * Antiqua anlianitale non gaudere ». Die 22 Novembris 1642.

818. RUSSIAE (1420)
PALLII GRAECORUM.

Relatae fuerunt per Emum D. Card. Brancaccium Lilerae Nuntii Apostolici Poloniae cum informatione el voto ipsius, super politione in praecedenti Congregatione sub die 31 Maii 1642 facta, circa traditionem Pallii pro Metropolita Ruthenorum , quae in substantia tria continent :

1. « Non expedire ul muletur antiquum Ilomophorium, ne querelis locus detur, quae pro altercationibus minoris ponderis, videlicet, quod Episcopi Graeci uniti habitum externum Episcoporum Latinorum assumerent, illic accidere ».

2. « Quod in unione sub Clemente VIII nihil fuit circa Pallium innovatum, et S. Inquisitio in abiurando schismate nihil quoad Episcoporum consecrationem exigat ».

3. < Expedire ut Iloraophoria de Corpore Beati Pelri, ut el Pallia Latina, desuiuan-

lar; et Metropolitis atque Archiepiscopis Graecis iuxta formam benevisam mittantur ».

Et S. II. G. scilicet Brancaccius, Roccios, Bragadinus ct Sacchcllus fuerunt in voto, < Quod daretur Pallium Metropolitae more Romano, el quod Pallium praedictum 'it de materia lanea, de forma vero graeca ad inslar Homophorii, quod quidem Homophorium relinquatur Episcopis in genere tamquam nudum ornamentum ». Pamphylius vero et Pallollus fuerunt in volo, < ut supersederetur nihil respondendo, sed inierim consuleretur unus Religiosus qui scrutaretur antea necessaria circa scandalum ». Omnes tamen convenerunt, < Quod de rigore iuris Pallium Latinum de Corpore B. Petri Metropolitae petenti dandum foret in terminis Cap. bitiçuu dr *Pi it ifrgiis,* retenlo ad inslar simplicis ornamenti pontificalis antiquo llomophorio, sed propter periculum magni scandali resolutionem esse differendam, quousque res quoad scandalum melius claruerit, ul supra ».

2. < Quoad actus hactenus geslos sine Pallio esse quidem validos, quamvis peccammosos respectu agentis; sed visum est cessare peccatum, attenta bona fide Metropolitanorum, quae in facto supponitur». Die 22 Novembris 1642.

819. MAZAR1EN. (1423)

Petiit Emus D. Card. S. Caeciliae Archiepiscopus Mazariensis infrascriplorum Dubiorum declarationem :

1. An possit animadvertere contra Regulare», qui cadavera defunctorum in conditoriis ligneis supra terram in loco eminenliori circa Ecclesias deponere el conservare consueverunt, cl hunc abusum tollere, ut hactenus cum Clero Saeculari factum esi.

2. An Capitulo, Sede vacante, liceat propria auctoritate addere quidquam vel minuere caeremoniis Ecclesiae contra ritum praescriptum in Caeremoniali Romano?

Ei S. R. C. respondit: Ad t. « Servandam esse Constitutionem s. m. Pii V, quae incipit: Cum primum, relatam in Bullario, eamque habere locum tam contra Clerum Saecularem, quam Regularem ».

Ad 2. * Non licere ». Die 17 Decembris <642.

820 VENDEN. IN POLONIA. (1425)

Supplicavit Episcopus Vendendis declarari: utrum eius Consecratio celebrata n duobu' Episcopis tantum, adhibito pro tertio Decano Ecclesiae Calhedralis, sil valida? et qualenus opus **sil**, convalidari.

Et S. R. C. ampleclens opinionem 7'ur- *lecrematae in cap. Porro num. 3. (list. 66.* quod ternarius numerus Episcoporum non sil de substantia Ordinis Episcopalis, censuit, si SS. Domino N. placuerit: « Consecrationem praedictam convalidari posse, nna cum omnibus inde sequulis ». El relatione Sanctissimo facta, Sanctitas Sua benigne annuit. Dio 17 Decembris 1642.

821. CREMONEN. (1426)

Fratres S. Augustini Congregationis Lombardiae de Soresina asserentes se esse in quasi possessione habendi Processionem, quam vocant de Cinctura, singulis quartis Dominicis mensis, et super ea turbari a Confraternilale Nominis lesu, ibidem posterius erecta, quae suam eodem die habere contendit, supplicarunt proplerea provideri.

El S. R. C. respondit : « Processiones duas eodem die in eodem loco habendas non esse, sed illos manu tenendos esse in quasi possessione, qui in Processione facienda sunt antiquiores ; recentiores vero aliam sibi diem non impeditam eligere debere ». El ita in casu proposito servari mandavit. Die 24 Ian. 1643.

822. ORDINIS (1428) MINISTRANTIUM INFIRMIS.

Cum ex regula dicti Ordinis habeatur, ul nullus praecedendi locus sit inter Clericos el Laicos, quaesitum fuit : utrum, el ipsis defunctis eadem lex ealenus sil servanda, ul tam Clerici quam Sacerdotes sine sacris vestibus ad inslar Laicorum sint exponendi ?

El S. R. C. respondit : < Ab oratoribus in vita servandas esse Constitutiones, in morte vero servandum esse Rituale Romanum »; el sic deinceps fieri mandavit. Die 24 Ianuarii 1643.

823. ABUSUS. (1432)

luxta antiquum morem huius S. C. relati fuerunt per me Secretarium duo abusus, qui reformatione indigere videbantur.

I. Quod in mullis Ecclesiis ad inserviendum lepori musices, alteratur notabiliter Textus Sacrarum Scripturarum mutilando, anteponendo, postponendo, et alterando verba el sensum illarum, el adaptando eas modulationi, ita ul non musica Sacrae Scripturae, sed haec illi inservire videatur.

2. Quod in Missis solemnibus concentus musicales, qui ad rem non perlinent, misceantur; el in tantum spatium protrahantur, ul Sacerdotes otiosi diutius ad Allare distracti haereant, et caeremoniarum ordo inflectatur, ita ut non musica Missae, sed .Missa musicae famuletur.

El S. R. C. censuit : « Indigere reformatione, et quousque ratio congrua ineatur, iniungendum Emo Card. Vicario, ut praedicta prohibeat, proui magis expedire cognoverit». Die 21 Februarii 1643.

824. ROMANA SEU URBIS. (1433)

Referente Emo el Rmo Card. Pallollo, el citato el audito R. P. D. Promotore Fidei, quaesitum fuit: an stante Constitutione anno 1642 emanata super reformatione Sacrarum Imaginum, permittenda sit Imago B. M. V. de septem doloribus in Ecclesiis Ordinis Servorum cum habitu nigro eorum coloris.

Et S. R. C., videlicet Sanctae Caeciliae, Pamphylius, Francioltus, Bragadinus, Caesarinus et Columna consuerunt : Non licere Fratribus Servilis induere Beatam Virginem habilu nigri eorum coloris. Sacchettus vero et Pallollus fuerunt in contrario voto; plerique nihilominus in eam ivere sententiam, ut nulla desuper addatur declaratio ad praecavenda scripta, quae possent prodire, el alia forsan scandala. Et ideo responsum fuit : « Dilata ». Ratio vero primae sententiae fuit, quia Constitutio praedicta de sacris Imaginibus, ubi praecipit in his servari antiquum morem Ecclesiae universalis, intelligil de praxi Ecclesiae antiquissima per MDC annos, ul inquit *Joannes Molanus de sacris Imaginibus lib. 2, cap. 56.* Secundo quia Ordo Servorum non probabat fundamentum suae intentionis, quod Beata Virgo in fundatione dicti Ordinis ante quatuorcenlum annos apparuerit vestita hoc habitu, el quod deinde praxis universalis habitum praedictum admiserit ; quinimo constabat de contrario in pluribus Ecclesiis eiusdem Ordinis Servorum, in quibus inspicitur depicta eadem B. Virgo iuxta antiquum morem colore ceruleo el rubro; nec praxis Ordinis praedicti constituit consuetudinem Ecclesiae universalis, quam Constitutio exposcit. Tertio, propter auctoritatem Synodi IV Constantinopohtanae sub Adriano 11 et III, ubi habetur Imaginem intemeratae Matris Dei Genitricis Mariae depingi quemadmodum eam figurat verbis Divina Scriptura. Quarto, quia etsi Ecclesia tribuat ipsi typum doloris propter Prophetiam illam Simeonis: *Et tuam ipsius animam perh ansibit gladius,* nihilominus ob conforrnilalcm voluntatis suae cum voluntate Filii sui Christi ita dolores suos temperatos habuit, ul non modo communi celeris mulieribus eos supportasse censendum sil: proplerea el Ecclesia, quando dolorem exprimere vult, non nigrum, ul in orationibus defunctorum, sed violaceum colorem protendit. Die 21 Februarii 1643.

825. SURRENTINA. (1434)

Quaesivit Archiepiscopus Surrentinus : an allcndenda sit consuetudo quod Decanus cui incumbit cura animarum Ecclesiae Calhedralis, in deducendis funeribus Stolam assumat in domo defuncti, et mox exiens deponat illam, el sine Stola procedat?

El S. R. C. mandavit: « Servari Rituale, el contrariam consuetudinem uti abusii in reiici ». Die 21 Februarii 1643.

GROSSETANA. (1430)

Plebanus de Bucca Slrada petiit dédarari : ulrum in adminisIratione Sacramenti Baptismatis, infantes offeire debeant linteolum candidum, loco vestis albae, quam eferunt adulti?

Et S. R. C. respondit: « Servandum esse Rituale Romanum de Sacramento Baptismi, Til. *De sacris Oleis,* vers. *Alba restis* ». Die 14 Martii 1643.

827. DUBIUM.

Quaesitum fuit : an Episcopus quando reperilur in aliquo Oppido suae Dioecesis in visitatione, seu alia de causa, possit licite recitare Officium Sanctorum, de quibus ex forma Rubricarum, seu ex concessione S. C., seu quod sint Patroni vel Titulares, in eisdem Oppidis recitatur, et sic praecepto de recitando Officio satisfaciat?

El S. R. C. respondit * Posse, el salisfacere ». Die 14 Martii 1643.

828. ORIOLEN. (1438)

Clerus Collegiatae S, Nicolai de Alicante petiit reformari abusum contra consuetudinem vicinarum Ecclesiarum introductum, quod nimirum candelae el palmae dentur prius Iuralis, seu Magistratui loci el aliis saecularibus, ante Clerum inferiorem.

Et S. R. C. mandavit : < Servari dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 2, cap. 16, vers. *Similiter et alii 9.* Die 14 Martii 1643.

<829. ORITANA. (1439)

Capitulum el Clerus exponentes antiquam ibi vigere consuetudinem, ul candelae el palmae prius Canonicis el universo Clero distribuantur, deinde Gubernatori, Sindaco, el aliis de Magistratu ; petierunt mandari servari dictam consuetudinem.

El S. R. C. censuil : < Consuetudinem praedictam esse servandam iuxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 2, cap. 16, § *Similiter,* vers. *Nisi etc.* ». Die 14 Martii 1643.

830. SICILIAE. (1440)

Quaesitum fuit : an Episcopis vel Archiepiscopis liceat cum habitu episcopali ordinario, sive cum habitu sacro, uti pileolo coloris rubri, quo utuntur S.R. E. Cardinales?

Et S. R. C. respondit: « Circumscripto Privilegio Apostolico, neutro modo licere, nec esse tolerandum ». Die 14 Martii 1643.

831. VERCELLEN. (1441)

Capitulum et Canonici Ecclesiae Calhedralis Vercellen. officiant el resident in duabus Ecclesiis Cathedralibus, ocio scilicet in S. Mariae Maioris, et viginli qualuor in S. Eusebii, qui omnes ad perpetuo conservandam unitatem Capituli solemnioribus et slalis diebus, ac m omnibus publicis supplicationibus el functionibus soient insimul convenire el officiare in una lanium Ecclesia ; reliquis vero diebus unicuique in sua Ecclesia. Canonici quidem S. Mariae quotidie cantant Missam Convrnlualem cum Diacono el Subdiacono paratis, sed numquam solent cantare duas Missas, ut certis diebus praescribit Rubrica Missalis : tum propter minorem numerum Canonicorum, carentium eliam omni adiulorio Bénéficialorum vel Cappellanorum, tum eliam quia in S. Eusebii canlalur dicla Missa: ex quo, respectu lotius Capituli satisfit praecepto Rubricae.

Praeterea solent Canonici S. Mariae recitare Officium de Sanctis, quorum Reliquiae el Cappellae sunt in S. Eusebii ad hoc, ul unitati Capituli respondeat eliam uniformitas Officii: sed quia nonnullis oritur scrupulus, cupiunt dicti Canonici S. Mariae declarari :

1. An causis supradiclis attentis, possint, tul i conscientia, iuxta antiquam consuetudinem, non cantare didam secundam Missam?

2. An possint recitare Officia de Sanctis quorum Reliquiae venerantur, vel Cappellae erectae sunt in S. Eusebii ?

3. Cura animarum S. Mariae Maioi is Calhedralis Vercellen. erecta in Vicariam, exercetur per Vicarium perpetuum ; cura vero animarum Calhedralis S. Eusebii exercetur per Vice-Curalum amovibilem ; el quando dictus Vicarius perpetuus el Vice-Curalus conveniunt in Processionibus et aliis ecclesiasticis functionibus, contendunt de praecedentia. Quaeritur, cui debeatur?

4. An quando Episcopus ponlificaliler cantat in aliqua Ecclesia Civitatis, ad quam convenire debent el solent Canonici omnes, deferenda sint de Calhedrali S. Eusebii omnia indumenta pontificalia, et quae ipsis Canonicis quoque congruunt, el an idem servandum sil quando Episcopus pontificaliler cantat in dicla Calhedrali S. Mariae Maioris ?

5. An liceat Episcopo Pontificalia exercenti in Civitate, sed extra Calhedralem, invitis Canonicis, pro se el suis assistentibus el inservientibus, paramenia a Calhedrali desumere?

6. Quaesivit Episcopus Vercellensis: an Dignitatibus Ecclesiae Calhedralis habentibus usum mitrae, dum illa utuntur in solemnioribus diebus, absente Episcopo a Choro, Canonici teneantur ministrare de mitra, an potius hoc ad Cappellanos el alios inferiores pertineat?

El S. R. C., proponente Eiho el Rino D. Card. Sacchello, respondit :

Ad 1. < Satisfacere praecepto Rubricae modo praedicto, quando Canonici insimul conveniunt ; quando vero simul non conveniunt, teneri ad celebrandas duas Missas a Rubrica praescriptas in ulraque Ecclesia: sed si aliqui ex Canonicis conveniunt, convenientibus suffragari unam ex dictis Missis in altera Ecclesia celebratam ».

Ad 2. « Convenientes tantum in alterutra Ecclesia satisfacere recitando Officium proprium eiusdem Ecclesiae, in qua conveniunt ».

Ad 3. < Praecedentiam deberi Vicario perpetuo ».

Ad 4. « Paramenia deferenda esse de Calhedrali S. Eusebii, eliam quando Pontificalia fiant in Calhedrali S. Mariae Maioris ».

Ad 6. < Episcopo licere ».

Ad 6. « Mitram per Cappellanos seu Ministros inferiores esse ministrandam ». Die 14 Martii 1643.

ADIACEN.

Archidiaconus supplicavit declarari: an ipse uli prima Dignilas teneatur ad benedictionem Episcopi, vel ipsi aliquo modo solemniler celebranti inserviens, gcnufledere ?

El S. R. C., iuxta alias decreta respondit: < Dignitates el Canonicos Ecclesiae Cathedralis non teneri genulleciere ad benedictionem Episcopi, sed lanium caput inclinare : el assistentes pariter, el inservientes eidem Episcopo non lenen genuilexos ministrare ». Die 18 Aprilis 1643.

833. BOSANEN. (1443)

Marchio de *Sielefuentes* praetendit sibi el uxori pacem et thus esse exhibendum anlc Rectorem Ecclesiae Parochialis dicti loci, et item osculum libri Evangeliorum : el ul unus ex Sacerdotibus vel Curatis cum Stola el colla accedat ad eos ad faciendam confessionem el introitum ad Missam. Quaesivit Episcopus Bosanen.: an praedicta admittere debeat?

El S. R. C. respondit : « Nihil ex praedictis esse permittendum ». Dic 18 Aprilis 1643.

834. DE FESTORUM (1444)
OBSERVATIONE.

Quaesitum fuit a mullis Episcopis : an Constitutio super observatione Festorum comprehendat Festa ex volo alicuius personae vel communitatis introducta? El interrogatis prius Consultoribus S. R. C., qui post latum suffragium recesserunt, Fr.Lucas dixit Constitutionem lollere Festa de volo. P. Alcialus: Fesia de volo esse sublata, quia votum non obligat successores, sed habendam rationem dictorum Festorum. Abbas Ililarion: Successores non teneri ex voto, sed ex directione communitatis, accedente auctoritate Episcopi; ideoque Constitutionem tollere Festa de volo pro iis qui non voverunt, secus pro illis qui voverunt. R. P. D. de Rubeis: Festa de voto remanere in dispositione Iuris communis. R. P. D. Sacrisla : Tolli ex vi clausularum derogatoriarum in fine Bullae, quae tollunt omnia statuta etiam iuramento firmata. Emus Cardinalis Sacheltus: Successores non obligari, voventes obligari. Pamphylius in eodem, et in derogatoriis tolli statuta iuramento firmata. Roccms in eodem. Pallollus: Teneri ad Festa do volo qui voverunt, et non esse edendum Decretum generale, sed respondendum ad particularia. Franciotlus: Teneri qui voverunt, uli particulares, el responsiones dandas taniummodo petentibus, vel dicla Festa ponenda sub Festis de devolione. Bragadinus m eodem. Caesarinus in eodem. Ideoque S. R. C., unanimi consenso, Decretum desuper concepit tenoris sequentis :

Proposito dubio ad instantiam quamplnrium Reverendissimorum Episcoporum : an stante Constitutione SS.D.N.Urbani PP. VIII, super observatione Festorum, quae incipit *Unirerxa,* Idibus Septembris 1642 promulgata, Universitates seu Communitates Civitatum seu locorum teneantur ex praeceplo servare Festa ex volo earumdem inducta?

S. R. C., referente Emo el Rhio D. Cardinali Sacchello, censuil : « Ex dispositione Constitutionis praedictae personas voventes tantum teneri»; quam S. C. sententiam sibi relatam SSinus D. Noster laudavit el approbavit, dixilquc : « Intentionem suam fuisse per eam Constitutionem tollere Festa de volo quoad vim praecepti, el reducere illa ad instar Festorum de devolione, reservata obligatione ratione personalis contractus, cx vi voti provenientis, ipsismet personis lanium quae voverunt ». Die 18 Aprilis 1643.

835. IANUEN. (1448)

Ad instantiam Emi et Rmi D. Cardinalis Duratii, tacito tamen nomine, quaesitum fuit : an liceat Sacerdoti Missam solemniler celebranti cum assistentia Diaconi et Subdiaconi, facere confessionem a cornu Epistolae, praesente ibidem Rege, x ei alio simili Principe loci, qui sit magnus el supremus non recognoscens superiorem, absente quidem Episcopo vel Archiepiscopo?

El S. R. C. censuil : « Non licere ». Die 18 Aprilis 1643.

836. DE ECCLESIIS (1447)
LATERANENSI ET VATICANA.

Die Lunae 20 Aprilis 1643, habita fuit Congregatio specialiter deputata super controversiis pendentibus inter Basilicas Lateranensem el Vaticanam, coram Eiîio et Rtfio Cardinali Vicario SSihi D. N., in qua interfuerunt Riiti DI). Facchinellus Archiepiscopus D imialensis, Alterius Episcopus Camerinensis Viccsgerens, Fagnanus, Francisais Paululius Secretarius S. C. Concilii, Rospigliosus, Carolus Paululius S. R. Secretarius, P. Hilarion Abbas Cislerciensis, et D. Dominicus Bellus Magister Caeremoniarum; et auditis prius coram ipsa Congregatione, praesen-

libus in eadem Vicariis utriusque Basilicae, iuribus ambarum partium per Canonicos luculenter deductis, circa delationem Clavarum, seu *dellc Masse* cum insignibus, el nomine Ecclesiae Lateranensis et Cardinalis Vicarii, per mandalarios Cardinalis Vicarii intra Basilicam Vaticanam in Processionibus S. Marci, quando SulTraganeus eius, comitante Capitulo Lateranensi, pergit ad dictam Basilicam, deferri solitarum: exclusis dictis Vicariis Basilicarum, deventum fuit ad vola. Et quatuor, videlicet Emus Cardinalis Vicarius, Facchinetlus, Carolus Paululius, el Abbas Hilarion fuerunt in volo simpliciter, ut servaretur solitum : Cardinalis tamen Vicarius el Facchinetlus addiderunt, cum praesupposilo, quod illa Insignia sint Papae el ipsius Vicarii: alii qualuor, nempe Vicesgerens, Fagnanus, Franciscos Paululius, et Rospigliosus fuerunt in volo servandum solitum, sed cum praeservaliva lurium ambarum partium. Vicesgerens tamen addidit : non esse tolerandum, quatenus *Masse* non sint Cardinalis Vicarii. Fundamenta fuerunt potissime, i. Quod Clavae, seu *Masse,* de quibus agitur, praescierunt ipsam Ecclesiam Lateranensem, non autem Capitulum, quod diversis plane utitur insignibus. 2. Quod consuetudo deferendi praedictas *Masse* per mandalarios Cardinalis Vicarii est antiqua SG annorum, et habuit originem a Decreto Cardinalis lacobi Sabelli die 10 Aprilis 1G83, annuente s. m. Sixlo PP. V: el ita semper pacifice servatum fuit, praeterquam anno praeterito, qui actus dedit causam liti. 3. Quod non obstat Decretum S. R. C. die 17 Martii 1607 emanatum, in quo declaratur non licere mandatants Vicarii deferre dictas *Masse,* nisi in functionibus privatis tantum, el intra Ecclesiam Lateranensem ; quia non fuit facta mentio Decreti Cardinalis Sabelli, non fuit audita Ecclesia Lateranensis, el emanavit inter tertios, cum praesupposilo quod illi propria auctoritate usurpassent eiusmodi delationem, el sic subreplilie. 4. Quod etiam posita exemptione per Basilicam S. Pelri praelensa ab Episcopio Romano, quam asserere conantur Canonici illius, adhuc sustineri posset delatio Clavarum per Lateranenses intra eamdem Basilicam, quia sunt insignia denotantia dignitatem, el non iurisdiclionem, iuxla receptam distinctionem *Abb. et Docloiuni in cap. 1,* ut *lit. pend,* ul a pari videmus S. R. Ecclesiae Cardinales deferre ante se in Urbe, etiam in Palatio Apostolico, *Masse* cum propriis insignibus, non obstante praesentia Papae : secus autem in rochello discooperto el aliis denotantibus iurisdiclionem, quae Cardinales deferre non possunt nisi Sede vacante. El relatione praemissorum SS. facta, Sanctitas Sua mandavit: « Servari solitum sine praeiudicio ambarum partium »: quemadmodum facium fuit, et ita receptum fuit Capitulum Lateranense, stipatum mandatants consuetis cum solitis *Masse:* el sic illaesa remanserunt iura Ecclesiae Lateranensis absque offensione iurium Ecclesiae Vaticanae. Die 20 Aprilis 1043.

837. MEDIOLANEN. (1448)

Magister Caeremoniarum Ecclesiae Metropolitanae Mediolanensis supplicavit pro declaratione sequentium dubiorum :

1. \n in Ecclesiis Cathedralibus seu Collegiatis, ubi plores sunt Dignitates, absente vel impedito Episcopo, debeat qui primam post eum oblinet Dignitatem, Missas el Vesperas cantare ?

2. An ipso Digniore, vel impedito vel absente, alter qui secundam Dignitatem oblinet debeat id munus obire ; el si iste non adesset, an ad tertiam Dignitatem spectet , et an omnibus Dignitatibus absentibus vel impeditis, antiquior Canonicus id praestare debeat, an vero Canonicus Hebdomadarius?

3. In Ecclesiis ubi unica lanium Dignitas exislil, ul Praepositus vel Archipresbyler, an ipso absente vel impedito, antiquior Canonicus, an potius Hebdomadarius debeat vices illius Dignitatis subire in Missis cantandis el aliis obeundis, quae ad Praepositum ipsum perlinerent, si praesens esset?

4. In Ecclesiis Collegiatis prima Dignitas solet incensari 1er, sicut Archiepiscopus in Metropolitana, Canonici vero bis. Quaeritur: an bis lanium ipse Praepositus el primam oblinentes Dignitatem debeant incensari, cum terna incensalio videatur exhibenda Archiepiscopo tantum, nul Episcopo in sua Dioecesi, aut in aliis, ubi nulla maior exlal Dignitas?

5. An tunc inferiores Praeposito semel lanium debeant incensari, ul aliqua differentia constituatur inier eos, vel bis; el an sini inccnsandi iuxla solitum ; el ubi solitum non esi, an debeat hic usus introduci?

6. An Canonico Missam canente, Praeposito absente, teneantur alii Canonici illis diebus Evangelium el Epistolam cantare, sicut si ipse Praepositus cantaret?

7. In pluribus Ecclesiis el fere in omnibus Praepositi, el qui maiorem oblinent Dignitatem in Collegiatis el Parochialibos, solent SS. Sacramentum singulis mensibus processionaliter per Ecclesiam deferre, benedicere candelas, cineres, palmas, el alias huiusmodi benedictiones facere. Sed ex Rubricis Missalis videntur hae benedictiones ad Hebdomadarium spectare. Quaeritur quid agendum, praesertim cnm in Caeremoniali Romano haec obeat Papa, si praesens est?

8. An Praepositi el alii eiusmodi qui Pontificalia exercere nequeunt, in sua Ecclesia debeant scamnis el scabellis lanium uti, vel etiam cathedris aliquo panno etiam serico ornatis, cum Missas el Vesperas canunt, aul etiam quando de suggestu condonantur?

Et S. R. C., proponente Emo el Rmo D. Cardinali Caesarino, respondit:

Ad 1. « Absente Episcopo pertinere ad primam Dignitatem praesentem, dummodo sil in Sacris Ordinibus constituta ».

Ad 2. < Si turni usus quoad celebrationem Officiorum huiusmodi indistincte inter Dignitates el Canonicos servatur, non esse ab eo recedendum, prima Dignitate celebrare impedita ».

Ad 3. < Impedito Praeposito, Hebdomadarium celebrare debere, cum non eadem Dignitas sit Praepositorum et Episcoporum, nec proplerca eodem iure censendi ».

Ad 4. « Ternam thurificationem Episcopo vel Archiepiscopo tantum debitam, eodem praesente, alteri non esse tribuendam ».

Ad 5. < Regulariter cum omnibus pari modo esse procedendum ; si vero Praepositus propriam habeat a Capitulo separatam jurisdictionem, plures ipsi quam aliis Canonicis thurificationes posse exhiberi ».

Ad 6. < Canonicos teneri, quoties alter Canonicus celebrat, de Diacono el Subdiacono ministrare, et Epistolam atque Evangelium canere, et ita in Ecclesia Metropolitana Mediolanensi servari mandavit ».

Ad 7. « Hebdomadarii celebrantis munus esse benedicere candelas el celera huiusmodi, neque exemplum sumendum a Summo Pontifice, cuius supremae potestatis propria et specialis praerogativa existit, semper cl ubique benedicere, etiam praesente Celebrante ».

Ad 8. < Non licere Praeposito et aliis eiusmodi, qui Pontificalia exercere nequeunt, uti cathedris serico ornatis, quibus utuntur Episcopi celebrantes ». Die 16 Maii 1643.

838. FÜLG1NATEN. (1449)

Renuentibus Dignitatibus el Canonicis Ecclesiae Cathedralis Episcopo Pontificalia exercente, cum pluvialibus el habitu sacro inservire, nec non ipsis impeditis alios substituere; Episcopus supplicavit declarari: an ad dicta teneantur?

El S. R. C. censuit: < Dignitates, Canonicalus vel alia Beneficia in Ecclesia praedicta oblinentes, teneri Episcopo solemniler celebranti vel Pontificalia exercenti assistere, ac vestibus sacris sui quisque Ordinis vel Officii munera per se ipsos exercendo inservire, iuxla Sacrorum Canonum dispositionem el particularia eiusdem Ecclesiae statuta : legitimo vero impedimento detentos, si per se ipsos adimplere praemissa nequiverint, alios respective eiusdem Ordinis el Dignitatis substituere debere ; idque per Episcopum opportunis iuris remediis exigi posse ». Die 13 Iunii 1643.

839. H1ERACEN. (1450)

Posita antiqua consuetudine Ecclesiae Ilieracensis, in qua omnes Canonici habenl adnexum Ordinem Presbyteratus, quod Episcopo solemniler celebrante, sex vel ocio Canonici lanium pluvialibus induanlur, ceteri vero in habitu Canonical! assistant; quaesitum fuil: an continuari debeat huiusmodi consuetudo; an vero, ea non obslanle, observari dispositio Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 15?

El S. R. C. respondit: < Servandum esse Caeremoniale, eiusmodi consuetudine non obstante ». Die 13 Iunii 1643.

840. DUBIUM. (1452)

Quaesitum fuit: an Episcopo in actu Visitationis suae Ecclesiae exislenli, liceat ob occupationes, quibus tunc temporis impeditur , Officium , quod ex Breviarii Romani Rubricis simplex recitari debet, sub ritu duplici vel semiduplici recitare, el loco Officii de Feria possit aliud brevius persolvere ?

Et S. R. C. respondit: * Non licere, eo potissimum tempore, quo magis Rubricarum observantiam praeseferre debet ». Die 13 Iunii 1643.

841. ADIACEN. (1456)

Archidiaconus Ecclesiae Cathedralis quaesivit: an Episcopus teneatur stabilire horam pro dando signo ad incipienda divina Officia diebus Festis: et an Capitulum possit

huiusmodi horam deputaro iuxta formam in Synodo Dioecesana praescriptam, caque elapsi, incipere dicta Officia non requisito, et non expeclato Episcopo?

Et S. R. C., antiquis inhaerendo Decreti.', respondit : < Horam certam inchoandorum Ofliciorum antea cum Episcopo consultandam el stabiliendam esse , el intra eam non esse inchoanda Officia, nisi cxpeclalo adventu ipsius Episcopi: ultra ultimum vero signum datum non debere Episcopum immorari, sed post illud posse per Canonicos Officium, eliam non expeclato Episcopo, inchoari ». Die **II** Iulii 1043.

842. **COMEN.** (1461)

Erecla, auctoritate Ordinarii, Ecclesia in Oppido de Riva cum Cappellano ad eius servilium depnlalo, Archipresbyter, infra cuius Parochiae limites exislit, prohibuit Missas in ea diebus Eeslis celebrari ante Missam parochialem : quapropter Fundatores supplicarunt declarari, id non posse prohiberi.

El S. R. C., iuxla alias decreta, respondit: « A Parocho prohiberi non posse, quin Missae in Ecclesia praedicta diebus Eeslis anle vel posl Missam parochialem celebrentur, nisi eadem Ecclesia aliquo speciali iure sublectionis, ipsi parochiali sil obnoxia». Die **II** Iulii 1643.

843. LUGDUNEN. (1462)

Quaesitum fuit ad instantiam Provincialis Capuccinorum Provinciae Lugdunensis:

1. An illae Religiones , quae ex privilegio recitant singulis Fenis V Officium de SS. Sacramento , vel singulis Sabbatis de Conceptione, vel semel in mense, dio non impedila, de Patrono, possint et debeant aliquod ex dictis Officiis recitare, quando in illo mense alia non superest dies qua Officium de Defundis secundum Rubricas recitari possit?

2. An Missa celebrari possit de Sanclis illis qui non sunt notati in Calendario, in diebus m quibus notatur illorum solemnilas in Marlyrologio?

3. Quid in locis et Ecclesiis particularibus, in quibus celebratur illorum memoria?

4. An debeat dici Missa de Defundis Feria II post Dominicam Passionis, quando Officium Defunctorum recitatum est, cum in alii» Feriis II Quadragesimae non dicalui secundum Rubricas, eo quod Oratio *Srm-pilcriic* sit communis pro vivis et defunctis, quao Oratio non dicitur post Dominicam Passionis : unde videtur, ut concordet Missa cum Officio, quod debeat dici Missa de Defundis, vel Oratio *Fidelium etc.1*

6. An in Officiis votivis SS. Sacramenti, quod singulis Feriis V celebratur apud quasdam Religiones, debeant dici *Alleluia* in responsoriis brevibus Horarum?

6. An cum huiusmodi Officium, vel aliud votivum, vel de semiduplici, recitari contingit, debeat incipi tale Officium a Capitulo Festi praecedentis?

Et S. R. C., proponente Emo el Rmo D. Card. Caesarino, respondit:

Ad 1. « Non esse omittendum Officium de Defunctis ».

Ad 2. < Posse celebrari servata forma Rubricarum ».

Ad 3. « Explicandum esse quid appellatione memoriae inlelligalur ».

Ad 4. < In casu proposito non tenori nec ad Missam de Defundis, nec ad Orationem *Fidelium ».*

Ad 5. < Omittendum esse *Alleluia* m responsoriis brevibus Horarum ».

Ad 0. « Servandas esse Rubricas Breviarii Romani». Die 11 Iulii 1643.

844. LUNEN. SARZANEN. (1463)

Prolonolarii ex privilegio Aposlolico Civitatis Massae supplicarunt declarari : an ipsis liceat, ubi adest Capitulum Ecclesiae Collegialae, locum habere in eadem Ecclesia rochelto el maiilellella indutis, dum concionibus el Divinis aliisque ecclesiasticis functionibus assistunt, el in eodem habitu post SS. Sacramentum vel Celebrantem in Processionibus incedere.

Et S. R. C. respondit: « Ulrumque licere ». Die 11 Iulii 1643.

845. MASSANA. (1464)

Quaesivit Archiepiscopus Massanus.

1. An ipso visitante, cum duobus adiundis Canonicis, Ecclesias parochiales suae Dioecesis , aspersorium dari debeat ab Archipresbyteris dictaium Ecclesiarum, an autem a Canonicis praedictis?

2. An Canonicis, eidem Archiepiscopo dum ponlilicaliler in dictis Ecclesiis celebrat, de Diacono el Subdiacono inservientibus, Archipresbyleri praedicti debeant inservire de Presbytero assistente, an vero spectet ad ipsos Canonicos?

El S. R. C. respondit: Ad 1. < Spectare ad Archipresbylerum ».

Ad 2. « Archiepiscopum, dum tn pontificalibus celebrat, propriorum Canonicorum ministerio uti debere ». Dic 11 Iulii 1643.

846. BENEVENTANA. (1468)

In Ecclesia Beneventana exstant Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius, et aliae Dignitates: mox sequitur Decanus, qui semper est antiquior ex Canonicis. Sed quia modernus Decanus est Coadiulor Primicerii, et in aliquibus functionibus non potest simul duplicis personae officio fungi, quia Archidiaconus servit de Assistente, Archipresbylcr et Primicerius assistunt a latere Episcopi, Decanus vero servit de Diacono; quaesitum fuit, eodem Decano impedito in ministerio Primicerii, cuius est Coadiulor, a 3uo sil exercendum Officium dicti Decani e Diacono ministrandi:

S. 11. C. respondit: « Exercendum esse per Canonicum in ordine proximiorem ». Die 8 Augusti 1643.

847. PALENTINA. (1470)

In examine Officiorum Sanctorum particularium Ecclesiae Palenlinae dubitatum fuit :

1. An Decreto S. 11. C. in principio Breviarii apposito, quo prohibetur celebrari per lotam Civitatem vel Dioecesim , eliam de cuiuscumque Ordinarii auctoritate, Festum cum Officio Sanctorum praeter Titularis et habentium insignem Reliquiam, tollatur privilegium particulare Gregorii XIII concessum Regno Ilispaniarum sub die 30 Decembris 1573, ul possit fieri Officium in singulis Ecclesiis de Sanctis, quorum corpora vel reliquia notabilis essent intra Dioecesim, non vero extra illam?

2. An Festum S. Cordulae unius ex Sodalibus S. Ursulae, quae in Marlyrologio ponitur passa postridie S. Ursulae el Sociarum, nempe 22 Octobris, debeat sub eadem die celebrari?

Et S. R. C. respondit: Ad 1. «Privilegium Apostolicum concessum a s. m. Gregorio XIII non fuisse sublatum ».

Ad 2. « Festum S. Cordulae esse celebrandum sub die, in quo cadit, el in Marlyrologio Romano signatur ». Die 8 Augusti 1643.

848. SULMONEN. (1472)

In Ecclesia Sulmonensi exstant Statutum el consuetudo, quod eliam est de ture communi, ul duo ultimi Canonici servitium Diaconi el Subdiaconi praestent in Missis solemnibus; sed cum unus ex illis sit organista, eximit se hac occasione ab onere praedicto, contendens id ad Canonicum sibi proximum perlinere, et cum proplerea raro ibidem Missae celebrentur; supplicatum fuit declarari, quid iuris?

Et S. R. C. respondit: < Canonicum praedictum propter hoc non excusari, quominus teneatur, ul celeri, ad praestandum Ecclesiae servilium suo Ordini adnexum ». Die 8 Augusti 1643.

849. ARIMINEN (1473)

Canonici Presbyteri praecedentiam super Archidiaconum contendentes, eo quod ipse in Diaconali sit Ordine constitutus, supplicarunt, quid iuris declarari?

El S. R. C. respondit: < Praecedentiam spectare ad Archidiaconum ». Die 26 Septembris 1643.

850. MILEVITANA. (1476)

Parochus S. Mariae Damasceni Ritus graeci reformati sub s. m. Gregorio XIII, supplicavit sibi decerni praecedentiam inter ceteros Parochos iuxta antiquitatem suae Ecclesiae, non obstante quod sil graeci ritus uniti, pro qua declaratione etiam Rmus Episcopus praesens in Curia instat.

Et S. R. C. respondit: < Ritum graecum praedictum non obstare, quominus Parochus orator praecedentiam Ecclesiae suae debitam inter ceteros latini ritus assequatur ». Die 26 Septembris 1643.

851. S. MARCI. (1477)

In Ecclesia Calhedrali S. Marci Altare maius in medio Chori silum est. Sedes vero Episcopalis fixa parieti in medio contra dictum Altare, slalla vero Canonicorum hinc inde, Archidiaconus scilicet a dexteris et Decanus a sinistris, el celeri successive iuxta ordinem antiquitatis; cumque deformitas oriatur in thurificalionibus, si, servato ordine sessionis, hinc inde iteratis ambulationibus per Chorum thurificalio fiat: petiit Episcopus approbari modum ab illo praescriptum, ut scilicet alternis hebdomadis ponatui ab alterutra parte tabella cum inscriptione *Chorus,* el ab illa parte ubi est labella incipiatur thurificalio, successive vero ab altera.

El S. R. C. respondit : « Thurificationem incipiendam esse a parte digniore; ea vero ordine successivo absoluta, continuandam esse ab altera parte, facto initio a digniore illius partis ». Die 26 Septembris 1643.

852. CANARIEN. (1478)

Communitates Civitatum Palmae, Lagonae et aliarum conqueruntur de Parochis et Ecclesiasticis, prohibentibus ne haeredes defunctorum vocent ad funera Regulares, nisi prius vocentur omnes Clerici non solum propriae Parochiae defunctorum, sed etiam Parochiarum aliarum, supplicantes propterea pro abolitione dicti abusus.

Et S. R. C. respondit: « Numerum Religiosorum et Clericorum ac electionem Ordinum Regularium pro associandis cadaveribus ad haeredes defunctorum pro libitu voluntatis eorum spectare et perlinere, sine tamen praeiudicio proprii Parochi el Ecclesiae parochialis, iuxta sacrorum Canonum et Ritualis Romani dispositionem ». El ita in posterum in Civitatibus praedictis servari mandavfl. Die 22 Novembris 1043.

853. RELIQUIARUM (1483)
INCERTI NOMINIS.

Posito quod quaedam Reliquiae Sanctorum in genere alias dispensatae fuerint per varias mundi paries, adhibitis ad libitum nominibus Sanctorum in specie, seu ul vulgo dicilur *baltezzah·,* vel etiam Sanctorum certorum, sed quorum nomina vel non sunl in Martyrologio, vel si sunl in eo, non sunl ipsorummei Sanclornm in Marlyrologio expressorum, sed aliorum eiusdem nominis:

Quaesitum fuit quid agendum sit circa Oflicium et Missam ipsorum ratione insignis Reliquiae, el praesertim quae dies sil illis assignanda, cum nalalilia eorum sint incerta; tum etiam circa modum cullus el venerationis eorumdem. Auditis prius Consultoribus, qui fuerunt in volo, videlicet Er. Lucas Waddingus, quod Reliquiae incertae non venerentur, nisi quae iam populus veneratur·, el si non sunt in Marlyrologio, consulatur S. C. ul Oflicium vel in octava omnium Sanclornm, vel in die approbanda ab Ordinario celebretur. P. Terentius Alciatus, si sanclilas sil cerla, nomen vero incertum, dies assignetur a S. C., annuente Sanctissimo, non autem Ordinariis i«-linquatur: vel liai in die translationis, dummodo non sil impeditus, el in Calendario ponatur per nomen circumscriptum. Riims D. Sacrisla, iuxta praemissa, respondendum ad casus particulares, non edendo generale Decrelum:

S. R. C. respondit: < Circa cullum cl venerationem Reliquiarum huiusmodi, quoad praeteritum nihil innovandum: quoad futurum. nullatenus baptizandas: quoad officium, si cerla sil sanclilas, licet incortum nomen, servetur Decrelum locale S. C. de Reliquia insigni, non expresso nomine particulari aliquo, neque in chartis aut thecis».

Quoad diem alii fuerunt in voto, ul vel in Festo omnium Sanclornm, vel infra octavam assignetur: videlicet Pamphylius, Franciollus, Bragadinus, Facchinellus, Ginnellus, Caesarinus, Columna, Costagutus, Rondanius. Alii, scilicet Montallus, Polus, quod concedatur Ordinariis facultas assignandi diem ad libitum non impeditum Officio novem Lectionum vel Feriarum maiorum. El omnes consenserunt non edendam generalem declarationem, sed respondendum casibus particularibus.

Re vero per me S. R. C. Secretarium ad SS. D. N. dtdala, < Sanclilas Sua praedicta approbavit, sed in fulurum prohibuit absolute huiusmodi Reliquias baptizari, cl lain quoad hoc quam quoad praeterita inclinavit, ut examinaretur, an edendum sil Decrelum universale ». Die 19 Dec. 1643.

854. MEDIOLANEN. (1484)

Posila Constitutione SS. 1). N. Urbani Papae VIII super observatione Festorum, quae incipit *Universa,* idibiis Seplemb. 1642 promulgata, quaesitum fuit ab Ecclesia Mediolanensi:

1. An Cappellani, tam titulares quam mercenarii, quibus incumbit onus celebrandi Missam singulis diebus Feslis, sint exempti a celebratione diebus Feslis reductis?

2. An illis diebus Feslis reduclis, quae Communitates ex earum devotione servare volunl, Parochus teneatur Missam cantare, Vesperas el alia munera obire, sicut obibat ante publicationem Constitutionis praedictae?

3. In omnibus iere Collegiatis tam Civitatis quam Dioecesis Mediolanensis, diebus Feslis Canonici solent Missam cantare, Feriatis autem Cappellani: an in diebus Feslis reduclis debeant cantare Canonici, an vero Cappellani?

El S. 11. C. respondit: « Consliunionem praedictam niliil circa praemissa innovare ». Die 19 Decembris 1643.

855. DUBIUM. (I486)

Quaesilum fuit: an Episcopo praedicanti in Ecclesia Calhedrali ex ambone, ubi praedicatores ordinarii praedicare consueverunt, sine baldachino, el in habilu mozzellae,

debeatur assislunlia a Canonicis el Dignitatibus?

El S. R. C. respondit: « In casu proposito assislentiam non deberi, nisi quando Episcopus cum pluviali ot mitra ad praescriptum Caeremonialis Episcoporum voluerit praedicare ». Die 19 Decembris 1643.

856. DUBIUM. (IW)

Quaesitum fuit: utrum Capitulo Ecclesiae Cathedralis accedente ad Ecclesias Collegiatas occasione Processionum el similium, teneatur ultimus Canonicus dictarum Collegiatorum inservire de libro primae Dignitati Orationem ibidem recitanti?

Et S. R. C. respondit: « Non teneri ». Die 23 Ianuarii 1644.

857. DUBIUM. (1491)

Capitulum Ecclesiae Cathedralis unius Civitatis constat ex duabus Ecclesiis et triginla duobus Canonicis, quorum viginli quatuor resident in una Ecclesia, octo vero in alia : ambae vero Ecclesiae unicum constituunt Capitulum ; et habent praebendas el ordines distinctos in Presbyterales, el Diaconales, el Subdiaconales. Cumque saepius teneantur in unius Capituli formam coalescere, el simul una convenire, non servatur inter eos nec ordinis nec receptionis praerogativa; sed dicti Canonici viginli quatuor sine distinctione praecedunt aliis octo Canonicis. Supplicatur itaque declarari, an rationabilis el toleranda sil huiusmodi consuetudo, quae tamen immemorabilis non existit, et quid servandum?

Et S. R. C. declaravit : « Consuetudinem praedictam tamquam irrationabilem el abusum non esse tolerandam, sed inter omnes Canonicos praedictos ordinis el receplionis rationem esse servandam ». Die ‘i Martii 1644.

858. SUBCOLLECTORUM CANONICORUM. (1493)

Positis Literis Aposlohcis SS. D. bain PP. VIII, in forma Brevis seu moins proprii, sub die secunda Iulii 1630 emanatis , super cognitione Causarum Subcolleclorum el Commissai iorum Camerae Aposlolicac in criminalibus molarum seu movendarum, incipientibus: *Alias recolenda»;* quaesitum fuit ab aliquibus RR. DD. Episcopis per preces a SS. remissas: an Snbcolleclores spoliorum, Commissani, aut alii ministri Camerae Aposlolicae praedictae, quocumque nomine nuncupentur, qui Dignilales, Canonicalus, aul Beneficia in Calhedralibus aut aliis Ecclesiis oblinent, ab ipsis Episcopis cogi possint ad adimplenda oflicia, onera el munera ipsis Dignitatibus, Canonicalibus, aul Beneficiis, vel alioquin Capitulo aul Ecclesiae incumbentia, el praesertim ad observationem Caeremonialis el Rubricarum Missalis el Breviarii Romani?

S. R. C. censuil: « Huiusmodi Subcolleclores, Commissaries, el alios Camerae Aposlolicae ministros privilegio praedicto se tueri non posse, quominus, ubi de cultu Divino , el de observatione Caeremoniale, el Rubricarum Missalis, el Breviarii Romam agitur , per Episcopos Dioecesanos ad implendum eorum munus cogi possint: qua S. R. C. sententia SS. 1). N. relata, Sanctitas Sua Citeras praedictos, sic ul praemittitur, intelligendas esse declaravit, et ila mssii ubique servari ». Die 5 Martii 1644.

859. CATACEN. (1495)

In Oppido Tavernae consuevit Processio Corporis Christi hoc ordine haberi. Ex duobus Parochis, quibus constat dictum Oppidum , alter in alterius Ecclesia Vesperas celebrat : mane, celebrato per proprium Parochum in propria Ecclesia Sacro, traditur SS. Sacramentum alteri Parocho ibidem expectant!, qui deferl illud processionaliter ad suam Ecclesiam : petilum fuil approbari huiusmodi consuetudinem, quam Episcopus tollere contendit.

El S. R. C. < abnuit ». Die 16 Aprilis 1644.

860. MARIANEN. (1496)

Moniales SS. Annuntiationis de Bastia supplicarunt pro facultate asservandi in earum Ecclesia SS. Eucharistiam.

Et S. R. C. respondit: « Aul Monasterium est canonice eredum, et non indiget : aul non, et non esi approbandum ». Die 16 Aprilis 1644.

861. NEAPOLITANA. (1497)

In regione Capitis Montis Dioecesis Neapolitanae exlal Archipresbyleralus carens cura, adminislratione el Ecclesia, el tamquam simplex Beneficium simplicibus Cie licis conferri solitum. Quaesitum fuit, utrum oblinens illum habeat qualitatem Dignitatis, ila ut comprehendatur in dispositione Cap. *Statutum,* de Rescriptis in 6 : el competat illi usus Stolae , aul praecedentia in concursu cum Parochis dicli loci in functionibus parochialibus intra proprias Parochias ;

pl utrum dictus Archiprosbyteralus obtentus per aliquem ex dictis Parochis, addal et quidquam amplius qualitati simplicis Curati, m ordine ad praeeminentiam inter ceteros Parochos ?

El S. R. C. respondit : < In casu proposito nihil praemissorum competere ». Die 16 Aprilis 1644.

862. TOLETANA. (1498)

In Regio Conventu S. Laurentii de Escunali, Philippus II Rex Catholicus Fundator, inter cetera onera reliquit ul in singulis diebus, post Primam , defunctorum Missa pro se suisque cantaretur. El si Festum aliquod occurreret, illius Festi Missa celebraretur, facta commemoratione pro se suisque defunctis. El ita facium fuit. In Feriis vero Quadragesimae, quatuor Temporum, et Vigiliarum, in quibus duae celebrantur Missae propter duplicia el semiduplicia Festa lunc occurrentia, Missa dictarum Feriarum semper post Tertiam celebrata est, ul commodius fieret Oratio pro defunctis. In die vero Festo S. Marci, Missa Rogationum mane ante Processionem, postea vero praedicti Sancti celebrata est. El hoc pro habenda frequentia, cum mane non possint propter occupationes Religiosi convenire. Cumque praedicta repugnent in parte Rubricis Missalis Romam , supplicavit Priot dicti Conventus dispensari :

1. Ul in Festis duplicibus el semiduplicibus, quae occurrunt in Quadragesima, quatuor temporibus et Vigiliis, praedictarum Feriarum Missa post Tertiam ; duplicium et seiuiduplicium vero, post Nonam celebrentur.

2. Ut in Feslo S. Marci Missa Rogationum ante Processionem celebretur.

3. Ul in diebus festivis, quando unica Oratio occurrit in Missa, quae cantatur post Primam, possit secunda Oialio defunctorum dici, et tertia, quae est secunda in Oflicio occurrenti.

4. El cum in aliquibus diebus, in quibus praefatus Conventus plures cantare Missas tenetur, uli lit in diebus depositionis et anniversarii defunctorum , qui plures sunt tam Regiarum quam Religiosarum personarum, el Rex Catholicus Fundator obligationem cantandi Missam pro defundis post Primam sustulerit, unica commemoratione pro %e suisque defunctis contentus; supplicavit pariter permitti, ul cum Festum semiduplex occurrerit, praedicta commemoratio in Missa Conventual» fieri possit.

El S. R. C., proponente Emo el Riho I). Cardinali Monlallo, respondit: Ad !. el 2. « Servandas esse Rubricas Missalis Romani ».

Ad 3. < Attentis narratis, censuil, si SS. I). N. placuerit, permitti posse, ul Oratio pro defunctis dicatur in Missa, quae post Primam celebratur ».

Ad « Censuil pariter, si SS. B. N. placuerit, in semiduplicibus, quando contingit plures cantari Missas, permitti posse, ut commemoratio pro defunctis in Missa Conventual fiat ». Die 16 Aprilis 1644.

863. URBIS. (1499)

Magistri Caeremoniarum SS. D. N. qui oliin in sequendis equitationibus ampla talari veste el magno capulio laneis violacei coloris usi sunt, eaque dimiserunt tanquam parum congruentia usui pilei communis; poslmodum admoniti, pro earum reassumplione, ne quid ex benignitate S. Congregationis, cui assidue inservientes intersunt, desit ; supplicarunt pro usu pilei semiponlilicalis, eo quod ipsi Prolonolariorum Aposlolicorum non participantium, el secretorum Pontificis cubiculariorum praerogativis fulgeant.

El S. R. C. censuil : « Si SS. D. N. placuerit, gratiam petilam oratoribus esse concedendam; qua praerogativa eliam Referendarios Aposlolicos poliri declaravit, ex propria eorum institutione ». Die 16 Aprilis 1644.

864. AVENIONEN. (1800)

Carolus Felix Deserre Canonicus Ecclesiae Calhedralis Avonionen., in qua Praebendae omnes sunt Presbylerales, exposuit: quod cum tempore suae receptionis ad possessionem praedicti Canonicalus in Sacerdotio non esset constitutus, duo recenliores Canonici post illum admissi, cum Sacerdotes existeront, praecedentiam super illum adepti sunt; nunc cum el ipse ad Sacerdotium ascenderit, supplicavit sibi responderi, an de iure possit consequi praecedentiam ante dictos Canonicos post illum admissos : el licel alias ob allegatam pendenliam litis in partibus relectus fuerit ad suos indices; nihilominus cum modernus D. Archiepiscopus Avenionensis praesens in Curia consentiat el instet; supplicavit iterum pro resolutione.

El S. R. C., referente Emo el Rmo D. Cardinali Roccio, secundum ea quae proponuntur, respondit: «Praecedentiam deberi Canonico oratori ante omnes alios post ipsum receptos ». Di· 14 Maii 1644.

865. DUBIUM. (1501)

Gum contingat pluribus Ecclesiis legata pia relinqui, cum onere celebrandi Oilicium alicuius Sancti sub alliori rilu, quam qui a Sede Aposlolica esi illi praescriptus, el neque deceal in laicorum poleslate esse hoc modo indirecte in ritus Ecclesiae legem dicere : nec expediat Ecclesiae, per bas appositas conditiones, legatorum huiusmodi effectu privari ; quaesitum fuil de mandato SS. D. N. : Quid in his casibus statuendum sil ?

El S. B. C. censuil : « Secundum ea, quae proponuntur, conditiones huiusmodi vitiari, el non vitiaro. Sed in praedictis casibus indulgendum, ul Officia huiusmodi quoad pompam exlrinsecam, non autem quoad rilum ecclesiasticum, solemnius celebrentur ». Quam S. C. sententiam auditam Sanctitas Sua benigne approbavit. Die 14 Maii 1644.

866. H1EBACEN. (1502)

Magister Caeremoniarum Ecclesiae Ilicracensis supplicavit pro responsione ad sequentia :

1. An Canonicus facturus Officium non paratus, sed suo consueto habitu canonical) indutus, in Processione quae fit a Sacristia ad Chorum, cum ilur ad Divina celebranda ; debeal praecedere omnibus aliis Canonicis?

2. An Canonicus Hebdomadarius in Choro Officia faciens non paratus, sed cum consueto suo habitu canonical· praecedere debeat aliis Canonicis, eliam Dignitatibus?

3. An Dignitatibus solemniler celebrantibus in Festis solemnioribus debeant inservire Canonici de Diacono el Subdiacono?

4. An cum ibidem Vicario primus locus in Choro, Episcopo absente, in cornu Evangelii ex consuetudine assignetur, prima Dignitas sedere debeal in primo loco a cornu Epistolae, an vero occuparo lerlium locum apud Vicarium ?

5. An toleranda sil consuetudo ul Canonici Calhedralis, quando assistunt in aliqua Ecclesia Civitatis pro celebrandis Vesperis et Missis solemnibus, adsint sine canonical! habitu?

El S. B. C. respond il : Ad 1. «Canonicum, qui facturus est Oilicium, debere cum paramentis accedere ».

Ad 2. «Servandum esse Caeremoniale ».

Ad 3. « Diaconum et Subdiaconum debere assumi ex numero Canonicorum, contraria consuetudine non obstante ».

Ad 4. < Primae Dignitati primum slallum deberi, et sic deinceps ordine successivo ».

Ad 5. « Huiusmodi nlum non esse tolerandum, sed cum habitu canonical) assistendum ». Dic 14 Maii 1644.

867. MAZABIEN. (1504)

In Calhedrali Mazaricnsi, in qua consueverunt ex quatuor Dignitatibus, 1res Episcopo celebranti, pro Presbytero, Diacono el Subdiacono assistere, quarta vero ad prunum slallum in Choro sedere : quaesitum fuit, au inlonalio quartae anliphonae pertineat ad dictam quartam Dignitatem, an vero ad primum Canonicum apud illum immediate sedentem?

El S. B. C. respondit : « Perlinere ad primum de gremio Canonicorum in Choro praesentem ». Die 14 Maii 1644.

868. PLOCEN. (1506)

Quaesivit SulTraganeus Plocensis : an ipsi liceat, dum in solemnioribus Festis pontificaliler in Ecclesia Calhedrali célébrai, Praelatos et Canonicos eiusdem Ecclesiae ihurificare, etiamsi exslarel huiusmodi consuetudo ?

El S. B. C. respondit : « Non decere, sed servandum esse Caeremoniale Episcoporum, consueludinemque praedictam abusum declaravit ». Die 14 Maii 1644.

869. GBOSSETANA. (1510)

Quaesitum fuit: an Parochus et prima Dignitas Ecclesiae Calhedralis possit indicere Orationem quadraginta horarum, el exponere SS. Eucharistiae Sacramentum absque licentia Episcopi?

El S. B. C. respondit : « Non posse ». Die 4 Iunii 1644.

870. M1NEBBIEN. (1511)

Primicerius Ecclesiae Minerbiensis exposuit, vertente controversia inler ipsum el Arcbidiaconum eiusdem Ecclesiae super iure dirigendi Chorum et ordinandi Divinum Officium , Episcopum anno 1612 ad favorem Primicerii decrevisse; in quorum Decretorum evequulionem, cum ab Xrchidiacono turbetur, supplicavit responderi, quid iuris?

Et S. B. C., proponente Emo et Bmo D. Cardinali Sacchelto, censuil : « Servandam esse dispositionem Iuris communis in cap. unico *De officio Primicerii,* el can. *Perlectis § ad Primicerium,* (list. 25 ». Die 4 Iunii 1644.

871. PANORMITANA. (1513)

Alias inita concordia super thurificalio-nibus inter Archipresbytcrum el Clerum Ecclesiae Calhedralis Terrae de Ciminna, et Universitatem dicti loci, quod duo ad-hiberentur thuribula : altero autem inci-piendo thurificaiionem ab Archiprcsbylero, allero thurilicando immediate Universitatem praedictam, el interim continuandi primo thuribulo Iliurificationcm aliorum Sacer-dotum:

S. R. C. < Duplicis Thuribuli usum im-probando, mandavit servari Caeremoniale Epicoporum lib. 1, cap. 23, § *Quo vero ad Idicos,* vers. *Magistratus* >. Die 4 Iunii 1644.

872. URBIS. (1515)

Quaesivit Ecclesia Lateranensis: an duae Missae Convenluales, quas Rubricae cele-brandas praescribunt in diebus Rogationum, dicendae sint etiam quando in aliqua Feria dictarum Rogationum incidit Festum Inven-tionis S. Crucis, vel aliud duplex secundae classis: et utrum pro una ex dictis Missis haberi debeal illa, quam Episcopus Suffra-gandus colebrat in Ecclesia, a qua Processio incipit, dum dirigitur ad eamdem Eccle-siam Lateranensem tamquam ad Cathedra-lem Urbis?

El S. R. C. respondit : « In casu pro-posito duas Missas Convenluales esse cele-brandas; et pro altera ex ipsis non suffra-gari illam quam Episcopus celebrat, ul supra, sine conventu Canonicorum Ecclesiae praedictae ». Die 4 Iunii 1644.

873. DE BALDACH1NIS ABBATUM. (1516)

Positis Decretis huius S. C. disponen-tibus , ul Abbatibus quorumdam Ordinum Regularium habentibus usum Pontificalium liceat tubus anni Festivitatibus in eorum propius Ecclesiis exemptis baldachmo uti ; quaeritur: an huiusmodi Abbates possint non solum baldachino, sed etiam mitra el baculo uti extra eorum Ecclesias Abbatiales, in Ecclesiis Modialium eorum regimini sub-lectarum, praesertim extra occasionem Fc--tivilatum, sed dum aliqua novilia habitum suscipit, vel professionem emittit?

Et S· R· C. fuit in volo: < Quoad bal-da« hmiim negative, quoad mitram el bacu-lum inspicienda esse privilegia; sed, cum igalur de universo Ordine Monastico, man-davit absque alicuius Decreti editione id ex-primi, et audiri partes ». Die 2 Iulii 1644.

874. BERGOMEN. (1518)

In Ecclesia Bergomen. olint non canta-bantur duae vel 1res Missae , quae certis diebus praescribuntur a Rubricis; postea correctus fuit hic abusus, et Canonici, ad effugiendum huiusmodi onus, assignarunt ex massa communi distributionum certam portionem Sacerdoti, qui dictas Missas infra annum celebret ; sed cum ex solutione di-ctae mercedis Archipresbyter se gravatum senserit, cum in Quadragesima ipse illas celebret sine mercede, reliquo vero anni tempore contribuat cum celeris Sacerdoti celebrationi deputato, supplicavit propterea idem Archipresbyter declarari Capitulum teneri.

Et S. R. C. censuil : < Canonicos teneri per se ipsos ad celebrationem dictarum Missarum, et huiusmodi assignationem nul-lam esse declaravit. Sed absque editione Decreti remisit ad S. C. Concilii ». Die 2 Iulii 1644.

875. CALARITANA. (1519)

Quaesivit Archiepiscopus Calarilanus :

1. An, quando ipse in Ecclesia sua in-tervenit cum cappa Processioni SS. Cor-poris Christi, teneatur ipsemel inlorlitium deferre, vel sibi ab alio ministro deferri facere ?

2. An Canonici in huiusmodi Proces-sione teneantur inlorlilia deferre, quamvis Archiepiscopus per se ipsum non deferat?

3. An Praesidens Capituli, praesente Ar-chiepiscopo , possit dirigere Processiones etiam sub poenis : an vero spectet ad ipsum Arcbiepiscopum ?

Et S. R. C. respondit: Ad 1. « In casu proposito Archiepiscopum debere inlorli-tium sibi per ministrum deferri facere ».

Ad 2. < Canonicos teneri funalia seu in-lorlilia deferre ».

Ad 3. « Processiones edicere, decernere, dirigere , el deducere ad Archiepiscopum pertinere de consilio tantum Capituli, non autem de consensu ». Die 2 Iulii 1644.

87G. BOSNEN. CALENDARII. (1520)

Episcopus Bosnensis S. C. de Fide Pro-paganda exposuit : in eius Dioecesi quaedam Oppida detrectare Calendarii novi obsei va-tionem, ideoque matrimonia temporibus pro-hibitis celebrari, el alia contra statuta Ec-clesiae lieri. Huius abusus causam tribuens quorumdam Parochorum avaritiae, qui pro habenda eleemosyna in hoc voluntati po-

pulorum indulgent: quam Episcopi petitionem eadem S. C., proponente Eiiio el Riho D. Cardinali Cornelio, ad S. R. C. remisit, petens desuper quid turis? responderi.

El S. R. C. venerandis S. Concilii Nicaeni 1 Decretis inhaerens, el attendens inter cetera gravissima veleris Calendarii discrimina hoc potissimum emanare, ul Pascha Resurrectionis praescriptis ah Ecclesia non celebretur temporibus ; necnon inhaerens Constitutioni s. m. Gregorii PP. XIII, incipien. *luter gravissimas,* censuil : « Calendarium novum, veteri abrogato, iuxta eiusdem Constitutionis praescriptum in Dioecesi Bosnensi, el ubicumque terrarum recipiendum et observandum esse , illudque propterea tam in ea quam in circumpositis Dioecesibus, in quibus hactenus introductum non est, omnino introduci et servari mandavit ». Die 26 Novembris 1644.

877. S. MARCI. (1523)

Quaesitum fuit: I. Quomodo inlelhgenda sil Rubrica de genullexionibus, quae SS. Eucharistiae fiunt : an eodem modo genulleclendum sil coram exposito, quam coram asservato in Tabernaculo, osliolo aperio?

2. An liceat Sacerdotibus in Missis privatis, tempore Hebdomadae Maioris, Passionem D. N. a cornu Epistolae recitare?

El S. R. C. respondit : Ad 1. < Semper, et a quocumque coram SS. Eucharistiae Sacramento esse genufleclendum ».

Ad 2. « Non a cornu Epistolae, sed a cornu Evangelii esse recitandum ». Die 26 Novembris 1644.

878. SORANA (1624)
PROCESSIONIS.

Oria controversia inter Canonicos S. Archangeli de Arpino ex una , et Canonicos S. Mariae eiusdem loci partibus ex altera, de el super iure incedendi in Processionibus, el causa per S. R. C. ad Eihum Dominum Card. Saccheilum commissa super tribus dubiis insequenlibus, ulraque pars plene et distincte informavit:

1. An Capitulum S. Archangel) cum suo Clero cogi possit accedere ad Processionem, fieri solitam a Canonicis praedictae Ecclesiae S. Mariae, in Vigilia Assumptionis, Titularis illius Ecclesiae?

2. An Cruces Ecclesiarum dicti loci incedere debeant omnes simul m principio Processionis ante Clerum, vel potius unumquodque Capitulum incedere debeat sub propria Cruce?

3. An Archipresbylei S. Mariae possit in Processionibus se disiungere a corpore sui Cleri, et incedere m fine Processionis a sinistra Abbatis S. Michaelis, cui adiiingilur ? An in casu absentiae unius, ex duobus alter debeat incedere solus?

El facia per Emum D. Card. SarchetInm relatione S. R. C., el exquisitis votis Elborum cI Rmorum DD. PP., ad praedicta dubia distincte pariter respondit :

Ad i. < Abbatem, el Canonicos S. Archangel· cogi posse ab Ordinario, eliam sub censuris, accedere ad Processionem Ecclesiae praedictae S. Mariae in Vigilia Assumptionis, Titularis illius Ecclesiae ».

Ad 2. < Unumquodque Capitulum et Ecclesiam incedere debere sub propria Cruce, tam in praedicta quam in aliis Processionibus ».

Ad 3. * Archipresbytcrum S. Mariae posse in Processionibus incedere e sinistra Abbatis S. Michaelis. Si vero unus ex duobus fuerit legitime impeditus, an alter incedere debeat solus, S. R. C. remisit arbitrio Ordinarii». Die II Februarii 1645.

879. BERGOMEN. (1526)

Clericis Regularibus, qui cum licentia Ordinarii in propria Ecclesia retro AHare maius exposuerunt B. M. V. Imaginem sub invocatione, ul vulgo dicitur, *della Madonna dei buon successo,* se opposuerunt Entres Carmelilae diclae Civitatis, ne permitteretur dictum nomen, neque locus, neque habitus. El, referente D. Card. Cornelio, utraque parte informante,

S. R. C. censuil : « Esse permittendum nomen el locum, el quoad habitum servandam esse Constitutionem fel. ree. Urbani VIII, quae incipit: *Sacrosancta Tridentina etc.* datam Romae die 15 Martii 1642 ». —Die 11 Februarii 1645.

880. ANAGNINA. (1530)

Quaesitum fuit ab Episcopo Anagnino :

1. An Constitutio super observatione Festorum, quae incipit *I nirersa etc.* Idibus Sepi. 1642, comprehendat Festa ex volo vel suffragiis alicuius Communitatis introducta?

2. Utrum dicta Civitas Anagnina el Dioecesis, quae mullos habet Patronos, videlicet SS. Magnum Episcopum et Mari., Petrum Episcopum, Secundianam V. et M. Concivem, Olivam, Aureliam el Neomisiam Virgines, quorum corpora requiescunt in dicla Ecclesia Cathedral·, inter quos principali-. Patronus est S. Magnus, licel pro omnibus

huc usque celebratum fuerit solemne Festum, et uti de praecepto observatum, teneantur diem illorum in posterum uti ex praecepto colere?

3. Cum memoria non exlel, quomodo et a quibus fuerint dicti Sancti electi pro Patronis, sed ab immemorabili tempore in Civitate et Dioecesi, tam per Saeculares quam per Regulares, de illis fiat Festum et Officium ; quamvis-a nonnullis, tam in praedicta Civitate quam extra, post dictam Constitutionem praetermissum fuerit de illis facere Officium; consuluit Episcopus S.R.C.: an supradicta Constitutio deroget consuetudini celebrandi illorum Festum, ac de illis faciendi Officium?

'i. Fuit dubitatum an permissa sil consuetudo, quam colit Ecclesia Calhedralis in faciendo Officium proprium de S. Magno principali Patrono cum octava; siculi idem usus fuit hucusque observatus pro aliis Sanctis compatronis?

Et S. R. C. Ad 1. respondit: « luxta resoluta sub die 18 Aprilis 1643 ex dispositione Constitutionis praedictae personas voventes tantum teneri ; quam Congregationis sententiam sibi relatam fel. rec. Urbanus VIII laudavit el approbavit, dixilque intentionem suam fuisse per eam Constitutionem tollere Festa de volo, quoad vim praecepti, el reducere illa ad instar Festorum de devotione, reservata obligatione ratione personalis contractus, ex vi voti provenientis ipsismet personis lanium quae voverunt ».

Ad 2. < Servandum esse Festum lanium unius ex principalioribus Patronis ».

Ad 3. < Quoad Officium nihil fuisse per dictam Constitutionem innovatum ».

Ad i. <Servandas esse Rubricas». Die i Marlii 1648.

881. SABINEN. (4831)

Reclamantibus Cappellano S. Sebasliani el populo Terrae Rocchetli Sabinen. Dioecesis contra prohibitionem faciam a Synodo celebrandi in aliis Ecclesiis, antequam sini celebratae Missae in Parochialibus loci ;

S. R. C., iuxla alias resoluta, respondit : < Non posse prohiberi Sacerdoles celebrare in alienis Ecclesiis, antequam sil celebrata Missa in Parochiali, non obstantibus Constitutionibus Synodalibus in conlra rium facientibus ». Die 4 Martii 1648.

882. GRANATEN. (1833)

Ad tollendum abusum, qui in Civitate el Dioecesi Granaten. irrepsit, el m dies irrepere non cessat, in publice exponendo pauco cum decore SS. Eucharistiae Sacramentum ; petiit Archiepiscopus dictae Civitatis prohiberi esse sibi permissum tam Saecularibus, quam Regularibus etiam exemplis, ne audeant illud exponere absque sui licentia.

El S. R. C. respondit: < Neque Regularibus neque Confralernilatibus laicornm quovis praetextu licere publice exponere SS. Eucharistiae Sacramentum, absque speciali licentia ipsius Archiepiscopi : el contrafacienles censuris esse coercendos ». Die 29 Marlii 1643.

883. FANEN. (1837)

Consulta S. R. C. an Magistratus Fanen. Episcopo solemniler celebranti in manuum ablutione intervenire teneatur;

Emi Patres, utraque parte informante, responderunt: < Magistratum cogi non posse; sed si invitatus id faciat, laudandum ». Die 26 Augusti 1645.

884. CIVITATIS PLEBIS. (1538)

Episcopus pro celebranda Synodo, ad examinandos eos qui ad Ordines Sacros promoveri intendunt, in examinatores elegii duos Prolonolarios Apostolicos titulares, quorum unus est Archidiaconus Ecclesiae Calhedralis, et alter simplex Protonolarius. Verum quia orta fuit difficultas cum Vicario Generali Canonico, in sedendo el in aliis functionibus; ideo Episcopus supplicavit declarari, quisnam sedere debeat in primo loco, an nempe Archidiaconus Protonolarius, el inde aller Protonolarius Titularis tantum, et in quo loco ponendus sit Vicarius Generalis Canonicus.

S. R. C., iuxta antiqua Decrela, respondit : * Quod si Vicarius incedat in habitu vicariali praecedere debel omnes Dignitates et Canonicos, quantumvis Protonotarios ; si vero assistat uti Canonicus, debel sedere in loco suae receptionis ». Die 26 Augusti 1645.

885. URBINATEN. (1541)

Cum iuxla dispositionem Concilii Tridenlini, pro erigendo Seminario fuerit ab Archiepiscopo electus unus ex Canonicis Ecclesiae Calhedralis, a Capitulo vero una ex Dignitatibus eiusdem Ecclesiae; consulta fuil S. R. C. quisnam illorum in sessionibus praecedere debeal?

Et eadem S. R. C. respondit : < Canonico praedic lo ratione huius deputation!'

nullam deberi praecedentiam, sed sedere et incedere debere in loco suae solitae receptionis ». Die 16 Septembris 1645.

886. NEAPOLITANA. (1542)

Ad preces Principis de Bisiniano nomine Congregationis Nobilium Domus Professae Societatis Iesu Sanctissimo porrectas, et ad S. R. C. demandatas pro approbatione Coronae noviter inventae, et ab aliis discordantis,

Eadem S. R. C. respondit : < Haud permittendum esse». Die 16 Septembris 1645.

887. CAMERINEN. (1543)

Tria petila fuerunt per S. R. C. declarari a Plebano S. Anatoliae :

1. Ad quam Ecclesiam spectet in die Sabbati Sancti primo pulsare Campanas: an ad dictam Ecclesiam S. Anatoliae, vel Collegiatae Sancti Martini ?

2. An Plebano S. Anatoliae competat cantare primani anliphonam in alienis Ecclesiis, absente Priore Collegialae S. Martini ?

3. An Plebano, cui a Canonicis dictae Collegialae, absente Priore, datur praecedentia in actu eundi, redeundi el permanendi?

EIS. R.C.,ad relationem Enii Card.Sacchelli, utraque parte informante, censuit : «Nihil de supradiclis Plebano praefato competere ». Die 16 Septembris 1645.

888. URBANIEN. (1544)

Archipresbyler unica Dignitas Ecclesiae Saecularis el Collegialae SS. Petri et Pauli Apostolorum Terrae Mercatelli, olim nullius, nunc vero Dioecesis Urbanien., et Canonici eiusdem Ecclesiae supplicarunt S. R. C., ul infrascripta dubia nuper inter eos exorta declarare dignaretur :

1. An Archipresbytero liceat in aliis Ecclesiis habere Sedem distinctam ad instar Sedis choralis, quam retinet in Collegiala ex permissione S. C. ?

2. An Canonici teneantur diebus solitis praestare obsequium Archipresbytero eumdem levandi el associandi, ul assistat divinis Officiis?

3. An liceat Archipresbytero in Processionibus praecedere Canonicum pluviali indutum ?

4. An liceat Archipresbytero in Processionibus solus post Canonicos incedere?

5. An teneantur Canonici porrigere Archipresbytero aspersorium cum aqua benedicta ?

6. An in celebratione solemni Archipresbyleri possit erigi mensa ?

7. An liceat Archipiesbylero pro commodiori audientia concionatoris sedere iuxta Altare maius in Sede amovibili ?

8. An liceat Canonicis Sedes construere ad instar Sedis Archipresbyteralis ?

U. An teneantur Canonici eliam in arbitrariis functionibus, Archipresbytero solitam assislenliam Diaconalem el Subdiaconalem praebere ?

10. An liceat Archipresbytero in Ecclesiis filialibus actus parocbiales exercere proprio iure?

11. An speciet ad Archipresbyterum, etiamsi non sil de Capitulo, convocare Capitulum pro rebus statum Ecclesiae concernentibus ?

12. An speciet ad Archipresbyterum Orationem concludentem ad Matutinum Hebdomadae Sanctae recitare?

Et S. C. Cardinalium super Ritibus Ecclesiasticis praepositorum ad relationem Emi Card. Montait» tam super expositis moderni Archipresbyleri Saecularis et Collegialae Ecclesiae, alias nullius, el nunc Urbanien. Dioecesis, quam Canonicorum eiusdem, respondit:

Ad 1. «Non licere Archipresbytero dictae Ecclesiae habere Sedem particularem extra Ecclesiam Archipresby teralem, sed in aliis debere esse contentum Sede aequali una cum Canonicis, in loco tamen digniori, ornato eliam tapete el pulvinari pro genuflexione ».

Ad 2. « Nihil esse innovandum circa obsequia praefato Archipresbytero praestari solita, iuxta Decretum ab eadem S. C. emanatum sub die 14 Aprilis 1642, el alias etiam confirmatum ».

Ad 3. « Archipresbyterum in Processionibus, Stola lanium et cotta indutum, non posse incedere post Canonicum paratum ».

Ad 4. « Debere incedere inter duos Canonicos, vel ad dexteram dignioris ».

Ad 5. « Non teneri Canonicos in dictis functionibus porrigere aspersorium Archipresbylero ».

Ad 6. « Licere Archipresbytero dum solemmter celebrat uti mensa, absque tamen luminaribus alioque ornatu episcopali ».

Ad 7. « Non licere Archipresbytero habere Sedem prope Altare, sed in alio loco opportuno et decenti ».

Ad 8. « In Choro nihil esse innovandum quoad Sedes el genuffexoria Canonicorum et ipsius Archipresbyteri ».

Ad 9. « In functionibus extraordinariis non teneri Canonicos praestare assistenliam Archipresbytero ».

Ad 10. « Adeant S. C. Interpretum Concilii Tridenlini ».

Ad 11. < Posse Archipresbyterum convocare Capitulum pro rebus statum Ecclesiae concernentibus ».

Ad 12. « Debere Archipresbyterum terminare Officium, si tamen illud inchoaverit; aliaque, iuxla Rubricas el Caeremoniale peregerit ». Hac die 1G Septembris 1G45.

889. MASSEN. (1545)

Ad Ecclesiam sub invocatione B. Mariae Suffragii, quam construxit Universitas Portus Ferrarii in Ilva, cum non possit Episcopus Vicarium mittere ad effectum illam benedicendi, supplicatum fuit S. R. C. ul illam benedicere valeat Plebanus dicti loci.

EiTii Patres eidem Congregationi praepositi responderunt: « Episcopum posse subdelegare lam Plebanum praedictum, quam alium sibi magis bencvisum, ad effectum vero benedicendi, non autem consecrandi ». Die 7 Octobris IG45.

890. BAREN. (154G)

In Collegiata Aquaevivae Baren. Dioecesi·. fuit assertum adesse Archipresbylerum, ad quem spectat facere omnes functiones pontificales; el cum ipse reperialur hodie excommunicatus, Archiepiscopus Baren. deputavit substitutum Vicarium ul exerceat curam animarum lanium in dicta Terra; qui praetendit facere functiones praedictas, aliisque Presbyteris sibi benevisis delegare, in grave praeiudicium Dignitatum el Presbyterorum, qui S. R. C. consuluerunt :

1. Ad quem spectet, excommunicato Archipresbytero, functiones facere, celebrare Missas solemues, el Vesperas cantare : an ad Dignitates el alios Presbyteros de gremio dictae Ecclesiae gradalim, an vero ad assertum Vicarium?

2. An possit dictus Vicarius functiones praefatas Presbyteris sibi benevisis delegare ?

El eadem S. R. C. respondit : « Functiones praefatas quae debent fleri per primam Dignitatem, ea impedita obeundas esse per Dignitatem sequentem, non aulem aliis delegandas a Vicario ». J)ie 7 Octobris 1645,

891. CAMERINEN. (<B47)

Prior el Canonici Collegialae S. Venanlii Camerinen. S. R. C. supplicarunt, ul declarare dignaretur : an Clericus moriens, sepulcro non electo, sed habens sepulcrum maiorum, debeat in eo sepeliri, nul in Ecclesia cui in susceptione primae tonsurae fuerit adscriplus, licet in ea nullum exercuerit ministerium neque Beneficium possederit ?

Et eadem S. R. C. respondii: «Nullum ius super sepultura praefatae Ecclesiae, ubi Clericus defunctus in susceptione primae tonsurae fuerat adscriplus, competere ». Die 13 lanuarii 1646.

892. NICIEN. (1548)

Consulta S. R. C. an Episcopo quolibet tempore concionem cum cappa audienti, teneantur saltem duo Canonici assistere; el an Canonici teneantur eumdem levare el associare, quando ad Ecclesiam est accessurus ad assistendum divinis Officiis el ponliftcaliler celebrandum, quamvis ipse incedat cum rochello el mozzelta, sed absque cappa.

Eadem S. R. C. Ad 1. respondii: « Iuxla alias resoluta, Episcopo concionem cum cappa audienti saltem per duos Canonicos assistenliam praestandam esse ».

Ad 2. * A Canonicis cum habitu canonical! non esse excipiendum el associandum Episcopum, nisi sil cappa indutus». El ila in Ecclesia Nicien. Emi 1'1 eidem Congregationi praepositi servari mandarunt. Die 13 lanuarii 1646.

893. LISBONEN. (1554)

Consulta S. R. C. a Magistris Cappellac Regiae Lisbonen., 1. utrum in Ecclesiis ubi est frequens Sacerdotum numerus qualuorque tantum Altaria habentur, in Dominica Palmarum possint nonnulli Sacerdotes eiusdem Ecclesiae celebrare Missam votivam de Passione , quod a fortiori dicitur fieri in Cappella Regia Regni Lusitaniae, ul benedictio palmarum, Processio et Passio, in praesentia Regis, hora possint peragi competenti : et quomodo haec Missa votiva debeat celebrari, hoc est, an ut de tempore, an ul votiva per annum?

2. Utrum Sabbato quatuor temporum Pentecostes in Missis privatis repeti possit Missa de eadem Dominica Pentecostes, ut audientes Sacrorum molestia non afficiantur : el quatenus concedatur, utrum ul votiva

debeat celebrari, vel ul in proprio die, cum octava non sil Festum , sed continuatio Fesli?

3. Caeremoniale Episcoporum lib. 2, cap. 31, vers. *Quia tamen,* de aspersione aquae benedictae in Dominicis facienda, iubel ut praesente Episcopo, Celebrans aspersorium ilii porrigat, ul ipse Episcopus pruno seipsum, deinde Sacerdotem celebrantem aspergat: sed quia aliquando in Cappella Regia nonnulli Episcopi simul reperiuniur ; an Celebrans illos debeat aspergere aut ipsis aspersorium porrigere, sic.uli de proprio Episcopo (qui est Cappellanus maior) ait Caeremoniale Episcoporum ?

4. Si in ipsa die Commemorationis omnium fidelium defunctorum obierit nonnullus, utrum pro illius anima sil celebranda Missa omnium defunctorum de eadem die, vel ul in die obitus? (1)

El S. R. C. Ad 1. respondit: « Non esse dicendas ullo modo Missas votivas in die lam solemni ».

Ad 2. < Non posse repeti Missam de Dominica Pentecostes ».

Ad 3. « Eliam Episcopos adstantes aspergendos esse a Celebrante, ut Romae fit in Ecclesiis Palriarchalibus ».

Ad 4. < Ultra Missam de communi defunctorum , celebrandam Missam ul in die obitus, praesente corpore defuncti ». Die 14 Aprilis 1646.

894. LEODIEN. (1566)

Episcopi Leodien. Suffraganeo cum rochello el mozzelta incedenti, lam in Cathedrali quam in aliis Ecclesiis Civitatis et Dioecesis, quando functiones Episcopales est obiturus, sese opposuerunt Canonici el Capitulum eiusdem Cathedralis, el praeceperunt eidem Suffraganeo, ul se abstineret ab usu huiusmodi habitus. A quo Decreto eodem Suffraganeo reclamante ad S. C.,

Eadem S. R. C. respondii : « Licere Rmo Episcopo Dyonisien. Suffraganeo deferre rochellum cum mozzella, permittente Ordinario loci ». Die 14 lunii 1646.

895. CALARITANA. (1668)

Consulta S. R. C. : an liceat in Sodalitatum laicorum Oratoriis, quibus animarum cura non est adnexa, nec hospitalitatis ius exercetur, quotidie asservare SSihum Eucharistiae Sacramentum, el in maiori hebdomada facere. Sepulcrum?

Eadem S. R. C. respondit : « Non licere, el praedicta prohiberi » mandavit. Die 14 lunii 1646.

896. **RIPANA.** **(1559)**

Cum Praepositus el Canonici Collegialae Parochialis Terrae Montis Prandonis Ripanae Dioecesis exposuerint S. R. C., Laicos et mm Sacerdotes Patrum Minorum Obsen antium dictae Terrae intervenire Processionibus S. Marci, el Triduanis, neque accedere cum celeris de Clero ad Ecclesiam Collegiatam, ubi dictae Processiones terminantur.

S. R. C., indemnitati divini cultus providere volens, declaravit : < Omnes praefatos Patres lam Sacerdotes quam Laicos intéressé debere dictis Processionibus, nisi legitime sint impediti, usque ad earum finem ». Die 14 lunii 1646.

897. SPOLETANA. (1560)

Renuentibus Canonicis Collegialarum SS. Pelri el Gregoni praestare assistenliam Oleorum consecrationi in Calhedrali, Feria V in Coena Domini fieri solitae, fuit delata causa ad S. R. C., quae dixit, accedente eliam mandato fel. rec. Urbani VIII, praefatos Canonicos teneri praestare huiusmodi assistenliam. Verum, quia oria fuit aliera dubitatio: an scilicet Canonici ex dictis Collegiatis, qui Oleorum Consecrationi, iuxla consuetudinem, interesse debeant, sint eligendi per Capitula Collegialarum, vel potius nominalim describendi per Priorem Cathedralis, in tabella fieri solita in hebdomada maiori pro distributione functionum?

S. R. C., ulraque parte informante, respondit : «Canonicos ex dictis Collegiatis, teneri assistenliam Oleorum consecrationi praestare, iuxla tabellam more solito faciendam el subscribendam per Priorem Cathedralis». Die 11 Augusti 1646.

898. PERUSINA. (1662)

Renuentes Canonici Cathedralis Perusinae praestare assistenliam Episcopo non Pontificalia exercenti, sed concionibus, Missis, aut Vesperis cum cappa assistenti extra Cathedralem , non obstante praetensa ab eodem Episcopo consuetudine, recursum habuerunt ad S. R. C., ul declarare dignaretur : an el in quibus casibus teneantur?

Euii PP. S. R. C. praepositi, ulraque pario informante, responderunt: «Canonicos teneri el cogi posse ab Episcopo ul sibi

(I) E. Dub. 6.

ministrent et inserviant non solum in Cathedrali verum etiam in aliis Civitatis Ecclesiis, in quibus solemnes vel publicas episcopales functiones est obiturus. Die 11 Augusti 1646.

899. URBIS. (If>63)

Quaesitum fuit a S. R. C., an Episcopus in Dioecesana Synodo, occurrentibus in eodem die duobus Festis Sanctorum, quorum unum sil transferendum in primam diem non impeditam, iuxta Rubricas de translatione Festorum ; possit statuere in perpetuum diem aliquem determinatum pro celebratione dicti Festi translati, quamvis non sil ille quem determinat Rubrica, ita ut occurrente Dominica vel alio Festo minoris solemnitalis, non impediatur, tamquam non translatum, sed proprium illi diei addictum, cum talis occurrentia in tali Dioecesi sit perpetua?

S. R. C. respondit: < Episcopo non licere, ipsa inconsulta, sed servandas esso Rubricas de translatione Festorum ». Die 11 Augusti 1646.

900. NfCIEN. (16(57)

Consulta S. R. C. super infrascriplis dubiis :

1. An Canonici assistentes Episcopo Divinis cum cappa inleressenli, teneantur illi ponere et deponere birelum, el praecipue quando populo benedicit?

2. An duo Canonici assistere teneantur Episcopo cum cappa Completorio, Matutino, el concioni in Cathedrali inleressenli, tam in Quadragesima quam aliis temporibus?

3. An debeant eidem assistere, tam in Processionibus generalibus, quam aliis, el praecipue in iis quae fiunt tertia Dominica cuiuslibet mensis cum SSmo Sacramento?

4. An Canonici in habitu canonical! teneantur accedere in cubiculum Episcopi non lum cappa, sed cum mozzella et rochetlo ul Ecclesiam accedenti, ul inserviat divinis Officiis el Processionibus?

5. An dum Episcopus pnvalim Missam celebrat, duo Canonici teneantur inservire el assistere?

0. An Episcopus debeat induere cappam pontificalem in sua *camera,* antequam excipiatur per Canonicos in habitu canonical» accedentes: an vero sufficiat quod cappam induat in illo cubiculo, in quo conveniunt Canonici ad illum excipiendum?

7. An quando Episcopus accessurus est id Ecclesiam ut Divinis assistat, intimandi sint Canonici per aliquem ministrum Episcopi , vel potius hora congrua accedere debeant non intimati ad illum excipiendum et associandum?

8. An Episcopo accedenti ad Ecclesiam, tam in diebus festivis quam in furialibus, sive cum cappa sive cum mozzella, ad assistendum Litaniis aliisque similibus, tam exposito SSmo Sacramento quam non exposito; teneantur Canonici adire cubiculum Episcopi, el in habitu canonical! illum excipere el associare ad Ecclesiam?

S. R. C. ita responderi censuil : Ad 1. nl alias saepe : « Episcopum divinis Officiis intcressenlem cum cappa pontificali debere per seipsum sibi detrahere el ponere birelum, el ad hoc non teneri Canonicos assistentes ».

Ad 2. * Nullam assistenliam Canonicorum deberi Episcopo inleressenli Horis Matutinis el Completorio , etiam cum cappa pontificali, quacumque contraria consuetudine non obstante. In audienda vero concione servandum esse solitum , iuxta alias sub die 20 Novembris 1(528 decreta per S. C. pro eadem Ecclesia Nicien. : S. R. C. respondit: exquirendum esse solitum Ecclesiarum vicinarum ».

Ad 3. < Nullam deberi Episcopo assistenliam Canonicorum in Processionibus, in quibus cum cappa incedit post baldachinum SSmi Sacramenti , vel post Reliquias, vel post Celebrantem pluviali indutum, sed solum in iis in quibus Episcopus paratus incederet ».

Ad 4. < Non debere Canonicos excipere Episcopum de cubiculo dum ad Ecclesiam accedit ul divinis Officiis intersit, nisi quando incedit cum cappa pontificali : si vero accedat cum rochello el mozzella , salis esse ut per Canonicos excipiatur ad portam Ecclesiae ».

Ad 15. < Canonicos non teneri praestare assistenliam Episcopo privatim Missam celebranti, nisi legitima consuetudo illos obliget ».

Ad 6. « Satius esse quod Episcopus cappam induat in *cumera,* in qua Canonici illum excipiunt, ul alias fuit pro eadem Ecclesia responsum 20 Novembris 1(528 ».

Ad 7. < Condicta hora cum Episcopo ad inchoandum Officium , el dato signo cum campana, Canonicos leneri accedere ad cubiculum Episcopi, ul excipiant el associent ad Ecclesiam ».

Ad 8. < Teneri Canonicos excipere de cubiculo Episcopum accedentem ad Eccle-

dam cum cappa, occasione assistendi divinis Officlis, sive Pontificalia exercendi seu solemniler celebrandi : sine cappa vero, ul in aliis accessibus , satis esse ul occurrant et excipiant ad portam Ecclesiae, ul supra ad 4 ». Die 13 Septembris 1046.

901. COMEN. (1669)

Archipresbyter Collegialae dc Sondrio in Valtellina Comen, supplicavit S. R. C., quatenus declarare dignaretur :

1. An Canonici dictae Collegialae teneantur celebrare Missam Conventualem iis diebus quibus Ecclesiae inserviunt?

2. An inservire debeant pro Diacono et Subdiacono Dignitati vel Canonico Missam solemniler celebranti?

3. An celebratio dictarum Missarum Convenlualium , et munus Diaconi et Subdiaconi debeat fieri per turnum, iuxta distributionem faciendam ab Archipresbytero?

Emi PP. S. R. C. praepositi: Ad 1. responderunt: ⁎ Praefatos Canonicos celebrare teneri Missam Conventualem, nisi adsint Cappellani, qui boc munus explere consueverint ».

Ad 2. « Inservire teneri pro Diacono el Subdiacono Dignitatibus solemniler celebrantibus: Canonicis vero non teneri, nisi Praebendae sint distinctae ; alias servandum esse solitum ».

Ad 3. « Distributionem praedictam esse faciendam a prima Dignitate iuxta cuiusque praerogativam, el per turnum; quatenus ab alia Dignitate huiusmodi distributio fieri non consueverit ». Die 17 Novembris 1646.

902. SANCTI SEVERINE (1871)

Quaesitum est apud S. R. C., an Dominico Blandito Prolonolario Aposlolico, non tamen de numero participantium, huius Civitatis Gubernatori, liceat in Missis per eum celebrandis accipere paramenia ex Altari ubi est Missam celebraturus, praesertim supra vestem cameralem , et adhibere Sacerdotem cum colla qui sibi inserviat, et laicum qui ad ablutionem manuum pelvi argentea el urceolo sibi aquam praebeat?

S. R. C. respondit: « Supradictum Gubernatorem, quamvis Prolonolarinm, non ex Altari sed ex Sacrislia vel alio loco ad id ordinato, paramenia capere; et inde paratum ad celebrandum accedere, ac unico Ministro contentum esse debere, qui ei inserviat el respondeat in Missis, cum ex declaratione, de qua in Rubricis Missalis Romani, alia praefata solis Episcopis privative celebrantibus conveniant ». Die 17 Novembris 1646.

903. NICOTEREN. (1672)

Cum S. R. C. iam dixerit Archidiaconum Ecclesiae Calhedralis Nicoteren. Protonotariurn Apostolicnm, non tamen de numero participantium, amittere quotidianas distributiones, quotiescumque in Choro aliisque ecclesiasticis functionibus habitum Praelalitium deferat; fuit iterum dubitatum:

1. An huiusmodi decisio locum sibi \ indicet in prima Dignitate, quam delinet Archidiaconus?

2. An eidem Archidiacono, dum inservit Episcopo in Missis el functionibus publicis, sil licitum gestare rochettum cum pluviali, aut teneatur uti superpelliceo lanium?

Ad I. S. R. C. respondit: « Dictnm Archidiaconum, quamvis primae Dignitatis honore praefulgeat, immunem non esse a poena privationis distributionum quotidianarum . si in functionibus ecclesiasticis incedat cum habitu Prolonotarii ».

Ad 2. « *Non* habitu praelalilio, sed canonical! uti debere, quando in functionibus ecclesiasticis Episcopo inservit ». Die 17 Novembris 1646.

904. IMOLEN. (1673)

Cum Provincialis Ordinis Servorum cum aqua a se ipso benedicta reconciliaverit in Dioecesi Imolen. Ecclesiam sui Ordinis, ob sanguinis effusionem pollutam; ibique postea, ul prius, Officia recitata ei Missae celebratae fuerint; dubitavit Episcopus, an dicto Provinciali licuerit facere dictam reconciliationem; et an Ecclesia praedicta sil recte reconciliata : instans proplerea, siculi fuit expositum , ut iterum reconciliaretur. Unde Procurator Generalis dicti Ordinis humiliter S. R. C. supplicavit, ul declarare dignaretur: an dicla reconciliatio sil valida?

EI, negotio mature discusso, Emi PP. S. R. C. praepositi responderunt: « Ecclesiam esse reconciliatam: sed in futurum abstinendos esse Fratres in similibus ». Die 16 Decembris 1640.

905. DERTUSEN. (1676)

PRAECEDENTIAE.

Orta controversia super iure praecedendi in Processionibus el aliis actis publicis inter Fratres S. Francisci strictioris Observantiae *de Vinarios* ex una, el Fratres Eremilanos S. Augustini eiusdem loci ex altera parte, Fratres S. Francisci ad confovendum ius

suum tria Brevia s. m. Urbani VIII, diebus 9 Ianuarii 1630, 10 Iunii 1043, et 20 Aprilis 1644, ad eorum favorem emanata contra dispositionem Bullae Gregorianae, quae incipit *Pastoralia,* coram A. C. execution! demandari institerunt: ac obtinuerunt, aliis etiam sententiis el Decretis in partibus desuper subsecutis. Cum vero Fratres S. Augustini se inauditos el gravatos praetenderent, ad S. R. C. recursum habuerunt.

Eadem S. R. C., negotio mature discusso, pluries auditis partibus in iure el in facto, ad relationem Emi D. Card. Francioni, post longam dictorum Brevium discussionem, de mandato SSmi D. N. faciam, censuit: < Dicla Brevia esse reducenda ad terminos iuris, non solum in praecedenti sed eliam in quacumque simili causa, tam in loco *de Vinarios* quam in aliis in iisdem Brevibus contentis : el denique ubique terrarum servandam esse Constitutionem Gregorianam, dictis Brevibus non obstantibus, si SSmo placuerit». Quam sententiam ad SS. relatam, SSmus approbavit. Dio 15 Decembris 1646.

906. FERENTINA. (1577)

Consuluerunt S. R.C. Canonici Calhedralis Ferentinae: an teneantur Episcopum accedentem ad Ecclesiam cum cappa in diebus fecialibus excipere de cubiculo, el usque ad eumdem locum comitari, vel potius salis sit illum associare usque ad portam Palatii?

Eadem S.R.C. respondil: « Episcopum quandocumque accedentem ad Ecclesiam in diebus fecialibus ad inleressendum simpliciter Horis Canonicis, Vesperis el Completorio, aut etiam Missae Conventual), non uli debere cappa magna , sed rochelto et mozzetta. Ideoque tali casu Canonici non tenentur». Die 12 Ianuarii 1647.

907. NULLIUS DIOECESIS (1579) PROVINCIAE TREVIREN.

Capitulo Ecclesiae Sancli Deodali nullius Dioecesis, Provinciae Treviren., Sedi Aposlolicac immediate subieclae, fuit relictum legatum cum onere recitandi nonnulla officia a Sede Aposlolica approbata mullorum Sanctorum el Sanctarum m Breviario Romano contenta, sed mutato ritu semiduplo i in duplici, simplici in semiduplici vel duplici ; cum conditione, quod si illa Capitulum omiserit, vel nilo pacto mutaverit , bona ad haeredes testatoris devolvantur; praedictum Capitulum praenarrala Officia u^que adhuc, iuxla formam testatori', recitare continuavit. Verum, quia limet ne id fieri possit tuta conscientia, supplicavit Sanctissimo , ut declarare dignaretur praefato oneri satisfieri, si per idem Capitulum praedicta Officia iuxla Rubricas Breviarii Romani recitentur, non obstantibus contrariis obligationibus a testatore impositis , vel saltem ul praefata Officia continuari posse concedat.

Quibus precibus ad S. R. C. a Pontifice 0. M. remissis, Emi PP. eidem Congregationi praepositi censuerunl: « Praefata Officia luta conscientia posse recitari, iuxla Rubricas Breviarii Romani, si Sanctissimo videbitur: el referente Emo D. Capponio, Sanctissimus annuit ». Die 6 Aprilis 1647.

908. EUGUBINA. (1580)

Orta controversia inl^r Canonicos Collegialao Ecclesiae S. Chrislinae noviter erectae ex una, el Abbatem S. Verecundi de Vallingorio partibus ex altera, de et super iure praecedendi in Processionibus aliisque ecclesiasticis functionibus; propositaque causa per Emum D. Card- Coslagulum, cui fuit commissa;

Emi PP. responderunt : < Praecedentiam competere Canonicis praedictis supra Abbatem S. Verecundi ». Die 6 Aprilis 1647.

909. CASSANEN. (1884)

Congregatio S. Mariae de Colorito, quae dicitur de Observantia S. Augustini, institit coram S. R. C. ul declararet: an liceat cadavera, quae in eorum Ecclesia sepelienda sunt, de domo defuncti vel alibi existenlia deferre ad Ecclesiam recto tramite; vel potius deferenda sint prius ad Ecclesiam parochialcm, ibique celebrandum Officium, el postea ad Ecclesiam Regularium ad effectum illa tumulandi?

S. R. C. respondil: « In casu proposito cadavera in Ecclesiam S. Mariae de Colorito absque ullo intervallo esse deferenda, ibique celebrandum Officium, sine praeiudicio emolumentorum Ecclesiae Parochialis ». Die 4 Maii 1647.

9(0. N1COTEREN. (1587)

Cum ad S. R. C. pervenerit Diiam Margaritam Ruffam praetendere a Clero defe-
rente umbraculum associari a porta Civitatis Nicoleren., ad quam se conferre intendit , usque ad Calhedralem Ecclesiam cum cantu hymni *Te Deum ;*

S. R. C. respondil: « Non licere supradicla, et fieri ne omnino permittat, Episcopo mandavit ». Die 18 Maii 1647.

911. DERTONEN. (1588)

Quaesitum fuit a S. R. C. pro parte Episcopi Dertonen. an in ingressu Ecclesiae maioris, in qua Episcopus de manu dignioris de Capitulo recipit aspersorium, debeat prius aspergere, ipsos Canonicos ante eum stantes, el deinde Vicarium Generalem et Magistratum Saecularem post ipsum exislentem, vel potius prius Vicarium, deinde Canonicos?

El S. R.C. respondil: « Episcopum debere aspergere immediate Capitulum , nisi tunc adsit alius Episcopus, el postea Vicarium el Magistratum saecularem ». El ila servari mandavit. Die 18 Maii 1G47.

912. CALAGVR1TANA. (1590)

Contendentibus inter se Matthaeo de Tavorga el Anna Maria de Vegogna coniugibus ex una , el moderno Rectore Ecclesiae parochialis Oppidi de Vilvao partibus ex altera: an scilicet elavem sub qua reconditur SSihae Eucharistiae Sacramentum Feria V in Coena Domini, praefatus Rector tradere teneatur dicto Matthaeo de Tavorga ex persona uxoris Ecclesiae 1'arochialis praedictae praelenso Patrono, el ob peculiarem nobilitatem Familiae de Vegogna, nec non ob generalem Hispaniarum consuetudinem hujusmodi elavem custodiendi per personas nobiles;

S. R. C., referente Emo Sforlia, pluries auditis partibus, in casu proposito, < Rectorem dictae Ecclesiae parochialis de Vilvao praefato Matthaeo de Tavorga huiusmodi elavem tradere non leneri » declaravit. Die 3 Augusti 1647.

913. CÜSENTINA. (i59i)

Delato ad S. R. C. abusu Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Cusentinae, quod scilicet iidem, non attenta distributionum amissione, in Dominicis Adventus et Quadragesimae, aliisque diebus Festis, quibus Archiepiscopus in Choro cum cappa assistit, debitam eidem assistenliam praestare detrectant ;

S. R. C. : « Dictos Canonicos in casu proposito Archiepiscopo assistere teneri declaravit, sub poena non lanium amissionis distributionum, sed sub alia arbitrio eiusdem Archiepiscopi ». Die 23 Maii 1G48.

914. NUCERINA. (1596)

Episcopus Nucerinus supplicavit declarari infrascripta :

1. An Canonicis Ecclesiae Cathedralis sive aliis, Missarum Divinis inservientibus, liceat deferre pileolum?

2. An praefati Canonici Episcopum el SSihuin Sacramentum cooperio capite thurificare possint?

Et S. R. C. « Negative respondil ad utcumque, et eidem Episcopo abusus hulusmodi eliminari mandavil ». Die 20 Iunii 1048.

915. BENEVENTANA. (1507)

Archiepiscopus Beneventanus supplicavit declarari:

1. An Dignitates illius Calhedralis, quae sedent ab utroque latere Chori , debeant omnes prius thurificari quam Canonici eiusdem Ecclesiae, qui tam a dexteris quam a sinislris Chori una cum praefatis Dignitatibus sedent? El S. R. C. respondit: < Tam Dignitates quam Canonicos a latere digniori Chori sedentes prius thurilicandos esse, quam Dignitates el Canonicos qui sedent a latere Choii minus digno ».

2. An Dignitates sive Canonici qui assistunt Archiepiscopo, supervenienti Dignitati sive Canonico digniori, locum assislentiae cedere debeant? Et S. R. C. : « Affirmative » respondil.

3. An SS. Eucharistiae Sacramentum, quod peculiari custoditur Sacello, inter Vesperarum Officia ihurificandum sit? El S. R. C.: « In casu proposito SS. Eucharistiae Sacramentum thurificari mandavil ».

4. An in Missa Conventuali, quando decantatur Evangelium, ceroferarii cum cereis accensis assistere; el Diaconus, quotiescumque thurilicalur Altare, incensum ministrare teneantur? El S. R. C. : « Teneri » respondit.

5. An Canonici Archiepiscopum ad Ecclesiam accedentem associare, el ab eadem redeuntem usque ad *tinticanterain* suae habitationis, iuxla consuetudinem suorum Praedecessorum, comitari teneantur? El S. R.C. respondil : « Quod circa associationem serventur Decreta; el ad eorum formam compellantur Canonici renilenles, si aliqui adsunt, sub censuris eliam in subsidium ».

G. An Archidiaconus, prima Dignitas, Archiepiscopo tam solemniler celebranti quam Divinis tantum mleressenti cum cappa, assistere teneatur; cum praebendae non sint distinctae? Et S. R. C. respondit: « Assistentiam praedictam praestandam esse per Archidiaconum iuxla formam Caeremonialis, cumque ad hoc posse cogi, sub cen-

suris eliam in subsidium ». Die 5 Septembris 1618.

916. BENEVENTANA. (1899)

Gum in Ecclesia Metropolitana non fuerint distinclae Praebendae Presbyterales el Diaconales, quaesivit Archiepiscopus: an ipsi solemniter celebranti, vel si divinis Officiis cum cappa intersit, Archidiaconus, qui est prima Dignitas, assistere teneatur? Die 10 Septembris praesentis anni, S. R. G. affirmative respondit. Dubitatum deinde fuit, quinam loco duorum Diaconorum assistere deberent?

Et eadem S. R. G., referente Emo D. Card. Sforlia, utraque parte informante, declaravit: < Dignitates proxime sedentes post Archidiaconum assistere debere, el refusantes eliam sub censuris cogendas esse ». Die 21 Novembris 16'i8.

917. NOVOCOMEN. (1001)

Supplicatum S. R. C. Paulus Besla el Vitalis Betlana Canonici Collegiatae Sondrii supradictae Dioecesis declarari, ut ipsi praecedere debeant qui possessionem capitularem adepti fuerunt ante Caesarem Pusterlam eam praetendentem, ex titulo anteriori sui Canonicatus.

El Emi Patres responderunt: < Oratoribus in antiquiori possessione existenlibus praecedentiam deberi ». Die 23 lan. 1649.

918. NUCERINA. (1002)

Irrepentes nonnullos abusus in Ecclesia Cathedral» contra formam Sacrorum Rituum, institit Episcopus ad illos tollendos declarari :

1. Non licere Priori, Praeposito et Canonicis , Missarum el Vesperarum Divinis inlet venientibus, uti pileolo in Ihurificando SS. Eucharistiae Sacramentum , ipsumque Episcopum, in petenda ab ipso incensi benedictione, in assistentia in circulis, ac reverentiis, in ostendendis deferendisque Reliquiis.

2. In benedictione incensi, vel aspersorii porrectione, manum Episcopi deosculari debere.

3. In ingressu ad Ecclesiam, teneri ipsi Episcopo occurrere et porrigere aspersorium.

El S. R. C. ad praedicta dubia respondit: Ad 1. « Canonicos in praedictis casibus uti non posse pileolo ».

Ad 2. « Ad manum Episcopi deosculandam teneri ».

Ad 3. < Mandavit observari Gaeromonialo Romanum ». Dio 23 Ianuarii 1649.

919. BENEVENTANA. (1603)

Inslilum fuit apud S. R. C. an Archidiacono dictae Ecclesiae Metropolitanae, in edictis pe»· eum fieri solitis, liceat proprium nomen inscribere cum illis verbis: *Dei et Apostolicae Sedis gratia Archidiaconus etc.!*

Et Eihi PP. « Negative » responderunt. Die 20 Februarii 1649.

920. IANUEN. (1605)

Procurator Generalis strictioris Observantiae S. R. G. supplicavit, ul confirmare dignaretur Decretum Eihi Archiepiscopi, de celebranda Dedicatione Ecclesiae Oppidi Rapelli die 6 Iulii oh incertiludinem diei Consecrationis; licet modo de ea notitia habita fuerit ex authenticis scripturis, cum dicta dies Consecrationis coïncidai in festo S. Bonaventurae a Ioto Ordine magna cum solemnitale celebrari consueto.

Et Emi PP. responderunt: * Non suffragari Decretum Emi Archiepiscopi, sed celebrandum esse in ipsa die, qua repertum fuit Ecclesiam consecratam fuisse ». Die 13 Martii 1649.

921. NOVOCOMEN. (1608)

Ecclesia Coilogiala Sondrii Novocomen. Dioecesis a S. R. C. supplicavit declarari mfrascripla dubia:

1. An in Collegiato, in qua Canonici tenentur celebrare Missam Conventualem per Iurnum, Archipresbyter, qui ibi est prima Dignitas, possit semper aut quotiescumque sibi placuerit, dictam Missam celebrare?

2. An in diebus Stationum Ecclesiae, et in solemnioribus Festivitatibus per annum, in quibus idem Archipresbyter de more solet Missam Conventualem celebrare, hanc celebrationem alteri Dignitati possit, quae non sil de gremio Ecclesiae, vel alicui Sacerdoti sibi beneviso, delegare?

3. Si in supradiclis Festivitatibus solemmbus, idem Archipresbyter noluerit vel nequiverit Missam Conventualem celebrare, an succedat ad hanc functionem in eius locum Canonicus antiquior sive Decanus, vel potius Canonicus ad quem spectat ratione Iumi?

El Eihi PP. ad 1. « Negativo responderunt, sed celebrandum esse per Iurnum ».

Ad 2. « Negative, sed, impedita prima Dignitate, spectare ad secundani ordine successivo ».

Ad 3. « Antiipiioroni succedere debere: cum, impedita prima Dignitate, supradiciae [unctiones in Festis solemnioribus peragendae sini a secunda, et gradalim ordine successivo ». Die 24 Iulii 1649.

922. DUBIUM. (1609)

Supplicarunt nonnulli Regulares per C. S. R. declarari : an deferente Episcopo aliquam Sanctorum Reliquiam, etiam Patroni Civitatis, teneantur Religiosi, iuxta quorum Monasteria vel Ecclesias transitur, exire de domo seu Ecclesiis, ipsamque Reliquiam eliam cum thurificatione venerari; et an ad iil Episcopus eos compellere valeat?

El Emi Patres: « Hoc laudabile esse, non tamen cogi posse », responderunt. Die 21 Augusti 1649.

923. PLACENTINA. (1610)

S. R. C. pluries respondit : Vicedominum, el alias Dignitates Ecclesiae Cathedralis habentes duplices praebendas, el Presbylerales et Diaconales, debere fungi Officio Diaconi cum ex Iurno ipsis incumbit, si velint Praebendae gaudere proventibus. Cum vero eaedem Dignitates huiusmodi Decretis non acquiescentes remissoriam ad probandam contrariam consuetudinem petierint, el processus in S. C. fuerit exhibitus ;

Emi PP., iterum proposita causa, el referente Emo 1). Card. Sacchetlo, ac partibus saepe auditis, declararunt: * Habentes Canonicalns, seu Praebendas Diaconales vel Subdiaconales, etiam cum Dignitate, onera illis adnexa obire debere ». Die 23 Augusti 1649.

924. TORNACEN. (1611)

Consulta fuit per Episcopum, etiam de mandato SS. 1). N., S. R. C. pro declaratione sequentium dubiorum:

1. An Missae in Ecclesia Calhedrali in certo Altari vel Cappella praescriptae, celebrari valeant per Canonicos aut eorum substitutos in Cappella primo obvia el commodiori, licet vigeat contraria possessio a quadraginta annis et ultra?

2. An Officia propria Sanctorum Pinti el Eleutherii eiusdem Ecclesiae Patronorum cum suis octavis, a quadraginta vel sexaginla annis de ordine Capituli examinata et reformata (quia in eis pluies errores irrepserant), numquam tamen a Sede Apostoli».i approbata , tolerari et continuari valeant ; siculi el aliorum Sanctorum, quorum festa ab immemorabili tempore ibidem celebrantur ?

3. An Officium de S. Eleutherio, qui vere fuit Pontifex el Martyr, natione Ilen- ius, sive Tornacen., eiusque Corpus in eadem Ecclesia servatur, debeat in posterum ordinali de Martyre el Pontifice , licet in praeteritum, potius per errorem, de Pontifice el Confessore celebratum fuerit?

'i. An liceat feriis secundis el sextis, etiamsi occurrant Festa primae vel secundae classis, in Altari privilégiait) Sacra facere pro defunctis, saltem ex consuetudine, non tamen immemorabili?

5. An Officia nova Sanctorum a viginti annis praetextu alicuius fundationis, vel pinguioris distributionis, vel Reliquiarum non insignium, a Capitulo recepta et in Calendario Romano non apposita, tolerari possint?

6. An in Missa Chori , in Matutinis et Vesperis, in eadem Calhedrali el Collegiala S. Petri Insulen., quae praetenditur esse exempla, debeat fieri mentio de Episcopo, non obstante contraria consuetudine, ul fit de Summo Pontifice, Rege catholico, cl Arcbiduca Leopoldo ?

7. An Balivus Episcopi praecedere debeat Balivo Capituli in accessu ad deosculandum annulum pontificalem et manum ipsius Episcopi solemniter celebrantis?

8. An liceat, tam in Civitate Tornacen. quam Insulen., Fratribus Ordinis S. Dominici aliisque Mendicantibus, in quorum Ecclesiis sepulturae eliguntur, cadavera defunctorum levare, absente el inconsulto Parocho; et an illi vocali ad funus debeant convenire in parochiali Ecclesia ipsius defundi, vel in alia, vel cxpectare per vias, aul in domo defuncti ?

El Emi PP., referente Emo Diio Card. Franciollo, responderunt: Ad I. « Per Episcopum cogendo.·, esse omnes, ad quos special , ut Missas in Altaribus vel Cappellis praescriptis, iuxta erectionem celebrent ».

Ad 2. « Officia exhibenda esse S. C., et inierim ea m usum adhiberi non posse ».

Ad 3. < Nihil de Officio S. Eleutherii ».

Ad 4. « Non licere ».

Ad 5. « Servandas esse Rubricas ».

Ad 6. « In Canone et in Collectis omnino faciendam esse mentionem de Episcopo etiam ab exemplis ».

Ad 7. « Citari Capitulum ».

Ad 8. « Dari exemplar Decretorum in hac materia latorum » scilicet :

Ad primam pariem dubii « Cadavera decedentium in Parochia non posse levari,

nisi requisito Parocho, per Regulares, coque de iuribus parochialibus satisfacio ».

Ad alteram vero partem : < Regulares vocatos ad funus debere convenire in parochiali Ecclesia, vel in alia iuxla loci consuetudinem; el nullo modo permittendum ut recto tramite accedant ad domum defundi, vel per vias expectent ». Et ila responderunt. Die 25 Septembris 1649.

925. BELLICASTREN. (1612)

Capitulum el Canonici Cathedralis propter Praebendarum tenuitatem, ac immemorabilem ab ipsis assertam consuetudinem, in Adventu, Quadragesima, aliisque Vigiliis, in quibus festus dies alicuius Sancti coincidil, cogi non posse praetendunt ad celebrandam Missam Conventualem, propter recurrentem Missam de Sando : Episcopus vero eiusdem Civitatis a S. R. C. instanter ita declarari petiit.

Et Emi PP. responderunt : « Omnino praedictos Canonicos teneri ad celebrandum utramque Missam, iuxla Rubricas Missalis Romani in praedictis temporibus, quacumque exceptione d consuetudine adducta non obstante ». Die 16 Novembris 1649.

926. IANUEN. (1613)

Religiosi Ordinis S. Francisci Minimi nuncupati Provinciae lanuen. humiliter S. R. C. supplicarunt pro declaratione infrascriptorum dubiorum :

1. An et a quo fieri debeat aspersio die Dominica quando Superior celebrat?

2. An debeant velari Imagines el Cruces Sabbalo Passionis, si occurrat eo die festum S. Titularis vel Patroni Ecclesiae ?

3. An delegi illae debeant, quando in hebdomada Passionis occurrit festum S. Titularis vel Dedicatio Ecclesiae?

4. Quo velo cooperienda sil Crux in Altari ad functionem lotionis pedum in Feria V maioris hebdomadae, d Crux Processionis, cum Sacerdos indutus sil violaceo, el Diaconus colore albo ; et actus ipse lotionis sive Mandati praecipiatur a Rubricis fieri cum floribus el signis laetitiae, el videatur participare de festivitate Missae celebratae in mane cum Cruce velata albo colore, et ex alia parte sil actus humilitatis?

β. An el quando benedicenda sini Pixis, purdicaloria, Ostensoria, vel saltem lunula, quae immediate inserviunt Sacramento plusquam alia: quae habent in Missali propriam formam benedictionis ?

Et Emi PP. responderunt: Ad 1. «Aspersionem semper faciendam osse a Celebrante».

Ad 2. « Aflirmalivo ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. «Colorem non esse mutandum».

Ad 5; « Servandas esse Rubricas ». Die 16 Novembris 1649.

7. URBIS. (1614)

Ob absentiam ab Urbe Emi 1). Cardinalis Antonii Barberini Basilicae S. Mai iae Maioris Archipresbyleri. Emus I). Cardinalis Maidalcltinus exercuit omnes actus iurisdielionales ab Emis DI). Archipresbyleris exerceri solitos: cum vero ipse, ob defectum aetatis, non sit in Sacro Diaconali Ordine constitutus, ac Porta Sancta eiusdem Basilicae in hoc proximo Anno Sancio aperienda sit ; discussum fuit, de ordine SSmi D. N., in S. R. C. praeposita : an huiusmodi aperitio ab eodem Eiîio 1). Card. Maidalchino fieri possit, qui dum ad Cardinalalus Dignitatem promotus fuit, obtinuit a Sanctitate Sua dispensari, ul licet non esset in aetate legitima, el Sacro Diaconatus Ordine constitutus, tamen in omnibus Cappellis, Consistoriis, et quibuscumque actibus publicis et privatis, ea omnia facere, exercere el adimplere posset, quae ad Diaconum Cardinalem quomodolibet perlinerent. Emi vero Patres varias sententias amplexi fuerunt, quibus ad SS. 1). N. relatis, et examinatis rationibus infrascriplis, Sanctitas Sua mandavit: « Didam Portam Sanctam ab eodem Emo aperiri ». Dic 4 Decembris 1649. (1)

928. CASSANEN. (161u)

Antonius Albertus Canonicus Theologus Cathedralis humiliter declarari petiit a S. C. an Canonicus Cathedralis ob aeris intemperiem vel aliam iustam causam residens in aliquo Oppido eiusdem Dioecesis, praecedere possit Archipresbytero Curato et aliis Sacerdotibus in Processionibus, in cantandis Vesperis, Missis et antiphonis in Festis solemnibus el in aliis publicis functionibus?

El Emi PP. responderunt : « Canonicum praedictum non habere locum, nisi in Ecclesia propria ». Die 19 Martii 1660.

929. SPOLETANA. (1617)

Pluries a Monachis Coeleslmis controversus fuit accessus ad publicas Processio-

(I) Vnle Adnotatiouèm I, in calce Operis.

nes, quamvis Canonici Matricis Collegialae Ecclesiae Terrae Nursiae illuni ab cis saepe postulaverint, praetendentibus se esse exemptos ex privilegiis Aposlolicis diversis lemporibus sibi concessis.

S. R. C. inhaerendo Decretis Sacri Concilii Tridenlini, utroque parte audita, referente Eiho D. Cardinali Rondanmo, censuit; < Eosdem Monachos opportunis iuris remediis compellendos esse, ul ad praedictas Processiones accedant, nec inde recedant nisi prius benedictione de more impertita ». Die » lulii 1650.

930. ASSIS!EN. (1618)

Ortae fuerunt multis abhinc annis controversiae inter Hicronymum Puccium Priorem Cathedralis et Canonicos, praetendentes ipsum Priorem habitum Praelalitium non posse deferre tam in Choro quam in aliis ecclesiasticis functionibus, et lucrari quotidianas distributiones. Cum vero idem Prior supplex institerit in S. R. C., se primam el unicam Dignitatem obtinere post Episcopalem, et Prolonolarialus Apostolici (non tamen de numero Participantium) honore praefulgere; praedictoque habitu el ipsum eiusque Praedecessores usos fuisse, ideoque sibi etiam competere:

Emi PP., re mature discussa, partibus hinc inde pluries auditis, referente Emo 1). Cardinali Pallollo, censuerunl : « Praedicto Priori Cathedralis \ssisien., cum sil prima Dignitas, quatenus sil ITotonolarius, licere uti habitu Praelalilio Protonolarii, el lucrari distributiones ». Die 6 \ugusli 1650.

931. VEGLEN. (1620)

Episcopus, Dignitates el Canonici Calhedralis supplicarunt a S. R. C. declarari, ubi et quomodo incedere debeant Canlores in Processionibus SS. Corporis Christi, aliisque solemnibus ?

Et Emi PP. responderunt : « Servandum esse Caeremoni.de Episcoporum in cap. 2, lib. I, el alibi, cosque colla indutos tunc incedere debere ». Die 8 Octobris 1650.

932. EPOREDIEN. (1621)

Exposuit Episcopus S. R. C. Civitatem Eporediensem mullis abhinc annis volo publico se obstrinxisse servare nonnulla Festa cum Vigilia el peragere Processiones; quod ob anno 1631 ab Episcopo praedecessore confirmatum fuit, eo adiecto, ul ad ea teneantur etiam successores, licet votum non emiserint. Cum autem eadem S. C. quoad Festa altas declaraverit ex dispositione Constitutionis s. m. Urbani VIII super his editae, voventes tantum obstringi, institit etiam declarari: an eorum successores votum obliget quoad Vigilias et Processiones, saltem ex vi praecepti ?

El Emi PP. < Negative » responderunt. Die 19 Novembris 1650.

933. CASSANEN. (1622)

Cum alias S. R. C., ad relationem Emi D. Card. Sacchelti, in controversia orta inter Archidiaconum Cathedralis Ecclesiae Cassanen. el Caniorem declaraverit:

1. Capitulares de Choro exire volentes ab Archidiacono prima Dignitate, el eo absente, a digniori, ordine successivo, veniam petere debere:

2. Tabellam, in qua describi debeat per quos exercendae sini functiones ecclesiasticae per lurnum. ab Archidiacono praescribendam et ordinandam esse ; ad Caniorem vero spectare Chori directionem, iuxla praescriptum in labella ;

3. Eiusdem Archidiaconi munus esse dare signum pro inchoando Officio Divino; et antequam signum detur pro discessu a Choro, nulli de Capitulo exire licere;

Modo autem huiusmodi controversia denuo excitata, cum modernus Canior praedictis Decretis acquiescere noluerit ;

Eadem S. R. C., utraque pane informante, ac eodem Emo 1). Card. Sacchetlo referente, decrevit :

Quoad 1 el 3 : < Standum esse in Decretis ».

Quoad 2: < Tabellam subscribendam esse ab utroque, si ambo adfuerint; sin minus, a praesente». Die 11 Martii 1651.

934. CAESENATEN. (1623)

Supplicatum fuit S. R. C. a Francisco Lancelto Canonico Cathedralis Ecclesiae Caesenalen. et Pro-Vicario Generali ut declarare dignaretur sibi praecedentiam competere, tam in Choro quam extra, supra Dignitates el Canonicos.

El Eiîii PP. responderunt : « Pro-Vicanum Generalem semper et ubique praecedere debere Dignitatibus et Canonicis, non tamen sacris vestibus indutis : in Choro autem distributiones non lucrari, nisi sedeat in suo stallo ». Die 28 Martii 1651.

935. ANAGNINA. (1624)

Episcopus Anagniae conquestus fuit cum S. R. C., Gubernatorem el Magistratum illius

Civitati.» renqere in Ecclesia Calhedrali Missis solemnibus aliisque functionibus ecclesiasticis intéressé ; quod cum absonum prorsus videatur consuetudini aliorum quorumcumque locorum, ipsique Caeremoniali Episcoporum ;

Emis PP. visum fuit, iuxta Decreta alias lata, declarari : « Magistratum teneri ad accedendum ad Ecclesiam Calhedralem in solemnibus Festivitatibus». Die 20 Maii 1651.

936. CAMERINEN. (1625)

Antonius Tranquillus Presbyter, cuius professionem olim in Ordine Minorum Convcnlualium S. Francisci emissam, Emi PP. consultationibus Episcoporum et Regularium praepositi nullam esse (ul praesupponilur) censuerunt, humillime supplicavit a S.R.C. declarari, sibi praecedentiam deberi a die suae promotionis ad Presbyteratum, cum eam cedere nolint, nisi qui ordinati sunt postea quam ipse ad saeculum rediit.

Et Eiiii PP. responderunt: « Praecedentiam deberi eliam in casu proposilo, iuxta tempus promotionis ad Presbyteratum, quatenus alius titulus in quaestionem positus non fuerit ». Die 20 Maii 1651.

937. URBIS. (1627)

Frater loannes Augustinus a S. Angelo Definitor Generalis Ordinis Carmelilarum supplicavit a S. R. C. declarari sequentia dubia :

1. An stante Decreto eiusdem S. C. quod iu diebus quibus prohibetur fieri de Festo duplici, non possint dici Missae votivae, neque de requie; in vigilia Pentecostes, omissa solemni Missa de eadem, a qua dictum festum incipit, possit cantari Missa de Beata Virgine ?

2. An Regulares, qui utuntur Missali Romano in celebratione Missarum tam privatarum quam solemnium, ritus in Missali praescriptos immutare possint addendo vel minuendo aliqua, seu ritus alios subrogando in Choro aut in Altari, sub alicuius antiquae consuetudinis praetextu ; an potius omnia in eodem Missali el Caeremoniali praecepta, ad unguem sine ulla additione, diminution'.·, vel immutatione servare debeant ?

3. An quando Missa canitur sine Ministris, thurificari possit tam Altare quam Chorus, ul alias fit quando Ministri adsunt ?

4. An sub illis verbis, quibus Summi Pontifices Clemen VIII, et SS. I) N. Innocentius X, in suis Constitutionibus utuntur, Caeremoniale Episcoporum approbantes el observari mandantes, *ab omnibus el singulis personis, ad quos spectat et in futurum* .'•pedabit; Regulares, qui ritum Romanum in Officio Divino el Missa sequuntur, comprehendantur, adeo ul eliam ipsi ad praescriptum eiusdem Caeremonialis omnia peragere el praestare debeant?

5. An Regularium Caeremonialia, quae praedicto Episcoporum Caeremoniali in aliquibus conformia non sunt, pariter prohibeantur?

6. An quando SS. Eucharistiae Sacramentum publice discoopertum exponitur, omnes ante illud transeuntes cuiusvis conditionis el ordinis sint, seu ad illud accedentes el ab eodem recedentes, semper ulrumque genu flectere debeant.

Super quibus EE. PP., referente Emo D. Card. Cornelio, responderunt, ul infra :

Ad 1. « Negative iuxta Rubricas ».

Ad 2. « Nihil addi, minui, vel immutari posse, sed omnia in eodem Missali el Caeremoniali praescripta ad unguem servanda esse ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. * Affirmative, nisi aliter fuerit a Sede Apostolica specialiter indultum ».

Ad 5. < Ul ad proximum ».

Ad 6. « Affirmative ». Die 19 Aug. 1651.

938. MONTIS VIRGINIS. (1629)

Monachi Religiosi Montis Virginis, cuius \bbatibus Pontificalia exercentibus cum mitra, permittitur eliam usus bireti presbyleralis, humiliter exposuerunt S.R.C., D. Innocentium Rolanellum Monachum eiusdem Religionis nuper assumpsisse usum dicti bireti etiam in Missis privatis, sub praetextu quod sil Sacrae Theologiae Doctor, supplicantes proinde declarari : an id facere possit ?

El Emi PP. responderunt : « Id ei non licere». Die 23 Septembris 1651.

939. TURRITANA. (1635)

Pro parte Decani el Canonicorum Calhedralis Ecclesiae Turritanae a S. R. C. supplicatum fuit declarari: an directio Chori m defectum Cantoris, qui in eadem Calhedrali non habetur, privative spectet ad Vicarium Generalem m habitu Vicariali incedentem ?

Ei Eihi PP. * Ad digniorem Chori spectare el perlinere, responderunt, non autem ad Vicarium Generalem ». Die 2 Martii 1652.

010. VALENTINA (iG'il) PRAEEM1NENTIARUM.

Referente Emo D. Cardinali Rondanino, controversias de novo excitatas inter Archiepiscopum, Capitulum el Canonicos Metropolitanae Valentiae ex una, el Praepositos eiusdem Ecclesiae ex altera, qui tamquam facientes unum corpus cum Canonicis ad omnes, praeterquam ad capilulares actus, ex Decreto S. R. C. sub die 3 Augusti 164 1, admittuntur :

1. Quaesitum fuit an Crux Archiepiscopalis inter moderniores Canonicos deferri solita, sil inter moderniores Praepositos deferenda ?

2. An praepositi admittendi sint, aeque ac Canonici, ad osculum manus novi Archiepiscopi, dum primo Ecclesiam ingreditur?

3. An quando Archiepiscopus habet Ordinationes, Praepositi tractari debeant ab eodem Archiepiscopo, sicuti tractantur Canonici ?

Et S. R. C. respondit : Ad 1. «Crucem Archiepiscopalem inter moderniores Praepositos esse deferendam ».

Ad 2. « Praepositos admittendos esse ad osculum manus, non secus ac Canonici ».

Ad 3. « In collatione Ordinum tractandos esse eodem modo, quo Canonici ». Die H Maii 1652.

941. REG1EN. (1648)

Capitulum Calhedralis supplicavit declarari : an absente Archiepiscopo, concionalor debeat prius salutare Priores el Magistratum Civitatis, an ipsum Capitulum? exponendo, quod inierim Archiepiscopus mandavit contionatorem neutrum ex illis salutare debere.

El S. R. C. respondit: «Servandum esse Decretum Archiepiscopi ». Die 3 Augusti 1632.

942. DECRETUM. (1684)

S. R. C. hac die 5 Octobris 1652 censuil el declaravit, si SS. D. N. placuerit, < Non potuisse nec posse, tam Saeculares quam Regulares cuiuscumque Ordinis el Instituti, eliam Societatis lesu, excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicae super Bealificationibus, praesertim in celebratione Missarum el Officii cum octavis, nisi hoc expresse Sedes Aposlolica eis induisent ». El facta relatione per Emum D. Cardinalem Cornelium Episcopum Albanen. Sanctitas Sua approbavit, et sic, ul praemittitur, observari mandavit. Die 16 Decembris 1652.

943. MELITEN. (1659)

Archidiaconus Calhedralis supplicavit declarari : an Episcopus m Processione Corporis Christi in sella porlalili degens possit deferre SS. Sacramentum?

El S. R. C. rescripsit Episcopo: < Non posse » ul m Regesto Lilerarum.

Tenor vero indicatae Epistolae est, ut sequitur:

Rihe D. uti Fraler: a persona iurisdiclioni Amplitudinis Tuae subiecta supplicatum fuit declarari a S. R. C. : an Episcopus in Processione Corporis Christi possit SS. Eucharistiae Sacramentum in Sede porlalili deferre? el EE. Paires Congregationis existimarunt, nulla opus esse responsione, quia notorium est hoc numquam licuisse, vel licere. Licet aulem itdem EE. Patres non credant hunc casum in tua Ecclesia umquam accidisse, nihilominus de praefatis Amplitudinem Tuam pro inviolabili observantia certiorem fieri voluerunt, quod ego praesentibus exequendo, Amplitudinem Tuam bene valere ex animo cupio. Romae etc. Die 18 lanuarii 1653.

944. CALLIEN. (1660)

Episcopus exposuit S. R. C., quod in defectum Ecclesiae Calhedralis, in qua construitur nova fabrica, pro habendis concionibus tempore Adventus fuit subrogata de consensu eliam Capituli Ecclesia S. Francisci Minorum Convenluahum, in qua, dum ipse concioni interest cum cappa, Canonici recusarunt assistere, ul solent m Calhedrali, el supplicavit declarari: an teneantur?

El eadem S. R. C. censuil el declaravit: « Canonicos teneri assistere cum eorum habitu canonical! ». Die 22 Martii 1G53.

94.5. PLACENTINA. (1662)

Cum S. R. C. sub die 21 Augusti 1649 decreverit Dignitates Calhedralis habentes Canonicalus, seu Praebendas Diaconales, seu Subdiaconales, onera canonicatibus adnexa subire debere; modo ad instantiam Praepositi, Archidiaconi el Archipresbyteri eiusdem Calhedralis supplicatum fuit declarari, ipsos, qui habent praebendas perpetuo unitas, non comprehendi in supradicto Decreto, nec teneri ad hebdomadam in turno Diaconorum.

Et eadem S. R. C., auditis Canonicis Diaconis eiusdem Calhedralis, referente Eiho

el Rmo I). Card. Sacchelto, censuil et declaravit: « Dictum Decretum non comprehendere praedictas Dignitates, quae habent Praebendas Diaconales perpeluo unitas, nec (ales Dignitates in posterum esse apponendas in lurno Diaconorum ». Dio 22 Martii 1653.

946. TUDERT1NA. (1663)

Expositum fuit S. II. C. Archidiaconum Cathedralis, in defectum Emi el Rmi D. Card. Episcopi, cl in defectum Prioris primae Dignitatis, benedixisse cineres, quin prosequuliis fuerit Missam, non obstante monitione Vicarii el Canonicorum, cum tali benedictione coniungi debere Missae celebrationem: el supplicatum pro remedio.

El eadem S. R. C., inhaerendo alias decidis, censuil et declaravii : < Eihum el Riiium I). Card. Episcopum posse cogere etiam per censuras, ul qui benedicit cineres, palmas el candelas, prosequatur etiam Missam ». Die 22 Martii 1663.

947. MONTIS FALISCI. (1667)

Proponente Emo el Rmo 1). Card. Sacchello, S. 11. C. ad instantiam Vicarii Generalis contra Decanum et Sacristain censuil, ipso tantum Vicario informante : « Facultatem impertiendi licentiam capitularibus recedendi a Choro, dum ibi Divina persolvuntur, spectare in casu ad ipsum, absente Episcopo ». Die 10 Maii 1663.

948. PLACENTINA. (1670)

Orta controversia inter Ueneticiatos Cathedralis ex una, el Magistrum Cappellae el Musicos ex altera partibus, super praecedentia servanda inter ipsos in Processionibus;

S. R. C., referente Emo 1). Cardinali Francioito, censuil et declaravit: «Cantores in Processionibus debere incedere in loco Episcopo bene viso, el exinde non inferri ad praecedentiam respectu Beneficialoruin ». Die 10 Maii 1663.

949. APRUTINA. (1677)

Ad instantiam Capituli supplicatum foil commitli Episcopo, ul prohibeat Fratribus S. Augustini sonum campanac media nocte .tale diem Cinerum in >ignum coepti leiunii, cum hoc specialiter speciet ad Campanam Cathedralis. < Orclenus, Episcopus pomi edictum, quod attendatur campana Cathedralis ». Die 6 Iulii 1633.

950. LUCANA. (1678)

Exposuerunt Canonici Collegialae Ecclesiae Camaioris Lucanae Dioecesis, Eihum D. Cardinalem Franciottum ab anno 1640 Episcopum pro bono pacis Canonicorum et Cappellanorum eamdem vocem habentium in Capitulo, Decretum tulisse super sedilibus, suffragiis ferendis super consiliis proponendis in Capitulo, associatione inter ipsos, distributione candelarum , cinerum el palmarum, denominatione et capitulo, alinuliis el praeinionatione a Canonicis paratis facienda; modernum vero Episcopum processisse ad nonnullas declarationes praedicti Edicli Eiiii Franciolli : supplicantes proplerea mandari praedictas declarationes servari.

Et EE. PP., ulraque parte informante, referente Emo D. Cardinali Sacchelto, mandarunt « Decretum Emi Franciolli quoad sedilia totaliter servari. In receptione vero candelarum, cinerum el palmarum, in decantanda Passione in hebdomada maiori, in recitandis verbaliler horis Matutinis in octava Corporis Christi, el associatione Canonicorum cum Cappellanis, servari Caeremoniale Episcoporum. Quaesitum autem circa volationes in consiliis ferendis, responderunt ad hanc S. C. non spectare. Reliquiarum delationem munus esse Celebrantis, el aliorum cum eo paratorum. Quo vero ad alia Decreta eiusdem Episcopi facta in visitatione die 6 Maii 1652, ofiicium hebdomadarii peragi debere a Canonicis in solemnioribus, salva praerogativa Prioris; in aliis autem per turnum aequaliter cuin Cappellanis, quibus tamen non inserviant Canonici, nisi in casu necessitatis. Circa Sedem apponendam pro Canonico ubicumque cantante Missam vel Vesperas, servari solitum, el nihil innovari; eosdemque Cappellanos leneri ad faciendam praeinlonaiionem, eliam quoad hymnos ipsi Canonico cantanti ». Die 9 Augusti 1653.

951. CASSÀNEN. (1687)

Orta differentia inter Canonicos provisos de Canonicalibus, ultimo loco erectis a moderno Episcopo, el Salvatorem Alphanum, ultimo loco provisum de uno ex canonicalibus eiusdem Ecclesiae antiquis, super praecedentia inler ipsos servanda;

S. R. C., proponente Eiïio el Rmo D. Card. Sacchelto, censuil el declaravit: « Praecedentiam deberi Canonicis, qui prius adepti sunt possessionem ». Die 22 Novembris 1653.

952. SIGNINA. (1689)

Ad instantiam Canonicorum supplicatum fuii declarari, ipsos non teneri ad ŕecita tionem Officii Divini in cantu plano in Eeslis solemnibus, prout modernus Episcopus nuper eisdem mandavit.

El S. ft. C. respondit: « Canonicos in hoc debere parere Episcopo ». Die 22 Novembris 1653.

953. EUGUBINA. (1691)

Instante Capitulo Collegialae Ecclesiae S. Cbrislinae Civitatis Eugubii in S. R. C., nl sibi concederetur licentia erigendi in Processionibus propriam Crucem, non autem incedendi sub Cruce Cathedralis;

Eadem S. ft. C., proponente Emo el Rmo D. Cardinali Erane,iollo, partibus auditis, censuil: « Dictam Collegiatum debere incedere in Processionibus sub Cruce Ecclesiae Cathedralis ». Die 6 Decembris 1653.

954. EANEN. (1692)

Praetendentibus Confralribus SS. Sacramenti in Terra S. Constantii Eanen. Dioecesis, quod tertia quaque Dominica cuiuslibet mensis, qua solei fieri particularis Processid cum SS. Sacramento, deberet cantari Missa de eodem SS. Sacramento, cum commemoratione Dominicae; el Canonicis Collegialae Ecclesiae eiusdem loci, in qua fit Processio, contendentibus debere dictam Missam cantari de Dominica cum commemoratione SS. Sacramenti;

S. R. C. respondit: < Missam in dicto casu celebrandam esse de Dominica, seu de Eeslo duplici, si illa die occurrat, cum commemoratione SS. Sacramenti ad formam Rubricarum Missalis ». Die 6 Decembris 1653.

955. MAIORICEN. (1694)

Cum reclamaverint apud S. R. C. Canonici Ecclesiae Cathedralis Maioricen. quod, cum Canonicus sacris paramenlis indutus facit Ofiicium ad Vesperas el Matutinum, non permittatur a Dignitatibus sedere in primo loco Chori, nec ante omnes thurificari, neque primam antiphonam intonare, voluti in singulis huiusmodi actibus Celebrans debet primo loco honorari ex dispositione Caeremonialis; sed praetenderent easdem Dignitates in praedictis praeferri Celebranti , et pro earum parte peteretur Remissorin ad probandam consuetudinem immemorabilem in contrarium.

S. ft. C., ad relationem Emi D. Card. Sacchelti, auditis partibus, censuil et declaravit: < Canonico celebranti vel facienti Officium sacris vestibus induto deberi praecedentiam etiam supra Dignitates lam in sessione quam in aliis praedictis actibus: nec esse concedendam Komissoriam a Dignitatibus petilam ». Die G Decembris 1653.

95«. CASSANEN. (1703)

Quia in Processione SSilii Sacramenti, quam facit parochialis Ecclesia S. Mariae de Gambio Terrae Saracenae Cassanen. Dioecesis in die Dominica infra octavam Festi Corporis Christi, Episcopus decrevit, ul ea non possit duci intra limites alterius Parochiae S. Leonis, sine licentia istius Parochi; oria controversia super validitate et exeeutione dicti Decreti episcopalis, eaque deducta in S. R. C.;

Emi PP. mandarunt: « Servari solitum, el Decreta alias edita ab eadem S. C., non obstante novissimo Decreto Episcopi ». the 20 Iunii 1654.

957. CVSENT1NA. (1708)

Instante Fr. Barlholomaeo de Camerino Ordinis Capuccinorum occasione Visitationis Provinciarum Regni Neapolis pro declaratione :

1. \n in Litaniis, quae dicuntur m Ecclesiis Capuccinorum, ul asseritur ex forma Constitutionis, post Matutinum el post Nonam, liceat addere nomina Samiorum, ultra expressa in Litaniis quae habentur in Breviario Romano , ex eo quod sini Sancti eiusdem Ordinis, vel Patroni Provinciarum, vel eliam ex devotione?

2. An in versiculo consueto de B. V. *Benedicta tu in mulieribus* cum responsorio, *el benedictus fi udus ventris lui,* liceal addere *lusus,* el dicere: *benedictus fructus ventris tui lesusl*

S. R. C. « In utroque casu non licere quidquam addere » censuil. Die 20 Iunii 1654.

958. PERUSINA. (1711)

Praetendentibus Canonicis Ecclesiae Cathedralis Perusinae gravari el distrahi a servitio Chori, si vocentur el cogantur ad assistendum et inserviendum Episcopo, quotiescumque, pro suo arbitrio, sine necessitate accedit saepe ad diversas Ecclesias eiusdem Civitatis ad Missas Pontificales celebrandum, sivo ad assistendum, vel cum pluviali

vel cum cappa; habito super hoc recursu ad S. IL C. pro declaratione : an teneantur?

Eadem S. R. C. censuil: « Non omnes teneri, sed 1res tantum pro facienda assistentia ». Die 20 Iunii 1654.

959. MEDIOLANEN. (1714)

Cum ad notitiam SS. D. N. pervenerit I). Gubernatorem Mediolani in die Annuntiationis B. M. V., proxime praeterita, poni fecisse genuQexonum cum tapete magno et pulvinaribus, pro se et Marchionissa eius uxore, in Ecclesia Calhedrali intra Presbyterium el ante Altare maius, ac in eo ipso loco ubi Faldislorium pro Episcopo apponi solet: nec non eumdem I). Gubernatorem, absque ulla Sedis Apostolicae licentia, relinere suam Sedem intra Presbyterium cum cortina, eo modo et forma, quibus in praeteritum usi sunt alii eius Praedecessores, praevia tamen opportuna Sedis Apostolicae licentia; Sanctitas Sua mandavit discuti huiusmodi negotium in hac particulari Congregatione, in qua, re discussa et plene examinata, Enti PP. censuerunl: «Significandum esse Archiepiscopo per Lileras S. R. C., non licere praefato D. Gubernatori genufiexorium in dicto loco et modo, quo supra, apponere; nec item retinere Sedem intra Presbyterium, ut supra dictum est, absque speciali licentia Sedis Apostolicae, si eidem S. R. C. ita videbitur ». Die 8 Iulii 1654.

9G0. MEDIOLANEN. (1715)

Relata in hac Congregation·· Resolutione capta in alia Congregatione particulari sub die 8 huius mensis de mandato SS. super eo, quod non liceat D. Gubernatori Mediolani apponere genuflexorium el retinere Sedem intra Presbyterium Ecclesiae Calhedralis, sine speciali Sedis Apostolicae licentia; et quod debeat S. R. C. Literis id significare Archiepiscopo, ne in posterum huiusmodi novitates fieri contingat;

Eadem S.R.C.: < Praefatam resolutionem approbavit, eamque Archiepiscopo significari mandavit, prout in Regesto Lilerarum ». Die 18 Iulii 1654.

901. AES1NA. (1716)

Cum saepe alias et specialiter in hac causa S. R. C. declaraverit praecedentiam inter Canonicos competere Canonicis Ordinis Presby teralis supra Canonicos Ordinis Diaconalis ot Subdiaconalis, etiamsi Presbyteri recentius recepti sint; el in Ecclesia Calhedrali orta fuerit controversia, an idem, quod servatur in Choro el quando inceditur cum colla et habitu canonical!, debeal eliam servari in Capitulo el in aliis actibus in quibus Canonici conveniunt in eorum habitu ordinario clericali;

Eadem S. R. C., auditis partibus, censuil el declaravit: «Canonicis Presbyteris ubique locorum competere praecedentiam in functionibus capitularibus, tam quae fiunt cum habitu canonical!, quam sine habitu ». Die 18 Iulii 1654.

962. BENEVENTANA. (1719)

Ad dubium ex parte Vicarii Generalis S. IL C. exhibitum: an videlicet, dum ad praeintonandas antiphonas ea pars Dignitatum et Canonicorum assurgit , quos penes idem Vicarius reperilur, el dum Dignitates et Canonici praedicti thurificantur, sedere aut stare Vicarium ipsum oporteat?

Eadem S. R. C. respondit : « Servandum esse Caeremoniale, ex quo scilicet in cap. 18, lib. 1, clare percipitur, eo tempore sedendi praerogativam Episcopo el assistentibus eiusdem tantummodo esse reservatam ». Die 22 Augusti 1654.

963. CALARITANA. (1720)

Exposuit Calarilanus Archiepiscopus se Sacerdotibus Saecularibus et Regularibus vetuisse, ne, post Missas privatas ad alicuius preces vel eleemosynarum intuitu, quaeque ex D. N. 1. C. Passionis Evangelia in posterum recitare praesumant, eiusdem S.C. auctoritatem implorans, ne Regulares ab huiusmodi iussus el prohibitionis obtemperantia exemptos sese reputantes, aliquo pacto subducant.

S. igitur R. C.: « Contra inobedienlcs, eliam auctoritate eiusdem Congregationis, procedendi facultatem eidem attribuit ». Die 22 Augusti 1654.

964. NEOCASTREN. (1724)

Institit Cappellanus maior Ecclesiae Neocaslren. prima Dignitas pro declaratione: an ipsi Missam solemniler celebranti Sabbato Sancto, et in Sabbato Pentecostes, sil a Canonicis inserviendum in ministerio Diaconi el Subdiaconi ex eo, quod ipsi Canonici onus huiusmodi in solemnioribus diebus lanium eis incumbere existiment?

Et S. R. C. respondit : « Canonicos ad id ministerii Cappellano maiori assertis diebus praestandum omnino teneri ». Die 22 Augusti 1654.

9(55. ORTONEN. CAMPLEN. 1725)

Episcopus Orlonen. enixe rogavitS. R.C. pro solutione dubii: an Archidiaconus prima Dignitas Calhedralis Orlonen. sil ihurificaodus, Episcopo absente, triplici ductu, ul hactenus ab anno erectionis eiusdem Dignitatis 1645 servatum est, vel duplici tantum ductu, iuxla Caeremonialis praescriptum?

El S. R. C. respondit: « Servandum esse Caeremoniale, non obstante contraria asserta consuetudine ». Die 22 Augusti 1654.

9GG. RECINETEN. (1726)

Magister Caeremoniarum Ecclesiae Recinelen. exposuit Dignitates eiusdem Ecclesiae, delicientibus Canonicis, ab Episcopi assistentiae onere se exemplas reputare, ob idque Episcopum debito ei ministerio quandoque fraudari.

S. R. C. respondit: « Episcopo rescribendum esse pro observantia Caeremonialis, quo in cap. 26, lib. 1, clare disponitur: Si nullus Presbyter Canonicus aderit, praeter Dignitates, lunc aliquem ex ipsis Dignitatibus teneri ad supplendum locum Diaconi delicientis ». Die 22 Augusti 1654.

9G7. COMEN. (1727)

Institit Archipresbyter Collegiatae Ecclesiae Sondrii Comen. Dioecesis apud S. C. pro declaratione dubii: an possit ab ipso retineri consuetudo delegandi Missas soleinnes, quae Stationum diebus celebrari in Collégial» praedicta consueverunt, Presbyteris advenis privative etiam quoad Canonicos eiusdem Ecclesiae?

Et S. R. C. respondit: < Minime relinendam huiusmodi consuetudinem, neque licere Canonicos praesertim excludere ». Die 19 Septembri-: 1654.

968. M0N0P0L1TANA. (1730)

Moniales S. Leonardi et S. Martini Monopolilanae Civitatis institerunt declarari: an ipsis liceat, ex eo quod eaedem ab erectione Monasteriorum usae fuerint Breviario Romano, recitare Officia propria earum Ordinis S. Benedicti ad formam el iuxla Rubricas eiusdem Breviarii Romani: et an Officia cum octavis celebrare valeant de Sanctis Tilularibus ipsarum Ecclesiarum?

El S. R. C. respondit ad 1. « Negative, nisi id expresse ab Aposlolica Sede ipsis indultum fuerit ».

Ad 2. « Servandas esse Rubricas Breviarii Romani ». Die 19 Septembris 1654.

9G9. REC1NETEN. (1733)

Magister Caeremoniarum Ecclesiae Re‹ melon, petiit declarari dubium: an in solemn! Episcopi benedictione Gubernator et Magistratus Civitatis stare ve) genuflecten· teneantur?

El S. R. C. respondit: < Gubernatorem el Magistratum praefatos omnino genuflectere debere ». Die 19 Septembris 1654.

970. SEGUNTINA. (1734)

Ad quinque dubia per Episcopum Seguntinum ad S. R. C. transmissa eadem C., ul infra, respondit:

Ad 1. scilicet: An, attento quod in Calhedrali consueverint Canonici feria V in Coena Domini Missas celebrare, el ex eis neminem ad Communionem, quae fit ab ipso Episcopo inler Missarum solemnia, accedere; Episcopus eosdem possil ad observantiam contentorum in Caeremoniali lib. 2, cap. 23, compellere?

R. « Omnino servandum esse Caeremoniale Episcoporum, et pro eiusdem observantia posse ab Episcopo cogi Canonicos, et alios quoscumque de gremio Ecclesiae ».

Ad 2. An, stante consuetudine, quod hymnus *Gloria in excelsis Deo etc.* integre sub organo moduletur el humanis vocibus, nec allemalim concinatur, possit Episcopus cogere ad implementum eorum, quae continentur in lib. I, cap. 28 Caeremonialis Episcoporum?

R. < Abusum huiusmodi ab Ecclesiae praedictae pravi omnino tollendum ».

Ad 3. An, posito quod in eadem Ecclesia ante el post publicationem reformationis Breviarii, ex consuetudine, diebus quibus non recitatur Officium novem Lectionum, recitetur eliam Officium parvum B. M. V., omittatur vero diebus in quibus liunl ad Vesperas Commemorationes aliquorum SS. qui non sunt in Calendario nec de illis iit mentio, iuxla concessionem Gregorii XIII; Episcopus possit tolerare huiusmodi consuetudinem non recitandi diebus praedictis Officium B. M. V.?

R. « Recitandum esse Officium B. M. V., nec debere Ordinarium permittere, quod fiant Commemorationes vel Officia non approbata ».

\d 4. An insuper cogi possint Capitula Collegialanim, non obstante qualibet in contrarium inducta consuetudine, ad celebrandum diebus Vigiliarum, quatuor temporum, et Quadragesimae, ultra Missam Eesli cur-

rcntis post Tertiam, alleram conveniualem de Vigilia, el Feriis praediclis post Nonam?

H. < Collégiales leneri etiam ad Missam Conveniualem de Vigilia el Feriis praedictis, iuxta Rubricas Missalis Romani ».

Ad 5. An tolerandum, quod Dux de Medina Caeli in Ecclesia Collégiale sui Patronatus occupet Sedem primae Dignitatis, silam in digniore parle Chori, vel in hoc sil servanda potius dispositio Caeremonialis Episcoporum?

R. < Non tolerandum, nisi docto el constilo de legilimo Privilegio ». Die 19 Septembris 1684.

971. CALARITANA. (1735)

Archiepiscopus Calaritanus Emis Patribus S. Congregationi praepositis exponi curavit, quod Capitulum el Canonici eius Metropolitanae Ecclesiae, a quibus olim liber Caercmonialis Episcoporum receptus fuit, permultos tamen antiquos haud laudabiles ritus obfirmale retineant.

S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus emanatis, « Caeremonialem librum semel receptum, integre servandum lore declaravit; el Archiepiscopo oratori, ul abusus el antiquatos ritus ad formam Constitutionum Clementis VIII removere possit, nedum libenter indulge!; sed, ut sedulo curet, simul iniungil ». Die 14 Nov. 1654.

972. FANEN. (1736)

Eremitis Camaldulensibus Monasterii Fanen. petentibus: an die Dedicationis corum Ecclesiae sub invocatione SS. Salvatoris, quae simul occurrit cum Dedicatione Basilicae Lateranensis pariter sub invocatione SS. Salvatoris, diversum a Dedicatione Basilicae Lateranensis Oflicium recitare teneantur?

S. R. C. respondit: « E communi Dedicationis, et Lectiones sumendas fore pro celebratione festi Dedicationis propriae Ecclesiae; el prima die secundum Rubricas non impedita, ab oratoribus recitandum esse Oflicium Dedicationis Basilicae Lateranensis». Die 14 Novembris 1654.

973. FERENTINA. (1737)

Canonici Cathedralis Ecclesiae institerunt apud Emos PP. S. R. C. praepositos pro declaratione dubii: an thurificatio Chori sil semper inchoanda a parte dextera, el in qua manent seniores Canonici, vel potius a parte tabellae Chori, etiamsi in ea contingat vxistere iuniores Canonicos?

Et S. R. C. respondit: « Thurifiraiionem in Ecclesiis, in quibus servatur allernativa Chori respectu Canonicorum, ab ea parte inchoandam in qua Chori tabella appensa repetitur». Die 14 Novembris 1654.

974. IANUEN. (1738)

Clero Ianuensi postulante, quinam color sit adhibendus in celebratione translationis Cinerum S. Ioannis Baptistae?

S. R. C. < Rubrum eoiorem in huiusmodi celebritate adhibendum esse respondit ». Die 14 Novembris 1654.

975. MELPHITEN. (1740)

Dignitates Cathedralis Ecclesiae Melphilen. institerunt pro manutenlione in possessione incedendi in Processionibus divisim a Canonicis, etiamsi Canonicos contingat esse numero dispares.

S. R. C., iuxta alias Decreta respondit: < Dignitates el Canonicos simili indumento suffultos, in Processionibus binos incedere debere, el seniorem Canonicum, quoties disparilas numeri Canonicorum id exigat, a sinistris ultimae Dignitatis vel etiam primae, si alia Dignitas non aderit, incedere oportere ». Die 14 Novembris 1654.

97G. PERUSINA. (1741)

Episcopus Perusinus S. R. C. supplicavit pro moderatione Decreti hoc anno sub die 20 lunii ab eadem S. C. emanati, quo firmatum exlilil 1res tantum Canonicos leneri Episcopo extra Cathedralem Missarum solemnia pontilicaliler peragenti assistere.

El re maturius inspecta, eadem S. R. C.: « In Missa Ponlilicali 1res Canonicos assistere, el alios duos in oflicio Diaconi el Subdiaconi eidem Episcopo ministrare debere, declaravit; in reliquis lirmo remanente Decreto, ut praefertur, sub die 20 lunii emanato ». Die 14 Novembris 1654.

977. URBIS. (1742)

« Moneantur Regulares ne celebrantes solemniler adhibeant Sedem cum subpedali, sed bancum, iuxta libri Caeremonialis praescriptum, el praesertim ab Ecclesia SS. Apostolorum amoveatur Sedes, quae ibi pro Celebrante parata semper existit. Curent insuper Caeremoniarum Magistri SS. D. N. ne a Regularibus praesertim Presbyteris, seu Clericis etc. adhibeatur loco superpellicei roc,helium, seu colla cum manicis angustis ». Die 14 Novembris 1654.

978. CALLIEN. (1743)

I'romolor Fiscalis Curiae Episcopalis institit sibi facultatem attribui aliqua afficiendi poena Canonicos recusantes parere Decrclo a S. R. C. emanato super inleressentia concionibus in Ecclesia loco Cathedralis subrogata.

El S. R. C. respondit: « Non diversimode praedictos cogi el mulclan posset ac si concionibus in ipsa Cathedrali de more habendis intéressé omitterent ». Die 19 Decembris 1654.

979. CAESENATEN. (1744)

Plebanus Castri Caesenalen. institit declarari: an teneatur propriam Ecclesiam deserere, ul Processioni SSmi Corporis Christi, quae in Civitate Caesenalen. quotannis de more solemniler celebratur, intersit?

El S. R. C. respondit : * Eum non posse cogi ». Die 19 Decembris 1684.

980. FLORENTINA. (1746)

A

Moniales S. Agathae declarari petierunt: an feria V in Coena Domini in eadem Ecclesia, ultra Missam ordinariam, liceat alteram lectam celebrare?

El S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 19 Decembris 1654.

981. ORTONEN. CAMPLEN. (1749)

Archidiaconus Camplen. ipsi adiudicari postulavit ius dirigendi Chorum, dicendi *Pater, Are Muria, et Credo* pro inchoatione Officii, ac indicendi mox Hebdomadario, ut inlonel versiculum, *Domine labia mca etc.* ad Matutinum et *Deus in adiutorium meum intende etc.* ad Vesperas, necnon benedictiones ad Primam el Completorium, versiculum *Dominus det nobis suam pacem,* et his similia, quaeque hactenus consueverunt per ipsum impleri.

S. R. C. : « Directionem Chori, nisi Cantoris Dignitas vel similis cui huiusmodi praerogativa el munus incumbat, in ipsa Cathedral! Ecclesia existai , ad Archidiaconum primam Dignitatem perlinere respondit. Reliqua vero abusive hactenus ab ipso peracta, omnino ad Hebdomadarium, vel alias peragentem Officium, posthac fieri peragique iussit: non obstante qualibet contraria consuetudine, quam abusum declaravit ». Die 19 Decembris 1654.

982. PISAUBEN. (1761)

Hieronymus Mammianus Comes S. Angeli Pisauren. petiit rnanuleneri in possessione, quod Sacerdotes celebrantes m loco suae Iurisdictionis, ipsum post Missam capitis inclinatione, obducto capite, salutent.

El S. R. C. respondit: « Lectum ». Die 19 Decembris 1654.

983. TRANEN. (1752)

Capitulum el Canonici Tranen. declarari postularunt an eadem disciplina quoad antiphonarum mtonalionem servanda foret, absente Archiepiscopo , tum Dignitate tum Canonico Officium peragente, ne scilicet nmquam Dignitates sese ab earumdem antihonarum intonalione exemptos censeri decani?

S. R. C. respondit: < Nihil referre, an Dignitas vel Canonicus sil, cum teneantur Dignitates antiphonas intonare ». Die 19 Decembris 1654.

984. PACEN. (1753)

Ad instantiam Antonini Frull Prioris et primae Dignitatis Cathedralis Ecclesiae Pacen.

S. R. C. declaravit: « Nequaquam ad Vicarium Generalem ratione Officii, sed ad primam Dignitatem, vel successive ad alias Dignitates aul seniorem Canonicum, privative quoad ipsum Vicarium, spectare ius ministrandi aspersorium Episcopo in ingressu Ecclesiarum, praesente Capitulo Cathedralis indumentis canonicalibus redimito, assistendi eidem Episcopo in Missis pontificalibus, concinendi Missas in diebus solemnioribus, nec non peragendi solemnia Missarum et delationem SS. Sacramenti, absente Episcopo, in Festivitate Corporis Christi ». Die 29 Maii 1655.

985. ALEXIEN. (1754)

Episcopus Alexien. S. R. C. supplicavit ul dignaretur declarare, teneri Canonicos ingredi cubiculum ab ipso oratore destinatum pro sumenda cappa pontificali, el inde eum Sacra facturum, vel Divinis cum cappa adslilurum, associare ad Ecclesiam Cathedralem.

El S. R. C., ad relationem Enti Dili Cardinalis Francioni, cui huiusmodi negotium commissum fuerat, die 8 Maii 1653 respondit: «Canonicos teneri, et cogi posse ad huiusmodi sibi debita obsequia vindicanda, etiam sub censuris, nisi Episcopium longo distet a Cathedrali». Die 19 Iunii 1655.

986. MEDIOLANEN. (1756)

S. R. C. in causa controversiae praecedentiarum in Processionibu< Sanctissimi Sacramenti inter Societatem Sanctissimi Sacramenti loci Lignarelli, et Societatem S. Ambrosii loci Lignani censuit : < Competere praecedentiam Societati SSmi Sacramenti supra Coniraternitatem S. Ambrosii in omnibus Processionibus, in quibus defertur SS. Sacramentum ». Die 19 Iunii 1655.

087. BRUNDUSINA. (1760)

Archidiaconus Brundusinus ad ipsum spectare cogitans in principio Horarum Canonicarum dicere : *Actiones nostras etc., Pater noster etc., Dies et actus nostros etc., Adiutorium nostrum etc., Dominus nos benedicat etc., fioctem quietam etc.* cum confessione, *Denedicat et custodiat,* el versiculum *Dominus det nobis suam pacem etc.* ea quidem ipsi adiudicari postulavit.

El S. R. C.: < Minime ad oratorem, sed ad Hebdomadarium, vel peragentem Officium, praedicta omnia spectare, declaravit ». Dic 7 Augusti 1655.

988. TAURINEN. (1764)

Archiepiscopus Taurinen. petiit a S. R. C. declarari :

1. An die solemnilatis Corporis Christi, quando in Metropolitana, seu matrice Ecclesia, solemniler Sacramentum expositum delinetur, liceat Regularibus eadem die Sacram similiter Hostiam expositam relinere in eorum Ecclesiis, el an id ab Ordinario prohiberi possit?

S. R. C. respondit: < Non licere Regularibus exponere SS. Sacramentum sine licentia Ordinarii ».

2. An distributio cerae in funeralibus sit regulanda, tam in modo quam in quantitate, eadem forma qua praecedentia servatur in incessu; ita ul ceras, quae ad manus dantur, primo Canonici et Clerus Saecul iris, deinde Regulares recipere debeant?

El S. R. C. respondit: < Ordinarius utatur iure suo, et provideat ».

3. An possit Arcbiepiscopus permittere usum Stolae singulis Cappellanis Congregation» SSmi Sacramenti noviler Taurini per eamdem Civitatem inductum, ila ut in Pro‹ ···iambus, quae per annum ad honorem Coqwris Christi magnificentissime peraguntur. liceat omnibit' dicti·. Cappellanis praedicta Stola uti?

El S. R. C. « Negative » respondit. Die 7 Augusti 1655.

989. LARINEN. (1766)

Capitulo el Canonicis Calhedralis Larinen. declarari postulantibus , an potuerit Episcopus prohibere, ne, eo Sacris Missarum solemniis ponlificaliler incumbente, in eadem Ecclesia Missae privatae inierim celebrentur;

S. R. C. < Affirmative » respondit. Die 28 Augusti 1655.

990. M0N0POLITANA. (1768)

Archidiaconus Calhedralis Monopolitanae petiit an ad ipsum vel ad Hebdomadarium spectent benedictiones, quae dantur ad Primam et Completorium?

El S. R. C. < Huiusmodi benedictiones ad Hebdomadarium privative quoad ipsum oratorem omnino perlinere » respondit. Die 28 Augusti 1655.

991. CALA1UTANA. (1770)

Exposuit Capitulum Calhedralis Ecclesiae Calaritanae nequaquam, ul Archiepiscopus asseruerat, in eadem Ecclesia usu receptas exlitisse leges el caeremonias Caeremonialis Episcoporum , ob idque supplicavit, Decretum ab oratoribus receptum retinendum el integre servandum esse.

S. R. C., enarratis minime attentis: « Caercmoniale praedictum a Capitulo et Canonicis Calaritanae Ecclesiae omnino servari debere », mandavit. Die 27 Novembris 1655.

992. HIERACEN. (1771)

Dominicus Messilus Decanus Calhedralis Ecclesiae Hieracen. manuteneri postulavit in quasi possessione sedendi in sella, quolies Episcopo assistit.

Et S. R. C.: « Cum id Caeremonialis dispositioni nequaquam adversetur, consuetudinem Ecclesiae Hieracensis servari debere » respondit. Die 27 Novembris 1655.

993. ORTONEN. CAMPLEN. (1772)

Magistratus Ortonen. S. R. C. supplicavit, ul Episcopo iniungerelur, ne thuris praerogativa cos privaret, Missarum et Vesperarum scilicet solemniis interessentes, licet ipsi Episcopo e palatio Episcopali ad Ecclesiam accedenti nullatenus famulentur.

S. R. C. iussil responderi: « Lectum ». Die 27 Novembris 1655.

991. BALNEOREGIEN.

Peliil Episcopus BalneOregien. au ab eius Vicario Generali, qui non est de numero Capitularium, possint praeinlonari antiphonae, nee non ins praelationis ipsi competeret in receptione cereorum el palmarum super Dignitatibus el Canonicis sacris vestibus redimitis.

El S. R. C. utrique quaesito < Negative » responderi mandavit. Die 29 lanuarii 4686.

995. CIVITATIS PLEBIS. (1778)

Episcopus Civitatis Plebis ad S. R. C. transmisit formulam Litaniarum S. Antonii de Padua, quae recitantur a Fratribus Minorum de Observantia S. Francisci in eorum Ecclesia.

El S. eadem R. C. iussit: « Ad Episco-Eum dirigi lileras, quibus moneatur, uipro-ibeal recitationem praedictarum Litaniarum, el auctoritate S.C. cogat Fratres praedictos ad consignandas ipsi Episcopo formulas omnes el singulas tum manu conscriptas, tum typis impressas, quasque ad S. C. transmittat ». Die 29 lanuarii 4686.

99G. 1ANUEN. (1776)

Episcopus olim Marianen. declarari postulavit: An liceat Episcopum Ordinarium loci, extra Calhedralem, Episcopo exiero cui Pontificalia demandet, Cathedram sub baldachino indulgere?

Et S. R. C. respondit: < Minime licere, sed eo casu Episcopum exterum, iuxla Caeremonialis dispositionem, faldistorio uli debere ». Die 29 lanuarii 1686.

997. LUCANA. (1777)

Moniales S. Nicolai Lucae declarari petierunt: an plura initia Prophetiarum, quae proprium locum non habeant, sub unica conclusione recitari possint?

El S. R. C. respondit: « Servandas esse Rubricas ». Die 29 lanuarii 1686.

998. MEDIOLANEN. (1778)

Peliil R. P. D. Tcrzagus ulriusque Signaturae Referendarius, el olim e numero Volantium Signaturae Iustitiae, declarari: an ipsi, extra Curiam et extra Ecclesiam, supra Redores omnes et Praepositos Ecclesiarum, nec non Canonicos Calhedralis praecedentia competeret?

El S. R. C. iussit : « Oretenus significari, quod extra Curiam Romanam Referendariis uli Praelatis Papae et non Ecdosiae, nulla, inInilu Rcferendarialus, praecedentia competat ; neque cos uli posse habitu praelalitio, nisi alias fuerint Prolonoiarii ApostCilici ». Die 29 lanuarii 1686.

999. PRAGEN. (1779)

Archiepiscopns Sebasten. in partibus Infidelium, SuffraganeusEmi D. Card, de Sbarraoh Archiepiscopi Pragen., declarari postulavit: an ipsi uti Archiepiscopo supra Episcopum Lillomericen., praesentem in Civitate et Dioecesi Pragensi, praecedentia competeret?

El S. R. C.: « Ad Archiepiscopum uli Archiepiscopum maiorilate gradus supra Episcopum praecedentiam spectare» respondit. Die 29 lanuarii 1656.

4OOO. SIPONTINA. (1780)

Moniales S. Clarae el S. Benedicti Civitatis Sipontinae declarari petierunt: an earum Abbatissis liceat in Choro adhibere baculum episcopalem, eumdemque liceat, cum exponantur Abbatissarum earumdem cadavera, earum manibus aptari, vel prope apponi?

Et S. R. C. iussit: < Admoneatur Episcopus, ut huiusmodi abusum dirimat ». Die 29 lanuarii 4656.

1001. CAMERINEN. (1781)

Curator ruralis Terrae Malelicae Camerinen. Dioecesis supplicavit, ut S. C. Ordinario iniungere dignaretur, ne eum cogat ad inleressendum Processioni Corporis Christi , quae quotannis in Terra Malelicae solemniler peragitur.

El S. R. C., prout alias die 19 Decembris 1684: « Episcopo tunc Romae degenti oretenus sensum aperire iusserat, ne cogeret oratorem ; id eliam nunc literis Episcopo eidem repetendum duxit ». Die 29 lanuarii 1656.

1002. REG1EN. (1782)

R. P. D. Fidei Proinotor exhibuit S. C. oppositiones super Instantia Civium Regien. in Longobardia addendi in Litaniis Sanctorum invocationem el nomen S. Prosperi olim eorum Episcopi.

Et S. R. C. censuit « Nihil oratoribus indulgendum esse ». Die 29 lanuarii 1686.

1003. 1ANUEN. (1786)

Capitulum el Canonici Calhedralis lannen. exposuerunt, quandoque post canium Tertiae Archiepiscopum per horam accessum

ad Ecclesiam prorogare: quare dubitarunt, an ab ipsis intuitu huiusmodi temporis interpositionis inter Horam Tertiam el Missam conventualem, foret, vel ne terminandum Officium cum recitatione Orationis Dominicae, vel anliphonae et Orationis B. M. V.?

Et S. R. C.: « Nullatenus eo casu Officium terminari debere ». Die 18 Martii 16S6.

1004. POTENTINA. (1787)

Magister Caeremoniarum Cathedralis Ecclesiae 1'olenlinae S. R. C. postulavit: num quotiescumque Canonicorum numerus dispar fuerit, cum Canonico seniori in processionibus, quibus pari et uniformi habitu induti intersunt, incedere teneatur?

El S. R. C. « Affirmative respondii, idqne Ordinario, ne secus servari permittat, sedulo iniungil ». Die 18 Marlii 1650.

1005. CASSANEN. (1790)

Eïîio et Rmo Diio Card. Sacchello referente S. R. C. iu causa Cassanen. iuris peragendi Processiones vertente inter utrasque parochiales Ecclesias Terrae Saracenae Cassanen. Dioecesis, declaravit: « Decretum ultimo loco emanatum quoad licentiam petendam a Parocho, intra cuius Parochiae limites ducenda est Processio, non comprehendere Processiones, quae fiunt in Festo et Dominica infra octavam SS. Corporis Christi ». Die 8 Aprilis 1050.

1OOG. EPHES1NA. (1792)

Archiepiscopus Ephesinus a S. R. C. declarari postulavit: num Archiepiscopi titulares in aliena Dioecesi existantes praeferri debeant Episcopis, el Archiepiscopis consecratione limioribus, nec non aliis Episcopali charactere senioribus, sed gradu Archiépiscopal! posterioribus, ul pula ad Ecclesiam Archiepiscopalem post ipsius oratoris ordinationem translatis?

El EE. PP. praedictae Congregationi praepositi, ad relationem Emi I). Card. Azzoliui, «Affirmative responderunt, extra tamen Ecclesiae ambitum, intra quam Ordinario privative quoad omnes Episcopos el Archiepiscopus eliam seniores, praecedentia compelli ». Die 8 Aprilis 1G5G.

1007. HYDRUNTINA. (1793)

Vicarius Capitularis Hydruulinae Ecclesiae declarari postulavit: num ipsi liceret Mtlile episcopale, in quo Archiepiscopus concione- auditurus sedere consuevit, el in quo etiam Vicarius Archiepiscopi, eo absente, sedere solet, occupare?

Et S. R. C. respondii: « Neque ipsi neque Vicario Episcopi in sedili huiusmodi sedere licitum ». Die 8 Aprilis 1G5G.

1008. MEDIOLANEN. (1794)

Archiepiscopus Mediolanen. declarari postulavit, non licere Regularibus, nisi do licentia Ordinarii exponere SS. Eucharistiae Sacramenlum.

Et S. R. C. inssit: « Oratori facultatem attribui, ul eliam auctoritate Congregationis contra inobedienlus procedat ». Die 8 Aprilis 1G5G.

1009. THELESINA. (1796)

Referente Emo et Rmo I). Card. Franciolto,

S. R. C. declaravit: « Canonicos Cathedralis non posse Fratribus Conventualibus neque aliis delegare ius deferendi Crucem in funeralibus, in praeiudicium Canonicorum Collegialae loci Cerreli Thelesinae Dioecesis ». Die 8 Aprilis 1656.

1010. URBIS. (1797)

Relatus fuit abusus ihurificandi Poenilenliarios existantes in eorum confessionariis, duobus solemntoribus anni Solemnilalibns per Sacrislam colla indutum, in Basilica Vaticana, quem Sacra Visitationis Congregatio ad S. R. C. dirimendum dimisit.

El S. R. C. respondii: « Extra Chorum cxistentium neminem thurilicari debere: ideoque abusum praedictum tollendum imperavit ». Die 8 Aprilis 1656.

1011. ALEXANDRINA. (1798)

Institerunt Civitatis Alexandrinae Decuriones ipsis thuris praerogativam debitam adiudicari immediate post Canonicos, eliam in Calhedrali Ecclesia, licel hactenus secus servatum fuisset.

El S. R. C.: « Episcopo iniungendum imperavit ut post Clerum tantum, oratores thurificari mandaret ». Die 10 Iunii 1656.

1012. FULGINATEN. (1800)

Magistratus Fulginaten. Civitatis S. R. C. exposuit, elapsis annis pannum viridem pro ornatu sedilis, quo in Calhedrali Ecclesia Divinis inleressendo utitur, in rubrum commutasse, petiilque ei indulgere, ut eumdem colorem in posterum adhibere posset.

El S. R. C.: « In pristinum cuncta restitui mandavit ». Die 10 Iunii 1656,

1013. LUBECEN. (1802)

Episcopus Lubecen. exposuit, hactenus, eo absente vel impedito, functiones quas ipse in Calhedrali celebrare mos est, Episcopo Pelinen., quo idem utitur uti Vicarius in spiritualibus, delegare consuevisse, quandoque tamen reclamantibus Dignitatibus eiusdem Ecclesiae, qui praetendunt ad eos huiusmodi functiones eo casu spectare; peliilque a S. R. C. declarari potuisse ac. posse Ordinarium, cui libuerit, digniori tamen Dignitatibus ipsis, Ecclesiae functiones episcopales commendare.

EIS. R. C.: * Id quidem intelligendum, respondii, de muniis pontificalibus, quae a Dignitatibus et Capitularibus impleri nequeunt: secus de iis quae a Dignitatibus et Capitularibus ipsis impleri possunt, alteri licel digniori, demandare in praeiudicium Dignitatum aliorumque Capitulai ium, Episcopo non licere ». Dic 10 Iunii 1(550.

1014. LUBECEN. (1803)

Episcopus Lubecen. a S. R. C. declarari postulavit, num possit ipse cogere Dignitates, ul ei, absentibus Diaconis et Presbyteris Canonicis, in munere Diaconi assistentis inserviant?

Et S. R. C.: * Affirmative » respondii. Die 10 Iunii 1056.

1015. PLACENTINA. (1806)

Episcopus Placentinus S. R. C. exposuit, antiqua Ecclesiae Placentinae consuetudine abolita, Canonicorum accessum ad Missam pontificalem celebrandam , el eorumdem consessum eius lateri proximum ad praescriptum Caeremonialis ordinasse: ea quidem a S. C. approbari postulans.

Et S. R. C.: * Suprafjiclam praxim caeremoniarum, iuxla Caeremonialis dispositionem, in cius Calhedrali inductam nedum approbavit, sed eiusdem Episcopi zelum el Canonicorum erga Sacros Romanae Ecclesiae Ritus singularem religionem plurimum commendavit : eosdemque, ut antiquis consuetudinibus, si quae supersum, a Placentina Ecclesia revocatis, integram Caeremonialis Episcoporum observantiam amplectantur, in Domino hortatur, ac, ne semel amplexam dimittant, obstringit ». Die 10 Iunii 1656.

1016. SIPONTINA. (1809)

Supplicarunt Moniales S. Clarae Civitatis Manlredoniae prohiberi aliis Monialibus eiusdem Civitatis usum baculi pastoralis, ac in Imaginibus S. Clarae pingere pastorale, prout ipsis oratricibus vetitum fuit Decreto S. C. dato die 29 Ianuarii praeseniis anni.

Et S. R. C. iussil: < Episcopo iniungi, ul cum celeris eliam Monialibus Decretum S. C. exequatur ». Die 10 Iunii 1656.

10(7. FESULANA. (1810)

Institit Fesulanus Episcopus declarari, num occurrente Festo S. Romuli Protectoris Civitatis in octava SS. Apostolorum Petri el Pauli die Dominica, in Oflicio et Missa sil recitanda nona lectio de Romilia, et legendum ultimum Evangelium Dominicae vel octavae, cum alias in eadem Ecclesia, non occurrente tali Festo in Dominica, consueverit recitari et legi Homilia et Evangelium ultimum de octava.

Insuper: an occurrente die S. Marci infra octavam Resurrectionis, in Processionibus Rogationum sil adhibendus color violaceus in sacris indumentis?

Et S. R. C. iussil, oretenus Agenti praefati oratoris responderi: < In Oflicio et Missa respective recitandam Homiliam el legendum Evangelium Dominicae; de octava vero eliam non occurrente in Dominica fieri debere Commemorationem tantum; el in supplicatione Rogationum semper quocumque tempore adhibendum esse colorem violaceum ». Die 3 Ianuarii 1657.

1018. SURRENTINA. (1812)

Patres Thealini supplicarunt, iniungeretur Archiepiscopo, ne consuetudinem a mullis annis inductam exponendi SS. Sacramenlum novem diebus Nativitatem Domini praecedentibus, vellet abrogatam, illi non assenlicndo.

Al S. R. C. respondii: « Nullatenus Regularibus licere exponere SS. Sacramenlum, nisi de licentia Episcopi ». Die 3 Ianuarii 1657.

1019. ANDRIEN. (1813)

Confralornitas laicorum SSmi Sacramenti in Collegiata Ecclesia S. Nicolai Civitatis Andrien. exposuit, hactenus ante Decreta S. C. super delatione unicae Crucis in funeribus, consuevisse per Confratres deferri ultra Ciucem Parochi, proprium Crucifixum, qui est in maxima devotione populi, el supplicavit ipsi facultatem attribui antiquam consuetudinem reassumendi, el in posterum retinendi:

S. IL C. iussit: < Servari Décréta ». Die 10 Martii 1657.

1020. BITUNTINA. (1814)

Instante Coadiulore Arcliidiaconi primae Dignitatis Bitunlinae Calhedralis:

S. R. C., ut alias in similibus censuil el declaravit: < Functiones quascumque cl munia, absente, impedito, vel recusante Episcopo, ad primam Dignitatem spectantia, ea absente vel impedita ad ipsius Coadiulorem privative quoad celeras Dignitates perlinere ». Die 10 Martii 1607.

1021. LUCANA. (1815)

Capitulo Calhedralis Lucanae petenti: an Presbyter assistens, Diaconus el Subdiaconus, Cappellani Bénéficiai! in distributionibus candelarum, cinerum el palmarum celebranti Canonico ministrantes, dum idem mitratus Clero praedicta attribuit, cooperio vel obducto capite stare debeant: et an Cappellani Bénéficiai! praedicti teneantur feretrum cum cadavere Episcopi defuncti deferre, el possint ad id praestandum a Capitulo compelli?

S. 11. C. respondit: « Presbyterum assistentem, Diaconum el Subdiaconum, Cappellanos Beneliciatos Canonico cum mitra, candelas, cineres el palmas distribuenti semper debere assistere stantes, discooperio capite. Ad feretrum vero cum cadavere Episcopi defuncti deferendum Cappellanos Bénéficiâtes nedum teneri, sed a Capitulo opportunis remediis compelli posse ». Die 10 Martii 1657.

1022. PLACENTINA. (1816)

Guardianus S. Mariae do Campania Placentiae petiit facultatem celebrandi Missam solemnem de Annuntiatione B. M. V., licet huiusmodi festum occurral in Domini· ;» Palmarum, ratione concursus:

El S. R. C. iussil: «Servari Rubricas, el negative oratori responderi ». Die 16 Martii 1657.

1023. SEGUNT1NA. (1817)

Episcopus Seguntinus tria dubia declarari postulavit, scilicet:

1. An allenlo quod ipse possit cogere Canonicos el Clerum Calhedralis ad sumendam e< cius manibus Feria V in Coena Domini infra Missarum solemnia sacram Communionem, possit similiter cogere quoscumque Sacerdotes ipsi oratori in benedictione ■sacrorum Oleorum ministrantes?

El S. IL C. respondit: « Posse, et debere cogere etiam praedictos ».

2. An attenta contraria Seguntinae Ecclesiae consuetudine, possit tolerare in diebus fecialibus infra tempus Paschale ul omittatur in Choro Oflicium parvum B. M. V.?

El S. 11. C. respondit: « Non obstante qualibet contraria consuetudine, servandam esse Constitutionem s. in. Pii PP. V ».

3. An sil toleranda consuetudo, ul Symbolum sub Organo allernatim moduletur?

El S. R. C. respondit: « Abusum huiusmodi minime tolerandum, sed omnino per Episcopum provideri ul integre el intelligibili voce Symbolum decantetur, ila ut a populo distincte audiri valeat ». Die 10 Martii 1657.

1021. MONOPOLITANA. (1822)

Porlionarii parochialis Ecclesiae S. Petri Monopolilanae Civitatis S. R. C. exposuerunt praetendi a Parocho, casu quo idem per se ipsum celebrare vel quaevis solemnia peragere nolit aut nequeat, capro arbitrio alteri demandare.

Et S. R. C. censuit: « Defectus Parochi in quibusvis solemniis el servitiis Ecclesiae praestandis supplendos esse per antiquiores Porlionarios, eaque privative quoad reliquos simplices Presbyteros eiusdem Ecclesiae ministerio addictos, ad Porlionarios oratores perlinere ». Die 9 Iunii 1657.

1025. MONOPOLITANA. (1823)

Capitulum Calhedralis Monopolilanae declarari postulavi! . num Episcopus cogere possii Canonicos, quos in via invenit, ut ipsum ad locum ad quem accedit, comitentur?

El S. R. C. respondit: < Canonicos laudandos esse, si iidem Episcopo huiusmodi obsequia praestent, sed non cogendos». Die 9 Iunu 1657.

1020. MONTIS REGALIS. (1824)

Augustinus Taddaeus Rector Ecclesiae parochialis B. M. V. de Plebe Cunei Dioecesis Montis Regalis Provinciae Taurinen. declarari postulavit: non potuisse nec posse Regulans quoscumque, etiam Societatislesu, exponere SSiiium Sacramentum in eorum Ecclesiis, nisi de licentia Parochi, intra cuius Parochiae limites sita est Regularis Ecclesia.

Et S. R. C. respondit: «Regularibus licentiam Epheopi satis esse ». Die 9 Iunii 1657.

1027. POLINIANEN. (1825)

Archidiaconus Calhedralis Polinianeu. S. C. supplicavit nt declararo dignaretur: an Vicanus Episcopi, in Sede separata a slallis choralibus sedere solitus, posset arbitrio slalluni in Choro petere?

El S. H. C. respondit: « Vicanum praeferendum esse Archidiacono : verum ubi idem consuevit sedere in Sede separata, eum pro arbitrio non posse slallum Archidiaconi occupare ». Die 9 lunii 165,7.

1028. RIPANA. (1826)

Episcopus Ripaniis exposuit : Magistratum eiusdem Civitatis, ex quo orator ipse eidem accedenti ad palatium Episcopale campanulas! pulsari vetuerit (qua numquam utitur, tametsi ea uterentur sui antecessores) abstineri ab accessu ad palatium el associatione Episcopi ad Ecclesiam.

Et S. II. C. respondit: « Episcopum non Cardinalem non debere uti campanula, coque casu quo Episcopus, ul decet, eam numquam adhibeat, iniuste Magistratum conqueri, et cogendum ad solita obsequia oratori praestanda ». Die 9 lunii 1657.

1029. TOLFAE. (1827)

Vicarius Tolfae S. C. supplicavit, dignaretur declarare, quod Fratres Mendicantes ((•neantur associare Processionem Rogationum in reditu usque ad Collegiatum Ecclesiam, el nullatenus valeant pro arbitrio ad eorum conventus redire.

El S. 11. C. « Nedum teneri Regulares ad associationem huiusmodi usque ad Collegialam, verum ad id praestandum cogi posse » respondit. Die 9 lunii 1657.

1030. TROPIEN. (1828)

Antonius de Alulys Tropien. institit, iniungi Vicario Capitulari, ul amoveat suspensionem a celebratione in Altari Cappellae eius patronatus positam a defuncto Episcopo, ex quo sub suppedaneo Altaris condita sint defunctorum cadavera.

El S. II. C. respondit: « Nihil ». Die 9 lunii 1657.

1031. EUGUBINA. (1830)

Ab Episcopo Eugubino S. R. C. denuncialum est, in Ecclesia S. Ubaldi sita extra Civitatis eiusdem moenia a Monachis baldachinum \bbatis erectum semper retineri, cum id S. C. Decreto prohibeatur, el Illibus tantum diebus festivis Abbati pontiücahler celebranti baldactiinum huiu-modi el Cathedram erigere indultum sil;

Eriii DD. eidem S. 11. C. praepositi < Episcopo Eugubino facultatem tribuerunt, ut auctoritate Congregationis baldachinum ab Ecclesia praedicta amoveri iubeat, et nisi Monachi paruerint, cos opportunis remediis compescat ». Die 30 lunii 1657.

1032. DUBIUM. (1834)

Inslilum fuit declarare dignarentur PP. Emi, an, attenta immemorabili, Praepositos alicuius Ecclesiae luta conscientia possil inter Missarum solemnia uti baculo et annuto, nec non pontificali more populo benedicere;

El S. R. C. respondit: < Non posse, nisi conslilo sibi de speciali Sedis Aposlolicae indullo ». Die 4 Augusti 1657.

1033. EUGUBINA. (1835)

In proxime praeterita Congregatione S. R. C. iussit, ul facultas tribueretur Episcopo Eugubino auctoritate Congregationis amoveri faciendi baldachinum el Sedem ab Ecclesia S. Ubaldi, si illa ultra 1res dies Canonicis Lateranensibus indultos, in praefata eorum Ecclesia reperta fuerint. At Canonicis Regularibus praedictis instantibus, ne facultas huiusmodi Episcopo Eugubino eorum adversario, sed Emo Legato Urbinaten. traderetur, literae Episcopo iam conscriptae minime transmissae fuerunt. Verum, re maturius discussa, l'P. iusserunt lileras iam conscriptas Procuratori Episcopi consignari, ul sil eius facultas amovendi cuius est praejudicium, si praedicta dielim in Ecclesia Regulari delineantur. Die 4 Augusti 1657.

1034. MONTIS REGALIS. (1837)

Capitulo el Canonicis Collegialae Ecclesiae S. lacobi de *Ucnc* Dioecesis Montis Regalis petentibus declarari:

1. An Parochus et Clerus Ecclesiae parocliiali Matrici addicti, sint praeferendi Capitulo et Canonicis Collegialae?

2. An Parochus Prolonotarius Aposlolicus uti possit Almutia?

3. An in Synodo Dioecesana Capitulum Collegialae sil Parocho Malricis Ecclesiae praeferendum?

4. An valida sit erectio Collegialae auctoritate Ordinalia, ob idque Collegiata auctoritate Aposlolica erecta videatur praeferenda antiquiori Collegialae, sed novissimis hisce temporibus erectae auctoritate Ordinaria?

S.R.C. responderi mandavit: Ad 1. «Capitulum et Canonicos Collegiatae Parocho Matricis Ecclesiae in omnibus praelationem habere ».

Ad 2. « Parochum uti Prolonotarium Almutia nullatenus uti posse ».

Ad 3. « In Synodo Canonicos Collegiatae praeferendos esse cuilibet Parocho etiam Matricis Ecclesiae eiusdem loci ».

Ad 4. « Erectionem Collegiatae auctorilate Ordinaria, cui saltem Auctoritas Apostolica minime accesserit, ulpole penitus nullam nequaquam sustineri: el Collegiatum canonice erectam ius praelationis acquisivisse super ceteris a die expeditionis Lileranim Aposlolicarum ». Et ita servari mandavit. Die 4 Augusti 1657.

1035. SANCTI MINIATI. (1838)

Capitulum el Canonici Castri Franci Dioecesis S. Miniati declarari postularunt: an Crucem propriam adhibere valeant in funeralibus cadaverum, quae humanda deferuntur ad Ecclesias Regularium?

Et S. R. C. « Affirmative respondit, videlicet usque ad portam Ecclesiae Regularis lanium ». Die *i* Augusti 1657.

1036. ANDR1EN. (1840)

Capitulum Collegiatae Ecclesiae S. Nicolai Civitatis Andrien. institit declarari, nullatenus teneatur intéresse Processioni, quae de II. Virgine de Monte Carmelo ab Ecclesia Calhedrali quotannis celebratur.

El S. R. C. < Nedum instantiam oratorum admisit, sed nullo sub praetextu huiusmodi Processioni, vel aliis quibuscumque solemnilalis eiusdem actibus, quae a Cathedral: celebrantur, cogi potuisse, declaravit, el in posterum minime cogendos esse » decrevit. Die 15 Septembris 1657.

1037. FIRMANA. (1841)

Dignitates, Canonici el Coadiulores Metropolitanae Ecclesiae Firmanae S. R.C. consuluerunt, quaenam inter ipsos praelationis disciplina servanda foret, pacem, divinae votis imperio ecclesiasticis viris potissimum relidam el commendatam, alias amittere metuentes st quempiam suo iure eos fraudare contingeret.

Sacra Riluum Congregatio Ecclesiarum omnium stabiliendae caritati praesertim addicta, et pari sludio sollicita, declaravit: « Coadiulori etiam primae Dignitatis qual· racumque clausulam in literis Aposlolicisi expre-sam minime suffragari, quin ipse ultimae Dignitati, tametsi annuali, digniorem locum deferre teneatur, tum praesente tum absente Coadiuto, cuius tamen vicibus in obeundis muneribus, quae spectant ad ipsum Coadiulum, privative etiam quoad Dignitates reliquas, ius illaesum Coadiulori servavit, prout aliarum Dignitatum insignia, sacraque indumenta ipsimel Coadiulori, et supra Canonicos omnes in quibuscumque actibus locum deberi » decrevit. Die 15 Septembris 1657.

1038. SARSINATEN. (1845)

Francisco Fabiano Canonico Poenitentiario, el olim Canonico Subdiacono eiusdem Calhedralis Ecclesiae Sarsinalen. petenti: an Canonicis Presbyteris, qui Canonicalum adepti sunt postquam ipse orator praebenda Subdiaconali poliretur, de nova tandem Presbylerali el Poenilenliali provisus, idem praeferendus videatur?

S. R. C. respondit: « Eum retinere debere locum possessionis novae praebendae, Subdiaconalis nullatenus attenta possessione ». Die 15 Septembris 1657.

1039. SEGUNTINA. (1846)

Episcopus Segunlinus declarari supplicavit: an etiam Sacerdotes, qui non sunt de gremio Calhedralis Ecclesiae, vocali tamen ad ministrandum in consecratione sacrorum Oleorum Feria V in Coena Domini, teneantur e manu Episcopi sacram Communionem inter Missarum solemnia sumere?

El S. R. C. censuil: « Sacerdotes etiam praedictos teneri sacram Eucharistiam accipere e manu Episcopi celebrantis ». Die 15 Septembris 1657.

1010. NERITONEN. (1851)

Canonici Calhedralis Nerilonen. S. R. C. supplicarunt eis indulged, ul Anniversaria defunctorum, ul hactenus ex permissione Episcoporum egerunt, possint in posterum feriis secundis cuiuslibet hebdomadae, licet a Testatoribus certis diebus assignata, absolvere?

El S. R. C. respondit: « Tuta conscientia nullatenus potuisse nec posse huiusmodi consuetudinem inducere et relinere ». Die 17 Novembris 1657.

1041. SEGUNTINA. (1852)

Instante Episcopo Seguntino, S. R. C. declaravit: < Feria V in Coena Domini eos Presbyteros ac Diaconos, qui sacris indumentis amicti in consecratione sacrorum

Oleorum ministrant, tametsi iidem non fuerint de gremio Calhedralis, in Communione aliisque actibus praeferendos esse reliquis Sacerdotibus ac Diaconis, qui sacris nullatenus induti, de gremio tamen Calhedralis exislunl ». Die 17 Novembris 1657.

1042. BAREN. (1854)

Capitulum Collegiatae Ecclesiae loci Terlicii Nullius Dioecesis Provinciae Baren, supplicavit ul S. C. declarare dignaretur:

1. An Canonici Collegiatae, attenta immemorabili consuetudine, possint in Ecclesiis Regularium super defunctorum cadaveribus absolutionis caeremoniam peragere, ac tertia dic ab humatione cadaverum ibidem valeant exequias celebrare?

2. An Regulares, sine licentia vel praesentia Parochi, possint a domibus defunctorum cadavera extrahere ad eorum Regularium Ecclesias deferenda?

El S. R. C. iussit:

Ad 1. < Dari Decreta quibus alias firmatum exlitil in Regularium Ecclesiis, qualibet in conti arium non obstante inducta consuetudine, ipsis tantum assenlienlibus, Clerum Saecularem posse absolutionem el Missas defunctorum huiusmodi celebrare ».

Ad 2. « Regularibus non licere cadavera e domibus defunctorum extrahere nisi de licentia Parochi ». Die 1 Decembris 1657.

1043. FIRMANA. (1855)

Archipresbyter insignis Collegiatae Civitatis Novae Firmanae Dioecesis declarari postulavit, licere Sacerdoti deferenti in Processione Sanctorum Reliquias tecto capile incedere.

El S. R. C. « Negative respondit: scilicet sine bireto eas a Sacerdotibus quavis Dignitate fulgentibus deferendas esse ». Die 1 Decembçis 1657.

1014. AESERNIEN. (1856)

Vicario Generali Aesernien. postulanti, an prima Dignitas Calhedralis, post Pontificalem, Missarum solemnia in Dominicis peractura teneatur Chorum aspergere?

S. R. C. respondit: « Afiirmalive imo ad haec etiam cogendam esse Dignitatem praedictam, qualenus ipsa debeat successive Missarum solemnia persolvere ». Die 1 Decembris 1657.

1045. PRAGEN. (1857)

Archiepiscopus Scbaslen. SulTraganeus Pragensis exposuit, ei a Dignitatibus Metropolitanae in aliquibus praecedentiam controvert!.

El S. R. C. : < Archiepiscopo titulari, aeque ac Archiepiscopo de residentia, praelationem et obsequia deberi, respondit. Siquidem, etsi diversae sini sedium sortes, tamen Praesulum iura semper eadem permanent, licet enim possint Catholicae Religionis hostes non habitui, sed aclui tantum potestatis el jurisdictionis vim inferre, qua Episcopalis Dignitas fraudatur sed non minuitur; propterea Archiepiscopum oratorem celeris Dignitatibus Archiépiscopal! inferioribus ubique el in omnibus praeferendum esse » declaravit. Die 1 Decembris 1657.

104G. LEODIEN. (1859)

Ioannes Antonius Episcopus Dionjsiensis Suffraganeus Episcopi Leodiensis a S. R. C. declarari postulavit : an ipsi Episcopo Suffraganeo. vel Praeposito el Decano, primis Ecclesiae Calhedralis Leodien. Dignitatibus, praecedentia competat?

El S. R. C. : < Episcopo titulari, aeque ac Episcopo de residentia, praelationem et obsequia deberi respondit. Siquidem etsi divisae sint sedium sortes, tamen Praesulum iura semper eadem permanent, licet enim ossint Catholicae Religionis hostes non abitui, sed aclui tantum potestatis el jurisdictionis vim inferre, qua Episcopalis Dignitas fraudatur sed non minuitur ; propterea Episcopum oratorem ceteris omnibus Dignitatibus Episcopali inferioribus ubique el iu omnibus praeferendum esse » declaravit. Die 1 Decembris 1657.

1047. MEDIOLANEN. (1860)

Die 5 Ianuarii 1658, Vigilia Epiphaniae. Absolutis Vesperis in Cappella Palalii Quirinalis Eiiiis PP. S. R. C. praepositis in aula Paramontorum congregatis, postquam ex ea SSntUS discesserat, Lilerae Archiepiscopi Mediolanensis ad eamdem S. C. direclae relatae sunt, quibus percipiebatur Principem Trivultium eidem Archiepiscopo postulasse, ut ei in Ecclesia munus traditionis habitus aurei velleris expleturo, baldachino uti permitteret.

El praefati Eiiii DD. « Praedicti Principis instantiis nullatenus annuendum esse consuerunt, ac Archiepiscopo rescribi iusserunt, baldachinum in Ecclesiis, Oratoriis, aliisque Sacris quibusvis locis, cuicumque praedicta peragenti non competere ». Die 26 Ianuarii 1658.

1048. CA1ETANA. (1861)

Canonicis Ecclesiae Calhedralis Caielanae instantibus, S. R. C. ad tria dubia proposita ul infra responderi mandavit.

< Iusdeferendi Venerabile Sacramentum el Reliquias in Processionibus spectare ad Hebdomadarium, Missarum solemnia perneturum past supplicationem, vel qui immediato ante supplicationem eadem pergerit, privative quoad reliquos eliam Dignitates el seniores Canonicos, tam absente quam nolente Episcopo praedicta munia subire. Et non licere Episcopo pervertere vel immutare ritum Processionum praescriptum a Caeremoniali el Rituali Romano, neque de consensu Capituli ». Die 26 lanuarii 1658.

1049. CONCHEN. (1802)

Ad dubia per Caeremoniarum Magistrum Calhedralis Conchen. in S. R. C. exhibita,

Emi Patres responderi iusserunl:

1. < Episcopum in Processione Corporis Christi a privata populi benedictione cessaro debere ».

2. < Quoad baculi usum, eliam in Processionibus SS. Sacramenti servandum esse Caeremoniale Episcoporum, lib. 1, c. 17 ».

3. < In Ordinationibus quae fiunt Sabbato qualuor temporum, tametsi occurrat aliquod Festum duplex, Missam celebrari debere de Feria cum Oratione pro Ordinandis, el reliquis Suffragiis sine commemoratione Sancti currentis ».

4. « In Missa Ordinationum praedicta, etiamsi occurrat Festum duplex, facienda consueta Suffragia; el Missam, prout iacet, ac si non esset Festum duplex, celebrandam ». Die 26 lanuarii 1658.

1050. AESERNIEN. (1863)

Vicarius Aesernien. declarari supplicavit: an prima Dignilas, absento Episcopo, cantatura nonam Lectionem, petendo benedictionem teneatur dicere: *lube Domine,* vel *Domne ï*

El S. R. C. * Procuratorem orelenus admoneri mssil, quod prima Dignitas praedicta in casu proposito teneatur dicere *lube Domne ».* Die 26 lanuarii 1658.

1051. NEAPOLITANA. (1864)

Nonnulli Episcopi Neapoli degentes prohiberi supplicarunt Vicario Generali Archiepiscopi Neapolitani usum sumendi paramenia ex Altari, plurium inservientium, bugiae el qualuor candelarum in Missae celebratione.

El S. R. C. iussil: « Li teras ad Archiepiscopum praedictum, alias hac in re directas, ilerum rescribi, aut eius Agenti significari sensum Congregationis esse ul idem Emus faciat Vicarium a praedictis abstinere». Dic 26 lanuarii 1658.

1052. SURRENTINA. (186ÎS)

Archiepiscopus Surrentinus declarari postulavit : an a Celebrante vel prima Dignitate sint apud Altare accipiendae oblationes mtorlitiorum el Calicis, quae fiunt a Magistratu in praecipuis Sanctorum solemnilalibus?

El S. R. C. respondil : « Accipiendas esse a Celebrante ad Offertorium, vel Missa absoluta: extra vero Missarum solemnia, a prima Dignitate, vel digniore Ecclesiae Presbytero praesente ». Die 26 lanuarii 1658.

1053. TRANEN. (1866)

Archiepiscopus Nazarenus institit declarari : quinam locus ei competat in Ecclesiis Saecularibus el Regularibus Baroli, si eum inleresse contigerit concionibus, praesente Vicario Archiepiscopi Tranen. Ordinant;

El S. R. C. respondil: «Archiepiscopo Nazareno oratori extra Ecclesiam ei in Cathedralem assignatam, sine tamen baldachino, competere locum digniorem magis ornatum, el separatum a loco Vicarii Generalis ». Die 26 lanuarii 1658.

1054. VRADISLAVIEN. (1867)

Episcopus Vradislavien. exposuit ex capitularibus 1res in eius Galhedrali nunc reperiri, qui Episcopali Dignitate in partibus infidelium sunt insigniti: Episcopum Spingensem, qui Decanalus Dignitatem simul obtinet; Episcopum SulTraganeum, qui Praebenda Canonical! gaudet ; el Praepositum cui nuper collatus est Episcopatus in partibus. Quare, attento quod SulTraganeus nisi sit Canonicus, locum non habeat in Capitulo, verum si fuerit Canonicus, inibi sedeat loco digniori, ac sententiam et suffragium ferat loco Miae receptionis in Canonicalum; S. C. supplicavit, dignaretur declarare : quaenam ratio in sessionibus capitularibus inter praedictos habenda sit?

El S. R. C. respondil: « Suffraganeum Canonicum, necnon Dignitates Capilulares, vel Praebendas Canonicales oblinentes, iuxla Ordinum gradus vel promotionis ad Ordinem Pontificalem m sessionibus huiusmodi, lo-

cum occupare debere supra ceteras Dignitates, el reliquos Canonicos eiusdem Ecclesiae ; sed loco suae admissionis ad possessionem Dignitatum Capitularium, vel Canonicaluum, sententiam et suffragium dare debere ». Die 26 Ianuarii 1658.

1055. RAGUSINA. (1873)

Archiepiscopus Ragusinus declarati peliil quo ordine, el quando a prima Dignitate sil eidem administrandus Liber?

Et S. R. C. respondil: « Servandum esse Caeremoniale, el primam Dignitatem non teneri ad substinendum Librum Episcopo Divina peragenti ponlificaliter el in cantu, nisi quando Episcopus aliqua canit, non autem quando inter Pontificalia solemnia aliquid legit ; tunc enim huiusmodi onus spectat ad Cappellanum ». Die 16 Martii 1658.

1056. RAGUSINA. (1874)

Capitulo el Canonicis Ragusinae Calhedralis instantibus, ad infrascripta dubia S. II. C. respondil :

I. « Archiepiscopi titulum in petitionibus benedictionum, in instantiis admissionis Ordinandorum, el publicatione Indulgentiarum, non debere extendi ultra expressum in Pontificali et Caeremoniali ; Diaconos assistentes non teneri, imo non debere inservire Archiepiscopo de bugia, seu candela; sed eam esso administrandam per Cappellanum, el non posse cogi Canonicos ad inserviendum Archiepiscopo in Missis privati praeter consuetudinem ».

2. «Canonicos non indutos canonicalibus indumentis non teneri ad praestandam assislentiam Archiepiscopo; imo contra ritum praestari ».

3. « Canonicos debere expeclare adventum Archiepiscopi, nec posse inchoare solemnia, quibus ipse intéressé velit, si adhuc non pervenerit ; sed Archiepiscopum oportere esse, discretum, ne alias urgeat necessitas consulendi gravi Canonicorum incommodo ». Dio 16 Martii 1658.

1057. VERCELLEN. (1877)

Vicarius Capitularis Biellae Vercellen. Dioecesis S. R. C. supplicavit, declarare dignaretur quinam locus ei debeatur in Processione Corporis Chi isti: an videlicet immediate ante vel post baldachinum?

Et S. R. C. respondil: « Vicario Capitulari locum competere tam in Choro quam in Processionibus a sinistris primae Dignitatis; vel, prima Dignitalo deferente SS. Sacramenlum, a sinislris primi et dignioris Canonici repraesentantis Capitulum ». Die 16 Martii 1658.

1058. ALATRINA. (1878)

S. R. C. ad evellenda ex imo dissensionum semina, quae praesertim non sine gravi scandalo inter personas ecclesiasticas excitantur : « Quavis contraria consuetudine non obstante, quam simul improbat, mandat ul in posterum quaecumque Vesperarum, Missarum el Processionum, nec non candelarum, cinerum et palmarum benedictionum Officia seu solemnia, alternative per hebdomadas inter Abbatem et Archipresbylerum S. Mariae de Turri Alalrinae Dioecesis inconcusse servata, privative quoad alium spectent ad illum, qui tunc erit Hebdomadarius, isque in huiusmodi exercitio, nec non eorum quilibet in reliquis, quae ad eos peculiariter secundum expresse disjxjsila per Visitatorem Aposlolicum anno 1581, vel alias a consuetudine legitime inducta aut ab Ordinariis pro tempore olim imperata, alteri praeieratur. Extra vero exercitium praedictorum posterior Ordine Presbyteratus antiquiori deferat, el ambo in vinculo caritatis Domino famulentur ». Die 6 Aprilis 1088.

1059. CONVERSANA. (1879)

Moniales S. Cosmae pro eorum quiete repetitis precibus S. R. C. supplicarunt, ul declarare dignaretur : quaenam inter eas praelationis ratio habenda foret;

El S. R. C. respondil : « Quamlibet ipsarum Monialium alteri praeferendam, ratione lanium anterioris et antiquioris emissae Professionis, nullatenus attento quod aliae fuerint seniores aetate et priores in loco ». Die G Aprilis 1658.

1000. F0R0LIV1EN. (1880)

Exposuerunt Capitulum el Canonici Cathedralis Foroliviensis, Magistratum, post editum contra eum Decretum S. C. super iure praecedendi favore ipsorum oratorum, ab accessu ad Ecclesiam prorsus abstinuisse: supplicarunt proplerea, ut idem Magistratus compellatur ad consueta obsequia Cathedral! praestanda.

Et S. R. C. iussit: «Secretario Sacrao Consultae curam demandari, ut praedictum Magistratum ad consueta el debita obsequia Calhedrali praestanda accodere cogat ». Die 0 Aprilis 1658.

1061. FUNDANA. (1881)

Exjwsuerunt Capitulum Calhedralis, nec non Indices et populus Fundanae Civitatis, modernum Episcopum sibi in animum induxisse transferendi patronatum Civitatis, quem ab anno 1215 semper extilisse ferunt, penes Sanctum Honoratum Abbatem, in S. Soterum Pont, et Mart., repetentes ne quid innovari S. eadem C. in re tanti momenti permittat.

Et Emi PP. eidem Congregationi praepositi baud haesitarunt : < Non posse ab Ordinario ignorari, quod nullatenus liceat electionem S. Patroni a populis olim habitam de consensu Cleri et Episcopi, el vel ab Aposlolica Sede approbatam, aut legitimi temporis observatione munitam immulari. Ha nihil aliud Episcopo Fundano iniungendum duxerunt, nisi ul is ad antiqui et emerilissimi quidem Patroni Sancti Honorati Abbatis obsequium, qua par est optimi Praesulis religione, corda subditae sibi geniis inflammet ». Die G Aprilis 1658.

1062. MESSANEN. (1882)

Canonicis Coadiutoribus Calhedralis Messanen. petentibus declarari, an ipsis competat locus in Choro praesentibus Coadiulis;

S. B. C., ad relationem Emi Card. Aldobrandini, responderi mandavit : < Licere Coadiutoribus, etiam praesentibus Coadiulis, Divinis in Choro intéresse, sed veris Canonicis digniorem locum deferre, iisdemque supervenientibus slallum dimittere: el si Sedes sufficiant tantum veris Canonicis, omnibus iisdem praesentibus vel supervenientibus, a Choro discedere Coadiutorcs teneri ». Die 6 Aprilis 1658.

1063. SANCTI MINIATI. (188G)

Institerunt Fratres Min. Observ. S. Francisci Conventus S. Romani Castri Franci Dioecesis S. Miniati, nc quid S. C. innovari permitteret circa consuetudinem in favorem Regularium in Tuscia inductam, ul sub Regulari lanium Cruce eliam Clerus Saecularis incedat in funeralibus cadaverum quae sepelienda deferuntur ad Regulares Ecclesias.

Al S. R. C. iussil: < Decretum emanatum, sub die 't Augusti 1657, in favorem Capituli el Canonicorum Collegiatae eiusdem loci omnino servari ». Die 6 Aprilis 1658.

1064. CAIETANA. (1890)

Exposuil Episcopus Caielanus ipsum, iuxta praecepta eius antecessoris, alias praecepisse Reliquias S. Erasmi Protectoris Civitatis in generalibus Processionibus deferri solitas, in Ecclesia ad quam Processiones diriguntur reponi non debere, inde ad Cathedralem postea privalim reportandas; sed pristino et consueto loco cum eadem Processione restitui : insuper Canonicis imperasse, ut in Missa Conventual! Celebranti in Officio Diaconi el Subdiaconi famularentur; sed eius praeceptis nullatenus, quae debe-rentur, obsequia praestari.

Et EmiPP. S. R. C. praepositi: < Eidem Episcopo iniungi mandarunt, ut auctoritate eliam S. C. eius praecepta debitae execution! mandari curet ». Die 8 Iunii 1658.

1065. FOROLIVIEN. (1892)

Magistratus el Conservatores Forolivienses ad S. R. C. denuo confugerunt, ul eadem S. C. moderare, aut saltem suspendere dignaretur, Decretum ab ea contra oratores evulgatum in favorem Capituli ct Canonicorum Calhedralis eiusdem Civitatis.

El Eihi PP.: « Praedictum Decretum debitae execution! demandari, illique, qua par est reverentia, oratores parere debere» mandarunt. Die 8 Iunii 1658.

1066. INTERAMNEN. (1893)

In controversia iuris praecedendi olim coram b. m. Card. Rapacciolo Episcopo, el novissime in S. R. C. excitata, et vertente inter Rectores Ecclesiarum et Bénéficiâtes Interamnen.

S. R. C., auditis el mature perpensis iuribus hinc inde deductis, el a moderno Episcopo ad eamdem transmissis, declaravit: < Penes Capitulum Calhedralis, cum in Choro tum in Processionibus, locum deberi Beneficiatis uti de gremio Calhedralis eiusdem a Capitulo inseparabilibus, quibuscumque in contrarium Rectoribus minime suffragantibus ». Dic 8 Iunii 1658.

1067. LUCERINA. (1894)

Fratres Minores Observantiae S. Francisci Civitatis Luceriae, qui, cesso Fratribus Reformatis antiquiori Conventu S. Salvatoris, in alterum recenlioris erectionis sub nomine Pietatis se receperunt, eis praecedentiam controvert! a dictis Reformatis exposuerunt, ex quo his antiquior Conventus fuerit assignatus.

At Emi PP. S. R. C. praepositi : < Praelationem non ab antiquitate erectionis Conventus, sed ab incolatu Familiae cuiuscumque Ordinis desumendam esse, iuxta dispo-

sila per s. m. Gregorian XIII, declararunt, et proplerea Fratribus Minoribus de Observantia, uti antiquioribus in loco, praecedentiam super Reformatos Luceriae deberi », decreverant. Oie 8 Iunii 1058.

LOGS. MONOPOL1TANA. (189G)

Canonici Calhedralis Ecclesiae Monopolilanae a S. R. C. declarari petierunt, an, absentibus vel impeditis Episcopo ac primis duabus Dignitatibus, nempe Archidiacono el Archipresbytero, Vesperarum el Missarum solemnia spectent ad Hebdomadarium, seu antiquiorem diclae Ecclesiae Canonicum, an vero ad Primicerios, qui Chori directioni el assislenliae addicti, inter Dignitates numerantur?

El S. R. C., inhaerendo Decreto alias super hac re edito die G Septembris 1603, « Praedictos Primicerios a Chori assistentia el directione non esse dimovendos, el ad Canonicos immediate digniores, post praefatos Primicerios, Vesperarum et Missarum solemnia spectare declaravit, ac ul unusquisque proprio muneri incumbat ». Et ita in casu praedicto omnino servari mandavit. Die 8 Iunii 1658.

1069. SENEN. (1899)

Petentibus Episcopis SulTraganeis declarari, quaenam ratio habenda sit inter ipsos et Archiepiscopum, cum simul in Metropolitana Divinis inlerfuluri conveniunt, et ge nuilexi preces effundunt anle Altare SSmi Sacramenti et Aram maximam?

S. R. C. respondit: « Archiepiscopum oportere genufleclere et incedere digniori quidem loco, sed in linea cum SulTraganeis, Archiepiscopum scilicet super faldistorio, el SulTragancos super pulvinaribus hinc inde. At si loco faldislorii Archiepiscopus adhibeat genufiexorium commune, poterunt Snffraganei, si idem capax fuerit, super eodem hinc inde pariter genuileclere ». El ita servari mandavit. Die 8 Iunii 1658.

(070. TRIVENTINA. (1901)

Vicarius Capitularis Civitatis Triventinae S. R. C. supplicavit, Regularibus el Confralernilatibus iniungi ut in Processionibus inibi habendis simul in Calhedralem conveniant; nec in viis prope eorum Ecclesias consistere audeant, sed ad eamdem Ecclesiam Calhedralem redeant.

El S. R. C.: «Vicario scribi mandavit, ul curet servari Decreta S. C., quod scilicet Processiones comitantes, quo conveniunt eo debeant redire ». Die 8 Iunii 1688.

1071. VRATISLAVIEN. (1902)

Ioannes Balthassar Liesp Episcopus Nicopolitanus, et Ecclesiae Vralislaviensis Suffraganeus, cum iam septuagenarius variis vexetur infirmitatibus, el praecise podagra, ita ul pedum usu saepissime destitutus Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare nequeat, S. R. C. supplicavit, ul ei impertiri dignaretur facultatem, ul quandocumque in praedicto morbo detentus Sacra conficere nequiverit, possit nihilominus Sacros Ordines conferre inter Missarum solemnia alio Sacerdote celebrante, ul ita Ecclesiae necessitati possit satisfieri, cum nou adsit in dicta Dioecesi alter Episcopus, nec extra illam, nisi ultra trecenta militaria, el tanto itineris incommodo nemo velit se exponere.

Et S. R. C. < Nihil » ei responderi mandavit. Die 8 Iunii 1658.

1072. ADIACEN. (1903)

A Capitulo Adiacen. fuit insilium ul S. R. C. declarare dignaretur:

1. An determinata hora ab Episcopo et Capitulo pro Divinis Officiis, ultimo pulsato signo, et Episcopo non veniente, Canonici possint ea inchoare ?

2. An Canonicus possit esse Caeremoniarum Magister?

El Eihi Patres eidem S. R. C. praepositi responderi mandarunt:

Ad I. « Canonicos debere expeclare adventum Episcopi, nec posse inchoare solemnia, quibus ipse velit intéresse, si adhuc non pervenerit; sed Episcopum oportere esse discretum, ne alias urgeat necessitas consulendi gravi Canonicorum incommodo».

Ad 2. « Non repugnare, quod Caeremoniarum Magister sit Canonicus ». Die 13 Iulii 1688.

1073. CONGR. CAELESTINORVM. (1905)

Procurator Generalis Caeleslinorum a S. R. C. declarari institit ; an Monachi ex Congregationibus exemplis degentes in Monasteriis a s. m. Innocenlio X suppressis, el postea praevia eorum suppositione, visitationi et correctioni Ordinariorum, iisdem restitutis; possint ab Ordinariis locorum cogi ad eas accedere Processiones, quibus vigore Privilegiorum antea intéresse non tenebantur?

El EE. DD. responderi mandarunt: « Monachos non posse cogi accedere ad eas Pro-

cessiones, ad quas iidem alias prorsus exempli a correctione el visitatione Episcopi, non tenentur ». Die 13 Iulii 1658.

107-4. GALLIAHUM. (1907)

Regularibus Regni Galliae declarari petentibus: an in communione, quae inter Missae Sacrificium peragitur, sit prius ministrandum SS. Eucharistiae Sacramentum Ministro Missae inservienti, an vero Monialibus, vel celeris ihidem praesentibus?

S. R.C. responderi mandavit: < In casu praedicto Ministrum Sacrificii non ratione praeeminenliae, sed ministerii, praeferendum esse ceteris quamvis dignioribus ». Die 13 Iulii 1658.

1075. LEODIEN. (1908)

Episcopus Dionysiensis, Episcopi Leodien. SulTraganeus, S. R. C. supplicavit ul Auditori Camerae ac duobus aliis Episcopis in illis partibus commorantibus iniungere dignaretur exeeutionem Decreti alias sub die 1 Dec. 1657 evulgati, quod scilicet Episcopus titularis aeque ac Episcopus de residentia celeris Dignitatibus Episcopali inferioribus ubique el in omnibus praeferendus sil.

El EE. PP. S. eidem C. praepositi: « Episcopo Leodien. urbanis verbis scribendum esse duxerunt, ut praedictum Decretum servari curet ». Die 13 Iulii 1658.

1076. 1UVENACEN. (1909)

Canonici Calhedralis Ecclesiae luvenacen. a S. R. C. declarari petierunt: an ipsi teneantur excipere cl associare ad poriam Ecclesiae Vicanum Apostolicum, eidemque teneantur ministrare aspersorium in ingressu Ecclesiae, el textum osculandum, expleto Evangelii cantu; ac debeantur necne ihuriticaiio triplici ductu ct assistentia Caeremoniarum Magistri?

Et S. R. C. respondit: < Quoad thurificalionem, servandam esse eiusdem Ecclesiae consuetudinem. Quoad reliqua Vicario quamvis Aposlolico praerogativas praedictas minime compelere ». Die 12 Iulii 1658.

1077. RAGUS1NA. (1910)

Petiit Archiepiscopus Ragusinus infrascripla dubia declarari

1. An Vicarius solitus in Choro sedere m Sede separata, debeat in Processionibus praecedere Canonicis ac Dignitatibus?

2. An Canonici eius Calhedralis teneantur assistenliam praestare Archiepiscopo Pontificalia exercenti extra Calhedralem?

3. An Canonicus celebrans, Vesperarum solemnia peracturus, possit uti Alba?

Et S. R. C. respondit:

Ad 1. « Affirmative, scilicet, Vicarium praeferendum esse Dignitatibus ac reliquis Canonicis, qui sacris non sint induti ».

Ad 2. < Tres Canonicos Calhedralis in Civitate teneri assistere Archiepiscopo Pontificalia exercenti: at extra Civitatem non esse cogendos ».

Ad 3. « Celebrantem non Episcopum facientem Officium in Matutinis, Laudibus et Vesperis non posse uti Alba ». Die 13 Iulii 1658.

1078. REATINA. (1911)

Capitulum et Canonici Calhedralis Ecclesiae Reatinae a S. R.C. declarari postularunt, Canonicos sacris indutos thurificandos esse ante Magistratum eiusdem Civitatis, non obstante transactione inter eos inita, in qua fuit concordatum digniorem ex Magistratu thurilicari debere eodem instanti, quo thurificatur prima Dignitas aut dignior Canonicus praesens.

Et Emi DD. S. eidem C. praepositi « Canonicos sacris indutos Magistratui in omnibus praeferendos esse responderunt, et ila omnino servari mandarunt, quibuscumque in contrarium non obstantibus; immo transactionem ipsam in hac parte, si secus expressis vernis disponeret, nedum haud servandam, sed eam prorsus iniquam declararunt ». Die 13 Iulii 1658.

1079. SALERNITANA. (1912)

Capilulo Collegiatae Ecclesiae S. Michaelis Archangeli loci Solophrae Salernitanae Dioecesis petenti: an Rectores eiusdem loci possent in Sabbato Sancto pulsare Campanas, antequam pulsentur in eadem Collegiala Ecclesia Matrice?

S. R. C., huiusmodi Decretis pluries recensitis, respondit: « Nullo modo licere pulsare Campanas in Sabbato Sancto ante pulsationem in Ecclesia Matrice ». El ila in dicto loco Solophrae omnino servari mandavit. Die 13 Iulii 1658.

1080. SENEN. (1913)

Supplicatum fuit S. R. C. , ul eadem declarare dignaretur: an Praepositus prima Dignitas insignis Collegiatae S. Mariae Senarum in sessionibus synodalibus sit praeferendus xel posthabendus Canonicis Ecclesiae Metropolitanae?

Et S. R. C. respondil: « Inter Dignitates et Canonicos Metropolitanae neminem interponi posse, quum unum el idem Corpus constituant : et idcirco Praepositum oratorem praeferendum esse Canonicis eius Collegiatae tantum ». Ac ita servari mandavit. Dio 13 Iulii 1688.

1081. B1SACIEN. (1916)

Presbyteri Oppidi Morrae Bisaciensis Dioecesis a S. R. C. declarari petierunt: an Arcbipresbylero, qui Archipresbyleralutn resignavit, competat praecedentia supra reliquos Presbyteros, ei anteriores in Ordine, attento quod ipse fuerit Archipresbyter?

El S. 11. C. declaravit: < Nullam qualitatem Archipresbyleri remanere post renuncialionem Archipresbyleratus ; idcirco eum esse contemplandum uti simplicem Sacerdotem, iliumque antiquioribus in Ordine cedere oportere ». Die 7 Septembris 1658.

1082. CALAGURITANA. (1917)

In causa praeeminendarum vertente in1er Abbatem el Monachos Cassinenses S. Mariae de Naxera ex una. el Cappellanos Presbyteros Saeculares S. Crucis eiusdem loci, partibus ex altera, usque ab anno praeterito 1657,ad relationem Emi el Rihi D. Cardinalis Pallolla, iuxla alias resoluta in eadem causa die 7 Decembris 1630, scilicet ad limites Decreti Tullen. sub die 12 Martii 1616, decretum fuit: « Praecedentiam deberi Cappellanis saeculai ibus S. Crucis supra Monachos Cassinenses praefatos ». A quo Decreto se gravatos reputantes Monachi, novam audientiam ab Eiîio et Rino I). Cardinali Sacchello S. R. C. Praefecto postularunt, quae eis fuit denegata: mox recursum habuerunt ad Signaturam SS., el re in plena Signatura relata ac discussa, rescriptum fuit: < Negative », ad petitionem scilicet avocationis causae a S. C., cl remissionis ad Rotam. Quare Presbyteri Saeculares, ul tandem optatum finem tam diuturnae el dispendiosae litis attingerent, S. C. supplicarunt desuper perpetuum silentium imponi, idque obtinuerunt die 26 Ianuarii praesentis anni 1658. ilis tamen non acquiescentes Monachi die 16 Martii proxime praeteriti rursus ad S. C. confugerunt novissime expetentes, ut eis remissoriales el compulsoriales liturae decernerentur ac relaxarentur pro sumendis probationibus super articulata immemorabili quasi possessione praecedendi , cum facultate transportandi Acta etc. El S. R. C. iussil: « Servari Decreta emanata, el si quid ruperent , SSthum adirent, qui in eadem causa manus apposuerat ». Tunc Monachi supplicem eorum libellum SSfno praesentarunl, quem Sanctitas Sua ad S. C. transmisit. Quare, iuribus hinc inde auditis et mature perpensis, tandem

Eiîii Patreç decreverunt: < Nihil Monachis concedendum fore, sed Decretnm emanatum anno 1630, el confirmatum anno praeterito 1657, omnino servari » iusserunl. Die 7 Septembris 1658.

1083. CANARIEN. (1918)

Fratres Min. Observant. S. Francisci Insularum Canariarum apud S. R. C. instiierunt, ul Vicario Generali iniungere dignaretur iis prohibere non posse ne m Processionibus, ac praesertim in iis in quibus cadavera ad humandum deferuntur, decantent preces el Psalmos, quos Rituale Romanum praescribit;

El Emi DD. eidem S. C. praepositi; < Prohibitionem Vicarii Generalis, dispositioni Ritualis Romani prorsus contrariam, nullatenus servandam , el per Vicarium ipsum omnino revocandam fore, mandarunt ». Die 7 Septembris 1658.

1084. CIVITATIS CASTELLI. (1919)

Nicolaus Longinus Praepositus Cathedralis Civitatis Castelli S. R. C. exposuit multos in eadem Ecclesia, contra bonos et a Sede Apostolica approbatos ritus, irrepsisse abusus, quos omnes ab eiusdem Ecclesiae praxi omnino revocari , S. eadem C. Episcopi curae nedum dimisit, sed sedulo demandavit; ac praesertim illum, in cuius quasi possessione se manuleneri orator ipse postulabat, incedendi scilicet in accessu ad Pontificalium solemma, cum sacris indumentis idem indutus sil, post Episcopum, ac penes iuniorem Diaconum assistentem; in quo casu

S. R. C·: « Servari debere Caeremoni.de, el ipsum oratorem oportere incedere immediate ante Episcopum , declaravit ». Et ita servari mandavit. Die 7 Septembris 1658.

1085. CONVERSAM. (1920)

Exposuerunt Canonici Calhedralis Conversanae Dignitates seu Canonicos Officium in Vesperis ac Matutinis facientes, in proprio stallo sedere consuevisse; supplicarunt propterea declarari : an faciens Officium

nonam Lectionem cantaturus, debeat stare in suo stillo, an vero teneatur adire Legile positum e conspectu Altaris?

Et S. R. C. respondit: « Hebdomadarium debere sedere in digniori et primo slallo a parte tabellae Chori supra reliquos sui Ordinis, non exceptis Dignitatibus, ibidemque Lectionem cantare ». Et ila servari mandavit. Die 7 Septembris 1658.

1086. FERENTINA. (1921)

Duo petierunt declarari Canonici Cathedralis Ferentini: 1. an Canonicus Hebdomadarius faciens Officium in Choro debeat sedere in primo slallo? 2. an ihurilicalo Vicario in Choro assistente, debeant thurifican Canonici sedentes in'eadem parte post Vicarium praedictum?

El S. R. C. ad nlrumque: « Affirmative » responderi mandavit. Die 7 Septembris 1658.

1087. FUNDANA. (1923)

Capitulum el Canonici Cathedralis Fundanae declarari petierunt, Vicarium talari habitu el birelo indutum debere incedere in Processionibus ordinariis posl Episcopum, iuxla consuetudinem, et non a dextera antiquioris Canonici.

S. R. C. declaravit: < Vicarium incedere debere inter Canonicos digniori loco, quandocumque iidem non fuerint sacris vestibus induti: tunc enim Vicarius a Processionibus abstinere debet: vel post Episcopum incedere, nisi Magistratus sil in quasi possessione incedendi eodem in loco immediate post Episcopum ». Die 7 Septembris 1658.

1088. FUNDANA. (1924)

Peliil Vicarius Generalis Fundanae Dioecesis an ipse thurilicari debeat non solum post Canonicos sacris indutos et Sacrificii ministros, verum etiam post Canonicos sacris amictos apud slalla choralia exislenles?

Et S. R. C.: « Affirmative » respondit. Die 7 Septembris 1658.

1089. MACERATEN. (1925)

Relala in S. 11. C. per Emum Unum Cardinalem Azzolinum controversia inter Archipresbyterum S. Andreae Monies Milonis Maceralen. Dioecesis, el Cappcllanum subslilu-luma Praeposito Matricis Ecclesiae S. Blasii, cumam ipsorum in Processionibus generalibus inibi peragi solitis Presbyteri paries explere, el Stolam deferre competat in locum Praepositi;

El S. R. C., visis partium iuribus, illisque plene examinatis atque discussis, censuil: « Standum esse in decretis: nempe non competere Cappellano substituto Praepositi in casu praedicto Stolae delationem, quandocumque Praepositus ipse praefatis Processionibus interveniat, el sil praesens: cum vero Praepositus idem absens et legitima causa fuerit impeditus, non ad Archipresbyterum, sed ad dictum Cappcllanum Praepositi munia explere, el Stolam deferre spectare declaravit ». El ila omnino servari mandavit. Die 7 Septembris 1658.

1090. N1CIEN. (1927)

Confralres Societatis Misericordiae Monoeci Nicien. Dioec. a S. R. C. declarari petierunt posse in Altari eorum Oratorii Tabernaculum Augustissimi Sacramenti, retineri, idemque ibidem exponi, necnon Missarum et Vesperarum solemnia per eorum Cappellanum privative quoad Parochum, intra cuius Parochiae limites silum est Oratorium, peragi licere, irrequisita prorsus eiusdem Parochi, necnon Episcopi singulis vicibus licentia, nec attento illius Decreto, seu prohibitione.

El S. R. C., acceptis ac perpensis Ordinarii literis: < Praefato Cappellano privative quoad Parochum omnia praedicta munia competere, requisita tamen licentia Episcopi quoad expositionem SSmi Sacramenti; Tabernaculum vero in eorum Altari retineri non licere » declaravit. Die 7 Sepi. 1658.

1091. PUTEOLANA. (1928)

Peienle Canlore Cathedralis Ecclesiae Puteolanae: an in distributionibus versiculorum et Sequendarum sil ab eo servandus ordo Canonicorum, vel eius arbitrio praedicta possit assignare Canonicis in cantu magis instructis?

S. R. C. declaravit: « In distributione anliphonarum el reliquorum omnium, quae cantari debent a Canonicis, semper servandum esse ordinem anlianilalis, non attenta maiori habilitate el experientia modulandi ». Die 7 Septembris 1658.

1092. VEGLEN. (1930)

Orta controversia inter Canonicos Cathedralis Veglen. in Dalmatia circa recitationem Officii Divini cum cantu in Festis de devotione, Episcopus Veglen. S. R. C. supplicavit, ul ei iniungere dignaretur: an ipse debeat sequi partes eorum qui cantare

volunt, an vero Canonicorum qui canere recusant, nisi sint Festa de praecepto?

Et S. B. C. mandavit responderi : < Episcopum debere adhaerere iis, qui Officia Divina canere volunt, quod est favorabilius Ecclesiae, modo ex utraque parte Canonici sint pares numero. Verum, quoad Festa per Constitutionem Urbanam de moderatione Festorum sublata, Canonicos teneri ad eamdem solemnitalem prorsus peragendam, qua ante Constitutionem Festa quorumvis Sanctorum recolebant ». Die 7 Septembris 1658.

1093. ANGREN. (193!)

Petilum est a S. B. C. declarari: an, attenta antiquissima consuetudine, liceat in Insulis Angren, celebrare novendiales Missas votivas dc B. M. V. ante Nativitatem Domini, quamvis in ipsis concurrat Festum S. Thomae Apostoli, aul Dominica UI vel IV Adventus?

EI S. B. C. declaravit : « Ratione concursus populi , qualenns adsit , decantari posse Missam votivam de B. V., non omissa tamen currenti, et quidem solemnius, statuta hora canonica de more decantanda ». Die 28 Septembris 1658.

1091. ARET1NA. (1932)

Relata per Eminenlissimum D. Cardinalem Azzolinum controversia inter Clerum Saecularem el Regulares Castri Leonis Florentini Areiinae Dioecesis excitata, ex quo hi in Choro Collegialae, dum Divinis intersum, supra Praesbyleros Saeculares sedere praesumant : proul eos quandoque sedisse exposuerunt ;

S. R. C., pluries audilis partibus, declaravit : « Clero Saeculari semper el quandoqumque deberi praecedentiam supra Regulares, non obstante qualibet in contrarium inducta consuetudine ». EI ita in casu proposito servari mandavit. Die 28 Seplembiis 1(598.

1095. CALAGURITANA. (1933)

Ad instantiam Episcopi et Capituli Calagiirilanae Cathedralis S. R. C. declaravit: < Festum Martyrii SS. Ilemiterii el Cheledonii Patronorum Principalium Civitatis a Clero Saeculari Civitatis celebrandum esse cum octava; a Regularibus vero sine octava. In Dioecesi autem, ubi non adsit proprius loci Patronus, similiter cum octava; at ubi colitur Festum peculiaris Patroni, nihil de Patrono Civitatis, vel attenta consuetudine, sub duplici maiori tantum sine octava. Et ad haec omnimode servanda, etiam auctoritate S. C., tum Saeculares cnm Regulares per Episcopum compelli posse » eadem declaravit. Die 28 Septembris 1698.

109(5. DECRETUM GENERALE (1934) SUPER REGULARIBUS.

Cum pluries expositum fuerit Decretum editum dic 28 Iulii 1628 a Cardinalibus Congregationum Episcoporum el Regularium, Sacri Concilii, et Sacrorum Rituum, qui de mandato s. m. Urbani VIII simul convenerunt cum Secretariis eanimdem trium Congregationum, in Regestis S. R. C. minime exaratum fuisset; ipse ab Eiîio D. Cardinali Paululio eiusdem Decreti copiam accepi, quam eodem Emo Cardinali Paululio praesente, Emis PP. de verbo ad verbum perlegi, lidemqtie iusserunt ut idem Decretum in Acta S. C. referrem. Die 28 Septembris 1038.

DECRETUM GENERALE.

Die 27 Iulii 1628 habita fuit Congregatio particularis de ordine SSiîii D. N. Urbani VIII, cui interfuerunt Illihi el Rmi DD. Cardinales Congregationum Sacri Concilii, Episcoporum ct Rituum , necnon Secretarii eanimdem; ncgolioque mature discusso, unanimiter censuerunl: < Posse Episcopos poenis sibi bene visis compellere quoscumque Regulares recusantes, etiam Monachos et quomodolibet exemptos, ad infrascriptas Processiones accedere, atque illis intéressé ; exceptis dumtaxat in strictiori clausura viventibus, el Monasteriis ultra medium milliare a Civitate distantibus: nempe in die Festo SSnii Corporis Christi, in Litaniis Maioribus, in Rogationibus, ac in quibusvis aliis publicis el consuetis, vel pro bono, causa el honore publico ab Episcopis indiciis Processionibus, non obstantibus quibuscumque privilegiis, consuetudinibus, vel praescriptionibus etiam immemorabilibus, privilegiis tantum Apostolicis, Sacro Tridentino Concilio posterioribus, contrarium desuper disponentibus minime sublatis ».

< Regularibus autem el Confralernitalibus in Ecclesiis Regularium esse permissum intra eorum Ecclesias el claustra Ianium Processiones facere, el non extra: Si vero Ecclesiae claustro careanl, eisdem Regularibus el Confralernitatibus licere Processtones facere intra ambitum dumtaxat carumdem Ecclesiarum, hoc est prope muros Ecclesiae, sive exeundo a ianua Ecclesiae, et intrando per aliam, sive per eamdem ianuam : el

semper prope muros Ecclesiae, el non extra dictum ambitum, nisi de licentia et consensu Ordinarii, aut cum Cruce Parochi : privilegiis pariter, ul supra, Aposlolicis contrarium disponentibus haud sublatis, quibus per hoc Decretum minime censeatur derogatum ».

Quae resolutio fuil ab eadem Congregatione approbata 21 Augusti eiusdem anni 1028 in Congregatione habita in Palatio Montis Quirinalis, et deinde ab eodem SS. D. N. approbata, et iussu Sanctitatis Suae observanda.

1097. FOROSEMPRONIEN. (1935)

Fuit institam infrascripiis dubiis a S. R.C. responderi :

1. An prohibitio, quod Imagines Beatorum non possint exponi publicae venerationi et super Altari in iis Ecclesiis, aliisque publicis locis, quibus hoc ex speciali Sedis Apostolicae induito non est concessum, sit inlelligenda simul el coniunclim quoad supradicta, an vero divisim?

2. An quis possit licite permittere, ul exponatur cum luminibus el labellis Imago Beati non canonizati, in Ecclesiis, aliisque publicis locis in quibus hoc fieri, ex Apostolicae Sedis speciali induito, minime indultum palet? (1)

Et S. R. C. responderi mandavit:

Ad I. « Intelligendam esse divisim, ita ul publice non possint exponi in Ecclesiis, Oratoriis, aliisque publicis locis, nec supra nec extra Altare ».

Ad 2. < Episcopos teneri huiusmodi amovere el prohibere, ul impleantur Decreta Congregationum SS. inquisitionis et Sacr. Rituum, quorum exequulio iisdem iniuncla est ». El ita in omnibus servari mandavit. Die 28 Septembris 1658.

1098. NEAPOLITANA. (1937)

Relata per Eihum D. Card. Franciotlum controversia a Fratribus Conversis el Oblatis professis Ordinis Minorum Provinciae Neapolitanae excitata , ex quo iis praecedentiam deberi praesumerent supra Novilios, qui adhuc professionem non emiserunt;

EE. DD., visis ac mature perpensis partium iuribus, consuerunt : « Praecedentiam deberi Novitiis supra Laicos iuxta dispositionem Iuris communis et Constitutiones editas a Capitulis Generalibus Romano el Marsiliensi. El ita ubique el m toto Ordine servandum esse mandarunt, sub poenis in contravenientes vel non acquiescentes per regulae Constitutiones decretis, aliisque arbitrio S. C. infligendis ». Die 28 Septembris 1658.

1099. CIVITATIS DUCALIS. (1944)

Canonici Cathedralis Ecclesiae Civitatis Ducalis a S. R. C. declarari enixe postularunt: an ipsi teneantur capitulari 1er assislentiam praestare Episcopo Ordinationes peragenti? (2)

El S. R. C. respondendum esse censuil: < Canonicos praedictos teneri ad praefatam assisientiam , quando solemniler in cantu inter divina Officia fiunt Ordinationes; si vero fiant privalim, 1res lanium ex ipsis debere Episcopo inservire ». Die 7 Decembris 1658.

1100. PARMEN. (1949)

S. R. C., ul alias pluries, declaravit: « Monachis Cassinensibus , exceptis tribus tantum solemnitalibus, numquam competere usum baldachini, et signanter nec in veslilione Monialium huiusmodi licere ». Ac ita in Civitate Parmensi servari mandavit. Die 7 Decembris 1658.

1101. POSNANIEN. (1950)

Exposuit Praepositus Bonecensis Dioecesis Posnanien. erectionem Confraternilalis Suffragii a fel. memor. Innocenlio X obtentam, ei ab Ordinario impediri, attento quod in eadem Ecclesia duae reperianlur Confraternitates, licet sint alterius Instituti el Invocationis.

El S. R. C. respondit: < Non obstare Bullam Clementis VIII quoad erectionem plurium Confraternitatum, quae sint diversi Instituti vel Invocationis, prout in casu praedicto locum non habere » declaravit. Die 7 Decembris 4658.

1102. ASCULANA IN APULIA. (1952)

Episcopo Asculano in Apulia petenti licentiam asservandi SSinuin Eucharistiae Sacramentum in sua privata Cappella Feria V maioris hebdomadae, ul sequenti Feria VI in Parasceve, ante accessum ad publicam solemnilalem possit Missam brevem eiusdem diei privalim celebrare ;

S. R. C. respondit : « Sibi volenti Eucharistiae Sacramento refici ea die, salis consultum, Caeremoniali Romano docente,

(I) E Dul>. 5. — (i) E. Dub. 2.

regulam ac caeremonias servandas, celebrante Episcopo feria VI in Parasceve ». Die 15 Februarii 1659.

(103. BRIXIEN. (1954)

Iosephus Franzinus Praepositus insignis Collegialae SS. Nazarii el Celsi Civitatis Brixien. S. R. C. supplicavit, sibi facultatem impertiri sumendi paramenia ex Altari eliam in Missis quotidianis, cum habent usum Pontificalium in Missis maioribus: idque, quatenus Ordinarius essential.

Et S. R. C.: «Nihil oratori indulgendum esse » censuil. Die 15 Februarii 1659.

1104. GERMANIAE. (1961)

S. R. C., ad tollendos abusus qui in ecclesiasticis functionibus irrepere solent praecipue addicta, declaravit: « Canonico celebranti non licere almuliam relinere super Altari, neque ea uti deberc Hebdomadarium, nec denique Diaconum el Subdiaconum super brachio eam posse deferre. Et ita ubique omnino servari mandavit, non obstante qualibet in contrarium inducta consuetudine, quam abusum declaravit ». Die 15 Februarii 1659.

1105. INTERAMNEN. (1962)

Capitulum el Canonici Cathedralis Ecclesiae Inleramnen. a S. R. C. declarari postularunt : an ipsi excipere Magistratum ad Cathedralein euntem eique obviam ire usque ad portam Ecclesiae, et solemnia in quibus Magistratus ipse debet intervenire, ei nunciare, eumdemque expeclare teneantur? Supplicarunt insuper iniungi omnimodam observationem Decreti alias in controversiis inter ipsos et Magistratum vertentibus anno 1642 evulgati.

El S. R. C.: « In hac parte Decretum praedictum servari mandavit ; in reliquis vero Magistratum audiendum esse censuil ».

Rursus Capitulo Cathedralis Interamnen. instante,

S. R. C. iussil: < Servari Decretum die. 19 Iulii 1642 evulgatum, quavis contraria consuetudine successive inducta nullatenus attenta, quam abusum declaravit ». Die 15 Februarii 1659.

1106. MAT1IERANEN. (1964)

Presbyteri Matheranensis Ecclesiae exposuerunt, Archiepiscopum praecepisse Vicarios foraneos in Choro, sessionibus aliisquo ecclesiasticis functionibus, primis tantum Dignitatibus posthabendos esse, celeris autem Sacerdotibus, quamvis anterioribus, praeferendos.

S. R. C.: < Ad Ordinarium, prout alias in similibus, rescribi mandavit : Vicariis foraneis ratione Vicarialus nullum ius et praeeminendam competere, nec potuisse ipsum Archiepiscopum quidquid contra S.R.C. Decretum decernere ». Die 15 Februarii 1659.

1(07. NERITONEN. (1967)

Conquesti sunt Canonici Cathedralis Ecclesiae Neritonensis, modernum Episcopum mulla praecepisse, quae ob novitatem scandala pariunt : el exinde Divinum cultum iacturam non mediocrem pali ; quod scilicet in FestoS. Gregorii Missarum solemnia, non ul hactenus Hebdomadarius, sed prima Dignitas peragat ; ac ul Diaconi el Subdiaconi et Clerici Civitatis quolibel die Festo Ofiicium parvum B. M. V. recitent in Altari eiusdem Cathedralis Ecclesiae sub invocatione SSmi Crucifixi, dum iidem Canonici divinis Officiis sub Altari maiori assistunt.

S. R. C.: «Super his informationes ab Ordinario desiderari respondit, quamvis eadem C. non haesitet, eodem tempore quo cantatur in Choro a Praebendatis Ecclesiae, dissonum videri ul in eadem Ecclesia alii diversas preces recitent, ct confundatur canendi modulus diversa cantus ratione ; onera vero et honores immutandi novitatem sine gravi et laudabili ratione, dissidia ac motus animi generare, utilitate prorsus vacua». Die 15 Februarii 4659.

1(08. PUT1GNANL NULLIUS. (1968)

Presbyteris matricis Ecclesiae loci Pmignani supplicantibus declarari : an canente nonam lectionem digniore Presbytero ac Rectore eiusdem Ecclesiae, debeat a digniore existante in Choro responderi : .id *societatem ctc.* aut, postquam idem Rector dixerit, *lube Domine benedicere etc.,* absque alia benedictione, debeat a canioribus responderi Arnen ?

S. R. C. rescribi mandavit: « Digniorem praesentem in Choro benedicere debere, ac contrariam consuetudinem abusum el corruptelam omnino revocandam, et abrogandam esse » declaravit. Die 13 Februarii 1659.

(109. RAGUSINA. (1969)

Ad aures Elborum Patrum S. R. C. pervenit, quod Dignitates el Canonici Metropolitanae Ragusiuae haesitent : an ipsi Episcopis SufTraganeis vel exteris, supplicationibus vel Divinis in Choro praesentibus,

digniorem locum deferre teneantur, silque ab ipsis par obsequium Vicario Generali exhibendum ?

Et S. R. C.: < Dignitatibus cl Canonicis praefatis praesenti Decreto significandum duxit, quod, Episcopis eliam exteris pluviali et mitra redimitis, ipsi, tametsi sacris induti, digniorem locum deferre tenentur: nec diversam disciplinam cum iisdem Episcopis sacris non redimitis ipsimel choralibus amicti indumentis servare debent. Verum ipsos sacris indutos nequaquam debere digniorem locum Vicario Generali non Episcopo deferre, et contrariam consuetudinem, si quae extet, abrogandam S. eadem C. declaravit : nec non Dignilales el Capitulum praefatum admoneri praecepit, ut, sicut obsequenlissimos in S. C. imperium filios decei, sese posthac ostendant hisce el anleactis Decretis obsonatores quam religiosos ». Die Ili Februarii 1G59.

1110. REATINA. (1970)

Communitas Castri S. Ioannis Reatinae Dioecesis a S. R. C. declarari postulavit : quinam inlelliganlur dies impediti ad celebrationem Missarum pro defuncto, qui aliquas institui mandavit Cappellanias cum onere celebrandi Missam de Requio quocumque die non impedito?

Et Emi PP. S. eidem C. praepositi responderunt : < In casu, de quo agitur, dies impeditos inlelligi eos in quibus a Rubricis velitum est celebrari Missas defunctorum, scilicet omnibus diebus Dominicis et Duplicibus ». Dio 15 Februarii 1059.

1111. CAESENATEN. (1972)

Episcopus Cacsenalen. infrascripla dubia a S. R. C. declarari postulavit :

1. An ad Vicarium Generalem vigore consuetudinis el Decreti Synodalis ante annos fere octoginta conditi, speciet supplere vicibus Episcopi in Missarum aliorumque Divinorum solcmniis, privative eliam quoad primam Dignitatem ?

2. An Magistratui Civitatis, in Processionibus post Episcopum immediate incedenti, liceat per limulum clavam ante se deferre facere?

3. An vidèatur tolerabilis consuetudo, ul Dignitatibus solemniler celebrantibus Presbyter assistens pluviali indutus assistat?

4. An Dignitatibus el Canonicis extra Cathedralem, nec non Abbatibus Regularibus, tam in propria quam in aliena Ecclesia, solemniler ultra 1res vices in quibus Pontificalibus uti eis indultum est, Vesperas el Missas celebrantibus, liceat sedere in Sedibus canieralibus, an vero iidem in scamno, praesertim praesente Episcopo, sedere teneantur?

5. An Abbatibus Regularibus liceat sumere sacras vestes de Altari, cum Missam sint celebraturi, ac triplicem in ea impertiri benedictionem, tam in propria quam in aliena Ecclesia, quoties eis libuerit extra dies in quibus Pontificalibus uti cis indultum est, et actu utuntur?

0. An Laicis Regularibus, delaturis in Processionibus Crucem el candelabra, sil permittendus usus Albae, Dalmaticae, pluvialis, ac similium ?

Et S. R. G. responderi mandavit ;

Ad 1. « Vicario uti Vicario non competere ius supplendi vicibus Episcopi in celebratione Missarum solemnium, aliorumque Divinorum operatione, el contrariam consuetudinem esse abusum, nec non synodale decretum minime sustineri ».

Ad 2, 3 cl 4 : « Servari consuetudinem legitime tamen praescriptam; el si eadem praescripta non putetur, quousque contrarium probetur, S. C. nihil innovari mandavit ».

Ad 5. « Ultra 1res vices Abbatibus nullatenus licere sacra paramenia ex Altari sumere et trina Crucis productione solemniler benedicere, et tunc, si actu pontificalibus vestibus induti solemnia peragant : privatim vero celebrantibus, numquam a simplici Sacerdote, vel in minimo, eos discrepare permissum est ».

Ad G. « Negative ». El ita in Civitate Cacsenalen. servari mandavit. Die 29 Martii 1G59.

1112. 1NTERAMNEN. (1975)

Institit Episcopus Iuleramnensis declarari : an Gubernatori Praelato eiusdem Inleramnensis Civitatis pro tempore existent!, competat locus el ius genulleclendi in Ecclesia super eodem genullexorio, in quo lunc temporis genulleclit Episcopus? Cumque negotium huiusmodi a SS. D. N. commissum fuerit discutiendum per Congregationem particularem DD. Alieni, Rasponi, el Phebaei, iidem, eo mature perpenso, consuerunt : * Eiusmodi locum et ius Gubernatori praefato non competere, gennfleclendi scilicet simul cum Episcopo in eodem genullexorio, sed eum genufleclere debere in alio scamno seu genullexorio una cum Magistratu saeculari, cuius caput gerit

ci repraesentat ». Quam sententiam eidem SS. I). N. relatam, Sanctitas Sua approbavi!, el iuxla eam de celero circa praemissa observari mandavit, praelensa consuetudine, retcrisqiie contrariis non obstantibus quibucumque : necnon per S. R. C. Decretum desuper expediri mandavit. Die 19 Februarii 1659. Quamobrcm praelecto in eadem S. R. C. huiusmodi Decreto, Emi Paires idem laudarunt, el in Acia S. C. referri, ac partibus in forma consignari iusserunt. Die 29 Martii 1059.

1113. MAZARIEN. (1970)

Peliil Cantor Mazarien. a S. 11. C. declarari : an ipsi oratori, an potius Archidiacono competat ius vocandi Ordinandos in solemnibus Ordinationibus ?

Et S. R. C.: « Rubricas Pontificalis servandas esse» respondit. Die 29 Marlii 1059.

1114. REGNI CORSICAE. (1978)

Ad aures Eihorum Patrum S. R. C. praepositorum pervenit plurimos in Regno Corsicae irrepsisse abusus :

1. Scilicet, ut Sacerdotes celebrantes, praesente Principe vel Ministro Reipublicae, ad eos conversi, confessionem absolvant, eisque caput inclinent ad verba *Tibi Paler,* el *Te Paler.*

2. Evangelii textum et, in defectum Instrumenti pacis, Manipulum eisdem osculandum tradi.

3. Sacerdotem, antequam populo in line Missae benedicat, Principem seu Ministrum capitis inclinatione venerari.

El S. R. C., huiusmodi abusibus tollendis praesertim addicta: « Nullo modo praedicta licere declaravit, cl ab Ecclesiae praxi per Ordinarios locorum, eliam auctoritate S. C., omnino revocanda fore » mandavit. Die 29 Martii 1059.

1115. TIUVENTINA. (1980)

S. R. C., prout in similibus, declaravit: « Inlet simplices Sacerdote nulla gaudentes Praebenda, anleriorilalem suscepti Ordinis Presbyteratus inspiciendam esse, nulla inler eos habita ratione priorilalis in Ordine Subdiaconatus vel Diaconatus ». El ita in Terra Allidenae Trivenlinae Dioecesis servari mandavit. Dio 29 Marlii 1059.

1116. ORDINIS S. FRANCISCI. (1983)

Fratribus Conventualibus S. Francisci, oblata supplicatione, declarari poscentibus, quid ab ipsis, occurrente Vigilia S. Antonii de Padua nuncupati in Festo SS. Corporis Christi, rite .servandum videatur?

S. R. C. quamvis non dubitet, ubi militat eadem ratio, eamdem vigere iuris dispositionem, ut tutiori tamen agatur conscientia, quod Apostolica definitione non caret, praesenti declaratione sancivil : «A Fratribus praedictis in praefata Vigilia S. Antonii de Padua, quae in Festum SS. Corporis Christi aliquando inciderit, ieiunandum, vel a carnibus abstinendum fore. Verum eo casu ieiunium huiusmodi Feria IV die immediate antecedente Festo SS. Corporis Christi anticipandum. ne pia universalis Ecclesiae ac solemnioris Festi laetitia, particularis ct minus dignae celebritatis poenilenliali praevenlione decrescat. Itaque eliam quamvis non petentibus Fratribus Ordinis Minoris Observantiae suffragari, S. eadem C. huiusmet declarationis tenore decrevit, ul ad maiorem devotionem in Aposlolicam Sedem iidem concitentur, dum eorum curam eamdem habuisse non haesitent, quorum vola fuerunt posteriora quam praestita ». Die 24 Mail 1659.

Facta autem de praedictis SSmo relatione, Sanctitas Sua annuit, ac praelaudatos Fratres ut supra a praecepto quo ipsis Urbana Constitutione ieiunium praedictum palet iniunclum, absolvit. Idemque simili occurrente casu, perpetuo revocatum, in Feriam IV praecedentem pari sanctione firmavit. Die 26 eiusdem mensis Maii eodemque anno.

1117. VELITERNA. (1984)

Canonici Calhedralis Ecclesiae Velilernae, in qua Praebendae non sunt distinctae sed omnes habent adnexum Ordinem Presbyleralem, a S. C. declarari postularunt, an inter ipsos praecedentia competat Canonico antiquiori in possessione, quamvis Ordine posteriori, an vero Canonico posterioris possessionis, sed in Ordine anteriori?

Et Emi PP.responderi mandarunt: «Consuetudinem Ecclesiae servandam esse, modo Canonici infra terminum a S. Tridenlina Synodo statutum Presbyteralem Ordinem susceperint ; at si consuetudo probari nequeat, praeferendum esse Canonicum, qui prius post adeptam possessionem ad Ordinem Presbyteralem ascenderit ». Dio 24 Maii 1659.'

11 IS. VOLATERRANA. (1985)

Canonici Collegiatae Ecclesiae Oppidi S. Geminiani Volaterranae Dioecesis a S.R.C.

declarari postularunt, supra Vicarium foraneum ac Hebdomadarium sacris indutum, Praeposito, prout hactenus consuevit, locum non competere.

Et S. II. G. responderi mandavit : « Vicario foraneo ratione Vicariatus nullam competere praecedentiam, sed eum stare el sedere debere in loco suae receptionis, si sit de gremio Capituli. Verum Hebdomadario, si fuerit Canonicus, deberi digniorem locum a parte tabellae Cliori ; Praeposito autem digniorem locum e conspectu Hebdomadarii, vel immediato post Hebdomadarium Canonicum: at si Hebdomadarius erit Canonico inferior, et fuerit sacris indutus, deberi ei locum apud Altare a parte cornu Epistolae; si vero non fuerit sacris indutus, digniorem locum supra reliquos sui Ordinis ». Die 24 Maii 1089.

11(9. AESERNIEN. (1989)

Conquestae sunl Dignitates Cathedralis Aesernien. Canonicos eiusdem Cathedralis nuper praesumere coepisse, ul in Missarum solemniis Canonici in Officio Diaconi el Subdiaconi iis famulentur, ac in Vesperis quatuor ex gremio Ecclesiae pluvialibus induti assistendam praestent supplicarunt propterea huiusmodi praerogativam ipsis tantummodo Dignitatibus ex consuetudine debitam, Canonicis praedictis prohiberi.

Et S. R. C.: «quamvis non haesitet Canonico Missarum solemnia peragenti Canonicos pariter, et non inferiores, pro Diacono et Subdiacono famulari debere; tamen ab Episcopo informationem desiderari » mandavit. Die 14 Iunii 1689.

1(20. NEAPOLITANA. (1990)

Institit Vicarius Generalis Emi Archiepiscopi Neapolitani a S. R. C. declarari : an liceat in Ecclesiis in quibus non asservatur SS. Sacramentum, celebrari Missam Feria V in Cocna Domini, et in Sepulcro idem augustissimum Sacramentum asservari?

Et S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 14 Iunii 1089.

1121. PUTEOLANA. (1991)

Cum S. R. C. die 29 Martii proxime praeteriti, Decrelum generale, quod absente vel impedito Episcopo, functiones Episcopales ‘«peclant privative ad primam Dignitatem, in Ecclesia Puteolana servandum ad instantiam Capituli Cathedralis eiusdem expediri iussisset; subinde autem Canior secunda Dignitas Missarum solemnia die Purificationis ad ipsum privative ex erectione suae Dignitatis perlinere exposuisset, idque iam a S. C. approbatum pateat exlitisse Decreto 3 Augusti 1652:

Eihi DD. S. R. C. praepositi, ad tollendas dissensiones, quae inter ecclesiasticas personas oriri solent : « Candelarum distributionem praedicta die Purificationis ad Cantorem praefatum perlinere declararunt, cum eidem vigore Decreti erectionis suae Dignitatis competat ea die Missarum solemnia persolvere ». Die 14 Iunii 1659.

Decretum diei 3 Augusti 1652, sequens est :

PUTEOLANA. Orta controversia inter Caniorem Cathedralis ex una, el Decanum eiusdem ex altera super benedictione cl distributione candelarum in die Purificationis B. M. V.,

S. R. C., cum alias declaraverit solummodo praedicta spectare ad Celebrantem ; hodie, proponente Eiho D. Cardinali Coslagulo, ad instantiam praefati Canioris, citato Decano eius adversario, subiunxil : «Ius celebrandi Missam in die Purificationis spectare ad praedictum Caniorem ex Decreto erectionis eiusdem Canloriac ».

1122. CUSENTINA. (1992)

Postulantibus Capitulo el Canonicis Metropolitanae Ecclesiae Cusenlinae, 8. R. C. declaravit : « Canonicos in Choro existenles ad confessionem debere stare, reliquos vero inferiores genullecterc. Consuetudinem vero ut Canonici celebrantes, vel alias Officium peragentes, penes Sedem el non apud Altare thus in ihuribulo imponant, cl aspersionis Officium pariter peragentes, non ante Altare sed prope Sedem preces el Orationem cantem; omnino ab Ecclesiae Cusenlinae praxi revocandam fore ». Dic 19 Iulii 1659.

1123. FULG1NATEN. (1993)

Decanus Cathedralis Ecclesiae Fulginalen., qui duplici gaudet Praebenda nempe Decanali et Canonical!, S. R. C. exposuit, nuper a Canonicis coeptum recusari supplere eius vices in obeundis muniis canonicalibus, quandocumque ipsi oratori Decanalus onera simul explenda obveniunt.

S. R. C., partibus auditis, declaravit : « Decanum teneri obire munia Decanalus, el Canonicos ne Ecclesia debilo fraudetur obsequio, teneri supplere pro Dertino in oneribus canonicalibus, quae tamen in tabella turni uti ad Decanum Canonicum perlinentia adnolenlur; qui tamen debebit ex

urbanitate rogare Canonicos, ul suppleant cius vices ; et si iidem recusent ab Ordinario compellantur ». Die 19 Iulii 1659.

112-1. NOLANA. (1994)

Episcopus Nolanus exposuit, a Fratribus Reformatis S. Fraricisci Monialibus Monasterii S. Spiritus Nolae existentibus, sub poena peccati mortalis el incursu in excommunicationem, vetitum fuisse, ne ipsi oratori in visitatione Clausurae Monasterii consueta praestentur obsequia.

S. R. C. declaravit : « Moniales debere initio Visitationis Episcopum sub baldachino sedentem revereri cum genullexione, el ab eo singulas accipere benedictionem, non attenta prohibitione a Fratribus perperam interposita ». Dic 19 Iulii 1659.

1125. ORITANA. (1995)

Episcopus Oritanus exposuit, nuper a Dignitatibus et Canonicis Cathedralis induci coeptum abusum in Missis privatis, adhibendi duos ministros, quatuor candelas accensas, el abacum parandi.

S. R. C. « Abusus suis initiis dirimere intenta, ne serpant ulterius, Dignitatibus et Canonicis praedicta minime licere respondit ». Die 19 Iulii 1659.

1126. RECINETEN. (1996)

S. R. C., iuxta alias resoluta, declaravit: « Vicario Generali non Praelato, vel alias Protonotario Aposlolico in habilu tamen praelalilio Divinis non inlercssenti, nequaquam, absente Episcopo, trini ductus thuribuli thurificalioncm competere, sed lanium duplici ductu eum thunlicari debere ». El ila in Ecclesia Recineten. servari mandavit. Die 19 Iulii 1659.

1127. ROSSANEN. (1997)

Procurator Generalis Ordinis Capuccinorura exposuit a Fratribus Minimis S. Francisci de Paula Rossanen. Civitatis Fratribus Capuccinis eiusdem loci in Processionibus praecedentiam controvert!, quia Capuccini ab antiquo Conventu ad modernum, postquam Fratres Minimi in ea Civitate Conventum adepti sunt, transierunt.

S. itaque R. C. censuil : « Praecedentiam competere Capuccinis uti antiquioribus in loco: el familiam novi Conventus subrogati loco antiqui, iis omnibus privilegiis gaudere, quibus antiqui Conventus familia ipsa fruebalur; praesertim cum translatio auclorilalc Apostolica peracta sil ». Die 19 Iulii 1089.

1128. INTERAMNEN. (1998)

S. 11. C. in causa controversiarum iuris praecedendi vertente inter Rectores Ecclesiarum et BeneGcialos Cathedralis Inleramnen., rursus auditis iuribus hinc inde novissime deductis, ad relationem Emi D. Card. Franciotli, declaravit: <Rectores praedictos esse dc gremio ac de Clero Ecclesiae Cathedralis, ac proinde Decretum emanatum die 8 Iunii 1658 non afficere Redores praefatos, quasi non possint inter Canonicos et BeneGcialos exislentes Divinis intéressé ; quia cesset ratio inseparabilitatis corporis Capituli el Cleri eiusdem Ecclesiae, cuius ipsi membra existunt, el retinendam esse praeeminentiarum praxim hactenus in eadem Ecclesia servatam, quod Rectores, quolies Divinis intéressé inibi compelluntur, sint BencGcialis, ul olim, in sessionibus, stationibus el Processionibus praeferendi ». Et ila in posterum servari mandavit. Die 2 Augusti 1659.

1129. SARZANEN. (2000)

Instante loanne Fantono de Fivizano Sarzanen. Dioecesis, S.R.C. declaravit: « Ipsum oratorem, incedentem in habitu Prolonolarii, debere in Choro sedere post Canonicos, vel, ubi Capitulum non existit, immediate post Rectorem Ecclesiae, vel alias facientem Officium. In Processionibus vero pariter eodem loco, vel nisi adsit Magistratus posse etiam uti Praelatus incedere post baldachtnum, sub quo defertur SSfllum Sacramentum ». Die 2 Augusti 1659.

1130. DECRETUM (2002)

Super Cultu Beatis adhuc non Canonizatis praestando, a S. R. Congregatione ordinaria habita coram SS. D. N. Papa Alexandro VII emanatum.

Ad aures EE. PP. S. R. C. plures devenerunt qui patrantur indultorum excessus, in materia praestationis cultus Beatis adhuc non Canonizatis.

Quamobrem eos eliminare, ac ne in futurum inducantur providero studentes, ad infrascripla devenerunt Decreta :

i. «Quod eorumdemBeatorum imagines, etiam non principaliter, el uti supplices appositae, simulacra, picturae, tabellae, aul scripturae, eorum praeclara gesta repraesentantes aul referentes, in Ecclesiis, Sacra-

riis el Oratoriis qinbuscumque, el praesertim in quibus Missae Sacrificium' vel alia Divina Officia peraguntur, inconsulta Sede Aposlolica, nullo pacto exponantur ».

2. «Quod ubi indultum fuerit per Sedem Apostolicam, imagines, simulacra, pictasque tabellas in Ecclesiis poni el coli posse in parietibus tantum, non autem super Allan collocandi facultas censeatur ».

3. « Quod, si concessa fuerit per eamdem Sedem Apostolicam Altarium erectio, non tamen ob id Missam et Officium de praedictis Beatis celebrandi vel recitandi facultas tradita praesumatur ; etenim specifica el expressa concessio super his praecedere debet ».

4. « Ubi in uno loco cultus fuerit concessus, non extendatur, inconsulto Pontifice, ad alium locum, quavis alia concurrente auctoritate ».

5. < In locis ubi Beatos praedictos ab omnibus coli permissum fuit, non inde publica Officii recitatio permissa censeatur, sed tantummodo privata ; nec satisfacloria praecepto recitationis, nisi quoad illos quibus Sedes Aposlolica de hoc induisent ».

6. « Missao pariter, quae fuerunt indultae certis personis, nempe Presbyteris Regularibus vel Saecularibus alicuius loci vel Monasterii, seu Presbyteris alicuius Ecclesiae servitio praecipue addictis, a continentibus Sacerdotibus, quavis dignitate eliam Cardinalalus insignitis, minime celebrentur ». (1)

7. « Dies Festi in Beatorum eorumdem memoriam non celebrentur, nisi speciali induito Aposlolico provisum fuerit».

8. « Eorumdem nomina in Calendariis non apponantur, nisi illius lanium loci eartimque personarum, in quo et a quibus cultus cum Officio et Missa celebretur ».

9. < hi quibusvis ecclesiasticis precibus, eliam in Oratoriis privatis recitandis, particularia eorumdem suffragia non apponantur vel recitentur ».

10. « Publicis in precibus, praeter indullas et a Sede Aposlolica approbatas, iidem Beati non invocentur ».

11. «Eorumdem Reliquiae in Processionibus minime circumferantur ».

S. R. C., praesentibus declaratione cl iussione: «Removere non intendit cultum Beatis per communem Ecclesiae consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorumque Sanctorum scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis scientiam, ac tolerantiam Sedis Aposlolicae aul Ordinaliorum hactenus praestitum, ac certis modo el forma ab eo tempore eis exhibitum. Verum si a centum annis citra cultus huiusmodi aliqm ex parte constiterit auctus et extensus, eo casu S. eadem C. cumdom in pristinum reduci iubel ; proul quemvis cultum extra casus praedictos ad expressa lanium verbaliler in Aposlolicis Induitis omnino revocari mandat snb poenis etc. ».

« Firmis quoque remanentibus Decretis, nempe, ne Beati in Patronos eligantur, nec eorum natalia cum octavis celebrentur, et aliis quibuscumque a S. C. hactenus emanatis, quae praesenti Decreto renovantur ».

« His autem SSiho relatis, et in S. R. C. ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Emuin et Illitum D. Cardinalem Saccheltum accurate perlectis, mature discussis, Sanctitas sua ea approbavit, ct pro omnimoda eorumdem observatione mandavit typis imprimi, ad valvas affigi el publicari, ut, elapso tempore sex mensium a die publicationis eorumdem, omnes ct singulos afficiant et arctent, ac si omnibus el singulis eadem exhibita vel personaliter praesentale, intimata seu notilicala fuissent. Indulsilque locorum Ordinariis, ut auctoritate Sedis Apostolicae possint, imo debeant, Saeculares el Regulares quoscumque quantumvis exemptos, eliam Societatis Iesu, S. Antonii Viennen. el S. loannis Hierosolymitani, ct reliquos omnes speciali expressione indigentes, eliam sub censuris compellere ».

« Cum aliqui nulli subdantur Episcopo, qui eos, si excesserint, coercere valeat ; eo casu a Sedis Aposlolicae Nuntiis si aderinl, sin minus ab Arcbiepiscopis, in quorum Provinciis, vel ab Episcopis Romano tantum Pontifici subieclis, intra vel prope quorum Dioecesis limites eorum Ecclesiae vel Monasteria sita fuerint, tamquam a Sede Aposlolica Delegatis ad huiusmodi Decretorum observationem praedicti omnino cogantur ».

Dic 27 Septembris 16f»9.

1131. DECRETUM (2003)

Circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum a S. R. C. habita coram SSmo D. N. Alexandro PP. VII ematum.

S. R. C., tollendis el eliminandis circa ecclesiasticos ritus qui irrepserunt abusibus,

(I) Vide Decretum die 9 Decembris 1895, quo ius mutatum est.

sedulo intenta, post Episcoporum Caeremoniali· evulgatum (quo quidquid ad ipsos in Sacris Caeremoniis perlinet, abunde praescripsit): idem quoad inferiores Praelatos, qui Pontificalium usu fruuntur, praestandum curare necessarium existimavit, ut excessus aboleantur, uniformisque inducatur Sacrorum Hilus in omnibus, et praesertim tempore, quo privilegia ipsi perperam interpretantes obtendenlesquc, parum obsequi student Decretis pluries ab eadem S. R. C. hac in re evulgatis, aut ipsa ignorare praetexunt. Quamobrem omnia simul, ut uno conspiciuntur obtutu, cogere, perque capita dirigere constituit, quo facilius observentur.

1. « Super Altari, in quo Sacrum erunt facturi, septimum nequaquam apponant Candelabrum ».

2. «Cathedram, seu Sedem fixam el permanentem in eorum Ecclesiis ne delineant, sed tribus ipsis diebus, quibus ex antiquis Decretis tantummodo Pontificalia celebrare est ipsis permissum, mobili Sede seu Cathedra utantur, quam nihilominus simplici sericeo panno coloris festivitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio, aut basilico opere exornato ».

3. « Baldachinum adhibere supra Sedem poterunt non pretiosum aut aureum, sed simplex; et eo, quod Altari superimponitur, materia el opere inferius ; ad ipsam autem per duos tantum gradus in Presbyterii superficie stratos ascendatur».

4. « Non abacum alium praeter parvam mensam, el in cornu Epistolae parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, necnon mitra, Calix, Missale, thuribulum, navicula, el reliqua ad celebralionem necessaria collocentur : prope vero mensam eamdem parieti haerens baculus pastoralis aptetur ».

ii. « Dies vero, in quibus solemniler ipsis operari conceditur, sint de praecepto festivi, vel alii in quibus ipsis ponlificaliler celebrare festivitatis ratio exigat: nempe Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli ct Dedicationis Ecclesiae. Abstineant autem ab huiusmodi Pontificalium usu in Officiis et Missis Defunctorum quocumque die eliam festivo ct de praecepto ».

(i. « Ad Ecclesiam accedentes, licet ροη~ tificaliler Divina peracturi, iisdemque absolutis ab Allari recessuri, a suis Canonicis vel Monachis (ut mos est Episcoporum) ne associari se sinant ».

7. < Praeter duos Sacrificii ministros, Diaconum nempe Evangehi el Subdiaconum Epistolae, duo alii tantum Diaconi cum Dalmaticis, el unicus Presbyler cum pluviali iis assistant. Duo insuper Cappellani, qui de mitra el baculo, ac totidem Acolythi pro candelabris inserviant. Praetebea sex alii Canonici vel Monachi, duo scilicet pluvialibus, duo Planetis, lolidemque Tunicelhipduti, Divinis huiusmodi intéresse valeant, qui tamen non in Sedibus seu stallis choralibus, sed in scamnis absque poslergalibns panno viridi laneo cooperiis, situ congruo accommodatis moxque illico removendis, consideanl ».

8. « Mitram pretiosam, nisi illis expresse a S. Sede indullam, non adhibeant. Sub mitra pileolum nigri lanium coloris induant. Baculum pastoralem albo velo appenso deferant; ab iisque el aliis Pontificalibus eliam de Ordinariorum licentia extra Ecclesias sibi subieclas prorsus abstineant, el neque in Processionibus, quae ab eorum Ecclesiis per vias extra ambitum vel Parochiam ducuntur, insignibus praedictis utantur, vel penes se perferri faciant ».

9. «Regulares rochellum non deferant, nisi ex tali Ordine fuerint, cui indumenium huiusmodi compelal ».

10. « invitati ad Ecclesiam exemptam, nec in illa Pontificalibus uli valeant ; nec ii, qui non fuerint Abbates perpetui vel benedicti in propriis Ecclesiis uli possint privilegio perpetuis Abbatibus vel alias benedictis induito ».

11. « Sacras vestes ex Allari non sumant, nisi ponlificaliler Dix inis vacaturi ».

12. « Indulgentias impertiri vel publicare non audeant, absque expresso S. Sedis induito ».

13. «Pontificales benedictiones cum trina Crucis productione in Missis lanium pontificalibus, necnon Vesperis et Matutinis ponlificaliler itidem celebratis licere sibi tantum meminerint. Privalim vero populis, quamvis pleno iure subieclis, nisi expresse ipsis permissum fuerit, eliam pontificalibus induti per Ecclesiam incedentes, benedicere non praesumant ».

14. «Praesente Episcopo, sine speciali Sedis Aposlolicae permissu, etiam ponlificaliler celebrantes, a benedictionibus cessent ».

15. « Si Episcopus aderit, ipsius Sedes in cornu Evangehi uno solum gradu eminentior \bbaliali est erigenda : haecque altero gradu humilior, ut dictum est, in cornu

Epistolae collocetur. A latere Episcopi Canonici Cathedralis, prope Abbatem Canonici vel Monachi Monasterii Abbatialis Ecclesiae consideant. Confessionem cum Celebrante Episcopus faciat, isque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum osculetur, et populo solemniter (quamvis Abbas ipse ponlificaliter celebret) benedicat; Episcopus proplerea trino ductu, el immediate Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (nisi celebret) pariter duplici, ac subinde Canonici vel Monachi Abbatialis Ecclesiae unico tantum ductu thurificenlur ».

16. < Abstineant tamen Episcopi, ubi consuetudo contraria non viget, a frequenti huiusmodi accessu ad Ecclesias exemplas in similibus actibus, ul liberius Abbates valeant suis uli privilegiis ».

17. « In Ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, nec non in vestitioribus Monialium, el emissione professionis earumdem, eliam pleno iure sibi subjectarum, m benedictione sacrae supellectili', celerisque actibus (Missarum, Vesperarum, Matutinarum solemniis ter tantum in anno, ul praefertur, exceptis) neque in Ecclesiis, Oratoriis, aliisque locis lam publicis quam privatis, quantumvis exemplis, eisdemque Abbatibus pleno iure subieclis mitram, baculum et quaevis alia pontificalia insignia, nisi de expressa Sedis Apostolicae concessione, adhibeant ».

18. « Ecclesiasticam supellectilem pro servitio dumtaxat suarum Ecclesiarum vel Monasteriorum benedicant ».

19. « Reliqua pontificalia extra loca ipsis Abbatibus subiecla, vel pro servitio alienae Ecclesiae, aut in subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum, exercere non valeant : puta Campanarum benedictionem, Calicum, el similium, in quibus sacra adhibetur unctio, nec non Minorum Ordinum collationes ».

20. < Concionatoribus, qui eorum subditis verbum Dei praedicandi onus acceperint, benedictionem elargiri non praesumant : sed Episcopis, quibus ius huiusmodi privative competit, omnino dimittant ».

21. « Iu Missis privatis quoad indumenta, caeremonias, ministros, Altaris ornatum, el benedictionis largitionem, a simplici Sacerdote non discrepent, ac proinde sacras vestes induant in Sacrislia, neque utantur Cruce pectorali, unico sint contenti ministro, aquam cum pelvi el urceolo argenteis sibi ministrari non sinant, duasque tantum candelas super Altare adhibeant ».

His autem SSnio relatis, et in S. R. C. ordinaria habita coram Sanctitate Sua, per Eihum el Riiium I). Card. Urancaccium accurate perlectis, mature discussis : < Sanctitas Sua ea approbavit, el pro omnimoda eorumdem observatione typis mandavit imprimi, ad valvas affigi el publicari, ul, elapso termino sex mensium a die publicationis eorumdem, omnes et singulos usu pontificalium gaudentes, cum Saeculares tum Regulares, quantumvis exemptos el speciali expressione indigentes afficiant el arctent, ac si omnibus el singulis eadem exhibita vel personaliter praesentata, intimata seu nolilicala fuissent, indulsitqiie praeterea Locorum Ordinariis, ut auctoritate Sedis Aposlolicae possint, imo debeant, praefatos eliam per censuras compellere ».

* Cumque nonnulli ex praedictis Abbatibus et Praelatis proprium habere possint territorium iuraque Episcopalia, nullique subdantur Episcopo, qui eos coercere, si excesserint, valeat ; eo casu a Sedis Aposlolicae Nuntiis, si aderunt, sin minus ab Archiepiscopi , in quorum Provinciis, vel ab Episcopis Romano tantum Pontifici subieclis, intra vel prope quorum Dioecesium limites eorum Ecclesiae vel Monasteria sita fuerint, tamquam a S. Sede delegatis, ad huiusmodi Decretorum observationem praedicti omnino cogantur ». Die 27 Septembris 1059.

1132. BONONIEN. (200S)

Petiit Capitulum Ecclesiae Bononien. declarari : an, attento quod inibi asservatur Venerabile Sacramentum, non quidem in Tabernaculo super Altari collocato, sed appenso palmis octo circiter a superficie Altaris distante, sit genuflectendum quoties Altari sit inclinandum, ac si Sacramenlum immediate super Altare collocatum exislerel?

Et S. R. C.: «Omnino genufieclcndum esse » respondit. Dic 22 Novembris 1059.

1133. CONVERSANA. (2000)

Canonici Cathedralis Ecclesiae Conversanae S. R.C. supplicarunt, declararo dignaretur: quodnam e stallis choralibus Hebdomadarius Canonicus occupare debeat, cum a qualibet parte Chori extrema slalla sint Dignitatum ; el an Hebdomadarius Dignitas in eodem slallo, in quo Hebdomadarius Canonicus pariter sedere debeat?

El S. R. C. respondii: « Hebdomadario, tum Dignitati tum Canonico, deberi stallum

primae vel secundae Dignitatis a parte Chori, el immediate sub Hebdomadario sedere debere primam vel secundam Dignitatem respective; stallurn vero e conspectu Hebdomadarii vacuum dimittatur, ut prima el secunda Dignitas in slallorum paritate conveniant, cl alter alterum ex directo rcspicial ». Die 22 Novembris 4659.

1134. MATHEUANEN. (2008)

Petrus Antonius Gallus Canior Ecclesiae loci Latetiae Malheranen. Dioecesis declarari postulavit : an Archipresbytero eiusdem loci liceat in administrando populis SS. Sacramento manum porrigere osculandam?

El S. R. C. respondit : « Non licere, cl contrariam consuetudinem esso abusum omnino tollendum ». Die 22 Novembris 1659.

1135. NARNIEN. (2009)

Episcopus Narnien. declarari institit: an ipsum cappa pontificali suffultum dexteram deferre liceat in propriis aedibus Gubernatori eiusdem loci ; nec non ad sinistram eumdem admittere ad genulleclendum in eodem genullexorio, in quo pariter cappa indutus ipse Ordinarius genufleclat?

Et S. R. C.: «Neutrum ipsi licere respondit, el contrariam consuetudinem esse abusum ». Dic 22 Novembris 1659.

1136. NOLANA. (2010)

Episcopus Nolanus, ad quem directae fuerunt Lilerae S. C. pro habenda informatione desuper necessaria in causa controversiarum inter Canonicum Montanarum Sacerdotem , el Clericos Canonicos antiquioris possessionis, respondit : Clericos promiscue cum Sacerdotibus sedere, el stare inibi hactenus consuevisse, attenta tamen anleriorilate possessionis adeptae de Canonicalu : verum quia post Lileras praefatas ad Ordinarium directas, emanavit Decretum in Congregatione habita coram SSiho favore Sacerdotum , quamvis in Canonicalu posteriorum,

S. R. C. iussit : « Decretum praedictum omnino in Ecclesia Nolana debere servari ». Die 22 Novembris 1659.

1137. PLACENTINA. (2012)

Oblinentes Dignitates in Ecclesia Placentina Provinciae Compostcllanae exposuerunt , hactenus consuevisse Missas canere diebus lanium solemnibus, Canonicos vero in reliquis duplicibus. Idquc ad formam concordiac irritae inter ipsos, el iuxla intellectum germanum Brevis Pontificii, quo cavetur: Portionarios Ecclesiae in semiduplicibus, et socios *(Compantroi* nuncupatos) in semiduplicibus el feriatis; Canonicos vero et Dignitates in duplicibus et solemnioribus decantare Missas per Dignitates, supplicarunt iniungi, ut nihil innovetur.

Et S. R. C.: « Solitum omnino servari, et nihil innovari mandavit : praesertim, quod, praeter deducia, repugnet Canonicorum ministerio a Divinorum operatione prorsus vacare, ul sequeretur, si Missarum el Officiorum celebratio inter Dignitates tantum el inferiores Praebendalos dividerelur ». Die 22 Novembris 1659.

1138. SALERNITANA. (2014)

Reclor Ecclesiae S. Andreae Terrae Solofrae Salernitanae Dioecesis institit declarari : an, attento quod eadem Ecclesia distet a Matrice per milliarium, teneatur ipse orator Sabbato Sancto sequi Matricem in pulsatione Campanae, an pro arbitrio eam possit pulsare, praesertim quod hactenus ita servari consueverit?

Et S. R. C. respondit: < Servanda esse Decreta, quibus Matrici Ecclesiae huiusmodi privilegium competere sancitum est ». Die 22 Novembris 1659.

1139. SANCTAE SEVER1NAE. (2015)

Dominicus Susanna Canonicus Cathedralis S. Severinae declarari petiit: an, attento quod ipse adhuc non reperiatur in suflicienli aetate ad suscipiendum Sacerdotium, sit tamen idoneus el paratus, quamprimum aetatem impleverit, ad suscipiendum Ordinem huiusmodi, sii vel ne praeferendus Canonicis Sacerdotibus posterioris possessionis, cum Praebendae non sint distinctae?

El S. R. C. respondit: « Quod orator, quousque Sacerdotio carebil, posthabendus est Canonicis Presbyteris eliam posterions possessionis; at si cum primum licuerit Sacerdotium suscipiet, tunc , nisi consuetudo Ecclesiae (quam eo casu Canonici iuniores probare debebunt) secus non exigat, locum suae possessionis ascendat ». Die 22 Novembris 1659.

1140. CAMERINEN. (2020)

Magistratus Terrae Apiri Camerinen. Dioecesis S. R. C. exposuit, in Ecclesia Collegiata S. Urbani hactenus consuevisse Praetorem el ipsum Magistratum per Canonicum Diaconum immediate post Cano-

meos Ihuriiicarii: modo autem in eadem Ecclesia erectos fuisse ocio Bénéficiâtes, et dubitari coeptum : an ipsi oratores debeant tbohficari ante praedictos Bénéficiâtes?

Et S. II. C. respondit : « Non obstare novam erectionem Beneficiatorum, quin, iuxta dispositionem Caeremonialis el consuetudinem hactenus servatam, Praetor el Magistratus thnrificenlur immediate post Canonicos ». Die 20 Decembris 1689.

IUI. SULMONEN. (2022)

Ad instantiam Cieri Matricis Ecclesiae loci Palenae Sulmonen. Dioecesis, S. U. C. inhaerendo Decreto alias in similibus edito in Congregatione particulari de ordine s. m. Urbani \III, eoque annuente, declaravit: « Posse Episcopos poenis sibi benevisis compellere quoscumque Regulares etiam Monachos , el quomodolibel exemptos, ad infrascriplas Processiones accedere, atque illis intéressé, exceptis dumtaxat in strictiori clausura viventibus, el Monasteriis ultra medium militare a Civitate distantibus, nempo m die Eeslo SS. Corporis Christi, in Litaniis maioribus, in Rogationibus, ac in quibuscumque aliis publicis et consuetis, vel pro bono, causa aut honore publico, non obstantibus quibuscumque ». Die 20 Decembris 1659.

1142. BOVINEN. (2024)

Episcopus Bovinen. lileras direxerat S.C. Immunitatis, quibus eamdem certiorem faceret per Marchionem Iliceti in Collcgiata Ecclesia eiusdem loci Sedem etiam cum lenio gradu novissime adhiberi coeptum, ac propterea de remedio opportuno supplex instabat.

S. autem praedicta C. ad S. R. C. supplicem eiusdem Episcopi libellum transmisit , quae censuil : < Non licere Marchioni praedicto adhibere Sedem cum gradibus, sed desuper lapele lanium ». Die 24 lanuarii 1060.

1143. PLACENTINA. (2027)

Franciscos Parentiis el Georgius Diana Canonici Presbyteri Collegiatae Ecclesiae Bianae Placentinae Dioecesis ad S. R. C. ileralo confugerunt, expetentes moderationem Decreti ab ea emanati die 22 Novembris 1050, quo scilicet approbata cxlilerunt Decreta Ordinarii super cantu Missarum el Vesperarum in singulis anm festivitatibus edita : nec non causae cognitionem ac decisionem dimitti A. C. Bulgarino, a quo obtinuerant inhibitionem super observatione antiquae tabellae: praeterea, quod ipsis inauditis, S. Congregationi in eos animadvertere placuisset, nempe ipsos novis oneribus et quidem intolerabilibus respectu tenuitatis praebendae aeque gravatos ab Episcopo eadem declarassel.

S. autem R. C. , attento quod ad oratorum eorumdem preces et querimonias tantum ab Ordinario authenticis documenti facti veritate expetita el accepta, ac iusli(ia decretorum plenius probata et inspecta, eadem Decreta exequi iussisset; rursus, auditis ac mature perpensis iuribus etiam novissime per oratores deductis: « In Deci elis omnino manendum esse censuil, caque propterea inconcusse servari, ac debitae exequulioni demandari praecepit ». Die 24 lanuarii 1(5(50.

1144. PISAUREN. (2028)

Capitulum Calhedralis Pisauren. novissime extrudis choralibus slallis in maiori Ecclesiae abside, S. R. C. exposuit, ab Archidiacono secunda Dignitate digniorem Sedem ad Chori laevam desiderari, ac post Praepositum primam Dignitatem sibi thuris praerogativam omnino debitam pariter censeri. Quamobrem S. C. supplicavit, declarare dignaretur, quidquid cum Archidiacono rite servandum videatur:

Et S. R. C. respondit : « Secundam Dignitatem vel immediato post primam in eadem Chori parte sedere debere, si vclil immediate ihuriiicari; vel , si alias eligat digniorem Sedem in parte sinistra , post Canonicos exislenles in dextera se thurilicari sinat, prout ita servari mandavit ». Die 24 lanuarii 1(560.

1145. RAVENNATEN. (2029)

Ad tria dubia per Caeremoniarum Magistrum Ravennatensis Ecclesiae Metropolitanae proposita S. R. C. respondit:

1. « A Praefecto cubiculi Rihi D. Archiepiscopi intra Presbyterium Archiepiscopo Divina peragenti, vel publice iisdem assislenli, nullum obsequium nullamquc assistentiam praestari debere, sed praedicta eo casu spectare ad Magistrum Caeremoniarum ».

2. < Quando Archiepiscopus est ponlilicaliler indutus, nempe mitra cum pluviali vel Plancta, Caudalarium ei Cruciferum adhibere debere collam : verum , si cappam deferat Episcopus, praedicti vestem violaceam deferre debent ».

3. « Cruciferum, dum Archiepiscopus concionibus interest, posse Crucem parieti haerentem dimittere ». Die 24 Ianuarii

1146. SANCTI SEVERINE (2030)

Archidiaconus Calhedralis Ecclesiae Civitatis S. Severini S. R. C. supplicavit, iniungere dignaretur Episcopo, ne ipsum oratorem ad indebita el insueta obsequia sibi praestanda compellat: nempe, ul cubiculum petat, in quo Episcopus idem ad Ecclesiam accessurus cappam induit.

At S. R. C. respondit: « Archidiaconum oratorem teneri ad huiusmodi obsequium Episcopo exhibendum, etsi recuset, omnino compellendum ul praestet ». Die 24 Ianuarii 1660.

1147. SURRENTINA. (2031)

Archiepiscopus Surrentinus S. C. supplicavit, dignaretur declarare:

1. An connivendum, ut concionator initio concionis titulum Ulmi Magistratui attribuat :

2. An, ut Magistratus idem interfaturus ecclesiasticis functionibus Sedem supra *predellam* strato obductam adhibeat :

3. An eique in aedibus Episcopalibus dexteram orator ipse deferre debeat?

El S. R. C. ad 1. « Nihil » respondit.

Ad 2. « Audiri iura per Magistratum deducenda ».

Ad 3. « Inconveniens atque indecens, ul filii praecedant parentem, idque tantum per literas Archiepiscopo nunciandum ». Die 24 Ianuarii 1660.

1148. TUDERTINA. (2032)

Episcopus Tudertinus declarari postulavit: an connivendum , quod Prior Calhedralis Ecclesiae in Missarum privata celebratione adhibeat quatuor candelas «accensas super Altari, *bugiam,* ministrum Sacerdotem praeter Clericum , Canonein a Missali distinctum, el quod praeterea duo inlortilia a suis famulis ad elevationem detineri faciat?

Et S. R. C.: « Priorem praedictum in Missarum celebratione penitus a simplici Sacerdote nullatenus secernendum esse, eiqno propterea praedicta minime licere » respondit. Dio 24 Ianuarii 1660.

1149. LISBONEN. (2033)

Patres Thealini Ecclesiae S. Mariae de Divina Providentia Lisbonen. Civitatis exposuerunt : Dedicationem praedictae Ecclesiae occurrere cum Dominica secunda Epiphaniae, et hactenus consuevisse cantari Missam do B. M. , cum Evangelio proprio : *Loquenle /esu ad turbas etc.,·* tandem vero sibi in animum induxisse, si S. eadem C. assensum praebeal, posthac in Missa praedictae B. M. V. canere Evangelium currentis Dominicae: *Cum nuptiae factae essent,* necnon Orationem: *Deus, cuius pro-lideiitia,* quae habetur in Missa Dominicae VIII post Pentecosten.

S. R. C. Patribus iisdem oratoribus praecepit: < Ut in posterum Dominica praedicta, servatis Rubricis, celebrent Missam propriam de Dedicatione Ecclesiae: modo tamen Ordinarius Dominicam praedictam el non diem certam mensis anniversariam Dedicationis in ipsis Dedicationis Ecclesiae solemniis assignaverit: eoque casu dic assignata , quamvis in Dominica non incident, Missam pariter propriam de Dedicatione omnino celebrent ». Die 2i Ianuarii 1660.

1150. VRATISLAVIEN. (2034)

Suffraganeus Vralislavien. exposuit, ob eius invaleludinem non posse Ordines conferre el Missae sacnim absolvere: petiitque dispensari, ut inter Missarum solemnia, ab alio Sacerdote peragenda, sedens Ordines conferre valeat.

Et S. R. C censuil : < Nihil indulgendum fore». Die 24 Ianuarii 1660.

AES1NA. (203.3)

Angelus Baldassinus Plebanus Matricis Ecclesiae Castri Musciani Aesinae Dioecesis S. R. C. supplicavit, dignaretur iniungere Rectori S. M., ul, non obstantibus contrariis Decretis a Vicariis Generalibus Emorum Corradi et Cybo hactenus emanatis, servet consuetudinem Decreto Vicarii Generalis bo. me. Cardinalis Cincii firmatam, scilicet obviam eundi ad Imaginem usque B. M. V. vulgo *la Madonnella,* ipsi oralori ad praedictam Ecclesiam processionaliter accedenti, diebus S. Gregorii Magni et Assumptionis Binae Virginis.

S. R. C. animarum salutis commodo sedulo prospiciens, quibuscumque non obstantibus Decreta Emorum Corradi et Cybo servari mandavit, ac satis esse declaravit: < Quod Parochus S. Mariae ad portam suae Ecclesiae praedictum Plebanum excipiat, ul reliquum temporis in audiendis confessionibus, et fidelibus Sacra Eucharistia reficiendis insumat ». Die 28 Februarii 1660.

1152. CIVITATIS PLEBIS. (2037)

Episcopus Civitatis Plebis S. R. C. exposuit, Gubernatorem eiusdem Civitatis, nedum propria obsequia ipsi oratori praestare renuere, eum scilicet solemniis in Cathedrali peractis ad aedem Episcopalem vel ad currum associandi; verum praeterea Magistratui vetuisse, ne huiusmodi officia eidem praestet.

S. R. C.: « Facultatem attribuit Episcopo oratori, compellendi Gubernatorem el Magistratum ad obsequia praedicta diebus consuetis omnino praestanda ». Die 28 Februarii 1060.

1153. CONGREGATIONIS VALLIS UMBROSAE. (2041)

Oria controversia inter Arsenium Borbonium et Leonem Strozzium Monachos Congregationis Vallis Umbrosae super iure praecedendi, quatenus nempe Borbonius invalide emisit professionem adhuc in legitima aetate minime constitutus, at bona fide, et non suo sed Superiorum computationis annorum errore, ob diversitatem inchoationis anni ab Incarnatione Dominica, quao Florentiae verius ab Annuntiatione, quam alibi a Nativitate Domini computatur: elapso autem quinquennio, delecto errore, slatim nedum tacite sed explicite eam ratificavil ; verum medio tempore Slrozzius iam in legitima exislens aetate, valide ab initio professus est, ac proinde sententiam favorabilem ab Abbate Generali obtinuit;

S. R. C., utraque parte informante, sententiam Abbatis Generalis ex defectu citationis nullam declaravit, censuitque « Borbonium reinlegrandum fore in suo iure praecedendi, siquidem illi a die completae legitimae aetatis retrolraclio ratificalionis habitae suffragetur », proul exequi mandavit. Dic 20 Martii 1000.

1154. NOLANA. (2043)

Petiit Episcopus Nolanus a S. R. C. declarari: an connivendum , quod Canonici Calhedralis, iuxia inductam consuetudinem, in Choro non recitent Oflicium parvum B. M. V., Defunctorum, Psalmos Graduates el Poenilenliales temporibus in Rubricis Breviarii Romani praescriptis?

Et S. R.'G. responderi mandavii: « Praedicta non esse omittenda, el contrariam consueludinoni post Bullam Pii V inductam, esse abusum impracscriptibilem ». Die 20 Martii <660.

1155. SORANA. (2044)

Promoter Fiscalis Episcopalis Curiae Soranae S. R. C. supplicavit, Canonicis Collegialao Ecclesiae S. Restitutae eiusdem Civitatis iniungere dignaretur observationem Decreti Vicarii Capitularis, Synodalibus Constitutionibus conformis; nempe quod omnes Clerici cum birelis el superpelliceo simul in Calhedralem conveniant ad conciones audiendas.

El S. R. C. proul alias censuit: «Canonicos praedictae Ecclesiae S. Restitutae, ut, ea qua par est sedulitate, Divinis quae in propria eorum Ecclesia peraguntur, vacare possint, laudandos esse, sed non cogendos ut ad conciones praedictas accedant ». Die 20 Martii I6G0.

1156. DECLARATIO DECRETI (204G)

Super Cultu Beatis adhuc non canonizatis praestando.

Allatis ad S. R. C. dubiis circa observationem el inlelligenliam Decreti super cultu Beatis adhuc non canonizatis praestando editi die 27 Septembris 1659 :

1. An ubi indultum fuerit ul Missa do aliquo Beato celebretur, liceat eius imaginem et simulacrum , nec non votivas tabellas super Altari exponere?

2. An § 7. *Dies festi in Beatorum honorem non celebrentur,* extendatur ad Festa devotionis?

3. An indulla recitandi Oflicium cum octava, vel sine octava, et celebrandi Missam de Beatis fuerint revocata per dictum Decretum?

4. An in Ecclesiis, in quibus Oflicium et Missa de Beatis recitari ac respective celebrari possunt, liceat eorum Reliquias exponere?

5. An Episcopi Regulares, qui ex induito Sedis Aposlolicae gaudent privilegiis suae Religionis, de quibus sunt capaces pro eorum conditione, possint dc Beatis suao Religionis recitare Oflicium el in propriis Cathedralibus Missam celebrare, el Altare Beatis praedictis erigere?

S. R. C. respondit: Ad I. « Affirmative». Ad 2. « Negative ».
Ad 3. < pariter Negative ».
Ad 4. « Affirmative ».
Ad K. * Negative ». Die 17 Aprilis 1600,

1157. NOLANA. (2048)

Episcopus Nolanus exposuit , ab Archipresbytero Terrae Giciani Nullius, sed in-

Ira limites Dioecesis Nolanae silae, Ordinis Militum S. Ioannis Hierosolymitani, usurpari ius benedicendi concionalorcm quotidie, ut solent Episcopi, quamvis non gaudeat iurisdiclione quasi Episcopali; supplicavit propicrea, ei prohiberi huiusmodi abusum.

El S. R. C. respondit: « Salis provisum fuisse Decreto novissime emanato super excessibus Indultorum usus Pontificalium, quo vetita palet huiusmodi benedictio, etiam habentibus usum Pontificalium ». Die 17 Aprilis 1660·

1158. SENOGALLIEN. (20 W)

Archipresbyler Calhedralis Senogallien. S. C. supplicavit, declarare dignaretur: an consuetudo servanda videatur, qua inductum reperitur, ul Imagines diverso tempore a Rubricis praescripto cooperiantur?

El S. R. C. iussit: « Ad Ordinarium literas dirigi, quibus eidem iniungatur observatio Rubricarum, nisi grave scandalum paritura putetur, el desuper scandali huiusmodi motivis instrui ab eodem Ordinario » mandavii. Die 17 Aprilis 1660.

1159. T1IELES1NA. (2050)

Retulit Enius D. Card. Aldobrandinus tria dubia ad instantiam Capituli Calhedralis Ecclesiae Thelesinae, nempe:

1. An Sabbato Sancto Ecclesia Collegiala S. Martini Terrae Cerreli possit pulsare Campanas, antequam pulsentur Campanae Ecclesiae S. Leonardi subrogatae in locum Calhedralis ad quotidianum Divinorum usum , quamvis antiqua Calhedralis in suo iure permaneat illaesa?

2. An'liceat ipsis Canonicis Calhedralis Ecclesiae S. Leonardi praedicti Missas celebrare et alias functiones peragere in Ecclesiis silis intra limites parochialis Ecclesiae Collcgialae praedictae?

3. An Ecclesiae, quae de novo eriguntur in dicla Terra Cerreli subiiciendae videantur subrogatae Cathedrali , vel Collegialae antiquae Matrici, idque per Episcopum arbitrio peragi possit sine consensu Capituli Collegialae Ecclesiae?

El S. R. C. ad 1. respondii: « Competere Ecclesiae S. Leonardi pulsum Campanae ante Collegiatam ».

Ad 2. «Non licere Capitulo Calhedralis

Ad 3. « Adeundam esse S. C. Concilii ». Die 17 Aprilis 1660.

11CO. ABBREVIATORUM (2062)
DE PARCO MAIORI.

Pluries el quidem novissime dubitatum fuit a RR. PP. DD. Abbreviatoribus maioris residential : quis eorum in Cappella Pontificia videatur alteri praeferendus; an scilicet, qui in Collegium aut in Cappellam primo admissus vel ingressus fuerit , vel qui prius habitum Praelalitium actu susceperit?

SSmus autem suo speciali Rescripto munus commisit Eώo D. Cardinali Franciollo, una cum Secretario S. R. C., auditis hinc inde iuribus deducendis, decernendi quidquid ab iisdem DD. Abbreviatoribus servandum sil, ut inde subortae iam lites absque iudicii strepitu praecidantur; et futuris aditus praecludatur omnimode, ne quid inordinatum , sed neque contentiosum aliquando involvat norma Ecclesiasticae Hierarchiae in Pontificia Cappella. Iuribus itaque hinc inde deductis, mature perpensis, seduloque discussis, ea mox et sententiam suam Emus idem Cardinalis in Consistorio Secreto ad Sanctitatem Suam detulit, quae mandavii in Acta S. R. C. referri Decretum inconcussa lege servandum, nempe: « Quod Abbreviator ille alteri praeferatur, tum in Cappella Pontificia, cum alibi in ceteris quibuscumque actibus, praeterquam in Parco, qui prius habitum Praelatitium actu susceperit, praeviis ac adimpletis solemnitatibus requisitis per Constitutionem s. m. Sixti V, incipientem: *Quemadmodum procidens, datam* Romae decimo Kal. Octobris 1386, enuncialam a s. m. Paulo V, in Constitutione incipiente: *Honiani Pontificis,* data Romae Kal. Iulii anno 1603; quamvis is, qui prius habitum susceperit, posterior fuerit in admissione in Collegium, quibuscumque in contrarium facientibus penitus sublatis ». Dio 12 Iunii 1660.

1161. ARIMINEN. (2033)

Guardianus el Fratres Convenluales Ecclesiae S. Francisci loci S. Archangeli Ariminen. Dioecesis S. R. C. exposuerunt, ex certis signis, quae adhuc exstant in eorum Ecclesia , haesitari non posse, quin olim fuerit consecrata, verum ignorari penitus diem actae Consecrationis; propterea supplicarunt assignari diem ad celebranda huiusmodi anniversaria solemnia.

El S. R. C. : < Modo Vicarius Generalis Episcopi absentis non haesitet de veritate narratorum, eiusdem arbitrio diem in po-

stenim semper retinendam , extra tamen Adventum et Quadragesimam , oratoribus assignari indulgendum » censuit. Die 12 Iunii 1660.

1162. BOIANEN. (2050

Episcopus Boianen. S. B. C. exposuit, nonnisi cum scandalo populi lotius Regni Neapolitani posse debitae execution! demandari Decretum editum super cultu Beatis adhuc non canonizatis pçueslando; quamobrem supplicavit, dignaretur S. C. ei praecipere, quid quoad B. Gaietanum, apud Neapolitanum populum in magna veneratione universim habitum, connivendum videatur?

El S. R. G. iussit: < Gum SStho agi: an quoad praeterita, nempe quoad Altaria iam erecta el imagines Beatorum publicae venerationi hactenus expositas firmandum sit, ne removeantur: praecipiendo stride Episcopis, ne in futurum nova erigi el exponi permittant, procedentes contra inobedicntes eliam exemptos, ut delegati Sedis Aposlolicae, vel si de omnibus Beatis haec firmari non placeret, saltem dignaretur Sanctitas Sua declarare, Decretum emanatum non extendi ad Beatos illos, quorum nomina recensentur in Marlyrologio Romano, saltem quoad Altaria iam crecta el imagines olim expositas in publicis locis. Delato autem ad SSthum sensu S. G., mandavil : Episcopo Boianen. et aliis huiusmodi petentibus responderi, quod suaviler curent execution! demandare Decretum: et populum, quantum poterii, tum per Gonfessarios tum per concionalores promoneri faciant, quod S. C. non intendit cultum privalamque populi religionem in B. Caietanum removere , sed potius, ut augeatur, desiderat ; at cultum publicum ubique Sanctis Canonizatis praestandum, Beatis fieri communem velat, alias nulla daretur distinctio inter Sanctos el Beatos, el frustra (quod absit opinari) Ecclesia ad solemnia Ganonizalionis procedere quodammodo videretur, si causa huiusmodi effectus novos minime produceret ».

Quo vero ad novam provisionem : « Sanclilas Sua dixit maturius procedendum, neque quidquam contra firmatam legem velle lirmare ». Die 12 Iunii 16(50.

1163. CONGREGATIONIS CASSINENSIUM. (2056)

Procurator Generalis Congregationis Cas-«.inensium SSrho humiliter supplicavit, dignaretur praecipere S. R. C., ul , quae Abbatibus Cassinensibus particulari Sedis Aposlolicae induito ex velitis, et praeter expressa in Decreto novissime super usu Pontificalium edito, adhibere liceat, praevia discussione declararet. Sanctissimus autem oratoris preces ad eamdem Congreg. transmisit, rescripsilque perEmum D. Card. Francioltum nolulam dubiorum supplici libello subnexam in ipsa Congregatione referri, quae

Ad § 4 Decreti, « Quo prohibetur usus praeterquam unius abaci, asserentibus Monachis hactenus ab immemorabili tempore eorum Abbates adhibere consuevisse secundum abacum ad pelvim el urceolos exponendos, S. R. C. censuil: Servandum esse Decretum ».

Ad § 5. « Quo Iribus tantum diebus de praecepto etc. Pontificalis celebratio permittitur, exponentibus Monachis laxativam huiusmodi non extendi ad usum Pontificalium sine baldachino, ac proplerea ex Induito Alexandri II sibi competere Pontificalium usum, etiam in exequiis nobilium virorum; S. R· C. censuil: Huiusmodi Privilegium tantummodo suffragari Monasterio Cavensi, nec ad alia Monasteria extendi ».

Ad § G. « Quo in accessu Abbatis Divina peracturi, et recessu eiusdem post Divina absoluta, prohibetur associatio more Episcoporum, affirmantibus Monachis se ab immemorabili tempore simili associatione usos esse; atque indecorum videri, ul Abbas pontificaliter peracturus Divina solus Ecclesiam petat: S. R. G. censuil: Annuendum esse petilis, modo non extra sed intra septa Monasterii sese ad Ecclesiam conferat.

Ad § 7. « Quo taxatur numerus ministrorum, exponentibus Monachis, Abbates indigere ministris ad librum et candelam, ad intorlitia elevationis el ad candelabra Evangelii, ad mitram el baculum: S. R.C. censuil : Indulgendos fore alios qualuor ministros colla indutos, praeter expressos in Decreto ».

Ad § 8. < Quo usus mitrae pretiosae el baculi sine velo appenso vetitus est, asserentibus Monachis, mitram pretiosam ipsis dc iure competere, velum quoque nunquam eos consuevisse baculo appensum adhibere, nec esse de ritibus Romanae Ecclesiae, sed Ambrosianae tantum: S. R.C. censuit: Quoad mitram servandam esse dispositionem cap. I f *Aposlolicae* De Privileg. in 6, quoad baculum vero servandum esse Decretum ».

Ad § 10. « Quo prohibetur usus Pontificalium in aliena Ecclesia, licet exempta, quamvis Abbas ad ipsam fuerit invitatus;

exponentibus Monachis, eos inibi pontificalibus insigniis hactenus usos esse, idque a iure ipsis permissum praesumere: S. 11. C. censuil: Servandum esse Decretum ».

Ad § 11. < Quo Saetas vestes ex Altari sumere Abbates privatim celebraturi prohibentur, asserentibus Monachis, se hactenus tali privilegio gavisos esse: S. 11. C. censuit: Servandum esse Decretum ».

Ad § 13. « Quo disponitur, ne Abbates extra Pontificalia pontificali more ac trina Crucis productione, nec privatim occurrenti populo, nec ponlilicaliler induti eliam per Ecclesiam incedentes benedicant; asserentibus Monachis, Abbates in Missis privatis hactenus episcopali more benedixisse, et ponlificaliier praesertim indutos per Ecclesiam transeuntes occurrenti populo benedictionem elargiri consuevisse; S. R. C. censuil: Servandum esse Decretum ».

Ad § 14. « Quo in praesentia Episcopi Abbatibus denegatur facultas benedicendi solemniler eliam in Pontificalibus; asserentibus Monachis, ex privilegio ipsis, eliam praesente Episcopo, benedictiones huiusmodi competere: S. R. C. censuil : Servandum esse Decretum ».

Ad § 15. « Quo traditur ordo inferioribus Praelatis Divina pontificaliter peragendi, praesente Episcopo loci Ordinario; exponentibus Monachis, Episcopo velitum reperiri ingressum in eorum Ecclesias, ipsis invitis: S. R. C. censuil: Servandum esse Decretum ».

Ad § 17. « Quo usus mitrae el reliquorum insignium pontificalium, praeterquam tribus anni diebus, abrogatus est; suggerentibus Monachis, indecorum videri, ul in Ordinibus conferendis, in consecrationibus, et in receptionibus el professione Monachorum el Monialium, Abbates mitram non adhibeant : S. R. C. censuil : Indulgendum fore, ul ea tantum utantur in actu Ordinationum, el benedictionum cum sacro Oleo».

Ad § 19. « Quo vetita est Abbatibus benedictio sacrae supellectilis pro usu alienarum Ecclesiarum; asserentibus Monachis, pro aliena Ecclesia ex Aposlolico induito eis licitum esse ecclesiasticam supellectilem benedicere: S. R. C. mandavit: exhiberi Indultum authenticum ex' Archivio Aposlolico desumptum, el inierim abstineri ».

Ad § 21. « Quo in Missis privatis prohibentur Abbatibus quivis ritus et praerogativae ad Episcopos privative spectantes; exponentibus Monachis, Abbates Cassinenses hactenus in Missis privatis adhibuisse quaIuor candelas, ministros ad lotionem manuum, ac duos assistentes cum cotta, etc. S. R. C. censuil : Servandum esse Decretum ».

Praesentisque Declarationis Decretum typis irnprimi posse concessit. Die 12 lunii 1660.

Praedictis autem SSmo relatis, Sanctitas Sua ea approbavit, el Decretum editum die 27 Septembris 1659 omnino exequi el servari mandavit. Verum: « Quoad §§ 5, 6, 7, 8 et 17, ad limites tantum praesentis declarationis, el non alias; salva quavis contraria, veibaliler lamcn expressa, dispositione privilegiorum particularibus Monasteriis Congregationis Cassinensiuin concessorum ». Die 20 lulii 1660.

1104. MEDIOLANEN. (2057)

Archipresbyter loci Modoeliae Mediolanen. Dioecesis, qui gaudel usu Pontificalium, consuevit ab antiquo tempore benedicere concionalorem, praecipue qui concionem sil habiturus, dum ipse Missarum solemnia pontificali more peragit: supplicavit proplerea declarari : an censeatur comprehensus in Decreto novissime emanato?

Et S. R. C. respondil : < Ei non licuisse per Concilium Tridenlinum huiusmodi benedictiones elargiri, el eum esse comprehensum in Decreto praedicto ». Die 12 lunii 1660.

1165. NARNIEN. (2059)

Priores Civitatis Narnien. exposuerunt, hactenus in Cathedrali consuevisse, ut eorum Secretarius thurilicaretur immediate post Bénéficiâtes, sederelque in slallo contra Benelicialos praedictos: modo autem erecto Seminario, ab Episcopo existimari quod Secretarius sit thurilicandus post Alumnos Seminarii; proplerea supplicarunt, nihil innovari de antiqua consuetudine.

Et S. R. C. « Non haesitans, quod Seminarium thurificandum sit immediate post Benelicialos tamquam de Clero ; ulterius rescripsit ab Ordinario desiderari delineationem Chori, an Secretarius vere sedeat in slallo chorali, vel intra Presbyterium?» Die 12 lunii 1660.

1166. PΛPIEN. (2060)

SSinus D. N. subortis contentionibus inter Pastorem el oves sedandis eliminandisque sollicitus, quamvis re utrimque composita, Antistitum in eorum gregem diligens studium, singularis probataque Pa-

piensis Magistratus religio in obsequendam Pastoris virgam, numquam ulla mox emersura dissensionis tempestate, turbari posse initam, Christianae caritatis tranquillitatem abunde studeant, tamen praesenti Decreto leges posthac inter praedictos perpetuo el inconcusse servandas, in Acta C. S. R. referri mandavit: nempe,

< Ul in Calhedrali Ecclesia implementum emanati Decreti die 9 Novembris 1657, quoad sedilia Abbatum et Decurionum, perpetuo servetur. In reliquis vero Ecclesiis, in quibus Abbates el Decuriones praefatos Divinis intéressé contigerit, aliqua isli interposita pariter stabili divisione extrinsecus collocentur. At si loci angustia id alicubi servari non patiatur, extra cancellulos Presbyterii decenti loco, seiunclim a populo, Abbatum el Decurionum eorumdem sedilia constituantur, eius videlicet altitudinis, ul vix Presbyterio aequentur; verum ad illa nullatenus ex anteriori parte, ne pluralitas graduum Solii vel Throni imaginem praeseferat; sed a latere pateat ascensus, eorumque aditus populo praecludatur, custodiendus utique ab Abbatum el Decurionum famulis, ostiariis nuncupatis, quique, ubi intra cancellulos sedilia praefata, ulpole in Cathedral!, collocata extiterint, populum ab ingressu pariter arceant, ostium tamen patens omnino dimittant, eique nec manum admoveant, ne a laicorum arbitrio Clericis ad Altare pendere videatur accessus ».

< Quod licet Abbates et Decuriones, iuxta Sacrorum Canonum dispositionem, extra Presbyterium Divinis interfuerint, tum in Calhedrali cum alibi, immediate post Canonicos, consuetis ductibus per Caeremoniarum Magistrum ihnrilicenlur, eisque pax deferatur; el qui Clerum subinde thurilicel, idem pacem similiter deferat ».

< Ut in posterum Campanarum in publica turri existenlium usus, pia ohm Magistratus liberatilate Ecclesiae Calhedrali aliquando indultus, vel quovis nomme etiam precario traditus, pariter Episcopi el Calhedralis utilitati respondeat, ita videlicet, ul Campanarius a Publico constituendus funeralibus emolumentis perfrualur; at nedum Publico, sed Episcopo el Calhedrali Ecclesiae in Campanarum earumdem pulsatione (discreta scilicet ad praescriptum tabellae a S. R. C. probalae, eidemque Campanario per Magistratum pro tempore consignandae), assiduo famuletur. El ne quandoque ab eodem Campanario Ecclesiam servitio debito fraudari contingat, Magistratus in Capitulis Instrumenti concessionis Campanarialus adiiciat, et quidem sub pecuniaria poena in commodum Sacrarii Calhedralis eroganda, el irremissibililer exsolvenda, ne semel quidem statutis horis Campanas pro servitio Ecclesiae pulsare praetermittat, in quo conscientia Magistratus pro tempore oneratur, qui Dei servilium nullo sub praetextu negligi curet. Verum Campana illa, quae in damnatorum suppliciis excipiendis pulsari solet, numquam in usum Ecclesiae adhibeatur. Praedictis tamen cuivis partium nullum ius tribuentibus, vel quid minimum praeiudicii inferentibus, sed salvis prorsus el integris partium earumdem iuribus permanentibus ».

* Quod licet Sacratissimae Spinae Coronae Domini, ac Sanctorum Reliquiae sub laicali dominio nullatenus contineri possint; tamen ius honorarium delinendi unam ex tribus clavibus Tabernaculi, in quo eaedem religiosa eorundem Magistratus el populi munificentia perornatissime, quamdecenter asservantur, Episcopi et Capituli arbitrio inde populi devotione exponendae el in supplicationibus deferendae, eo extendatur, ul nonnisi Magistratus Deputato ad elavem deferendam praemonito ac praesenle, Tabernaculum aperiatur el obseretur; nec extra Tabernaculum eaedem Reliquiae detineantur, nisi adslante Deputato praedicto: cui, cum sil honor delinendi elavem, sil eliam onus Reliquias ipsas custodiendi. Expositio tamen huiusmodi raro, el diebus lanium consuetis, vel alias ob publicam causam liai, ne cultus assiduitate tepescat ».

« Tandem, ul Abbates et Decuriones praefati solitis ecclesiasticis functionibus pro eorum pietate intéressé studeant; cl obsequiis debilis, qua par osl religiosi gregis pietate, Pastoris personam prosequantur ».

« El si forie circa praefatorum observationem aliqua difficultas quandoque emerserit, vel contentio aliqua, quod absit, acciderit; cuncta iuxta ultimum statum, ante difficultatem vel contentionem suborlas, adamussim serventur, cl stalim ab ulraquc parle amicabililer S. C. consulatur, a qua decisio mox religiose servanda expcclelur ».

Die 12 Iunii 1GGO.

Decielum autem die 9 Novembris 1657, ad quod habetur relatio, est ul sequitur:

PAPIEN. < Cum plurimum referat conlenliones, quae inter Pastores et oves vix pullulare noscunlur, radicitus evelli, prae-

serlim no diu de Pastoris animo aliqua mordeat gregem sinistra suspicio, SS. D. Noster in Causa vertente inter Episcopum el Abbates ac Decuriones Papicnses, concertationum ac iudiciii strepitu sublato, el ne redivivis conatibus, tametsi compressas, rursus eas excitari contingat; perpetuo desuper silentio imposito, eorumdem Abbatum el Decurionum sedilia in Calhedrali Ecclesia, solito el antiquo loco reaptari; at situm, quem illa hactenus occupabant a Presbyterio scamnulis, seu cancellulis altitudinis quatuor palmorum circiter, ligneis inierim interponendis, ac infra annum marmoreis ibidem extrucndis, dividi imperavit, quique, in medio convexi, laicis nec pollicem antiqui sedilium silus abripiant, sed late dilati, sufficientem locum sacra facientibus praestent, ul dilucidius ex annexa Templi delineatione patebit. De quorum implemento Episcopus el Abbates ac Decuriones S. R. C. illico certiorem reddant, in cuius acta praesens Decretum Sanctitas sua referri mandavit ».

1167. PERUSINA. (2061)

S. R. C. acceptis Episcopi Perusini literis informalivis super controversia inter Capitulum Calhedralis et Clerum eiusdem Civitatis, iisdemque, ulraque parte audita, perpensis, censuit : « Clerum Civitatis, qui sub propria Cruce, pallio pensili more Regularium suffulta, incedere consuevit in Processionibus quae ibidem annualim per Civitatem ducuntur, cogendum esse ut nuda Cruce numquam utatur, sed eam cum pallio praedicto omnino adhibeat in singulis Processionibus eliam Feria V et Feria VI maioris Hebdomadae, coloris tempori convenientis. Praeterea, si SSmo visum fuerit, in causa criminali coram A. C. introducta, in perpetuum sileri ad dirimendas quasenmque dissensiones, quo Capitulum el Clerus in vinculo pacis (ul ecclesiasticos viros decet) Domino famulentur ». Die 12 Iunii 1GG0.

Et facta de praedictis Sanctissimo relatione, Sanctitas Sua Decretum approbavit, el execution! omnimode demandari praecepit ; quodque A. C. per Secretarium Congregationis admoneatur, ut quoad indicium criminale aures utrisque partibus deneget, el causa perpetuo sileat. Die 20 mensis Iunii eodem anno.

1168. R1PANA. (2064)

Rursus delata ad S. R. C. controversia: an Vicario Generali Episcopi Ripam in Ecclesiis Regularium competat Sedes supra scamnum Magistratus eiusdem Civitatis?

Eihi PP., mature discussis iuribns hinc inde deductis, censuerunt : < Standum esse in Decretis, nempe Vicario praedicto non competere Sedem supra scamnum praefati Magistratus, sed in alia parle, et prorsus seiunclim ab illo. El ita, non obstantibus in contrarium per Episcopum allegatis, servari mandarunt, lirino tamen in reliquis remanente Decreto quoad praecedentiam Vicarii supra Magistratum ». Die 12 Iunii 1600.

1169. SENOGALLIEN. (2065)

Relata ab Emo D. Card. Aldobrandino Causa controversiarum inter Rectorem Parochialis Ecclesiae S. Mariae *Spoitoui* Senogallien. Dioecesis, et Fratres Reformatos Ordinis S. Francisci Ecclesiae S. Mariae Gratiarum ;

S. R. C.: < Attenta maxima distantia Ecclesiae Regularis, tum a Parochiali tum a domibus a quibus cadavera defunctorum sumenda sunt, ne praedicta eorum Ecclesia debito Chori servitio fraudetur ; censuit, Fratres non cogendos esse ul accedant ad funera, verum si invitati intéresse voluerint, eos teneri accedere ad Ecclesiam parocliialem, ul inde cum Parocho ad domum defuncti procedant ». El ila servari mandavit. Die 12 Iunii 1G60.

1170. SULMONEN. (2067)

Clerus Terrae Patenae Sulmonen. Dioecesis declarari petiit : an Fratres de Observantia possint abstineri a Processionibus generalibus ea ratione, quod deferens Crucem Cleri Saecularis sil laicus non tonsuralus?

El S. R. C. respondit : « Crucem. Cleri Saccularis omnino deferendam esse a Clerico colta induto, et contrariam consuetudinem esse abusum ». Die 12 Iunii 1GG0.

1171. SURRENTINA. (2068)

Rursus proposita controversia inler Rnium Archiepiscopum Surrentinum el Magistratum eiusdem Civitatis; S. R. C. censuit: « Connivendum fore ab Archicpiscopo, nl contionatores, postquam initio concionum ipsum salutaverint cum titulo Illini el Rmi, iuxta antiquam consuetudinem; Gubernatorem et Magistratum subinde salutent cum titulo Ulmi, idque ad aures Procuratoris Archiepiscopi deferendum. Verum si Archiepiscopus se paratum non ostendent ad parendum S.C., detur Decretum Magistratui»,

Praeterea quoad dexteram Archiepiscopi a Magistratu suscipiendam in aedibus Episcopalibus, quam S. R. C. neque putat a Magistralu ullatenus praesumi, quod eius pietati plurimum derogaret: < Nullo pacto assentil, ul illi ab Episcopo deferatur ». Die 12 Iunii 1660.

Praedictis autem ad Sanctissimum delatis, eo quod Archiepiscopus supplici eius libello Sanctitatem Suam adierat, Sanctitas Sua annuit. Die 20 eiusdem mensis Iunii eodem anno.

1172. CAMPLENSIS. (2069)

Capitulum Calhedralis Camplensis S. C. supplicavit, declarare dignaretur, an Canonici Calhedralis ubique sini praeferendi eliam Dignitatibus Ecclesiarum Collegialanim?

El S. R. C.: < In sessionibus, stationibus el Processionibus ecclesiasticis, quando capiliilariler incedunt, oratores utique praeferendos esse respondit: in reliquis vero actibus privatis, vel alias in quibus uti singuli intersunt ad rilum ecclesiasticum, nullatenus pertinere, ideoque nihil rescribendum esse duxit ». Die 24 Iulii 1660.

1173. VICEN. (2070)

Episcopus Vicensis se admoneri supplicavit, quid sibi maneat agendum, si Monachi ei recusent subministrare necessaria volenti pontilicaliler celebrare in illorum Ecclesiis, et aspersorium in ingressu earumdem porrigere ?

Et S. R. C., ad relationem Eihi Francioni, iussil: * Ut procurator Generalis Camaldulensium admoneatur, ne audeanl Monachi debita obsequia recusare Episcopo ad eorum Ecclesiam accedenti ad exercenda Pontificalia Ordinis non tamen Iurisdictionis ». Die 24 Iulii 1660.

117-1. ARETINA. (2071)

Communitas Castri Rigomagno Aretinae Dioecesis S. R. C. supplicavit, facultatem attribui, ul ibidem quotannis Dominica infra octavam S. Thomae Processio duci possit post Missam solemnein de eodem Sancio decantandam.

El S. R. C.: « Processionem arbitrio Ordinarii peragendam dimisit : Missam vero vetuit die Dominica de Sancto celebrari ». Dh 24 Iulii 4660.

1175. AES1NA. (2072)

Institerunt Presbyteri et Contraires Societatis « J/orh' nuncupatae, Aesinae Civitatis, praecipi Capitulo Calhedralis ut sinat servari Decretum Synodale, quo Confraternilaiibus iniunclum est, ut interfaturae funeribus, accedant ad Parochialem Ecclesiam, inde ad locum defuncti Parochum associaturae; neque eas compelli S. C. permittat ad accessum ad Calhedralem, quando eliam Capitulum interfaturum est funeri; ac proinde supplicarunt aliquem ex Emis deputari, qui eorum iura in S. C. referat.

S. R. C., acceptis el perpensis iuribus ab Eiîlo D. Card. Cybo transmissis, censuil: « Oratores nullatenus audiendos esse, sed omnino cogendos ad observationem Decreti ab Ordinario emanati : praeterea declaravit, Decretum Synodale locum habere quandoctimque Capitulum Calhedralis non interfaturum sil funeri ». Die 11 Septembris 1660.

1176. POLINIANEN. (2076)

Episcopus Polinianen., qui suis literis S. C. certiorem reddidit se tandem baldachinuin Domini temporalis ab Ecclesia Calhedrali amovisse, cum Civitas ad manus creditorum Principis devenerit, sub hasta plus offerenti deliberanda ; verum summopere vereri, nisi S. C. approbatio intercedat, imo et prohibitio ne in posterum permittat Ordinarius ul baldachinum huiusmodi erigatur, ne a futuro Domino temporali in pristinum cuncta redigi praesumatur.

El S. R. C.: < Iussil zelum Episcopi plurimum commendari, el prohiberi in posterum, ne abusus reviviscat ». Die H Septembris 1660.

1177. AESINA. (2078)

Presbyteri el Confratres Societatis *a Morle* nuncupatae, Aesinae Civitatis, iterum S. R. C. supplicarunt, ne eos gravari sineret, cogendo ul ad Calhedralem conveniant quandocumque Capitulum interfaturum sil funeri. Praeterea conquesti sunt, Decretum ab hac Congregatione editum ceteras Confralernilales non comprehendere ab Ordinario censeri; quapropter alicui ex Emis eamdem causam committi postularunt, coram quo eorum iura possint deducere.

Et S. R. C.: «In decretis diei 11 Septembris proxime praeteriti standum esse censuil, et omnes Confralernilales eiusdem Civitatis teneri ad Calhedralem accedere, quandocumque Capitulum funeribus interfaturum sii » declaravit. Die 20 Novembris 1660.

1178. AMALPHITANA. (2070)

Archiepiscopus Amalphilanus declarari postulavit: an Decretum novissime emanatum super usu Pontificalium comprehendat nedum Regulares, sed eliam Saeculares Praelatos Episcopo inferiores?

El S. 11. C. * Aflirmalive » respondit. Hie 20 Novembris 1060.

1179. DUBIUM. (2081)

Proposilo per Eihum 1). Cardinalem Irandolium dubio: an extra Urbem possit celebrari transitus S. Joseph Sponsi Bmae Virginis die 20 Iulii, prout tn Ecclesia Universitatis Fabrorum Lignariorum Urbis quotannis celebratur, eliam cum lucro Indulgentiae plenariae concessae a s. m. Innoceulio X?

S. R. C., attento quod ea die Martyrologium Romanum recenseat mortem S. Iosephi Iusli, quem Apostoli cum S. Malhia statuerunt ul locum Aposlolalus Indae proditoris impleret, indeque irrepserit error, ul aliqui crediderint praedicta die commemorari transitum S. Iosephi Sponsi Bmae Virginis, qui eliam iuslus dictus esi: *Mattii, cap. 1, vers. 19,* cuius obitus celebratur dit? 19 Martii : « Fesium praedictum cum in Urbe prohibendum, tum extra Urbem omnino ne inducatur, vel alio quovis pacto celebretur, praecavendum esse» censuil. Quo vero ad Indulgentias a s. m. Innocenlio X concessas, cum Sanctissimo agi mandavit. Die 20 Novembris 1660.

Facio autem verbo cum Sanctissimo, Sanctitas Sua mandavit Fesium omnino prohiberi, cl R. P. D. Ugolinum Brevium a Secrélis admoneri, ul Breve Indulgentiarum repetat, el laceret. Die 26 eiusdem mensis eodemque anno.

1180. IANUEN. (2083)

Dubiis pro parle Canonicorum porrectis, S. R. C. ul infra respondit: (1)

Ad 1. An Cappellani de massa debeant possidere canium firmum, ita ut eligi non debeant, neque possint, imperiti huiusmodi canius? < Aflirmalive, el in posterum examinentur a deputandis per Ordinarium ».

Ad 2. An sil facienda reformajio Cappellanorum nunc existenlium, qui carent peritia canius firmi ? < Lectum ».

Ad 3. An reditus Cappellanis de massa assignati reduci debeant m lotum vel in parte ad distributiones quotidianas, ne servilium Chori de facili negligalur? < Emo Ordinario, qui provideat, habita ratione ad dispositionem sacri Concilii ».

Ad **i.** An Cappellani de massa possint inchoare Horas Canonicas, quibus Canonici intéressé solent, ante alicuius Canonici advenlum? « Negative, sed expeclare debent ad minus per quadrantem post pulsum Campanae ».

Ad 5. An incepto Officio aliquis Cappellanus de massa possit recedere a Choro, absque licentia maioris Canonici praesentis, vel Chori Praefecti ab ordinario deputati, seu Scholastici ; et an, absoluto Officio, possint discedere ante Canonicos? « Negative sine licentia praedictorum, seu quatenus nullus ex praedictis repenatur in Choro, absque licentia dignioris, eliam quod esset de massa ; item expeclare debere Canonicorum recessum, el inierim stare detecto capite ».

Ad 6. An Mansionarii, qui eliguntur ex numero Cappellanorum de massa per Capitulum, teneantur repetere antiphonas iolelligibili voce, prout versiculos ad *Benedictus* et *Magnificat,* dum pulsatur organum? < Affirmative ». (2)

Ad 7. An Cappellani de massa, quando discedunt ab eorum slallis, ut prodeant in medium Chori ad canendum, deponere debeant pileolum? < Affirmative, etiam quoad Canonicos, quando prodeunt in medium Chori ad canendum ».

Ad 8. An quando prodire debent Cappellani de massa in medium Chori, omnes vel aliqui lanium accedere teneantur? < Tenen omnes ad formam Constitutionum ».

Ad 9. Cum S. R. C. alias declaraverit Cappellanos de massa esse subiectos Praefeclo Chori, in iis quae Chori direclionem concernunt, el in iis quae perlinent ad servilium Ecclesiae; an insurgente aliqua differentia inter ipsos quoad caeremonias el consuetudines Ecclesiae, obtemperare debeant maiori Canonico de Choro, aul Chori Praefecto, seu Scholastico? «Servari Decreta ».

Ad 10. An in casu inobedientiae in his, el in aliis, plecti debeant arbitrio Ordinarii? « Aflirmalive ».

Ad 11. An sil servanda consuotudo in Metropolitana lanuensi aspergendi omnes Canonicos singulalim diebus Dominicis ante Missam? « Affirmative ».

El ila S. R. C. servari mandavit, sub

(t) E. Dubia in parte prima contenta. (2) E. Dub. 7.

]H)eni arbitrio Ordinarii, in singulis transgressionum casibus infligendis. Dic 20 Novembris 1660.

1181. PISCIEN. NULLIUS. (2084)

Ex quo non competat Praeposito Piscien. ius benedicendi contionatoribus, antequam verbum Dei in suis Ecclesiis praedicare incipiant, idque etiam novissimo Dccielo S. R. C. vetitum sil;

S. R. C.: < In hoc casu ad Rihum Apostolicae Sedis Nuntium apud Serenissimum Magnum Ducem Etruriae residentem, per Praepositum praedictum concionalores ad huiusmodi benedictionem el facultatem obtinendam mittendos fore censuit ». El ila servari mandavit. Die 20 Novembris 1600.

1182. MAZARIEN. (2086)

Cantor et Archidiaconus Civitatis Mazariae S. C. supplicarunt, declarare dignaretur : an Caniori primae Dignitati, vel Archidiacono secundae Dignitati, competat assistentiam presbyleralem praestare Episcopo in Ordinalionibtis?

El S. R. C., sicut alias die 29 Martii 1659, respondit: < debere servari Rubricas Pontificalis ». Die 4 Decembris 1660.

1183. PARISIEN. (2087)

Congregatio el Seminarium Presbyterosum S. Sulpilii Parisien. S. C. exposuerunt, die 30 Augusti magno cum populi concursu Festum celebrare consuevisse in honorem Divini Sacerdotii lesu Christi, omnium Summorum Pontificum el Sacerdotum ; supplicarunt pronlerea eis facultatem attribui celebrandi Missam propriam ab eis novissime editam.

El S. R. C. respondit: < Nihil omnino oratoribus concedendum videri ». Dic 4 Decembris 1660.

1184. SPOLETANA. (2088)

Canonici Collegialae Ecclesiae S. Petri Spolelanae Dioecesis S. R. C. supplicarunt, dignaretur moderari Decretum super ministerio Diaconi el Subdiaconi eis iniunclo, celebrante Priore.

El S. R. C. censuit : «Standum esse in decretis. Verum ne Prior arbilrio Missarum solemniis vacet, el proinde Canonicos defatiget, iussit ul ab Emo Episcopo semel taxatorum celebrationis huiusmodi dierum annualis numerus, in posterum non excedatur ». El propterca quoad assislenliam canonicalem pariter praestandam Canonico celebranti, de qua orolenus supplicavit Procurator Capituli, S. eadem C. respondit: « Laudandos esse Canonicos, si concanonico celebranti assislenliam Diaconi et Subdiaconi praestent, sed ob paucitatem numeri Canonicorum eornmdein, eos nullatenus cogendos fore ». Die 18 Decembris 1660.

1185. SULMONEN. (2089)

Exposuerunt Canonici Cathedralis Sulmonem, sub die 22 Novembris proxime praeteriti anni, se gravatos ab Episcopo ad praestandam eidem assislenliam Diaconi el Subdiaconi in Missa privata, el quando assistit Missarum solemniis, quae per Canonicum celebrantur extra Gathedralem.

Et S. R. C. iussit: «Ordinarium audiri » qui tandem respondit, quoad assislenliam m Missa privata Capitulum falsum exposuisse, quo vero ad assislenliam in Missa solemni extra Calhedralem, id quidem ab eo praesumi sibi debitam a Canonicis assislenliam, quando ob populi commoditatem cum Cathedralis longe distet ab habitatu, accedit ad assistendum Missarum solemniis, diebus solemnioribus anni, ad Ecclesiam SS. Annuntiationis.

El S. R. C. mandavit: « Ul Canonici pareant Ordinario ». Die 18 Decembris 1660.

1186. TIIELESINA. (2090)

Canonici Collegialae Ecclesiae Cerreti Thelesinae Dioecesis S. R. C. exposuerunt, ipsis vetitam fuisse ab Episcopo moderno delationem propriae Crucis in Processionibus, quamvis illam hactenus deferre consueverint, el novissime cogi ad incedendum sub Cruce Cathedralis; intermedios vero inter ipsos oratores el Capitulum Cathedralis praecepisse eumdem Ordinarium, ut incedant Clerici Seminarii.

El S. R. C. mandavit : « Ad Ordinarium dirigi literas, quibus ipse admoneatur, ne quid innovare praesumat ». Die 18 Decembris 1660.

1187. MED1OLANEN. (2092)

Ad preces Comitis Ferrantis Cavenago S. R. C. declaravit : « Duo loci permitti posse Sedem cum genuflexorio et tapete, non tamen gradatam neque lixam, sed amovibilem el extra Presbyterium : eidemque pacem cum Instrumento, el thurificalionem duobus ictibus post Rectorem Ecclesiae etiam simplicis parochialis, per Cappcllanum colla indutum, non tamen per ministros Sacrificii

sacris amictos praestari debere ». Die 15 Ianuarii 1001.

1188. PLACENTINA. (2094)

In causa controversiarum circa interpositionem Seminarii el aliorum non incedentium in Processionibus cum paramenlis sacris, inter Canonicos et Clerum Cathedralis, el Canonicos el Clerum Collegialae incedentes cum paramenlis;

S. 11. C. mandavit: « Iniungt Episcopo, ul locum assignet Seminario et reliquis de Clero Cathedralis Ecclesiae, sine paramenlis procedentibus, ante omnes qui sacris paramenlis induti sunt». Die 15 Ianuarii 1601.

1189. NEAPOLITANA. (2096)

Clericis Regularibus Minoribus Neapolis petentibus, an ad ipsos ad quos spectat in maiori Hebdomada Divinorum actio, an vero ad Hebdomadarios exercentes in eadem Ecclesia curam animarum, Fontis benedictio pertineat ?

S. R. C. respondit : < Benedictionis huiusinodi solemnia spectare ad Celebrantem, praesentibus tamen Hebdomadariis curam animarum inibi exercentibus ». Die 12 Martii 1661.

1190. URBIS. (2098)

Sacerdos deputatus a Vicario ad conficiendum Iurnum Orationis quadraginta horarum in Urbe, petiit : an Feria VI in Parasceve sil prosequenda huiusmodi Oratio cum expositione SSmi, an vero abslinendum ?

Et S. R. C. mandavit: « Omnino cessandum a mane Feriae V usque ad mane Sabbati Sancti ». Die 12 Martii 1661.

1191. FOROSEMPRONIEN. (2099)

Confraternitales Terrae Fractarum Forosempronien. Dioecesis S. C. supplicarunt, dignaretur Episcopo iniungere, ut immemorabilem consuetudinem hactenus servatam conveniendi in Ecclesia S. Angeli Societatis SStiii Sacramenti occasione Processionum atque funerum, quibus eaedem interfulurae erunt, non obstante novissimo Synodali Decreto, sinat etiam in posterum retineri.

El S. R. C. < Attenta dispositione Rubricarum Ritualis Romani, qua cavetur, ul constituto tempore quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus el alii qui funeri intéresse debent, ul in Parochialem vel in aliam Ecclesiam, iuxla loci consuetudinem, ordine conveniant; censuit Decretum Synodale non potuisse extendi ad loca, in quibus contraria viget consuetudo: el ila ad Episcopum rescribendum esse ». Die 9 Aprilis 1601.

1192. REATINA. (2100)

Universitas Anirodoci Reatinae Dioecesis se gravatam esse exposuit Decreto Emi Ordinarii super thurificalione habenda in Divinis ; cum idem Episcopus praeceperit Priores thurificandos non per Sacrislam sed per ultimum Canonicum, ipsi vero ab immemorabili, per aliquod temporis spatium interrupta, a Canonico Diacono sacris induto fuerint ihurificali : supplicavit propterea, ul S. C. soliti observationem iniungere dignaretur.

S. R. C. orelenus mandavit : « Per Secretarium nunciari Emo Ordinario satis esse, ul per Sacrislam ihurificentur ». Die 9 Aprilis 1661.

1193. SQUILLACEN. (2102)

Parochi S. Satriani Squillacen. Dioecesis rursus S. R. C. exposuerunt, quod Archipresbyler Matricis Ecclesiae, occasione cuiusdam Processionis, quae die Pentecostes ‹ um delatione Reliquiarum S. Theodori ad Matricem ipsam ducitur, excipere consuevit ipsos oratores ad obedientiam, sedendo super Cathedra Episcopali in cornu Evangelii, eos singulalim ad accessum per balium vocari faciendo, et renuentes accedere mulclando: et licet Episcopus defunctus de his certioratus eidem Archipresbylero praecepisset , ne huiusmodi obsequia amplius exigere auderet, adhuc tamen in sua pertinacia el usurpatione persistit.

El S. R. C. Ordinario rescribi mandavit, < Ul huiusmodi non permittat, eaque auctoritate eiusdem S. C. prohibeat ». Die 9 Aprilis 1661.

1194. ALEXANEN. (2104)

Archipresbyler Castrignani S. R. C. exposuit, Episcopum Decreto Synodali praecepisse, ut in Ecclesiis Parochialibus primae el secundae Vesperae in solemnioribus festivitatibus cum assistentia duorum minislrorum cum Tunicella el Dalmatica cantentur; et extra adminislralionem Sacramentorum, ne Parochi el Rectores in funeralibus suis vel in processionibus Stolam adhibeant.

El S. R.C. « Ad Ordinarium scribi, mandavit, quod Caeremoniale et Rituale servari curet ». Die 2 Iulii 1661.

nos. ASCULANA. (S 106)

Novissime in S. H. C. edilo Decreto favore Arcbidiaconi Cathedralis Asculanae super controversia an Canonici eiusdem Cathedrals occupare possint stallum Vicarii in digniore parte Chori, dum ipse Vicarius, uti Archidiaconus in suo slallo sinistrae partis sedet : cum Canonicorum Procurator novam audientiam postulaverit,

Emi PP. censuerunl: « Inierim aequitati consonum, ul Vicarius, eliam vicariali habitu indutus, sedens in Sede Vicarii distributiones omnes lucretur, ac si in loco el habitu Archidiaconi Divinis pariter inleresscl ». Die S Iulii 1661.

1196. BITUNTINA. (2107)

Proposito dubio in S. R. C. an in Cappella P.dalii Episcopalis, absente Episcopo, Missa celebrari possit el praesertim a Vicario Generali?

S. R. C., praehabila matura discussione, decrevit : < lu Cappella Palatii Episcopalis, eliam absente Episcopo vel vacante Sede, posse Missam celebrari, potissimum vero per Vicarium; nec non diebus Eeslis inibi Sacrum audientes implere praeceptum Ecclesiae ». Die 2 Iulii 1661.

1197. CIVITATIS CASTELLI. (2108)

Conquestus est Promoter Fiscalis Curiae Episcopalis Civitatis Castelli, Magistratum eiusdem Civitatis consueta obsequia Episcopo praestare renuere, eum scilicet, solemniis in Calhedrali peractis, ad ianuam Ecclesiae associandi.

S.R.C. rescribi mandavit: « Magistratum praedictum compelli posse ad solita obsequia diebus consuetis, omnino praestanda ». Die 2 Iulii 1GB1.

1198. EUGVBINA. (2109)

Ad instantiam Prioris S. Nicolai loci Canihiani Eugubinae Dioecesis S. R. C. declaravit : < Decretum editum a Vicario Generali Eugubino conforme Decretis S. R. C. servandum esse ; nempe, ul in funeribus, quandocumque intervenerit Capitulum Collegialae Ecclesiae S. loannis Baptistae, omnes funus associantes incedere debeant sub unica Cruce Capituli praedicti, quod praecedere debeat dido Priori et quibuscumque aliis eidem funeri interessentibus. Si autem Canonici praedicti non capilulariter, sed uti singuli invitati, ad funus accedere velint, tunc Prior praedictus omnes praecedere debeat, el Crucem suae Ecclesiae deferre faciat. At si funus ad Ecclesiam praedictam S. Io. Baptistae ducatur, et Prior praefatus ad illud fuerit invitatus, et Canonici non capilulariter sed uti singuli interfuerint, praeterquam Archipresbyter eiusdem Ecclesiae, Prior celeris omnibus praeferatur. In aliis vero Processionibus possit idem Prior suam Crucem, proul hactenus consuevit, gestari facere, sub qua omnes et singuli Sacerdotes el Clerici suae Parochiae el suae Ecclesiae inservientes incedere valeant; quatenus tamen aliquando non fuerit admissa observatio Caeremonialis ul sub unica Cruce, eliam in Processionibus, omnes incedant ». El ita servari mandavit. Die 2 Iulii 1(561.

1199. LUCANA. (2112)

Institit Blasius Orsuccius Prior Saecularis el Collegialae Ecclesiae S. Mariae Capri Cantatoris Dioecesis Lucanae, a S. R. C. declarari, per Decretum njjvissime evulgatum super usu Pontificalium sibi non prohiberi usum miirae auriphrygialae, et baculi sine velo albo appenso, proul hactenus ab erectione suae Dignitatis, in vim Induiti s. ut. Pauli III, sui praedecessores consueverunt.

El S. R. C. respondit: * Oratorem posse uti mitra ad praescriptum tantum cap. *Ai Aposlolicae* de Privileg. in 6, el Caeremonialis Episcoporum cap. 17, lib. 1; quo vero ad baculum ipsum non comprehendi in Decreto praedicto ». Die 2 Iulii 1661.

1200. MONTIS REGALIS. (2113)

Herum proposita controversia, quae versabatur inter Capitulum Collegialae S. Iacobi el Archipresbyterum Terrae Benarum, S. R. C., pluries auditis partibus declaravit: < Decretum editum die *i* Augusti 1657 execution! debitae demandandum esse, nempe quod Capitulum Collegialae praeferatur praefato Archipresbylero, quamvis arcbiprcsbyleralis Ecclesia sil unica Parochialis, el Collegiala Ecclesia animarum cura penitus careat. Idemquo quoad unicam Crucem Collegialae Ecclesiae m funeribus deferendam, si Capitulum intervenerit, servandum fore. Usum vero almuliae praedicto Archipresbylero prohibendum, ex quo adhuc non docuerit de Induito Aposlolico », Die 2 Iulii 1661.

1201. PATAVINA. (2114)

Consulta S. R. C., an Canonicis Cathedralis Patavinae liceal Episcopi sensibus

quidquam indulgere contra Caeremonialis dispositionem et S. 11. C. Decretorum observationem, signanter cum ipse Episcopus in Monialium ac sacrorum Oleorum consecratione, podagrae morbo affectus, clad operandum prorsus inhabilis, per Vicarium seu Dignitates Missam celebrari velit, mox ipse sedens, el legendo formam Consecrationis šolemini praedictis vacare intendat :

S. R. G. mandavit: « Episcopum literis admoneri ul omnino abstineat, quatenus non possit, servata forma ad praescriptum Rubricarum, huiusmodi vel similia implere ». Die 2 Iulii 1661.

1202. PISAUREN. (2116)

Quaesitum fuit nomine Episcopi Pisaurensis quid agendum casu quo Sacerdos habens curam animarum , el impeditus in uno brachio non possit cum utraque manu elevare SSiiium in Missa, nisi usque ad os; attamen una tantum manu possit idem elevare supra caput, ita ut videri et adorari valeat ab adslanlibus?

El S. R. C. mandavit : « Moneri Episcopum , ut curet ne Sacerdos praedictus absque dispensatione Aposlolica celebret, inierim vero per alium Sacerdotem suppleri ne parochialis Ecclesia sibi debito destituatur obsequio ». Die 2 Iulii 1661.

1203. RHEG1NEN. (2117)

Nomine Promotoris Fiscalis Episcopalis Curiae Rhcginen. inslilum fuit a S. R. C. declarari: an Vicario Generali, relicta Sede separata cum tapete el pulvinari , qua uti consuevit, Feria V in Coena Domini el Feria VI in Parasceve sedere liceat in pruno slallo Chori supra primam Dignitatem, cum ipsemet Archiepiscopus non in Solio, sed apud slalla canonicalia Matutinis assistat?

2. An Vicario Generali competat praecedentiam supra Canonicos sacris indutos?

El S. R. C. ad 1. responderi mandavit: « Ailinnative, el Vicarium laudandum esse ».

Ad 2. « Negative ». Die 2 Iulii 1661.

1204. SORANA. (2118)

Instante Episcopo Sorano, an Congregatio saccularium in eadem Civitate Feria V in Coena Domini in proprio Oratorio pedum ablutionis caeremoniam, quae ab Episcopo in Calhedrali persolvitur, peragere possit?

S. R. C. censuil : « Posse in Oratorio praedicto huiusmodi peragi, dummodo diversa hora el posl Episcopum ». Die 2 Iulii 16G1.

1205. SORANA. (2119)

Orta controversia inter Canonicos Cathedralis Ecclesiae Soranae el Canonicos Collegialae Ecclesiae S. Reslilulae eiusdem Civitatis :

1. An in functionibus publicis, quae fiunt in Calhedrali m quibus interveniunt Canonici Collegialae S. Reslilulae el Rectores aliarum Ecclesiarum inferiorum, Canonici praedicti sedere debeanl post Beneficiaios Cathedralis?

2. An in Processionibus, in quibus interventi Clerus tam Calbedralis quam aliarum Ecclesiarum inferiorum sub unica Cruce eiusdem Cathedralis, Canonici Collegialae S. Restitutae el aliarum Ecclesiarum inferiorum incedere debeanl anle universum Clerum Cathedralis, qui constituitur ex Canoniris, Beneficial», Clericis adseriptis, et Seminarii? (1)

S. R. C. responderi mandavit:

Ad 1. « Canonicos Collegialae praeferendos esse Benelicialis Ecclesiae Cathedralis, in casu de quo agiiur ».

Ad 2. * In casu proposilo servari Caeremoniale Episcoporum hb. 2, cap. 33, vers. *Ordo autem* ». Et ila servari mandavit, non obstantibus inhibitionibus A. C. Die 2 Iulii 1661.

1200. ASCULANA. (2122)

Iterum proposilo dubio: an Canonici Cathedralis Asculanae occupare possint slalliiin Vicarii in digniore parte Chori, dum ipse Vicanus uti Archidiaconus in suo slallo sinistrae partis sedet ;

S. R. C., partibus audilis, censuil: « Standum esse m decretis, nempe Canonicis praedictis non licere occupare stallum Vicarii in casu, de quo agiiur. Praeterea Vicario praefato distributiones omnes deberi de tempore, quo abstinuit ex hac causa, ac si Choro praesens fuisset ». Die 23 Iulii 1661.

1207. BENEVENTANA. (2123)

Propositis in C. S. R. Iribus dubiis circa ea, quae m Calhedrali Ecclesia Divinis inlerfuluro Vice-Gubernalori praestari debent, nempe non attento, quod Vice-Gubernalor sedere consueverit in digniori slallo Chori a dexteris Vicarii, ipsius stallum et genu-

(1) E. Dub. 5 ct 4.

flexorium ornanda sint deceniioribus strato el pulvinaribus quam ea quae adhibentur a Vicario ?

2. An attenta consuetudine, quod Vice-Gubernalor, praesente Archiepiscopo, thurificelur duplici ductu, possit in posterum tribus ductibus thurificari ; quamvis Episcopi Suffraganei, quibus Vice-Gubeinator dexteram exhibet, duplici tantum ductu thurificentur?

3. An teneatur Vice-Gubernalor morem servare associandi Archiepiscopum usque ad aulam, vel salis sil ul usque ad Episcopii gradus accedat ?

El S. R. C. respondit: «Omnino servari debere solitum in omnibus, el nihil penitus ab Ecclesiae praxi immutari ». Die 23 luln 1661.

1208. MASSAE LUBREN. (2128)

Cum alias S. R. C. ii Martii 1644 declaraverit, Subcolleclores, Commissarios el alios Camerae Aposlolicae Ministros privilegiis se tueri non posse, quominus, ubi de cultu divino agitur, per Episcopos Dioecesanos ad implendum eorum munus compellantur, el s. m. Urbanus VIII hanc sententiam approbaverit, ac insuper Literas Aposlolicas in forma Brevis, seu Motus proprii sub die 2 lulii 1636, ab eodem s. m. Urbano VIII editas super cognitione causarum Subcollectorum etc., incipientes *Alias recol.,* sicut praemittitur, inlelligendas esse declaraveril;

S. R. C., ad instantiam Episcopi Massae Lubrensis, decrevit: «Subcolleclores huiusmodi, praesertim Bénéficia Ecclesiastica possidentes, teneri accedere ad publicas el solemnes Processiones, nec non Episcopo solita el consuela obsequia praestare in die ad id praefixa, el ad huiusmodi implenda per eumdem Ordinarium cogi posse ». Die 23 lulii Diti i.

1209. UGENT1NA. (2126)

Capitulum el Canonici Cathedralis Ugentinae iterum S. R. C. exposuerunt, defunctum Episcopum Lanfranctim in Collegiala Ecclesia Terrae vulgo *Specchie,* in qua residebat, Sedem Episcopalem erexisse : supplicantes propterea intungi Canonicis eiusdem Collegiatae , ne eamdem fixam retineant, imo omnino removeant, ne duae Cathedrae in una lanium Dioecesi reperiantur erectae.

El S. R. C., quae sub die 9 Aprilis currentis anni Episcopum expeclanduin esse censuil, ex quo tamen a Congregatione Episcoporum et Regularium Vicarius Aposlolicus ibi fuerit deputatus, eidem «Vicario iniungi mandavit, ul praedictam Sedem amoveri praecipiat ». Die 23 lulii 1661.

1210. AND1UEN. (2127)

Ad dirimendas controversias excitatas inter Episcopum Andrien, et Capitulum Cathedralis, S. R. C., referente Emo D. Cardinali Azzolino, ulraque parte informante, declaravit : « Servandam esse consuetudinem , ul Missarum solemnia peragentibus Dignitatibus, tum praesente tum absente Episcopo, per Clericum colla indutum elevetur Missale; ita tamen, ut pars illius inferior haereat Altari. Dignitati pariter Vesperarum, seu Laudum Officia persolventi, iuxta Caeremonialis dispositionem, per Clericum colla indulum Breviarium administrari, et manibus elevari licere, quamvis frequentius Legile adhiberi soleat. Pannum laneum viridis coloris sericeis ornatibus eiusdem coloris circumductum, ad scamnum Dignitatis solemniler celebrantis cum lapeto subpedaneo, adhiberi pariter licere. Abacum superimponendis candelabris, Calice, pelvi , ampullis etiam argenteis , navicula incensi, ihuribulo, aliisque ad Sacrificium opportunis, aptum el consueto more ornatum , ad cornu' Epistolae adhiberi posse. Patenae subposilionem per Sacerdotem colla indutum in Comunione generali, quae per Dignitates agitur, relinendam. Quoad resumptionem , seu inlonalionem antiphonarum servandum esse Caeremoniale. Stolam el pluviale in Choro assumere neque Dignitatibus licuisse: itaque omnino in Sacrislia eadem induenda esse, el benedictionem ad nonam lectionem, etiam primae Dignitati Officium facienti, a successive digniore, etiam Canonico, absentibus aliis Dignitatibus, dandam; non obstante quavis etiam immemorabili contraria consuetudine ». El ila inconcusse servandum esse mandavit, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Die 3 Septembris 1661.

1211. FARFEN. (2128)

Aliqui Sacerdotes Docloratus laurea insigniti S. C. supplicarunt, declarare dignaretur : an Sacerdotibus Ductoribus debeatur praecedentia supra Presbyteros etiam anteriores ordine, non Ductores?

El S. R. C. censuit : « Emo Abbati significandum servari Decreta S. C., quibus alias firmatum fuit, nullam vim fieri posse

in Docloralu inter Presbyteros, cum Sacerdotis rogalis dignitas absorbeat quoscumque gradus». Die 3 Septembris 1(5(51.

1212. FERENTINA.

Episcopus Ferentinus S. C. supplicavit, declarare dignaretur: an ipse compellere possit Parochos ad praestandam sibi consuetam assislenliam in Missis el Vesperis pontificalibus?

El S. R. C. «Ailirmalive respondit, praecavendum tamen, ne quid detrimenti animarum servitio contingat, quo tempore Parochus Episcopo in Divinis famulatur ». Die 3 Septembris 1661.

FOROSEMPRUNIEN. (2130)

Clerus Civitatis Forosemprunien. S. C. supplicavit, dignaretur declarare : an Magistris Caeremoniarum Cathedralis competat usus vestis violacei coloris?

El S. R. C.: « Ailirmalive respondit, nempe iuxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 5, vers. *Eoi uni habitus:* non tamen sericae materiae, neque cum globulis, aliisque ornamentis rubei coloris». Die 3 Septembris 1661.

MONTIS REGALIS. (2131)

Instantibus Capitulo cl Canonicis Collegialae loci vulgo nuncupati *liene,* Dioecesis Montis Regalis Taurinen. Provinciae, S.R.C. declaravit: « Non licere Parocho Matricis eiusdem loci Prolonotario Aposlolico in adminislratione Sacramentorum, neque in funeribus adhibere habitum praelalilium : el quatenus intéressé velit uti Prolonolarius, eidem non proinde competere praecedentiam supra Canonicos, vel locum inter Canonicos, iuxta dispositionem Caeremonialis lib. 1, cap. 13, quae etiam ad praesentem casum extenditur », eamquo servari mandavit. Die 3 Septembris 1661.

1215. VITERB1EN. (2132)

Capitulum et Canonici Cathedralis Viterbien. exposuerunt, quod quatuor novissime provisi de Canonicatu, quamvis interdum etiam in Sacro Presbyteratus Ordine constituti , ministerium tamen Diaconi el Subdiaconi subire coguntur, donec conlingal novissime alios ad Canonicalus possessionem admitti. Hanc tamen obligationem non inesse Canonicis Poenilentiario el Curato, qui in ipsa admissione ad Canonicatum ititer Presbyteros locum et Ordinis eiusdem exercitium obtinent: ac proinde, quamvis posteriores in possessione, praeferuntur quatuor praedictis Canonicis Diaconatus el Subdiaconaliis Ordinum exercitio respective addictis. Propterea declarari supplicarunt : an casu , quo quis ex numero Diaconorum et Subdiaconorum anterior Poenilenliario vel Curato in possessione Canonicalus optel locum Presbyteratus, Poenilentiario et Curalo praeferendus videaiur?

Et S. R. C. «Affirmative respondit: dummodo Diaconus vel Subdiaconus praedicti alias optandi ITaesbyleralum opportunitate sibi tradita, ne Sacerdotium suscipere cogerentur, ad Presbyteros transire non neglexerint ». Die 3 Septembris 1661.

1216. ARETINA. **(2134)**

Exposuit Procurator Generalis Ordinis S. Augustini consuevisse Fratres sui Ordinis in Ecclesiis Saecularibus Castri Leonis Florentini Arelinae Dioecesis, aliquibus ecclesiasticis functionibus interfuluros, sedere in Choro post Canonicos, el supra reliquos Praebendatos el Presbyteros Saeculares, nec non ad canium Officii defunctorum circa cadavera intonare secundam aniiphonam : propterea supplicavit, dignaretur S. C. solui observationem iniungere.

El S. R. C. declaravit : « Regularibus ex quavis consuetudine non competere locum supra Clerum Saecularem, ac proinde neque canium secundae anliphonae in Officio defunctorum ante Presbyteros pariter Saeculares ». Die 1 Octobris 1661.

1217. CASTELLANETEN. (2135)

Exposuit Episcopus Caslcllaneten. in sua Cathedrali Canonicos et reliquos Praebendalos eiusdem, etiam in Quadragesima, concionibus intéressé consuevisse sine habitu chorali, et mixtim cum laicis stantes vel sedentes in scamnis communibus: propterea supplicavit provideri, ul , qua decentia fas esi, in posterum concionibus iidem, quatenus adesse velint, induti chorali habilu ordinatim in proprio scamno consi(leant.

El S. R. C. mandavit: « Ut in futurum Canonici el Praebendali reliqui Cathedralis Ecclesiae vel Collegiatae, si inibi conciones habeantur, interfuluri assistant, ordine sedentes, in proprio ac decenti scamno cum habilu chorali sub poenis Episcopo benevisis ». Die 1 Octobris 1661.

1218. CONGREGATIONIS (2138)
REFORMATAE S. BERNARDI
ORDINIS CISTERC1ENSIS.

Priores S. Pudenlianae et S. Bernardi de Urbe S. R. C. exposuerunt, se cogi sub praecepto sanctae obedienliae a f Bona eorum Abbate Generali ad recitationem Breviarii monastici ante lapsum termini unius anni a S. C. eis indulti. Propterea declarari supplicarunt : an dictus Generalis possit eos compellere, ac ipsi proinde obedire teneantur?

S. R. C. respondit : « Potuisse et posse Generalem compellere praeceptis el poenis pro arbitrio suo, lam ipsos quam alios suae Congregationis Superiores el Monachos, eliam ante lapsum termini praedicti ad Breviarium el Missale Monasticum adhibendum in Officii Divini et Missae celebratione, ac omnes teneri eius praecepto parere ».

Praeterea cum renuntiatum fuisset ab aliquibus Monachis dubitari : an cum usu Missalis monastici a s. m. Paulo V approbati, possint in Missae celebratione antiquos ritus et caeremonias Ordinis Cislerciensis relinere?

S. R. C. declaravit: « Eosdem Monachos debete omnino praefato Missali deinceps uli, et Missam tam solemnem quam privatam celebrare cum ritibus el caeremoniis in eodem Missali praescriptis ».

Facia autem de praedictis Sanctissimo 1). N. relatione , Sanctitas Sua annuit, el ita observari praecepit; non obstantibus eiusdem Congregationis S. Bernardi Constitutionibus, el aliis contrariis quibuscumque. Die 3 Decembris 1661.

1219. NULLIUS (2140)
LOCI CIRIGNOLAE.

Carolus Pignaltellus Princeps Cirignolae nullius Dioecesis, petiit sibi facultatem fieri erigendi in suo palatio Altare ligneum, ex quo pavimentum cappellae pondere Altaris lapidei gravari nequeat.

S. R. C. respondit: < Petila facultate non indigere, dummodo Altare ligneum cum sacro lapide parieti colligatum amovibile non sil, el Altaris porlalilis imaginem non praeseferal ». Die 3 Decembris 1661.

1220. SARZANEN. (2142)

Capitulum el Canonici Cathedralis Sarzanen., exorta difficultate in servanda quadam divisione Praebendarum el distinctione Ordinum novissime per Ordinarium decretis, a S. C. petierunt : an possit admitti talis optio Praebendae ac tituli, qua datur, ul Canonicus Presbyter ad Ordinem Diaconalem el interdum Subdiaconalem deveniat, el proinde dielim evertatur ordo Hierarchiae Ecclesiasticae?

El S. R. C. « Quamvis non haesitet absurdum videri ul a digniori ad inferiorem Ordinem detur descensus el gradus retrogradus; tamen ab Ordinario desuper plenius informari desiderat ». Die 3 Decembris 1661.

1221. GALLIARUM. (2143)

Ad scrupulum Fratris Ephrem *Chasleau* proagenlis Recollectorum Galliae, nempe se non tetigisse tactu physico Calicem in sua Ordinatione ad Presbyteratum,

S. R. C. respondii: « Posse continuare celebrationem SS. Sacrificii absque ullo scrupulo, ac luta prorsus conscientia ». Die 3 Decembris 1661.

1222. HYMNORUM. (2145)

Petiit Fr. Bernardinus de Ronghe strictioris Ordinis S. Francisci, quod S. G. R. immutare dignaretur conclusionem Hymni: *Vexilla regis prodeunt elc.,* et aliorum, qui recitantur a Dominica Passionis usque ad Feriam V in Coena Domini, dicendo: *üeo Patri sil gloria, et Filio qui passus etc.,* el in Responsorio brevi ad Primam loco: *Qui sedes ad dexteram Putris: Qui passus es pro nobis.*

El S. R. C. respondii : « Lcclum ». Die 21 lanuarii 1662.

1223. LAUDEN. (2146)

Institit Archypresbyler Casalis Pislolongi Laudet). Dioecesis declarari: an liceal Societati SS. Sacramenti Feria V in Coena Domini pannis lugubribus obtegere Cappellam, in qua SS. Sacramenlum asservator; el an hoc sit omnino prohibendum?

El S. II. C. respondii: * Velitum esi adhibere quaecumque indumenta nigri coloris ad ornatum Sepulcri Feria V et VI maioris Hebdomadae, cum intra tum extra locum ipsius Sepulcri ». Die 21 lanuarii 1662.

1224. SUTRINA. (2148)

Conquestus est Episcopus Sutrinus Vice-Gubernatorem el Atilianos Terrae Capranicae Sutrinae Dioecesis debita el consueta obsequia sibi praestare renuisse, eum scilicel excipiendi et associandi, quandoquidem cum cappa in eadem Collegiata ecclesiasti-

cis functionibus assistit, sub praetextu, quod eadem Terra sil sub gubernio Euii Cardinalis totius status Ecclesiastici superintendentis.

El S. R. C. censuil : < Ab Enio Gubernatore iniungendum Vice-Gubernalori el Anlianis praedictis, ul consueta el debita obsequia praestent Episcopo ». Die 21 lanuarii 1662.

1225. TORCELLEN. (2150)

Episcopus Torcellen. S. R. C. supplicavit sibi facultatem attribui ul Oleorum consecrationem peragere, possit in Cappella Palatii Episcopalis, cum magnum suae saluti afferat praeiudicium ob aeris intemperiem huiusmodi agere in Calhedrali.

Et S. R. C. respondii: « Leclum ». Die 21 lanuarii 1662.

1226. BARC1N0NEN. (2151)

Episcopus Barcinonem, ad cuius preces S. C. declaravit, « posse cogi Canonicos ad associandum Episcopum post Vesperas ab Ecclesia discedentem, dummodo alii Canonici remaneant in Choro ad Completorium >; iterum supplicavit, dignaretur S. C. declarare determinatum numerum Canonicorum, qui eo casu ipsum oratorem associare debeant.

El S. R. C. respondii: « Qualuor Canonicos ad minus leneri associare Episcopum, el ad haec obsequia praestanda Capitulum compelli posse ». Die 4 Marlii 1662.

1227. CONIMBRICEN. (2152)

Quaesitum fuit a S. R. C. declarari: an Festivitates particulares Ecclesiae Cathedralis Conimbricen. sub ritu duplici ex eiusdem Dioecesis constitutionibus vel consuetudinibus celebrari solitae cum Processione intus eamdem Ecclesiam , comprehendantur in Rubrica Missalis, ubi dicitur: *et in Futis principalibus Ordinum:* et sic Symbolum in Missa debeat decantari?

El S. R. C. respondii: « Negative, nempe qnod Rubrica illa loquatur tantum de Festis SS. Ordinum Regularium , sed non extendatur ad Presbyteros Saeculares ». Die 4 Marlii 1662.

1228. BURGI S. DOMNINI. (2158)

Institit Marchionissa Angelica Pallavicim Monialis Ordinis S. Benedicti Monasterii S. loannis Baptistae Civitatis Burgi S. Domnini a S. R. C. declarari: an in Festo S. Antonii de Padua, quod in praedicta Ecclesia S. loannis Baptistae, in qua sub eiusdem S. Antonii invocatione Altare eredum reperilur, magna cum devotione el concursu celebratur; Missa cum *Gloria* et *Credo* decantari possit?

El S. R. C., ad praescriptum Rubricarum, ratione concursus, « Affirmative » respondit. Die I Aprilis 1662.

1229. SUB-COLLECTORUM. (2164)

S. R. C. declaravit: « Sub-Colleclores spoliorum extra Civitatem degentes servitio R. C. Ap. implicatos non teneri redire ad Civitatem, ul intersint Processionibus publicis; sed in Civitate commoranies, ac perpetua quaecurnque Beneficia, eliam Cappellanias nuncupatas oblinentes, compelli posse ad huiusmodi accessum ». Et ita servari mandavit. Die 1 Aprilis 4602.

1230. TH ELESINA. (2165)

S. R. C., referente Efno D. Cardinali Azzolino, ad eliminandas quascumque controversias, quae inter Capitulum Caihedralis Thelesinae et Capitulum Collegialae Ecclesiae S. Martini Oppidi Cerreli hactenus excitatae fuerunt, vel in futurum oriri potuissent, utrisque panibus pluries auditis, et re mature discussa, allentaque declaratione facta favore Capituli Cathedralis a S. C. Episcoporum el Regularium , super nullilate unionis Ecclesiae SS. Trinitatis, alias S. Leonardi nuncupatae, quam ad se spectare praesumebat Capitulum Collegialae Ecclesiae S. Martini eiusdem Oppidi, declaravit: < Servandam esse concordiam initam inter paries coram Emo olim Cardinali Caesarino Anno 1632, el confirmatam a s. m. Urbano VIII, Literis datis 25 Octobris 1633, quibuscumque non obstantibus contrariis Decretis, usu vel consuetudine subinde sequulis, vel respective induciis ».

Praeterea desuper iure peragendi Processiones: < Servandum esse Decretum a S. R. C. emanatum die 28 Augusti 1615, confirmatum die 15 lunii 1619, nnn requisita licentia Parochi, intra cuitts limites ducenda erit Processio. Nullibi tamen tum Calhedrali tum Collegialae el Parochial» Ecclesiae licere Processiones eliam ordinarias peragere, sine licentia Episcopi ».

Circa implementum onerum Missarum et lucrum eleemosynarum: « Servandam esse concordiam initam die 20 Augusti 1632 ».

« Parochum S. Martini nedum posse, sed debere in Ecclesia S. Leonardi celebrare qualibet hebdomada duas Missas le-

clas, proul singulis annis canere 1res Missas cum Vesperis, nempe in Festis SS. Trinitatis, S. Marci et S. Leonardi, ad formam concordiae initae die 22 Angusti 1631. Capitulum Calhedralis ad celebrationem Missarum huiusmodi teneri subministrare Parocho el Canonicis Collegialae sacram supellectilem, si quae communis in Sacrislia habeatur ad confluentium usum, sed de propria supellectili non teneri ».

< Pluvialis indumentum el precum decantationem in Processione S. Marci, absente Episcopo vel nolente huiusmodi Officium peragere, spectare ad illum qui mox in Cathedrali Ecclesia Missam solemnem celebraturus erit, quamvis Processio terminetur in Collegiata Ecclesia ».

< Circa usum sacrarum vestium in Processionibus et [unctionibus pontificalibus, servandum esse Caercmoniale el Decretum editum die 2 Iulii 1661 ».

< Clericos Seminarii, quatenus Capitulum el Clerus Collegialae in Processionibus incedat sub propria Cruce , debere iuxta praelaudalum Decretum praecedere; secus, si Crucem Calhedralis Capitulum Collegialae subsequatur ».

* Funera el funeralia emolumenta defunctorum Episcoporum, Canonicorum, aliorumque Praebendatorum Calhedralis Ecclesiae, spectare ad Calhedralem privative quoad Parochum Collegialae unicae Parochialis in Oppido Cerreli ».

< Neminem debere intéresse cum pluviali Processionibus Rogationum, praesente Episcopo pluviali induto el preces decantaturo: eo autem absente vel nolente preces absolvere, huiusmodi spectare ad eum, qui eo mane solemniler celebraturus erit in Cathedrali, privative quoad Parochum loci ».

< Subiicere vel aggregare Cathedrali Ecclesiae novas Ecclesias extruendas in actu erectionis, inesse liberae voluntati el arbitrio Episcopi ».

< Chrisiilideles sumentes SS. Eucharistiae Sacramentum in Cathedrali Ecclesia S. Leonard! adimplere praeceptum Paschale».

< Sacramenta administrare Episcopo aegrotanti ac in extremis laboranti spectare ad Capitulum Calhedralis privative quoad P.irochum unicum loci, et intra cuius limites Episcopus degit ».

« Et ita S. R. C. servari mandavii, ac perpetuum silentium desuper imposuit, ut tandem ulrumque Capitulum in vinculo caritatis Domino famuletur ». Die I Aprilis 1662.

1231. SYRACUSANA. (2160)

Instantibus Capitulo el Clero Syracusano, S. R. C., proul alias in GienHen. die 9 Decembris 1628, declaravit : « Facultatem concessam in Literis el Bullis Caiionizalionis celebrandi Festum de aliquo Sancto Canonizato , el Oflicium de eo recitandi, non posse ad exercitium deduci, nisi eo modo el forma, qua specialiter per Sedem Apostolicam et S. R. C. permittitur. Ideoquc esse necessarium huiusmodi Decretum et declarationem, nec posse Ordinarium, neque Capitulum, aut alios recitare Officium de Sanctis Canonizatis, qui non sint in Calendario descripti, vel non sint Patroni, aut adsint eorum Reliquiae insignes, iuxta Decretum contra abusus editum ». Die 1 Aprilis 1602.

1232. ALBINGANEN. (2107)

Expositum fuit S. R. C. in Collegiata Ecclesia S. Ioannis Baptistae Plebis Thelecinae Albinganen. Dioecesis, abusum irrepsisse Missam cantandi in soiemnitate SS. Corporis Christi post absolutam Processionem.

El S. R. C. : < Ordinario iniungi mandavit huiusmodi consuetudinem , quatenus legitime non praescriptam, uti a Caeremonialis dispositione alienam , omnino abrogandam; si quid vero in contrarium obveniat, informet ». Die 3 Iunii 1662.

1233. BOBIEN. (2168)

Exposuit Episcopus Bobiensis in Ecclesia S. Columbani Monachorum Cassinensium, in qua mos est terminandi Processionem Rogationum, a solo Curato exceptum fuisse, contra consuetudinem usque adhuc servatam cum suis antecessoribus, qui ab Abbate el Monachis excipi consueverunt.

El S. R. C.: « Procuratorem Ordinis monendum censuit ul Abbas el Monachi praedicti huiusmodi obsequia Episcopo praestare in futurum non omittant ». Die 3 Iunii 1662.

1234. DUBIUM. (2170)

Petitum fuit a S. R. C. declarari: 1. An Episcopus possit statuere diem Dominicam ad celebrandum Festum alicuius S. Martyris, de quo asservetur Reliquu insignis in Ecclesia.

2. An Tibia sil Reliquia insignis?

El S. R. C. respondit:

Ad 1. « Negative, imo neque posse de eo celebrari Oflicium et Missam in die ipsa martyrii vel obitus, nisi Reliquia sil de San-

cto descripto in Marlyrologio Romano, et constet de identitate Reliquiae eiusdem Sancti ».

Ad 2. pariter, «Negative, iuxta Rubricas in Missali el Bieviario Romano impressas ». Die 3 Iunii 1602.

1235. FAVENT1NA. (217!)

Haeredes Thomae Burgliesii S. R. C. exposuerunt, se teneri in implementum mentis eiusdem testatoris singulis diebus Missam de defunctis celebrari facere : cumque ad onus huiusmodi se teneri credide-rint singulis Ianium diebus, in quibus ad praescriptum Rubricarum Missa pro defunctis celebrari permittitur, per quinquaginta circiter annos diebus duplicibus Missas huiusmodi minime celebrari fecisse. Nuper vero Euium D. Cardinalem Rosseltum Episcopum declarasse, ipsos haeredes teneri ad implementum eiusdem oneris etiam in duplicibus non festivis de praecepto, pro implenda testatorum voluntate, quamvis secus pro suo intéressé declaraverit Congregatio R. Fabricae, nempe Missas huiusmodi Ianium celebrari posse diebus quibus a Rubricis Missalis Romani eas celebrari permittitur.

S. R. C., attento in primis novissimo Decreto per SSmum D. N. in visitatione Ecclesiarum Urbis edito, pariter declaravit: « Missas huiusmodi pro defunctis celebrandas esse diebus non duplicibus, vel alias a Rubricis non exceptis; el ita servari mandavit, quibuscumque non obstantibus Decretis hactenus in contrarium emanatis. Quatenus vero dispositiones testatorum videantur comprehendere dies quoscumque etiam duplices, vel etiam festivos, Missae quidem celebrentur pro defunctis, diebus tamen permissis; reliquis autem duplici Officio impeditis, Missae celebrentur de Festo occurrenti cum applicatione Sacrificii in suffragium animae testatoris ». Die 3 Iunii 1662.

El facta de praedictis SSiho relatione, Sanctitas Sua, quatenus opus sit, derogando in hac tantum parte mentibus testatorum, ita servari mandavii. Die 5 eiusdem mensis, eodemque anno.

1236. LAI!AC EN. (2172)

Petiit Episcopus Labacen. declarari : an Praepositus vel aliae Dignitates sibi Divinis pontificaliler inleressenli assistentes, possint inter solemnia huiusmodi deponere pluviale, ad effectum celebrandi Missam ?

El S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 3 Iunii 1662.

1237, SANCTI MINIATI. S)

Exposuerunt Canonici Calhedralis Ecclesiae S. Miniati quindecim ab hinc annis inter ipsos laudabiliter ad praescriptura Sacrae Tridenlinae Synodi sess. 2i, cap. 11, inductam esse distinctionem Praebendarum, adhuc tamen haesitationem in aliquibus vigere : an Canonici oblinentes Praebendas Diaconales el Subdiaconales, quos contingat a Sacro Presbyteratus ordine reperiri, ratione Presbyteratus, quem tamen eorum praebenda non exigit, quandoquidem sint anteriores possessione, videantur praeferendi Canonicis iunioribus, dignioris tamen Praebendae ?

Et S. R.-C. respondit: « Attendendam esse distinctionem Praebendarum, el iuniores Canonicos Praebendas Presbyterales oblinentes, Canonicis Diaconali vel Subdiaconali Praebenda gaudentibus, etiam possessione anterioribus, praeferendos esse ». Die 3 Iunii 1662.

1238. DECRETUM (2178)

De non celebrandis Missis privatis pro defunctis in Festo duplici.

Cum SSmus D. N. in Visitatione Ecclesiarum Urbis acceperit in plerisque Ecclesiis abusura irrepsisse celebrandi Missas privatas pro defunctis etiam in Festis duplicibus contra praescriptum Rubricarum Missalis Romani, eumdemquc abusum Decreto Congregationis eliminari praeceperit, innotuerit vero S. R. C. huiusmodi abusura, etiam in aliis Ecclesiis ubique gentium exislentibus, inductum pariter reperiri; ut Missalis Rubricae inviolatae serventur,

Eadem S. R- C. : < Districte praecipit omnibus el singulis Sacerdotibus, t.im Saecularibus quam Regularibus cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis et Instituti, etiam necessario exprimendi, ut in posterum omnino dictam Rubricam servent, ita ut Missas privatas pro defunctis seu de Requiem, in duplicibus nullatenus celebrare audeant vel praesumant. Quod si ex Benefactorum praescripto Missae huiusmodi celebrandae incidant in Festum duplex, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus suffragia expeclanlibus detrimento sit, sed dicantur de Festo currenti cum applicatione Sacrificii, iuxta mentem eorum Benefactorum : curenlque Ecclesiarum Rectores, Sacrislae aliique, ad quos pertinet, ul huiusmodi Decretum inviolate

serretur, el in Sacristia affixum retineatur, ubi commode ab omnibus celebrare volentibus conspici ac legi possit. In eos autem qui contra facere ausi fuerint, vel praemissa adimplere neglexerint, locorum Ordinarii, tum Saeculares tum Regulares, pro modo culpae, animadvertant ». Die β Augusti 1062.

Et facta de praedictis SSnio relatione, Sanctitas Sua annuit, el cum applicatione Sacrificii satisfieri ac Benefactorum mentem impleri voluit. Die » Augusti 1(562.

1239. LI.MANA. (2180)

Petilum fuit a S. R. C. declarari : an occurrente Festo novem lectionum in Vigilia S. Thomae Apostoli, de ea debeal recitari nona lectio in Officio et Evangelium in fine Missae?

Et S. It. C. respondit : « Oilicium recitari debere de Sancto duplici cum commemoratione Adventus, el nihil de Vigilia; Missam vero de Sancto cum commemoratione de Feria el Vigilia, cum ultimo Evangelio de Vigilia ». Die 5 Augusti 1662.

1210. MACERATEN. (2182)

Postquam S. R. C. in causa controversiarum inler Episcopum el Praesident Provinciae, nec non Magistratum Civitatis Maicratensis declarationes edidit; placuit SStno, ul caedem ab Emo D. Card. Ghisio iterum in S. R. C. maturius perpendendae proponerentur, inierim vero exeeutio suspenderetur. Acceptis autem partium iuribus, per Euium D. Card. Gualterium transmissis, qui ad eam Civitatem ex commissione ideo se transtulit; Emus D. Card. Ghisius ipsa iura, nempe praxim el consuetudinem hactenus desuper servatas, nec non declarationes ipsas in S. C. retulit, et proposuit examinandas.

El S. R. C.: « Illas in omnibus confirmandas esse duxit, ulpote Caeremonialis et Decretorum dispositioni prorsus conformes. Verum, ne circa earum intelligenliam haesitatio vel minima insurgat, ipsas prolixius exarandas esse censuil, nempe:

« Gubernatori Maceralen. Praesidi Provinciae non habenti facultatem Legali de Latere non competere Sedem sub baldachino, sed sine Solio supra scamnum Magistratus. nempe cameralem decentem, el distinctam a scamno Magistratus, eidemque umeo gradu, vulgo *predella,* tapete obducto, nedum Divinis inxta Presbyterium, sed eliam alibi concionibus audiendis pariter supra scamnum Magistratus perpetuo detinendam ».

« Episcopum tamen, Praeside praedicto praesente, nullibi Dioecesis debere a benedictionibus populi, tam privatis quam solemnibus, abstinere ; sed neque ullum humanitatis actum, antequam benedicat, erga Gubernatorem Praesidem exhibere ».

« Nullam deberi praecedentiam Gubernatori Praesidi Provinciae supra Episcopum, etiam extra Dioecesim degentem, quamvis Praeses in sua Provincia existai ».

« Episcopum non debere obviam ire Gubernatori Praesidi Provinciae advenienti ad Gaihedraloin, neque illum ab ea discedentem associare ».

< Gubernatorem sen Praesidem praedictum teneri accedere ad Episcopum, ul ab eo accipiat candelam el palmam benedictam, eliam cum osculo manus Episcopi ; idemque servandum in distributione cinerum, numquam tamen eum teneri Episcopo genufiectere ».

« Canonicos teneri praestare Gubernatori Civitatis Praesidi Provinciae consueta obsequia; quapropter saltem per duos Canonicos idem excipiatur, el ad portam Ecclesiae in discessu associetur ». t

« Magistratum teneri praestare Episcopo et Calhedrali Ecclesiae consueta obsequia, tum praesente tum absente Gubernatore, el quatenus renuat, compelli posse. At si Magistratus sponte velit ad Calhedralem accedere el Divinis inibi iuxla solitum intéresse, aut antequam de eius contumacia per actus positivos Episcopo non constet, nulla ei vis inferatur, vel in eum Episcopus nullum coactionis remedium exequi permittat ».

« Ad supplendum Magistratui absenti in lotione manuum Episcopi posse subrogari alios nobiles viros, quibus tamen locus in scamno Magistratus minime assignetur, sed qualibet vice in ipso solemnilalis peragendae actu seligendos cl vocandos, el quoad fieri potest variandos, nulla tamen praevia in scriptis eorum deputalione ».

Praeterea eadem S. C., ad relationem eiusdem Emi D. Cardinalis Ghisii, declaravit : «Gubernatorem Praesidem Provinciae, non Episcopum, non posse sumere paramenia de Altari; cum idem velitum sit Praelatis Episcopo inferioribus, eliam usu pontificalium gaudentibus, praeterquam in Missis pontificalibus ».

Praedicta vero S.R.C. ita servari man-

davit, qiiibiiscumque non obstantibus. Die 5 Angusti 1(102.

1241. URBIS. (2184)

Quaesitum fuit a Monialibus Capuccinis Urbis : an Officium Octavae S. Clarae earum insiiiulricis et Patronae , praeferendum sit Officio octavae S. Laurentii el Assumptionis B. M. V.,

El S. 11. C. respondit: < Quoad octavam S. Laurentii praeferendum esse: quo vero ad octavam Assumptionis B. M. V. negativo ». Die 5 Augusti 1602.

1242. IMOLEN. (2185)

Expositum est S. R. C. in Oppido *Doccia* Imolen. Dioecesis ab immemorabili tempore habitos esse et haberi in Patronos principales SS. Martyres Vitalem el Agricolam, quorum Festum cum incidat die 4 Novembris, in qua cadit quoque Festum S. Caroli Borromaei , supplicatum fuit declarari: quodnam Festum ex Sanctis praedictis ea die sil celebrandum ; et an Festum Patronorum sit de praecepto servandum ?

El S. R. C. declaravit : < Veris exislenlihus narratis, Festum SS. Vitalis el Agricolae, iuxla Constitutionem s. m. Urbani VIII super observatione Festorum, tamquam de praecepto esse servandum, el cum Officio et Missa eliam per octavam a Clero Saeculari ; a Regularibus vero sine octava esse celebrandum : Festum vero S. Caroli transferendum fore iuxla Rubricas Breviarii Romani ». Die 19 Augusti 1062.

1213. ASCULANA. (2180)

Instante Rectore Ecclesiae S. Augustini Terrae Accumuli Asculanae Dioeeesisa S.R.C. declarari : an sibi suoque Cappellano prohiberi possit a Curatis Terrae praedictae, ne Processionem cum delatione SS. Sacramenti in Dominica post Festum S. Thomae de Villanova peragat per limites earumdem Parochiarum, etiam obtenta licentia Eiiii Ordinarii ;

S. R. C. respondit : * Episcopum in universa Dioecesi absque Parochorum licentia posse facultatem tribuere Processiones peragendi, el per vias el plateas publicas, prout sibi benevisum fuerit, eas ducendi; idcoque Rectori seu Cappellano praedictis licere praefatas Processiones peragere, casque ducere etiam per vias el plateas intra limites Parochiarum dictorum Curatorum». El ita servari mandavit. Die 2 Septembris 1662.

1241. LEODIEN. (2187)

Instantibus Capilnlo el Canonicis Collegialae Ecclesiae IL M. V. Oppidi Tongrensis Dioecesis Leodien., S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus edilis, declaravit: < Canonicos Regulares S. Augustini eiusdem Oppidi in Processionibus deferre debere praecedentiam Clero Saeculari, eosque teneri accedere ad Processiones SS. Corporis Christi, S. Marci, Rogationum, ac ad quascumque alias publicas el consuetas, vel pro bono, causa aut honore publico ab Episcopo indictas, nisi aliter iis ab Apostolica Sede expresse indultum fuerit, vel iidem ultra medium milliare ab Oppido praedicto distent. El ad haec implenda ab Ordinario poenis sibi benevisis cogi posse ». Die 2 Septembris 1662.

1215. DUBIUM. (2189)

Institum fuit declarari : an Canonici Regulares in eorum Ecclesiis, prout fit in Ecclesiis Collegiatis, teneantur canere duas Missas in Feriis el Vigiliis in quibus ieiunatur, praesertim cum non ex consuetudine antiqua, neque ex fundatione aut lege, sed tantum e\ usu ab aliquot tantum annis introducto ad id sint obligati.

El S. R. C. respondit: « Teneri ». Die 20 Novembris 1662.

1246. NERITONEN. (2192)

Supplicatum fuit a S. R. C. declarari: An Capitulum possit admittere ad participationem distributionum quotidianarum Dignitatem, seu Canonicum participantem, qui in Choro, sive celeris functionibus Ecclesiasticis inserviat indutus habitu Prolonolarii ?

El S. R. C. respondit : < Negative ». Die 20 Novembris 1662.

1247. FASANEN. NULLIUS. (2193)

S. R. C. ad instantiam Sacerdotum Terrae Fasanen. nullius Dioecesis, habita relatione Episcopi S. Agathae Gothorum, declaravit : < Ad Priorem matricis Ecclesiae Terrae praedictae spectare distributionem candelarum , cinerum el palmarum, necnon delationem SS. Sacramenti Feria V. in Coena Domini, el absolutionem in commemoratione omnium defunctorum, si ipse celebraverit ; eo autem impedito aut alias celebrare nolente, ea omnia ad Hebdomadarium celebrantem perlinere. lus vero canendi Missam et deferendi augustissimum Sacramen-

tum qualibet tertia Dominica mensis Hebdomadario competere. In reliquis Decrelum praefati Episcopi S. Agathae Gothorum servari » mandavit. Die 20 Novembris 1662.

1248. PATAVINA. (2194)

Instante Magistro Caeremoniarum S. Laurentii Civitatis Patavii,

S. R. C. declaravit : « Sacras Imagines Sabbato Sancto ad *Gloria in excelsis Deo,* si commode fieri poterit, vel post Officium eiusdem diei discooperiendas esse; thurificalionem vero Cleri etc., exposito eliam super Allari SS. Sacramento per octavam Corporis Domini, consueto more peragendam ». Die 20 Novembris 1662.

1249. MONTIS REGALIS. (2198)

Cum S. R. C. die 3 Septembris 1661 declaraverit: «Non licere Parocho matricis Ecclesiae loci Denarum Dioecesis Montis Regalis Prolonolario Aposlolico in administralione Sacramentorum el in funeralibus adhibere habitum praelatitium, et quatenus intéresse velit uti Protonolarius, eidem non proinde competere praecedentiam supra Canonicos, vel locum inter Canonicos, S. eadem C. idem intelligendum esse censuit in Processionibus generalibus et particularibus, quibus idem Parochus intéresse velit ». Die 23 Decembris 1662.

1250. THELESINA. (2199)

Expositum est S. R. C., in Collegiato Ecclesia Cerreli Thelesmae Dioecesis, in funeralibus et anniversariis Nocturni pro defundis recitationem praetermitti, non obstantibus Decretis S. C., el praecepto poenali Episcopi.

El S. R. C. Ordinario scribi mandavit: « Qui mandei impleri Decreta S. C. el in transgressores poenas irremissibililer exequatur ». Die 23 Decembris 1662.

1251. CIVITATIS CASTELLI. (2201)

Cum alias S. R. C. decreverit, Magistratum Civitatis Castelli posse compelli ad solita obsequia diebus consuetis omnino praestanda Episcopo, supplicavit idem Magistratus pro declaratione : an ad id teneatur tam diebus solemnibus, quam ferialibus el quadragesimae ?

El S. R. C. decrevit : * Magistratum praedictum cogi non posse, nisi diebus, quibus alias huiusmodi obsequia Episcopo praestare consueverit ». Die 17 Martii 1663.

1252. LAUDEN. (2204)

Panlhemius Rota Canonicus Collegialae S. Laurentii institit a S. R. C. declarari: an benedictiones candelarum, palmarum, fontis et cinerum spectent ad Praepositum vel ad Canonicum celebrantem;

Et S. R. C. respondit : « Spectare ad Praepositum, quatenus celebret, sin minus ad Celebrantem ». Die 17 Martii 1663.

1253. NEAPOLITANA. (2205)

Exposito S. R. C. per Vincentium Marini secundum Magistrum Caeremoniarum Archiepiscopi Neapolis, in diversis illius Civitatis Ecclesiis, non servata forma Ordinarii Romani el Rubricarum, novos ritus introduci in celebrando Festum SS. Innocentium, et signanter utendo tali die colore rubeo, el canendo Missam cum *Gloria :*

S. R. C. iussit: «Servari Rubricam». Die 17 Marlii 1663.

1254. APRUTINA SEE THERAMEN. (2207)

Canonici Calhedralis dubium exposuerunt : an de Patrono Regni sil facienda octava in omnibus Regni Civitatibus, quemadmodum lit de Patrono particulari cuiuslibet Civitatis?

El S. R. C. declaravit, « Teneri ». Die 17 MarLii 1663.

1255. MONTIS REGALIS. (2209)

Capitulum el Canonici Collegialae Oppidi Benaium supplicarunt S. R. C. pro declaratione infrasciiplorum dubiorum.

1. An, cum in dicto loco auctoritate Aposlolica erecta sit nova Collégiale de bonis patrimonialibus sine cura animarum, in die Corporis Christi deducenda sil Processio et SS. Sacramentum de Ecclesia ipsius Gollegiatae, vel de Parochiali, uti prius?

2. An delatio SS. Sacramenti in dicta die spectet ad Parochum Matricis vel potius ad Dignitatem Collegialae; el, eo absente, ad antiquiorem Canonicum? (1)

3. An in Festo S. Marci Evangelislac el Iriduo Rogationum Parochus Matricis una cum suis Clericis convenire debeal in Collegialam Ecclesiam, ul ex illa deducentur Processiones illis diebus faciendae; vel potius teneatur Capitulum illas facere separalim ab ipso Parocho?

(t) E. Dtib 3.

4. An spectet ad primam Dignitatem et, ea absente, ad digniorem de Capitulo, vel potius ad Parochum, in cuius districtu dicta Collegiala posita est, administraro Sacramenta Canonicis eiusdem Collegialae, illorumquo funus ducere ct Officium facere circa illud, dum defertur ad sepeliendum?

El S. R. C., referente D. Servanlio, respondit, ut infra:

Ad 1. « De Ecclesia parochiali matricis».

Ad 2. « Ad Parochum ».

Ad 3. < Convenire debent ad Ecclesiam parochialem matricem, cum ius benedicendi sil apud Parochum ».

Ad 4. « Ad Parochum, nisi secus in casibus omnibus praedictis provisum sil a Sede Aposlolica in erectione Collegialae, el nisi Collegiala gaudeat aliquo privilegio Apostolico ». Die 17 Marlii 1663.

1256. RIIEGINEN. (2210)

Episcopus Doriae postulavit a S. R. C. tria infrascripla declarari.

1. An Metropolitano pro temporalibus negotiis accedenti ad suam Dioeccsim liceat attollere Crucem el gestare mozzettam?

2. An possit prohibere Episcopum, ipso praesente, ah usu Mozzellae ?

3. An possit erigere idem Metropolitanus in propria domo Altare ad tempus?

Et S. R. C. declaravit : « Tria supradicla licite lièri posse a Metropolitano ». Die 17 Martii 1663.

1257. MEDIOLANEN. (2212)

Canonicis S. Mariae de Scala Mediolani praetendentibus vigore tituli Cappellanorum Regiorum a sacra Majestate Catholica nuper obtenti, aut non posse cogi ab Ordinario intéressé Processionibus quibus antea consueverunt, aut saltem praecedere debere aliis Capitulis et Collegiatis eiusdem Civitatis;

Emi Patres S. R. praepositi, habito super hoc maturo consilio, el diligenter omnibus rationibus perpensis, decreverunt : « Canonicos teneri el compelli posse accedere ad Processiones, ad formam Decretorum Ordinarii; el quoad praecedentiam servari solitum, et nihil innovari ». Die 28 Aprilis 1663.

1258. SENOGALLIEN. (2215)

lacobtts de Benedictis Praepositus Calhedralis Senogallien. supplicavit S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

I. Utrum liceat Vicario Generali el Canonicis in Missis el Vesperis solemnibus recipere thurificalionem capite cooperio pileolo ?

2. Utrum liceat saecularibus, ac etiam aliis ascendere Chorum el Presbyterium ad audiendas Missas et conciones, nec non ad inlerossendiim Divinis Officiis el benedictionibus SS. Sacramenti ?

El Emi Patres S. R. praepositi censuerunl ad nlruinque: «Non licere»: Die 28 Aprilis 1663.

1259. VENAFRANA. (2217)

Syndici Civitatis Venafri renuentes ministrare Episcopo aquam manibus, ul antea consueverunt per immemorabile tempus, in functionibus pontificalibus, institit Episcopus a S. C. sibi declarari : an illos posset compellere per censuras ;

Et S. R. C. respondit: < Hortandos esse, non compellendos ». Die 28 Aprilis 1663.

1260. ARIMINEN. (2218)

Curati et Bénéficiait Ariminen. exposuerunt S. R. C., Episcopum Urbaniae occasione visitationis decrevisse, quod vasa Olei sancti, quae asservabantur in cornu Epistolae, deinceps in cornu Evangelii servari deberent : et ulterius omnia diademata SSmis Crucifixis amovenda essent. Modo praedicti Curati eidem S. C. supplicarunt, declarari quid agendum ;

El S. R. C. respondit : « Quoad vasa Olei sancti serventur in loco decenti, sive in cornu Epistolae sive in cornu Evangelii. Quoad diademata, scribi Vicario pro informatione, el interim supersederi ». Die 16 lunii 1663.

1261. CATANEN. (2219)

S. R. C., ad preces Francisci Scopalii Parochi S. Laurentii Terrae Aidonis, declaravit : « Vicariis foraneis non competere praecedentiam adversus Parochos, ad formam Decreti alias editi sub die 23 Marlii 1619, non obstante quacumque consuetudine eliam immemorabili ». Die 16 lunii 1663.

1262. EUGUB1NA. (2220)

Pro sedandis controversiis forsitan orituns inter Canonicos Collegialae S. loannis Baptistae Terrae Canlhiani, et Parochos et alios Presbyteros ratione praecedentiarum, tam in sedendo quam in aliis Processionibus faciendis, occasione futurae Synodi ;

S. R. C., ad preces eorumdem Canonicorum, ili decrevit: «Sedeant Canonici Canlhiani immediate post Collegiatas anti-

quioris erectionis in eodem scamno». Die 16 Iunii 1663.

1263. EUGUBINA. (2221)

Archipresbyter el Canonici Collegiatae Ecclesiae S. Ioannis Baptistae Terrae Canthiani Eugubinae Dioecesis supplicarunt pro declaratione infrascriplorum dubiorum ;

1. An Cappellanus el Sacrista Ecclesiae Collegiatae S. Ioannis Baptistae Terrae Canthiani Eugubinae Dioecesis, quando in Processionibus el funeralibus intervenit Capitulum dictae Collegiatae, debeant praecedere proprio Parocho defuncti?

2. An in funeribus quando intervenit Capitulum Collegiatae, tam Parochi quam alii de Clero debeant congregari in eadem Ecclesia Collegiala, vel in Ecclesia ad quam defertur defunctus?

3. An in Processionibus quando inlervenit Capitulum Collegiatae, tam Parochi quam alii de Clero debeant congregari in dicla Ecclesia Collegiala, etiamsi Processio inchoanda sit in alia Ecclesia?

4. An Canonicus vel Cappellanus sive alius Sacerdos cum Stola, vel sine Stola, quando interveniunt, vel quilibet eorum intervenit in funeralibus loco Archipiesbyteri dictae Ecclesiae Collegiatae, debeant praecedere aliis Parochis, et quid, interveniente Archipresbytoro? (1)

Et S. R. C. respondit: Ad 1. « Debent procedere cum Capitulo, non ratione praecedentiae, sed quia, cum sint de gremio, efficiunt cum eo unum corpus quod non potest dividi ».

Ad 2. « Serventur Decreta S. It. C. ».

Ad 3. < Ubi inchoanda est Processio ».

Ad 4. < Non debent, quia sunt substituti ; secus ipse Archipresbyter ». Die 16 Iunii 1663.

1264. FERENTINA. (2222)

Parochi Civitatis Ferentinae supplicarunt pro declaratione infrascriplorum dubiorum:

1. An Parochi possint cogi ad deserendam Ecclesiam propriam, praesertim in solemnibus, el ad inleressendum Choro Calhedralis?

2. An Parochi in Choro Calhedralis thurificari debeant duplici ductu, vehit Canonici? (2)

3. Utrum Clerici Calhedralis ex debito inservientes, quando ab omnibus incediiur in uno corpore, cedere debeant locum Parochis? sive : utrum quando distinguuntur corpora Ecclesiarum, Clerici, qui non oblinent Beneficium neque ullam habent mercedem in Ecclesia Calhedrali, incedere debeant cum ultima Ecclesia?

4. An Parochi cogi possint determinate ad sermocinandum supra Evangelium omnibus Festis de praecepto, cum poena censurae ante lapsum trium mensium spatium post monitorium?

El S. R. C. respondit: Ad I. « Affirmative ».

Ad 2. « Unico ductu ».

Ad 3. « Parochi procedere, debent post Canonicos, Beneficialos et Clericos Bénéficiâtes, qui faciunt unum corpus, non autem post mercenarios Cappellanos aut Clericos, quando sub Cruce Capituli dicti Parochi procedunt ; supradicli autem Clerici ex Seminario et mercenarii inservientes Calhedrali Ecclesiae, quocumque titulo, cum suo Capitulo el sub eorum Cruce procedere debent ».

Ad 4. « Ad S. C. Concilii ». Die 16 Iunii 1663.

1265. GRANATEN. (2223)

P. Fr. Ioannes de Azzona e Valle, Ordinis S. Francisci Observantium, el Magister Caeremoniarum Provinciae Granaten. instilit pro declaratione infrascriplorum dubiorum:

1. Cum a S. Sede Aposlolica concessa fuerit facultas celebrandi in Ilispaniis Festum Patrocinii Binae Virginis sub ritu dupl. mai. in aliqua Dominica mensis Novembris ab Ordinario loci assignanda, el assignata ab eo fuerit secunda ; quaeritur, si eveniat octava omnium Sanctorum, vel alterius Sancti, qui habeat octavam, vel aliud Festum classicum dignius, adeo ul dicla octava transferri non debeat, nec per commemorationem transire possit : an Festum, Officium et Missa celebrari et fieri debeat alia Dominica eiusdem mensis non impedita, vel prima die non impedita infra hebdomadam?

2. An in Consecratione Episcoporum tam Consecrator, quam Consecrandus, atque etiam Assistentes omnes uti debeant colore albo ?

3. Si aliqua urgenti causa celebranda sit Missa votiva infra octavam, et haec Missa habeat propriam Praefationem ; an recitare debeat propria, vel de infra octavam, ac etiam cum *Communicantes* infra ipsam octavam ?

(I) E Dub. 5. — (î) E. Dub. 3.

4. Si Altaic non habeat planitiem, sed noveni vel decem gradus, vel habeat planitiem nimis latam ; an Sacerdos celebraturus Missam pro illa incipienda descendere debeat ad ultimum gradum, vel a primo lanium ; el an etiam descendere debeat e planitie, vel sufficiat quod se ab Altari seiungat duobus vel tribus passibus?

5. An SSmo exposito, Gubernator Civitatis seu loci Personam Regiam repraesentans, tamquam Praelatus habere debeat Sedem, vel scamnum cum lapete, vel alio panno ?

(i. Cum in Ilispaniis ratione diei octavae S. lacobi sil transferendum Festum S. Petri ad Vincula in diem immediate sequentem ad formam declarationis S. C. die 2 Novembris 1689, insuper cum Festum S. Petri sil perpetuum, et sic videatur ei assignanda ceria dies sequens in perpetuum , quaeritur: si dies octavae el Festi accurrant dic Sabbati, an Festum transferri debeat in diem sequentem, etiamsi fuerit Dominica, vel in primam diem non impeditam?

7. An in Festo Corporis Christi in reponendo SSmo servanda sil dispositio Caeremonialis Episcoporum quoad Oraliones, vel potius Ritualis Romani, ubi dicitur addi : *Dominus vobiscum etc.?*

Et Emi S. R. praepositi responderunt: Ad 1. «Officium de octava, Festum vero Patrocinii pro illo anno omittatur quoad Officium ; quo vero ad Missam, possunt cantari duae, altera scilicet de octava, de Festo altera ».

Ad 2. « Consecrandus albo, Consecrator el Assistentes colore tempori vel officio Missae convenienti ».

Ad 3. « Praefatio de Missa votiva dum propriam habeat, el *Coinmunicanies* de infra octavam, quia est proprium de illo tempore infra octavam ».

Ad *'i.* « Deberet apponi *predella,* quae dividat Altare a planitie, el salis essol descendere ab ipsa *predella ».*

Ad 5. « Affirmative, lam exposilo quam reposito Sanctissimo Sacramento ».

Ad 6. « Transferri debet ad formam Rubricarum generalium in primam diem non impeditam Festo novem Lectionum ».

Ad 7. « Servanda csl dispositio Caeremonialis Episcoporum lib. 2, cap. 33, vers. *Quo facto,* ubi nulla fit mentio de versu *Dominus vobiscum,* sed iubclur lanium post *Panem de Caelo etc.,* el i$. *Omne delectamentum etc.* cantari Orationem. El sic servat in Urbe SS. Dominus N., quod observetur ab omnibus, quidquid alii in contrarium asserant ». Die 16 lunii 1663.

1266. MONTIS REGALIS. (2225)

Capitulum Collegiatae Benarum Dioecesis Montis Regalis Provinciae Taurinen. institit pro declaratione horum dubiorum :

1. An Capitulum, quamvis non invitatum, intéressé possit generalibus Processionibus ?

2. An Parochus intuitu pluvialis, dum illud defert, habeat locum inter Canonicos Collegiatae, et possit incedere sub Cruce Capituli, relicta propria Cruce Parochiali?

El S. R. C. declaravit: Ad i. «Non solum potest, sed est laudandum si intersit ».

Ad 2. « Non habet locum, nisi sil de gremio ». Die 16 lunii 1663.

1267. NUSCANA. (2227)

Episcopus Nuscanus supplicavit S. R.C. pro declaratione infrascripti dubii : an solus Archipresbyter seu Curatus loci Balneoli Nuscanae Dioecesis, possit, privative quoad alios, publicare excommunicationes solitas, seu iiteras significatorias, tam a SS. D. N. Papa quam ab Episcopo concessas : seu potius Episcopus possit illarum publicationem alteri Sacerdoti el Curato, cui velit, demandare ?

El S. R. C. declaravit: «Ad Curatum privative ». Die 16 lunii 1663.

126S. PANORMITANA. (2228)

Magistri Caeremoniarum Calhedralis Panormitanae institerunt apud S. R. C. pro declaratione : an, quando dies Annuntiationis B. M. V. incidit in Dominica Palmarum, vel Feria V in Coena Domini, vel die Paschalis, vel alio aliquo dio infra octavam eiusdem, ad illa verba Symboli : *Et incarnatus est,* Sacerdos el Ministri debeant genuflectere, prout usque adhuc fieri consuevit in dicla Ecclesia : vel potius genufleclendum sil ea die, qua celebratur Festum praedictum secundum ritum Ecclesiae transferendum?

El S. R. C. decrevit: « Genufleclendum esse in die translationis ». Die 16 lunii 1663.

126». PERUSINA. (2229)

Prior el Curatus Castri Pregii Dioecesis Perusinae, ac Protonotarius \postolicus institit apud S. R. C. pro declaratione: an sibi liceat uti habitu Prolonolarialus, tam in sedendo quam in procedendo inter suum Clerum ruralem el illum urbanum; el, an sibi competat locus aliis Prolonolariis assignatus;

el, an praecedere debeal antiquioribus respectu Prioratus?

El S. R. C. declaravit : « Posse uti, sine lucro distributionum, cl competere locum inter alios Prolonotarios ; sed eo casu nullam competere praecedentiam respectu Prioratus ». Die 16 Iunii 1663.

1270. ROSSANEN. (2231)

Eranciscus Trania Canonicus supplicavit S. R. C. pro declaratione infrascriptoruin dubiorum :

1. An parva Crux cum Imagine Crucifixi posita super tabernaculum ligneum, in quo inclusum asservatur SS. Sacramentum in Altari, sit sufficiens in adimplemenluiu Rubricae volentis, quod in Altari, dum celebratur Missa, debeat apponi Crux in medio candelabrorum ?

2. Similiter si in Altari, in quo adest magna Statua SS. Crucifixi, sit ponenda alia Crux, dum celebratur Missa?

El S. R. C. respondit :

Quoad 1. « Non est sufficiens, sed poni debet alia Crux in medio candelabrorum ».

Quoad 2. < Est sufficiens, el non indiget alia Cruce ». Dio 16 Iunii 1063.

1271. SANCTI MINIATI. (2232)

Eihi S. R. praepositi, ad preces Episcopi et Canonicorum Civitatis S. Miniati declararunt : « Non licere Patribus S. Dominici Conventus S. lacobi diclae Civitatis in die Corporis Christi post Vesperas ducere Processionem cum SS. Eucharistiae Sacramento extra limites propriae Parochiae, non obstante quacumque immemorabili consuetudine, nisi de licentia Episcopi ordinarii ». Die 16 Iunii 1663.

1272. CATANEN. (2236)
TERRAE AIDONIS.

Cum S. R. C. die 24 sepi. 1606 consuerit Vicariis foraneis per Dioeceses constitutis ralione Vicariatus huiusmodi in Choro, sessionibus, Processionibus aliisque functionibus nullam super alios antiquiores, seu digniores ipsius loci Presbyteros, Dignitates, vel Canonicos competere praeeminenliam seu praecedentiam : ac proplerea inter Vicarium foraneum Terrae Aidonis Catanen. Dioecesis el Parochum ceierosque Presbyteros idem servandum es.se decreverit: idemque postea confirmaverit die 16 Iunii proxime praeteriti ad instantiam Francisci Sopilii Parochi S. Laurentii eiusdem loci, non obstante quacumque consuetudine eliam immemorabili ; tamen non acquiescente dicto Vicario foraneo, ex quo in Decretis praedictis non dicatur expresse, in functionibus faciendis tam in Ecclesia quam extra; hinc, quamvis id satis clare dicatur in dicto primo Decreto confirmato per secundum, nihilominus, ad terminandas ulteriores controversias,

S. R. C. declaravit: « Nullam competere praecedentiam el praeeminenliam praefato Vicario foraneo supra Parochum diclae Terrae Aidonis el alios, ut supra, in omnibus functionibus ecclesiasticis tam in Ecclesia quam extra faciendis, non obstante quacumque contraria consuetudine per dictum Vicarium foraneum adducta eliam immemorabili ». El ita servari mandavit. Dic 4 Augusti 1663.

1273. CUSENT1NA. (2238)

Prosper Aprilis Subcanlor Capitularis Ecclesiae Calhedralis Cusenlinae supplicavit a S. R. C. declarari :

1. An absente Cantore, qui est Canonicus el Dignitas, ad illum spectet directio Chori et exercere munera Canioris?

2. An illi debeantur omnes praerogativae et caeremoniae, quae debentur Cantori, quando in secundis Vesperis Nativitatis Domini, Paschalis el Pentecostes canit loco eiusdem Canioris ?

3. An dictus Subcanlor tamquam caput Chori debeal praeferri in sedendo Hebdomadario, qui habet usum Stolae, atque eliam in Processionibus defunctorum tamquam caput Chori praeferri debeal Presbytero non Capitulari, qui Stolam defert?

El S. R. C. in omnibus respondit: « Negative ». Die 4 Augusti 1663.

1274. DALMAT1ARUM. (2240)

Dignitates et Canonici Calhedralis, ut dicitur *di Lesina,* in Dalmatia apud S. R. C. insliterunt pro declaratione: an simplices Sacerdotes assistentes Canonico solemniter celebranti in officio Diaconi el Subdiaconi debeant praecedere Dignitatibus el Canonicis in functionibus accipiendi palmas, candelas et cineres?

El S. R. C. respondit: « Standum esso dispositioni Caeremonialis lib. 2, c. 17 el 19». El ila servari mandavit. Die 4 Augusti 1663.

1275. DALMATIARUM. (2241)

Instantibus quibusdam Episcopis Dalmatiarum pro declaratione dubiorum ad S.R.C., ul infra, videlicet :

1. An Passio in Missis privatis legi debeat a celebrante in cornu Epistolae vel Evangelii, dum Caeremoniale Episcoporum ait : in Dominica Palmarum Celebrantem in Missa solemni debere legere Passionem in cornu Epistolae?

2. An in primis Vesperis Dominicae Passionis non solum Cruces et Imagines Salvatoris, sed etiam omnes Imagines Sanctorum, quae super Altaribus repcriunlur, tegi debeant?

3. Utrum Hebdomadarius debeal semper in Choro uti Stola, vel absque ea peragere sua officia? Caeremoniale enim Episcoporum nihil de Stola mentionem facit in decantandis Horis Canonicis.

4. An Cruces quae fiunt super oblata a Sacerdote debeant fieri manu transversa, an vero manu recta in transversa parte Crucis?

5. An manus Sacerdotis ad *Hanc igitur oblationem* debeant ita extendi, ut palmae sint apertae pollice dextero super sinistrum in modum Crucis supra manus, an vero infra manus?

G. An pars inferior Hostiae praecidi debeat, an vero superior, ante *Pax Domini sil semper vobiscum* ?

7. Quando Episcopus assistit Missae solemni, nec celebrat, utrum Celebrans ad Confessionem debeal respondere Episcopo : *Ad Deum qui laetificat iuventutem meam?*

8. An quando Episcopus assistit cum cappa Missae solemni debeat Celebrans incensari linito Evangelio, el uon Episcopus, qui non est paratus pluviali, ul ait Caeremoniale Episcoporum ; an vero debeal ista incensalio tunc omitti eliam pro celebrante, linito Evangelio, ul Gavantu dicit ?

9. Utrum in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum omnes Sacerdotes in Missis de Requiem debeant Sacrificium applicare pro omnibus Fidelibus defunctis, an vero possint ad libitum eorum, pro aliquibus tantum applicare?

10. Utrum Canonici Almulias deferre possint, quando vestibus sacris sint parati, videlicet pluviali, Plancta, Dalmatica, Tunicella : an vero debeant tunc eas deponere ? et utrum Almulia possit poni super corpus defuncti Canonici : parati Planeta, seu Dalmatica? (<)

Et S. R. C. respondit:

Ad 1. « A cornu Evangelii >.

Ad 2. « Debent legi omnes Imagines in primis Vesperis ».

Ad 3. < Non debent uti Stola ».

Ad 4. < Manu recta ».

Ad ». < Supra manus ».

Ad G. < Inferior praecidi debet ».

Ad 7. « Debet respondere usque ad *Indulgentiam* inclusive ».

Ad 8. « Celebrans debet ihurificari, non vero Episcopus cum cappa ».

Ad 9. < Ad libitum ».

Ad 10. < Parali deferre non debent Almulias, et defuncto imponi potest supra brachium ». Die 4 Augusti 1G63.

127G. MELITEN. (2242)

S. R. C. declaravit: «Licere in qualibet Ecclesia Regularium Archiprcsbjtero Meliten., iuxta consuetudinem antea servatam, dicere submissa voce Psalmum *De profundis* vel *Miserere* cum Oratione super cadaveribus, non obstantibus quibuscumque aliis Decretis alias emanatis ». Die 4 Angusti 1GG3.

1277. MELPH1TANA. (2243)

Vicarius Generalis Melphitanus S. R. C. supplicavit infrascripta declarari :

1. Ubi sedere debeat Vicarius quando assistit m Choro, el an occupare possit Sedem Dignitatum?

2. An liceat illi habere tapetum vel suppedaneum parvum sub Sede ex corio, stante quod Canonici et Dignitates sedent m Choro supra Vicarium per 1res palmos elevato ?

El S. R. C. respondit :

Quoad 1. « Non posse Vicarium occupare slallum Dignitatis, sed addendum sedile m Choro, et primum locum dandum Vicano ».

Quoad 2. « Servari consuetudinem ». Et ita servari mandavit. Die 4 Augusti 1663.

1278. NEPESINA. (2244)

Cum in S. R. C. delatum fuerit Magistratum Tulphae et Roncilionis desiisse solitis functionibus Ecclesiasticis intéressé, ex quo Episcopus decreverit illos thurificari duplici ductu ad formam Caeremonialis;

Eadem S. R. C. declaravit : < Hlos compellendos esse ad inleressendum, et servari Decretum Episcopi ». Die 4 Augusti 1663.

1279. PANORMITANA. (224»)

Emi PP. S. R. praepositi censueruni: « Non teneri Capitulum SS. Trinitatis nun-

(1) E. Dub. it

cupatae *Mayson* Abbatiae Civitatis Panormi, accedendo processionaliter ad celebrandum, transire per porticus ubi residet Magistratus, nec salutari debere per Celebrantem, Diaconum et Subdiaconum, detecto capite: ideoque tales celerosque abusus contra formam Caeremonialis esse tollendos, cl quoad tburificalionem servandum esse pariter Caeremoniale ». Die 4 Augusti 1603.

1280. URBIS. (2250)

Pro parle Magistri Caeremoniarum S. Iacobi de Urbe inslilum fuit a S. R. C. declarari :

1. An in anno quo Fesium S. Iosephi cadit Feria 2, Feria 3, vel Feria 4 maioris Hebdomadae, possint canlari duae Missae, altera de Feria, altera de Festo, ubi est concursus Confralernilalis el Iotius populi; vel saltem possit fieri ab illis Processio, quam singulis annis solent facere tali die, aut ea sil transferenda vel omittenda illo anno; et si non possunt cantari duae Missae, an possit dici Missa privata de S. Iosepho, faciendo postea Processionem ».

2. An in primis Vesperis SS. Sacramenti, non tamen expositi, quae solemniler celebrantur, sit genufleclendum in hymno cum dicilur: *Tantum ergo Sacramentum!*

Et S. R. C. respondit : Ad 1. « In Hebdomada maiori utraque omittenda ».

Ad 2. « Ad consuetudinem Ecclesiae». Die 4 Augusti 1663.

1281. SANCTI MINIATI. (2251)

Praetendentibus Canonicis S. Mariae Terrae Montopoli sibi el non Confessario Monialium Ecclesiae competere ius benedicendi et distribuendi candelas, cineres el palmas, quae Monialibus dandae sunlj

S. R. C. audita relatione Episcopi declaravit : < Hoc ius competere Confessario, el ila mandavit scribi Episcopo, qui provideat ». Die 6 Septembris 1663.

1282. VISAUREN. (2252)

Vicarius Generalis Pisaurensis Prolonotarius Apostolicus petiit a S. R. C. declarari, quando Episcopus exercet Pontificalia el ipse intervenit habitu Prolonolarii indutus, quonam loco sedere debeat?

Et S. R- C. respondit : « In suo solito loco ». Die G Septembris 1663.

1283. MED1OLANEN. (2258)

Cum nonnulli Musices professores Civitatis Mediolani ausi fuerint uti musicalibus instrumentis in quibusdam eiusdem Civitatis Ecclesiis contra formam Constitutionum Synodalium et Provincialium auctoritatoApostolica confirmatarum, necnon edictorum Archiepiscopi in vim illarum emanatorum, sub praetextu dictas Constitutiones vel restringi ad solas Ecclesias ritus Ambrosiam, vel non extendi ad Ecclesias exemplas, vel non comprehendere laicas personas;

S. R. C., bene ac mature perpensis ab Utraque parte deductis, declaravit: «Constitutiones anlediclas comprehendere omnes Ecclesias el personas quamvis exemplas el laicas, ideoque edicta Archiepiscopi servanda et exequenda esse mandavit ». Die 26 Ianuarii 1664.

1281. PLACENTINA. (2262)

Exponentibus Canonicis Ordinis Sacerdotalis Calhedralis Placentinae per Magistrum Caeremoniarum eiusdem Calhedralis introduci quod cineres dentur Episcopo non a Canonico celebrante, prout disponitur in Caeremoniali lib. 2, cap. 18, § 8, De Officio el Missa Fer. IV Cinerum Episcopo celebrante, vel non celebrante; sed ab una ex Dignitatibus: ulterius easdem Dignitates praetendere ius benedicendi cineres, candelas, palmas el fontes, absente Episcopo, ad ipsas non autem ad celebrantem spectare et pertinere contra praescriptum eiusdem Caeremonialis cap. ID, de eadem Fer. IV Cinerum, Episcopo absente, § 4, cl Decretorum a S. C. in similibus emanatorum.

S. R. C. « Caeremoniale omnino servandum esse iussil el mandavit ». Die 26 Ianuarii 1664.

1285. ARETINA (2263)

JURIS DEFERENDI CRUCEM.

Ad relationem Emi Azzolini, partibusque hinc inde pleue informantibus,

S. R. C. indicavit : « Monachis Cassinensibus , et aliis Regularibus Civitatis Arelii, in funeralibus, caque associantibus, quando interveniunt Capitulum et Canonici Ecclesiae Calhedralis eiusdem Civitatis, non licere erigere eorum Crucem, sed incedere debere sub illa Capituli cl Canonicorum, praetensa ab eis consuetudine in contrarium non bene el plene probata, minime suffragante ». Die 15 Martii 1604.

1286. ASCULANA. (2264)

S. R. C., ad petitionem Gregorii 1'esci Archidiaconi, declaravit: « Non licere Canonicis Calhedralis Asculi occupare Sedem

Archidiaconi celebrantis ». Die 15 Martii 1664.

1287. VISAUREN. (2267)

Episcopus 1'isauren. institit super declaratione : an Amictus, Albae cl Tobaleae Altarium, necnon Pallae el Corporalia confici possint ex tela quadam composita ex lino et gossipio subtilissimo, quem vocant *Mutstilo;*

S. R. C. respondit: < Lectum ». Die 15 Martii 1664.

SENOGALLIEN. (2269)

Efiii S. R. praepositi, ea qua possunt soliciludino summopere studentes tollere scandala, ulque Ecclesiae, qua decet reverentia el devotione, venerentur: « Committunt ac, expresse praecipiendo, mandant Episcopo Senogailiensi, ul omnino el sub poenis eius arbitrio exequi faciat el curet Decreta eiusdem S. C. edita sub die 28 Aprilis prox, praei., quibus declaratur, non licuisse neque licere saecularibus ascendere Chorum el Presbyterium ». Dic 15 Maitii 1664.

1289. TOLOSANA (2270)
PROCESSIONIS.

Referente Emo Franciotlo, S. R. C. declaravit ad favorem Fratrum Praedicatorum Tolosae : « Non licere Franciscnnis Ordinis Minoium Observantiae, ac eo minus Confralermlati in eorum Ecclesia Magui Conventis erectae sub titulo Conceptionis SSinae Virginis Immaculatae, facere Processionem prima Dominica cuiuslibet mensis; nec posse praefatos Religiosos Ordinis Minorum Observantiae novum Rosarium sub titulo Seraphici, aut novem novendialium, aut alterius rationis inducere, praedicare el docere: nec in Litaniis B. Virginis aliquid innovare, nec tabellam exponere in qua Bma Virgo Dei Mater det Rosarium Sanctis Francisco el Clarae, prout eliam fieri prohibuit et servari mandavit ». Die 15 Martii 1664.

1290. CAVEN.

Episcopus Caven. institit pro declaralione infrasciiploriim dubiorum.

1. An liceat Episcopo m quacumque Ecclesia eliam Regularium suae Dioecesis erigere baldachinum , praesertim quando personaliter interest functionibus Ecclesiasticis; sive dum habetur sacra concio, illud erigi facere o regione pulpiti tamquam in loco digniori ?

2. An permitti debeat quod Canonicus huac Calhedralis, qui officium magistri Caeremoniarum pro lempore exercet, associet Acolythum, quando in Missa solemni seu in Vesperis accedit ad inccnsandum Magistratum saecularem videlicet Svndicos, Electos, Gubernatorem, aliosque Ofriciales ipsius inibi collegialiter assistentes?

3. An possint praefati Gubernator, Syndicus et Electi Civitatis in Processione, quae fit singulis annis in Festo SS. Corpons Christi, incedere cum funalibus accensis post Episcopum deferentem subtus umbellam SSnium Sacramentum, vel potius omnes praedicti Magistratus teneantur incedere in huiusmodi Processione ante Crucem Cleri?

Et S. R. C. declaravit :

Quoad 1. < Licere ».

Quoad 2 < Tenetur associare ».

Quoad 3 < Audialur pars ». Dic 24 Maii 1664.

1291. CALAGUR1TANA 3)
VRAEF.MINENTIAIUM.

Cum in Civitate Vianae Dioeces. Calagurilanae, quae caput est Principatus Regni N.ivarrae, duo extent insignes Ecclesiae parochiales insimul unitae, et unum Monasterium Fratrum S. Francisci de Observantia a 24 annis circiter fundatum; spatio dictorum annorum plures fuerunt diversis vicibus suscitatae lites et controversiae inter Parochos el Beneficiates dictarum Parochialium, atque Guardianum el Fratres dicti Monasterii, tam super Processionibus, quae per dictos Regulares fiunt extra ambitum et claustrum sui Conventus, sine licentia el permissione Parochorum; quam etiam super modo el forma servanda per dictos Regulares in associatione el tumulalione cadaverum. Quapropter, ne in posterum novae suscitentur discordiae el dissensiones, occasione praemissorum, sed inter dictos Parochos el Regulares quies et perpetua pax servanda sil, pro parle dictorum Parochorum cl Benelicialorum Ecclesiarum parochialium Civitatis Vianae supplicatum fuit S. R.C. pro declaratione, seu resolutione infrascriplorum dubiorum :

1. An liceat Regularibus S. Francisci Civitatis Vianae facere Processiones extra ambitum el claustrum proprii Conventos cum Cruce elevata aliisque Insignibus, eundo per Parochias dictae Civitatis el territorium illarum, invitis el contradicentibus Parochis?

2. An liceat dictis Regularibus simul cum Congregatione saecularium nuncupata

Terlii Ordinis S. Francisci noviter erecla in Civitate Yianae facere Processionem, quae dicitor hff *Crucis,* per Parochias dictae Civitatis et territorium illarum sine consensu Parochorum?

3. An sufficiat diclis Regularibus pro faciendis diclis Processionibus oblinere solam licentiam Ordinarii, vel copulative requiratur consensus Parochorum: attento quod non solurn agitur de praeiudicio Episcopi, sed etiam Ecclesiarum Parochialium, quae defraudantur tam circa frequentiam Divinorum Officiorum, quam etiam quoad perceptionem emolumentorum, ac iurium Parochialium ?

4. An praefati Regulares quoties intersunt Processionibus, quae fieri solent pro aliqua necessitate, vel publica causa, teneantur accedere ad Ecclesias parochiales, el una cum Clero ab Ecclesiis discedere, et expeclare donec terminatae sint functiones ecclesiasticae dictarum Processionum ; et an in diclis Processionibus el Functionibus debeant incedere capite discooperto, proul faciunt Bénéficiât! el Clerici dictarum Parochialium iuxla dispositionem Ritualis Romani ?

5. An Corpora defunctorum in proprio Conventu possint dicti Regulares, antequam illa sepeliantur in Ecclesia eiusdem Conventus, extrahere el processionaliler deferre per Parochias Civitatis el territorium illarum ; vel solum sil permissum intra ambitum et claustrum Conventus huiusmodi functionem peragere ?

G. An Religiosi vocati ad associandum aliquem defunctum teneantur accedere ad Ecclesiam parochialcm ubi defunctus debet sepeliri, el una cum Beneficialis el Clero se conferre ad domum defuncti, vel potius sil eis permissum accedere absque Beneficiatis ad domum eiusdem defuncti, ibique expeclare Bénéficiâtes et Clerum dictae Parochialis; ct an huiusmodi forma sil servanda, praesertim si talis defunctus sepeliri debeat m Ecclesia Conventus?

7. An dicti Religiosi possint in domo defuncti canere Officia defunctorum , Responsoria, Preces, aliasque Orationes sine consensu Parochorum ?

8. An dicli Religiosi leneantur exiro conventualiler el cum Cruce elevala extra porlam Conventus, quotiescumque Parochi el Beneficial! deferunt aliquem defunctum sepeliendum in Ecclesia Conventus; el permittere ul Bénéficiai! ingrediantur in Ecclesiam, ibique relinquam defunctum ?

9. An praefati Religiosi valeant duo vel 1res aul plures nomine lotius Communitatis, post humatura corpus defuncti in Ecclesia Conventus et completas exequias, associare ad domum defuncti consanguineos vel alios amicos, nuncupatos in dicta Civitate *Los dr la honra,* ibique canere el recitare Responsoria et Orationes defunctorum?

10. Alt liceat diclis Regularibus seu Religiosis in die Sabbati Sancti pulsare Campanas, antequam pulsentur Campanae Ecclesiarum parochialium?

11. An dicli Religiosi debeant se abstinere a pulsatione Campanarum tempore concionis, quae fieri solet in Ecclesia parochiali S. Mariae dictae Civitatis, attenta vicinitate utriusque Ecclesiae ?

El S. R. C. respondens, praefata dubia ita resolvit el declaravit :

Ad I. « Non licere absque consensu Parochorum ».

Ad 2. « Ul supra, non licet Regularibus et Congregationi Terlii Ordinis».

Ad 3. « Requiri ab Episcopo el Parochis ».

Ad 4. < Teneri accedere ad Parochialem, et intus expeclare ; el non discedere antequam sit terminata Processio, el extra Ecclesiam incedere capite cooperio, dummodo non deferatur Sanctissimum Sacramentum ».

Ad 5. < Non posse extra ambitum et claustrum ». ■

Ad 6. < Teneri accedere ad Parochialem, el una cum Clero ad domum defuncti, etiamsi in eorum Ecclesia sepeliatur ».

Ad 7. « Non posse absque Parochi consensu ».

Ad 8. « Quando non comitantur defunctum, leneniur exire conventualiler cura Cruce ad portam , el permittere ul Beneficial! ingrediantur el possint assistere exequiis, sed non canere ».

Ad 9. « Abstineant ».

Ad 10. « Non licere ante pulsum Campanae matricis Ecclesiae ».

Ad 11. < Velitum non repetitur ». Die 24 Mail 1004.

1292. FIRMANA. (227»)

Super insequenli Decreto Eihi Archiepiscopi Firmani, in sua Synodo Dioecesana facio: < Quicumque sive Saeculares sive Regulares Clerici, qui ad funus associandum vocali fuerint, ne recta via pergant ad domum defuncti, ibique vel per vias expectenl, etiamsi in eorum Ecclesia mortuus sil se-

poliendus, sed in Parochiali vel in alia commodiori de consensu Parochi congregentur ; el inde una cum Parocho ad locum, unde cadaver asportandum erit ».

S. R. C., ad preces Praepositi S. Luciac Terrae Lori : < Supradictum Decretum nedum adprobandum, sed etiam eidem Archiepiscopo committendum esse iudicavil: sicuti committit el mandat ut auctoritate ipsius S. C. tam Saeculares (piam Regulares lotius suae Dioecesis, et praecipue Fratres Minores Convenluales S. Francisci dictae Terrae Lori, oinnesquo alios inobservantes, vel illi parere minime curantes, omni iuris remedio, etiam per censuras, ad totalem illius observantiam cogat el compellat ». Die 24 Maii 1664.

(293. TROIANA. (227G)

« Abusum deferendi Crucem per Subdiaconum vel Diaconum non Canonicum ultimo loco ordinatum, in Processione iuxla ritum Ecclesiae facienda, post benedictionem palmarum in Ecclesia Calhedrali Troiae contra dispositionem Caeremonialis introductum, S. R. C. tollendum, el in posterum omnino servandum esse Caeremonialc ad formam Decreti Episcopi » declaravit. Die 24 Maii 1664.

1294. DALMATIARUM. (2281)

Supplicante S. R. C. Episcopo Curzolae, ad tollendas controversias inter infra dicendos pro declaratione : an praecedentia tam in sedendo quam in Processione debeatur Curatis Villarum , qui sunt Presbyteri Saeculares, vel potius Guardiano Fratrum S. Francisci Minorum Observantium el Priori Ordinis S. Dominici, quando insimul omnes conveniunt in consecratione Olei sancti per ipsum Episcopum facienda;

S. R. C. declaravit: « Deberi Sacerdotibus Saecularibus ». Die 12 Iulii 1664.

(295. MONOPOLITANA. (2283)

Cum S. Januarius fuerit declaratus a S. R. C. Patronus principalis Regni Neapolis, Civitas Monopolis supplicavit declarari :

1. An in die Festo dicli Sancti fieri debeat Officium sub ritu duplicis cum octava?

2. An de S. Ianuario Ianium, vel etiam de Sociis, et cum octava?

3. Ad quem diem sil transferendum Officium Sociorum, quando fieri debeat de solo S. Ianuario?

El eadem S. C. respondit : Ad 1. « Affirmativo ».

Ad 2. < De solo S. Ianuario Patrono».

Ad 3. « Ad primam diem non impeditam ». Die 12 Iulii 1064.

1296. SYREN. (2285)

Cum Episcopus Syren, in Arcipelago transmiserit ad S. C. de Propaganda Fide infrascriplos ordines, praecepta, seu edicta prohibitoria per ipsum facta el publicata contra Fratres Capuccinos, scilicet:

1. Ne Capuccini faciant amplius Processiones ab eis per Civitatem, secunda Dominica cuiuslibet mensis fieri solitas : nevo amplius, sub poena peccati mortalis, utantur opera el servitio saecularium in Choro el Sacristia : neve aliquem in posterum induere possint veste coloris nigri et birelo pro servitio in Divinis.

2. Ne exponant SSnium diebus Dominicis, cum sit praeiudiciale Confratemilati eiusdem Sanctissimi erectae in Ecclesia, ubi Sanctissimum solemniler conservatur.

3. Ne utantur pluviali.

4. Ne amplius in posterum recitent Litanias per eos recitari solitas non approbatas, donec exhibeatur licentia S. R. C.

5. Ne accedant domibus eius dioecesanorum et subditorum cum Stola el Crucifixo el Rituali a Romano diverso.

Per Ulmum et Rriium Albilium dictae S. C. de Propaganda Fide Secretarium fuerunt transmissa ad S. R. C. cum de re ad eam spectante agatur.

El S. R. C., consideratis ac etiam mature perpensis replicationibus Capuccinorum per euindem Episcopum transmissis, decrevit: < Ut ipsi Capuccini pareant Episcopo in omnibus : ideoque ad observantiam omnium praedictorum per eumdem Episcopum, etiam auctorilateS. C., sub censuris aliisque poenis cogi el compelli posse atque debere » iussit el mandavit. Die 12 Iulii 1664.

1297. MONTIS REGALIS. (2286)

Capitulum et Canonici Collegialae Senarum Montis Regalis Dioeces. Provinciae Taurinen., ad tollendas ulteriores controversias cum Archipresbylero eiusdem loci, institerunt apud S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum, videlicet:

1. An Processiones pro Litaniis maioribus, Rogationum, occasione Iubilaei, necnon pro pace, pluvia vel serenitate petenda, inter generales censeri debeant?

2. An Parochus matricis Ecclesiae possit ad suum libitum inchoare generales Processiones, non expectalis Canonicis Colle-

giatae, vel potius eligenda sit competens hora, videlicet, ul post decantatum Matutinum, vel immediate ante Missam capilularem, sive post illam decantatam?

3. An generalibus Processionibus praedictis Parochus intéressé debeat personaliter, el non per substitutum, maxime dum Capitulum Collegiatae eisdem interfuerit?

4. An Decreta alias per dictam S. C. emanata, quod Capitulum Collegiatae in omnibus sil praeferendum Archipresbytero matricis Ecclesiae, quamvis archipresbytoralis Ecclesia sit unica parochialis, cl Collegiala animarum cura penitus careal ; et quod cum Capitulum ab haeredibus invitatum fuerit ad levanda funera, debeant omnes tam Saeculares quam Regulares convenire in Ecclesia Collegiala, el sub unica Cruce Capituli incedere; debeant servari etiam in Processionibus generalibus, in quibus inceditur etiam cum Cruce Parochi, el nullum afferri potest praeiudicium iuribus parochialibus et Parochi; el quis debeat facere functiones benedicendi campos, el maledicendi animalia, et a quo debeat praescribi el intimari hora huiusmodi Processionum ?

δ. An dum Capitulum fuerit invitatum ad funus, et illud renuat Parochus levare, possit idem Capitulum ab haeredibus requisitum illud levare, praevia tamen protestatione Parochi facienda?

6. An Officium faciendum in Ecclesia Collegiala, super corpus ad eamdem delatum pro sepultura, spectet ad Parochum, vel potius ad Dignitatem Collegiatae?

El S. R. C. respondil :

Ad 1. « Affirmative ».

Ad 2. * Non posse, sed spectare ad Gollegialam Ecclesiam ; cl indicenda esi hora conveniens ».

Ad 3. « Dum non obstet legitimum impedimentum, debet personaliter intéressé».

Ad 4. «Affirmative, et functiones benedicendi spectare ad Parochum, el hora debet praescribi et intimari a prima Dignitate Collegiatae ».

Ad 5. « Posse, requisito el expeclalo Parocho nolente venire ».

Ad G. « Ad Dignitatem Collegiatae ». Die 12 Iulii 1664.

1298. AQUAEPENDEN. (2288)

5. R. C. declaravit concedi posse, prout concessit « Episcopo Aquaependenlis tacuitalem cogendi, eliam sub censuris, aliisque eius arbitrio poenis, Regulares, ot in casu proposito Auguslinianos et Convenluales S. Francisci ibi degentes ad deferendum in Processionibus Caputium, et non pileum, et canendas Litanias el alias preces a Clero Saeculari cantari solitas ». Die 30 Augusti 1664.

1299. ASCULANA. (2289)

Ad terminandas controversias inter Capitulum et Canonicos ex una, el Gregorium Pesci Archidiaconum Calhedralis el Vicarium Generalem partibus ex altera, S. R. G., utraque parte plene informante, ad infrascriptas declarationes devenit :

1. «Confirmavit Decretum editum die 13 Martii proxime praeteriti non licere Canonicis occupare Sedem Archidiaconi celebrantis ».

2. « Capitulum el Canonicos, quando in Processionibus deferuntur Reliquiae ad Ecclesias Regularium, lerminala functione ac data benedictione per illas deferentem, teneri el cogendos esse expectore ipsum deferentem, donec sibi mutaverit habitum, et in casu proposito Archidiaconum quando ab eo deferuntur, asserta consuetudine in contrarium allegata non obstante ».

3. « Dictum Archidiaconum, licel etiam Vicarium, quando intervenit in Choro cum habitu Protonolarii, non gaudere distributionibus quotidianis ».

4. « lus deferendi Reliquias S. Crucis el Spinae, inter ipsum Archidiaconum el Decanum Canonicorum, spectare ad digniorem in casu proposito ».

5. « Absolutionem mortuorum, ibi fieri solitam qualibet Foria secunda non impedita, spectare ad Archidiaconum, non autem ad Canonicum antiquiorem ; dicioque Archidiacono impedito, ad digniorem ».

6. < invocationem seu Orationem Spiritus Sancti, quando convocatur Capitulum, spectare ad digniorem ».

7. « An dicto Archidiacono in Missis privatis liceat sibi inservire facere per Sub-Sacristanum cum veste talari cl colla linea? S. R. C. non reprobavit, sed declaravit non posse compelli ».

8. «Archidiaconum, licet eliam Vicarium , non posse abstinere se a Choro el gaudere distributionibus quotidianis». (1) Die 30 Augusti 1664.

(I) E. noni. 9.

1300. CAMERINEN. (2291)
PRAECEDENTIAE.

(irlis controversiis inter Priorem Antonium Vallemanum Rectorem el Curatum parochialis Ecclesiae S. Antonii ex una, el Curatum el Canonicos Collegiatae Malhelicne ex altera parte, super praecedentia inter ipsos tam in funeralibus quam in Processionibus: et deducente ipso Vallema.no, ex depositionibus plurium personarum, adesse loci consuetudinem in funeralibus, quod quando cadaver defertur ad alienam Ecclesiam Parochus ipsius cadaveris non accedat, sed data per ipsum proprium Parochum benedictione dicto cadaveri in propria illius domo, illud consignet Parocho ad cuius Ecclesiam defertur, et proprius Parochus recedat ;

S. R. C. ad sedandas dictas controversias, censuil : « Quoad associationem cadaverum committendum esse Episcopo, ul servari faciat dictam consuetudinem, quatenus adsit, non obstantibus aliis Decretis ipsius S. C. favore ipsorum Curati et Canonicorum Collegiatae in iisdem funeralibus, editis anno 1640, et per eosdem in praesenti allegatis. El quoad praecedentiam in aliis Processionibus, eam non competere dicto Priori Vallemano, nullamque tali casu assertae Dignitatis propter Prioratum habendam esse rationem, declaravit ». Die 30 Augusti 1(>64.

1301. SUTRINA. (2292)

Orta controversia inter Episcopum Sutrinum ex una, ac Priores Roncilionis partibus ex altera, super eo quod Episcopus praetendebat ipsos Priores teneri et obligatos esse deferre baldachinum, illumquo associare, el obsequia ei praestare, quando ipse, ultra primam vicem, accedit in visitatione ;

S. R. C. referente Emo Brancatio, declaravit : < Priores laudandos, non autem compellendos esse ad praedicta; asserta consuetudine loci in contrarium per Episcopum allegata, nec plene probata, non obstante ». Die 30 Augusti 1664.

1302. SEN0GALL1EN. (2293)

Ad preces Raphaelis Bernabini Rectoris Parochiae S. Mariae Sportonis Dioecesis Senogalliensis, S. R. C. declaravit: « Confralernilali dicti loci sub invocatione SSiîiae Conceptionis B. M. V. erectae in Ecclesia Refoimalorum non licere associare cadavera sine licentia cl interventu Parochi, vel propriam erigere. Crucem contra formam Decretorum ipsius S. C., quae proinde servari mandavil ». Die 30 Augusti 1664.

1303. SUTRINA. (2294)

Pro parte Placidi Lodani Sacerdotis Curati Terrae Trivignani Sutrinae Dioecesis humiliter supplicatur S. R. C., quatenus dignetur declarare an dignior Sacerdos ad quem spectat candelam, cineres el palmam Sacerdoti celebranti in die Purificationis, in Fena IV. Cinerum, et in Dominica Palmarum ministrare, debeat ab eodem Celebrante supradicia accipere stans, vel flexis genibus?

El S. R. C. respondil: < Stans ». Die 30 Augusti 1664.

1304. CALAGURITANA. (2297)

Cum alias S. R. C. multa decreverit super usu Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum, prout in eius Decreto generali sub die 27 Septembris 1659 edito in Congregatione ordinaria habita coram SSmo, ab eoque approbata et pro omnimoda eorumdem observatione de ordine eiusdem typis impresso, el expedito;

S. R. C. ad instantiam Episcopi Calagurilani, declaravit: «Vigore supradicli Decreti posse per Ordinarium eumdem prohiberi, prout in eo disponitur, usum dictorum Pontificalium eliam Abbatibus Conventus S. Mariae Naxerae, S. Miliani Cucullae, Valvalurae Ordinis S. Benedicti, aliisque Abbatibus, et Praelatis inferioribus Dioecesis Calagurilanae, nisi doceant de legitimo el valido privilegio in contrarium, quod sil in viridi observantia, vel quod alias sibi legitime competat praedictorum usus ». Die 22 Novembris 1664.

1305. CAVEN. (2298)

Iterum proposita per Emum Francioitum causa inter Magistros et Confralres Cappella© B. M. Pietatis, contra Parochum Ecclesiae S. Michaelis Archangeli super infrascriplis dubiis, nempe :

1. An Parochus possit exercere solemnia in Cappella B. M. Pietatis?

2. An eadem die qua solemnia celebrantur m Ecclesia parochiali, valeat Cappellanus solemnia peragere intus dictam Gappellam?

3. \n Cappcllanus possit reiterare functiones Parochi in exequiis Confiatrum?

El S. R. C., audita relatione didi Eiiii,

atque bene mature perpensis depositionibus testium ab utraque parte examinatorum, et aliis hinc inde plene allegatis, respondit:

Ad 1. « Licere, dummodo non impediatur servitium Ecclesiae ».

Ad 2. < Non licere in solemnioribus ab Episcopo declarandis ».

Ad 3. < Non licere reiterare absolutionem iam factam a Parocho ». Et ita servari mandavit. Die 22 Novembris 1G6£.

1306. TOLOSANA. (2301)

Ad expositionem RR. PP. Ordinis Praedicatorum Tolosae ad aures Emorum S. R. praepositorum devenit, Fratres Minores S. Francisci de Observantia eiusdem Civitatis, et Confraternitalem in eorum Ecclesia Magni Conventus erectam sub titulo Conceptionis SS. Virginis Immaculatae, non sine magno populi scandalo el spretu renuisse el irreverenter recusasse parere Litterae Aposlolicae in forma Brevis a SSmo D. N. Alexandro VII expeditae, sub data Komae apud S. Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris die 18 Maii 1664, super observatione Decreti eiusdem S. R. C., referente Emo Franciotto, ac pluribus hinc inde plene informantibus, editi die 15 Martii prox, praet. super prohibitione Processionis dictae Immaculatae, dictis Fratribus de Observantia prima Dominica cuiuslibet mensis, atque introductione, praedicatione el instructione novi Rosarii, sub titulo Seraphici, aut novem novendialium, vel alterius rationis: necnon super prohibitione aliquid innovandi in Litaniis, vel exponendi tabellam in qua B. V. Dei Mater det Rosarium SS. Francisco et Clarae, proul latius in dictis Decreto et Brevi, ad quae etc. Quamobrein

S. R. C., referente eodem Emo Franciotto, non obstante quod dicti Fratres Minores de Observantia petierint audiri adversus iam resoluta, el quamplurima ad eorum favorem deduxerint, sic iterum decrevit: < Pareant omnino, el docto de pariliope, audiantur. Interim vero scribatur el committatur Archiepiscopo, qui curet observationem Decreti cum omnibus facultatibus desuper necessariis et opportunis, ac etiam sub censuris, si opus fuerit ». Die 22 Novembris 1664.

1307. NOVARIEN. (2304)

Ad preces Capituli et Canonicorum Ecclesiae Novariensis,

S. R. C. declaravit : « Anniversaria et Missas cantatas de Requio relictas ex dispositione testatorum, quotannis in die ipsorum obitus eliam in duplici maiori contingentes, posse celebrari, et non comprehendi in Decreto ipsius S. C. edito die 5 Augusti 1662, et a SS. 1). N. approbato de Missis Defunctorum privatis non celebrandis in festo duplici ». Die 22 Novembris 1664.

1308. ALB1NGANEN. (2307)

< Regulares Civitatis Albingauni, el praecipue Franciscanos, qui die 24 Novembris 1664, contra solitum, recusaverunt accedere ad Processionem in die FestoS. Veram Episcopi et Protectoris dictae Civitatis; seque declararunt nolle in posterum neque ad illam neque ad alias accedere, cogendos esse ad praedictam, el alias Processiones solemnes in dicta Civitate, lam ex devotione quam ex volo fieri solitas, S. C. declaravit et iussit ». Die 24 Ianuarii 1665.

1309. NUCERINA. (2310)

S. R. C., inhaerendo Decretis alias desuper editis, declaravit: « Non posse prohiberi celebrationem Missae in Ecclesia sub titulo S. Mariae de Monte Carmelo, posita in Villa Tavernarum prope viam Romanam in Territorio Castri Dugnani, el extra moenia dicti Castri, ac de Iure Patronatus Scipionis et Fratrum de Iacominis, Angeli Felicis el Laurae eius Uxoris, antequam celebretur Missa in Ecclesia parochiali dicti Caslri Dugnani : prout eliam prohiberi non posse censuil, ne in solemnioribus ullo modo celebretur; el ideo celebrari posse concessit, Decreto Vicarii in contrarium non obstante ». Die 24 Ianuarii 1665.

1310. PRAENESTINA. (2312)

< Quando cadaver defertur ad Ecclesiam S.Slephani Regularium S. Augustini Terrae Cavae, el Collegiata eiusdem loci non accedit uti Capitulum el capilulariter, tunc ius deferendi Crucem spectare ad ipsos Regulares » S. R. C. declaravit. Die 24 Ianuarii 1665.

1311. VESTANA. (2313)

Super dubio, ad quemnam spectet dare signum in Choro pro incipiendo Matutino el Vesperis, an scilicel ad Archidiaconum, vel ad Vicarium Generalem Episcopi, qui eliam est Canonicus el intervenit habitu canonical'! :

S. R. C. respondit: « Spectare ad Hebdomadarium, impedito Magislro Caeremoniarum, non autem ad primam Dignitatem ». Dic 24 Ianuarii 1665.

1312. LABACEN. (2315)

Propositum fuit dubium in S. R. C., an, Episcopo Labacensi in pontificalibus celebrante extra Ecclesiam Calhedralem, in Civitate tamen el suburbiis, teneantur Canonici eiusdem Cathedralis illi inservire el ministrare, lam in Missa quam in aliis functionibus episcopalibus solemnibus. Necnon cum Canonici dictae Cathedralis non sint nisi qualuor el duae Dignitates, et mullolies accidat quod unus vel alter absil causa infirmitatis vel alia licita, in eo casu repugnant Canonici simul cum aliis Sacerdotibus non Canonicis, qui in supplementum assumuntur, Episcopo pontilicaliler celebranti inservire et ministrare ; praetendentes quod Episcopus teneatur totum numerum ministrorum necessariorum assumere ex dictis Sacerdotibus non Canonicis, quodque ipsi Canonici assistere lanium debeant penes Episcopum in habitu Canonical·.

S. R. C. declaravit: « Dictos Canonicos teneri ad inserviendum el ministrandum Episcopo pontificaliter celebranti una cum Sacerdotibus non Canonicis, et Episcopum posse ad id eos compellere ». Die 21 Martii 1665.

1313. CIVITATIS MASSAE. (2316)

S. R. C. declaravit: < lus benedicendi palmas, exponendi SS. Sacramentum inCoena Domini, el faciendi alias functiones ecclesiasticas in Ecclesia Collegiata S. Petri Civitatis Massae, defuncto vel absente Abbate, spectare ad Canonicum Hebdomadarium, non autem ad Canonicum antiquiorem et Decanum Capituli». El ita servari mandavit. Die 21 Martii 1665.

1311. SENOGALLIEN. (2319)

S. R. C. censuil: < Antiphonam in Choro Cathedralis Senogalliae, postquam primo loco data fuit Celebranti a cornu Epistolae, dandam esso secundo loco primae Dignitati, sive a cornu Evangelii, sive a cornu Epistolae existenti, el sive interveniat sive non Archipresbyler prima Dignitas, qui sedet a dicta parte Evangelii, non obstante allegata per Archidiaconum tertiam Dignitatem consuetudine dicti Chori el Cathedralis, illam dandi secunda vice Dignitati seu Canonico in dicta parte existenti a cornu Evangelii. El ita servari mandavit, hinc inde plene informantibus tam Archidiacono tertia Dignitate et a cornu Evangelii sedente, quam Praeposito secunda Dignitate et a cornu Epistolae existent,; ». Die 21 Martii 1665.

1315. MARS1CANA. (2322)

Exponente apud S. R. C. Episcopo Marsicano habere m sua Calhedrali decem Canonicos lantum et unam Dignitatem , el unum ipsorum Canonicorum esse iubilalum el a sert ilio exemplum, el hac de causa non posse supplere Choro, quando ipse est solemniler celebraturus, nec habere Beneficiatos qui supplere possem;

S. R. C.: « Declaravit el, quatenus opus sil, eidem Episcopo concessit, m in casu necessitatis possit assumere et admittere ad servilium Altaris ministros ordinis inferioris, etiam quod non essent de Capitulo, non obstante Caeremoniali id prohibenle ». Die 20 lunii 1005.

1316. ANCON1TANA. (2331)

S. R. C. declaravit : « Fratribus Conventualibus S. Francisci Camerini non licuisse associare cum Stola el colla Confralernitales Villae S. Germani, lam accedentes ad dictam lerram Cameram, ad effectum inler-.essendi Processionis Cordoms seu Portiunculae per ipsos Fraires factae, el ad quam invitatae fuerunt, quam digredienles el redeuntes. Necnon declaravit non licuisse neque licere facere quascumque Processiones per dictam terrain el limites Parochiae sine Cruce el sine licentia Parochi, sed tantum intra claustra eorum Conventus, et si claustra non habeant, circum moenia eiusdem Conventus, proul alias m similibus eadem S. C. declaravit ». El il.i auditis hinc inde partibus et plene informantibus, servari mandavit. Die 31 Iulii 1665.

1317. CIVITATIS CASTELLANAE. (2334)

Ad tollenda absurda et praeiudicia, quae contra publicam honestatem et in praeiudicium Parochorum insurgunt in Oratorio S. Sebasliani Civitatis Castellanae, propter magnum concursum mulierum et angustiam loci, quando Oflicia a Confralribus recitantur, ac. eliam propter exercitium plurium functionum, el aliarum rerum quae ad solum Parochum spectant:

S. R. C., ad instantiam Caroli Cascari Hectoris Ecclesiae Parochialis S. Gregorii,

ei relationem Episcopi, decrevit ul infra: atque Episcopo commisit, ut ad observantiam infradicendorum Decretorum, omnibus facti et iuris remediis, eliam sub censuris et poenis pecuniariis, vel aliis eius arbitrio, procedat, quacumque inhibitione A. C., el aliis forsitan exhibendis, ceterisque contrariis non obstantibus, videlicet :

1. « Ul ipsi Confratres S. Sebasliani amplius in posterum non recitent Officia, neque faciant alias eorum functiones in Oratorio ultimo loco erecto in via maiori e conspectu publicarum carceruni, sed in eorum primaevo el antiquo Oratorio seu Ecclesia, el praedicto novo contiguo; quod novum relinquere debeant mulieribus, adeo ut ab ipsis et aliis hominibus dividantur».

2. « Ne Feria V in Coena Domini in praedicto Oratorio cantetur Missa, prout non licere declaravit; neve functiones, el ea quae ad Parochum perlinent, sine illius consensu liant ». Die 31 Iulii 1665.

1318. LABACEN. (2335)

S. II. C., auditis Capitulo et Canonicis super resolutis, die21 Martii prox, praei., ad instantiam Episcopi, censuit: < Standum esse in decisis quoad assumptionem Ministrorum <•1 Sacerdotum non Canonicorum, prout in Decreto dicta die emanato, ad quod etc. Quo vero ad assistenliam extra Cathedralem, stante parvo numero Canonicorum, in casu de quo agilur, declaravit: Non licere cogere Canonicos ad assistenliam ». Die 31 Iulii 1665.

1319. MARTORANEN. (2336)

S. R. C. declaravit: < lus porrigendi el dandi aspersorium Episcopo accedenti ad Cathedralem privative in omnibus functionibus spectare ad digniorem de Capitulo non aulem ad Vicarium ». Die 31 Iulii 1665.

1320. REG11INEN. (2338)

S. R. C. declaravit: « Tam Celebrantem quam Assistentes in festivitatibus SS. Tilularium in Vesperis et Missa solemni sedero debere in scamno, cl non in Sede coracea ». Die 31 Iulii 1665.

1321. URBIS. (2343)

Supplicatum fuit per S. R. C. infrascriplis dubiis responderi:

1. An consecrari possit Ecclesia, quae non polesi circumdari lota ab extra per Episcopum?

2. An consecrari possit quamvis non consecretur Altare maius, el an loco illius possit consecrari aliud?

3. An transferri possit dies Consecrationis propter Anniversarium in aliam diem, diversam ab illa in qua facta fuit Consecratio?

Et S. R. C. respondii:

Ad I. « Potest consecrari, el circumdari per illas partes in quibus est aditus ».

Ad 2. < Debet cum ipsa omnino consecrari Altare maius, nam istud est principale, el si hoc tantum sil in Ecclesia, sufficit : alia vero sunt accessoria, pro quibus datui· Consecratio distincta, sine Ecclesiae Consecratione ».

Ad 3. « Potest transferri, dummodo sil deputatus dies Anniversarii ab Episcopo in actu Consecrationis Ecclesiae». Die 19 Septembris 1665. · 111

1322. NULLIUS DIOECESIS, (2345) ET PROVINCIAE TREVIREN.

Una pars Capituli el Canonicorum Collegialae S. Diodali Lorenae Provinciae Treviren. exhibuit in S. R. C. supplicem libellum ; quo circa

Eadem S. R. C. ad removendos abusus caeremoniarum contra formam Ritus Romani, el tollendas controversias, quae inter ipsos Canonicos quotidie oriuntur, ulque omnia reducantur ad formam Ritus S. Romanae Ecclesiae, declaravit, ul infra:

1. « Ad Missam thurilicari tantum debet Altare, in quo cantatur Missa. Ad Vesperas vero Altare ubi asservatur SSmum Sacramentum, el Altare Chorale coram quo decantantur Vesperae, nisi esset idem in quo SS. Sacramenlum asservatur, quia in hoc casu unum hoc Altare tantum thurilicari debet; in utroque tamen Altari debent esso luminaria el Crux ».

2. < Reliquiae non exposilae, neque a Diacono in Missa, neque a celebrante in Vesperis ihurilicandae sunt. Expositae vero non a Diacono in Missa,sed a solo Celebrante, dummodo sint exposilae in Altari ubi Missa cantatur: in Vesperis vero, dummodo sint expositae in Altari chorali, vel in Altari Sancto, cuius sunt Reliquiae, dicato; dummodo tamen sini luminibus exposilae ».

3. « Ritus aspergendi aqua benedicta populum restringitur ad dies Dominicos lanium ante Missam ».

4. « Dies Vigiliae Nativitatis Domini comprehenditur in Decreto S. R. C., quo prohibolur cantavi Missas de Requiem diebus Festo duplici impeditis ».

tî. < Missa, el praecipue Convenlualis, quoad fieri polesl, concordaro debet cum Officio, el licet Rubricae aliquando admittant votivas pro Convenluali, ul Titulo IV de Missis volivis numero 3, in Missali Romano, non tamen admitti debent Anniversaria ex obligalione ; sed Canonici eo die lenenlur ad duas Missas, Convenlualem scilicel ex cap. *Cum Creatura,* de celebratione Miss., el Anniversarium ex obligalione stipendii ». (1)

6. « Non ex obligalione, sed ad arbitrium facienda esl absolulio in Anniversariis mortuorum ».

7. « Servandus csl ordo Ritualis Romani quoad preces el alias caeremonias, eliam quoad luminaris in sepeliendis Canonicis ».

8. « In Festis el duplicibus prohibentur Missae de Requiem, nisi cadaver sii praesens; Collectae autem pro defunctis non admittuntur, nisi in Missis Festorum simplicium et in Ferialibus ».

9. « Ecclesia regulariter uno lanium utitur thuribulo: in aliquibus tamen permittuntur duo ad tollendas controversias super praecedentia; Choristas vero non admittit, ul infra ».

10. Declaravit: «Assistenliam duorum Chorislarum deambulantium per Chorum cum baculo argenteo, el caeremoniam annuntiandi per unum eorum hymnum Angelicum Celebranti, esse contra usum Ecclesiae Romanae ».

11. « Circa praecedentiam Canonicorum Chorislarum, qui baculum gerentes thurilicaniur ante Chorum ipsumque Decanum, vel qui non gerentes baculum thurificantur post Chorum, nihil decrevit; quia casum huiusmodi Ecclesia Romana non admittit, modo quo describitur ».

12. « Celebrans aspergens populum aqua benedicta associari debet a Diacono el Subdiacono el Ministris Altaris, et recitare Psalmum *Miserere,* ad formam Ruhr. Ritualis lit. de Benedict. ».

13. « Debenl omnes genullectere recitando Oflicio in Choro ad verba : *Venite adoremus, et procidamus ante Deum. Te ergo quaesumus tuis famulis subveni.* .ice *Maris stella. Veni Creator Spiritus. O Crux ave,* et aliis similibus ».

14. « Non est de usu Ecclesiae Romanae surgendi in recitatione cuiuslibet quinti Psalmi ad Laudes et in Vesperis, el in recitatione quarti ad Completorium, prout neque in anliphona Lam ante quam post *Magnificat* ».

15. < Non sunt admittenda neque recitanda alia Officia, quam approbata a S. Sede Aposlolica; alia omnia sunt reiicienda ».

1G. < In Litaniis non possunt invocari nomina, el in Martyrologio non debent annuntiari Festa, nisi illorum Sanctorum qui in ipsis descripti reperiunlur ».

17. < Usum oblationum in Missis temporibus nostris non habet Ecclesia Romana, nisi in Consecrationibus Episcoporum, Benedictionibus Abbatum, Ordinationibus, el similibus ». Die 31 Iulii 1665.

1323. LUCANA. (234G)

Ioannes Paulus Gilius Decanus Collegialae Saecularis S. Michaelis Lucae humillimus oralor exponit EE. VV., quod in dictae Ecclesiae utilitatem el commodum cederet translatio pergami a parte Evangelii, ubi nunc repantur, ad pariem Epistolae. El quamvis id contrarium non sil ecclesiastico ritui, cum usui multarum Ecclesiarum conformetur; nihilominus supplicat ab hac S. C. declarari, hoc sibi licitum esse.

Et S. R. C., attentis narratis, censuil: « Oratori licitam esse mutationem pergami iuxla petila, quibuscumque non obstantibus ». Die 19 Septembris 1605.

1321. FANEN. (2347)

S. R. C. declaravit: « Non licere Canonicis Ecclesiae Cathedralis Fani recipere ihurificalionem capite cooperto pileolo; ideo abusum in contrarium removeri » iussil. Die 11 Novembris 1GG5.

1325. FLORENTINA. (2350)

S. R. C., ad preces Laurentii Vanni Praepositi S. Ioannis Florentiae, declaravit: « Tam actum baptizandi quam alias functiones praeparatorias pro baptizandis Tureis et aliis ad fidem venientibus, esse faciendas per eumdem Sacerdotem baptizantem, el m casu super ipsum Praepositum, proui in Rituali disponitur el usque adhuc servatum fuit, neque a solito recedendum esse censuil ». El ita decrevit el servari mandavit. Die 19 Decembris 1665.

1326. 1IISPALEN. (2351)

S. R. C., ad preces populi Civitatis Lerzae Ironterae Ilispalen. Dioecesis sub in-

(1) E. mini. 6.

inscriptis Parochiis exislenlis, declaravit: < Curatos Ecclesiarum parochialium SS. Iacobi et Michaelis dictae Civitatis, teneri et obligatos esse in Dominica Palmarum canere Passionem Domini, distribuere palmas, et facere omnes alias ecclesiasticas functiones ab Ecclesia, Rituali el Rubricis ordinatas, in praedictis eorum Ecclesiis parochialibus; diclasque functiones omittere non licuisse, neque licere». Et ita decrevit et servari mandavit. Die 19 Decembris 1GG5.

1327. LUCANA. (2352)

Cum S. R. C. die 19 Septembris praeteriti, declaraverit: Ioanni Paulo de Giliis Decano Collegialae S. Michaelis Lucae, licitam fuisse translationem pergami a parte Evangehi ad illam Epistolae ad maiorem dictae Ecclesiae commoditatem el utilitatem, ul in dicto Decreto, ct postea Emus Praefectus causam quoad dictum pergamum avocaverit ab A. C., et remisent ad eamdem S. C., non obstante quod pro parte Capituli el Canonicorum praetenderetur didam translationem non potuisse fieri, sine ipsorum consensu, tamquam dependentem a gubernio el ordinatione Ecclesiae ad ipsos spectantibus, el super hoc a praedicto A. C. Monitorium super manutentione in pacifica possessione illam gubernandi et ordinandi obtinuerint el praesentaverini, prout in illius Decreto facto per acta Notarii ipsius S. C. die 9 currentis;

Eadem S. R. C., partibus hinc inde plene el late informantibus, mandavit: « Quoad pergamum servari Decretum ipsius S. R. C. el Efni Praefecti. Quo vero ad reliquas praelensiones Canonicorum conlra Decanum, remisit ad Indices suos ». Die 19 Dec. 1665.

1328. NOLANA. (235'i)

S. R. C. censuit: « Nihil innovandum esse, et proinde non posse permitti ab Episcopo in futuris funeralibus Regis Catholici Sedes Magistratui, sed illum tam in dictis funeralibus quam in aliis functionibus in futurum sedere debere in scamno, prout hactenus consuevit; non obstante quod aliqui Magistratus nonnullarum Civitatum dictis Sedibus utantur, ul asseritur». Die 13 Februarii 1666.

1329. RAGUS1NA. (2358)

S. R. C. censuit: « Expositionem SSmi in Ecclesiis Regularium dictae Civitatis Ragusae, ad tollendum in posterum absurda el scandala, quae propter frequentem illius expositionem oriri expositum fuit, esse faciendam el regulandam arbitrio Archiepiscopi, tam quoad causas exponendi quam etiam quoad locum, horas et assistendam, ad illius securitatem et decentiam ». Die 13 Februarii 1GGG.

1330. LUCANA. (2359)

Canonici Collegialae Ecclesiae S. Michaelis Lucae dubitantes, ne Decreta S. R. C. edita diebus 19 Septembris et 19 Decembris proxime praeteritorum circa translationem pergami, sibi praejudicialia futura sint quoad praetensionem, quam habent, quod gubernium ct administratio Ecclesiae non spectet ad Decanum privative, sed simul cum Capitulo; supplicarunt pro expressa declaratione S. C. per supradicta Decreta non intellexisse approbare dictam translationem pergami, tamquam factam a Decano auctoritate propria, sed tamquam ritui non contrariam. Et cum pro parte Decani mulla fuerint deducta circa suam jurisdictionem, addilumque quod praedicta Decrela non indigent lah declaratione, cum sufficienter provisum fuerit in ultimo; proplerea

S. R. C. dictae Canonicorum petitioni respondit : « Nihil ». Die 13 Februarii 1GGG.

1331. ORDINIS MINORUM. (2361)

Quum post Decretum revisionis et approbationis Rubricarum Fratrum Minorum a Sacra Congregatione Rituum editum dio 13 Februarii 1666, ad calcem earumdem Rubricarum quaedam subiicianlur regulae, quae el generales sunt, el exhibent vehit compendium plurium Resolutionum dictae S. Congr.; hinc regulae ipsae hic adnolanlur prout sub enunciala die in Regesto habentur.

1332. NOTANDA (2362)

QUAEDAM GENERALIA
AD M1SSALE FRATRUM MINORUM.

1. In Ecclesiis, ubi Titulus est Ecclesiae vel concursus populi ad celebrandum Festum, quod transferri debel, possunt cantari duae Missae : una de die post Tertiam , alia de Festo (quum nullam habeat cum Officio connexionem) post Nonam, excepta Dominica I Adventus, Feria IV Cinerum, Dominica i Quadragesimae, Palmarum cum tota Hebdomada maiori, Dominica Re-

surrectionis ct Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, dic Nativitatis Domini, Epiphaniae, Ascensionis Domini, et Festo Corporis Christi ; aut saltem debel commemoratio de Festo fieri. In fine vero praedictarum Missarum legitur Evangelium Sancti loannis, el non aliud Feriae vel Festi occurrentis, cum de eo non debeat celebrari Officium illa dic.

2. Si hoc festum accidit in quatuor Temporibus Pentecostes, ambae quidem post Nonam, sed illa prius de die quae cum Officio concordat, postea altera de Festo, ad cuius Missam populus eo libentius quo tardius convenire solet. Et licet in hoc casu nulla hora sil media inter utramque Missam, est casus unicus et privilegialus ob concursum populi: ex Rubrica Missalis Romani de translatione Festorum lit. VI.

3. Qualibet V Feria (extra Adventum et Quadragesimam) non impedita Officio novem lectionum, Missa Convcnlualis erit de Sacramento, prout ponitur in Missali Romano post commune Sanctorum, in qua non dicitur *Sequentia* sui propria, neque *Credo,* nec *Alleluja* in Introitu, in line Offertorii, et Postcommun., excepto tempore Paschali, secunda Oratio erit .1 *cunctis,* vel alia pro diversitate temporis, ut in semiduplicibus, ex Decreto supra citato.

4. In Missis votivis de Spiritu Sancio secunda Oratio debel esse illa, de qua factum est Officium, tertia .1 *cunctis* et non *Concede,* ul aliqui putant, vel alia, quae in Missa Gonventuali esset secunda. Quod si addenda sil quinta, servetur Rubrica de Orationibus in simplicibus.

fi. In Missa dicendum est *Confiteor* pure el simpliciter, prout habetur in Missali Romano, absque additione alicuius Sancti eliam Patroni, qui in sola Oralione .1 *cunctis,* el Poslcommunione *Mundet* addendus est, in quibus est locus vacans pro eo sub signo N.; non aillent sic in *Confiteor,* ideo in illo nulla debel fieri addilio, praeterquam in Ecclesiis Ilispaniarum quibus a Pio V hoc expresse concessum est, ex *Garanto pari. 2. tit. 3. num. 7.*

6. Regulares non tenentur ad pluies Missas cantandas, quia illorum Ecclesiae non sunt Collegialae, sed appellantur proprie Convenluales ab Innocenlio IV in Bulla eiusdem VII Bullarii, el in Clementina I do celebrat. Missarum. Ex Cone. Viennensi distinguuntur Ecclesiae Regulares a Cathedralibus el Collegiatis, quibus postremis dumtaxat imponitur onus de duabus Missis. *Gavant, part. 3. tit 11. num. 12.*

1. Quando exponitor Sacramentum in Altari pro initio XL horariim vel spiritualium exercitiorum, cantari debel Missa unica de Sacramento, quae habetur circa finem Missalis, non autem festiva Corporis Christi (nisi infra octavam eiusdem festi casus accideret), el lempore Paschali addendum eril *Alleluia,* ul lit in aliis votivis Missis.

8. Dicitur tunc una tantum Oratio cnm *Gloria, Credo* et Praefatio de Nativitate, quia solet esse publica causa; non autem privatis Missis haec conveniunt. (1)

1333. DECRETA S. R. C. (2303) AD MISSALE PERTINENTIA.

1. In Altari privilegialo pro certis tantum diebus, si in eis incidat Festum duplex de praecepto, non potest dici Missa de Requiem.

2. In diebus Festis, praesente corpore, celebrari potest Missa solemnis de Requiem, non privatae.

3. In Festis duplicibus non possunt amplius celebrari Missae privatae pro defunctis (2).

4. Hymnus angelicus Symbolumqne non dicuntur in votiva solemni, in qua pararaenta violacea adhibentur.

5. In eo Allari, sub quo vel sub cuius *predella* humata sunt corpora defunctorum, non debel celebrari Missa, donec alio transferantur.

6. In Oratione I *cunctis* nomen S. Michaelis sen S. loannis Baptistae, Patroni vel Titularis, ponitur ante Apostolos.

7. In line Missae, ad quodeumque Altare celebratae, fit reverentia Cruci infra gradus, capite discooperto.

8. *Communicantes* de Ascensione non omittitur in Festis I et II classis, quae occurrunt infra octavam Ascensionis, licet de ea non liat commemoratio.

9. In Canone nomine Antistitis non sunt nominandi Superiores Regularium.

10. Solis Episcopis licet sumere paramenia de Allan.

11. In Parascevo immittitur particula in Calice sine Crucis signo.

12. Qui benedicit candelas, cineres, ramos, debel etiam cantare Missam sequentem.

13. Celebrans qui distribuit candelas, cineres el palmas, detecto capite distribuat.

(I) E, num. 9. — (-) E. Pub. 4 el δ.

<4. Insignis Reliquia Sancti, ratione cuius dici queat *Credo* in Missa, ea est, ratione cuius duplex Officium recitari potest, scilicet de Sancto cuius habetur caput, brachium, crus, quibus S. R. C. die 8 Aprilis 1628, tamquam insignem reliquiam addit eam pariem Corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra el non parva. Quod si Corpus habeatur integrum, aut illius magna pars, a fortiori Symbolum in Missa recitari debet.

15. In Missis Beatorum Ordinis Minorum nondum canonizalorum quae sub ritu dupl. mai. per annum, aut ritu inferiori celebrantur, non dicitur *Credo.*

1334. DECRETA S. R. C. (2304)
QUAE AD OFFICIUM ATTINENT.

1. Non est relinquendum Officium Breviarii pro Officio devotionis.

2. Non potest fieri Officium de Sancio, eo quod in loco sit eius nomine Ecclesia vel Reliquia, nisi in proprio Titulo Ecclesiae vel ubi est Reliquia.

3. Conceditur Officium dupl. min. pro Reliquia insigni el adprobala. Reliquia insignis est corpus, caput, brachium, crus, el pars in qua passus est Martyr, dummodo sil integra (1).

4. Moniales ne dicant in *Confiteor,* ad Primam el Completorium: *Iibi Mater, vobis Sorores:* sed ut in Breviario.

5. Officium parvum B. M. V. dici debet in Choro etiam in Dominicis, si aderat consuetudo.

G. Tempore Paschali non additur *Alleluia* anliphonis el aliis extra Officium de praecepto, v. g. in anliphona *Tota pulchra es Maria,* quae in Sabbato canitur post Litanias, nec ad Officium parvum B. M. V.

7. Vesperae defunctorum, quae dicuntur extra Officium pro prima die mensis, dicuntur posl Vesperas etiam Dominicae, si accidat haec anle primam diem etc.

Quae adprobala fuerunt a S. R. C. Die 13 Februarii 1666.

1335. FULGINATEN. (236G)

Ioannes Baptista Benedicius Rector Ecclesiae parochialis S. Mariae Magdalenae Fulginae supplicavit pro confirmatione Decreti in Visitatione facti sub die 23 Iunii 1628, quo conceditur ul in dicta Ecclesia celebretur Missa privata in aurora vel citra in die Sabbati Sancti, sine Prophetiis et sine praeiudicio Missae Convenlualis, idque propter concursum piarum focminaruin, quae ante lucem concurrunt ad dictam Ecclesiam servando vestigia S. Mariae Magdalenae quae cucurrit ad monumentum.

El S. R. C. respondit: « Negative, et non potuisse ». Die 10 Aprilis 1666.

133G. ROMANA. (2369)

Fratres SS. Apostolorum Minores Convenluales supplicarunt, ul in proximo Sabbato in Albis in dicta Ecclesia celebrari posset Missa SS. Apostolorum lacobi et Philippi Titularium dictae Ecclesiae, quorutn Festum praesenti anno cadit dicla die.

Et S. R. C. respondit: « Serventur Rubricae ». Die 10 Aprilis 1666.

1337. VOLATERRANA. (2370)

Inslilum fuit a S. R. C. declarari:

1. An Praeposito Ecclesiae Collegialae S. Geminiani Volaterranae Dioecesis, qui est Prolonotarius, liceat praecedere Canonicis paratis, ac etiam Celebranti, inleressendo divinis Officiis?

2. An eidem Praeposito liceat sedere in Choro in Sede eminenti assignata pro Episcopo?

3. An possit tamquam Prolonotarius incedere cum rochello delecto cum sola mozzella ad instar Episcopi?

4. An deceat eidem Praeposito solemniler celebrare cum assistente pluviali paralo, contra Constitutiones Synodales?

5. An frut possit distributionibus, incedendo cum habitu Protonotarii in Choro?

El S. R. C., inhaerendo Decretis alias editis, respondit: « In omnibus non licere, dummodo tamen idem Praepositus non doceat de induito particulari ». Die 10 Aprilis 1666.

1338. URBIS. (2376)

S. R. C. declaravit: « Ministros Basilicae S. Petri, et eos qui a dicta Basilica el Capitulo ad defunctum cum Stola recipiendum el deducendum transmittuntur, praeferri el praecedere debere proprio Parocho defunctorum: ul eliam alias sub die 25 Septembris 1627, eadem S. C. declaravit pro Basilica S. M. Maioris, el aliis Ecclesiis Patriarchalibus ». Die 26 Iunii 1666.

1339. URITANA. (2577)

Lum alias S. R. C., in controversia inter Archipresbyterum et Cantorem Casalis Novi

(1) E. Dub 4.

declaraverit servandum esse Caercmoniale cl consuetudinem Ecclesiae, tain in thurificatione quam in sedendo; hodie proposita causa per Emum de licio super declaratione dictae consuetudinis;

S. R. C. declaravit : « Quoad Ihurificationcm omnes Dignitates et Canonicos esse prius ihurificandos ab una parle Chori ordine successivo, el deinde ab alia, ul alias eadem S. C. in similibus declaravit. Quo vero ad locum in sedendo, Archipresbyterum celebrantem in Vesperis et Laudibus sedere debere in prima Sede in Choro, prout constitit usque adhuc servatum fuisse ». El sic in posterum servari iussit. Die 2G Iunii 1660.

1340. MONTIS P0L1T1ANI. (2379)

S. R. C. ad preces Canonicorum el Capituli Montis Poliliani declaravit : * Fratribus Minor. Observant. Reformat. S. Francisci non licere sine licentia Ordinarii portare processionaliler Crucem, illamque benedicere el plantare extra eorum claustrum , eliam in fundo el re propria, neque benedicere habitus Sacerdotales Clericorum el personarum non subieclaruin ». Die 18 Septembris 1GG6.

1341. ROMANA. (2380)

S. R. C., ad preces Fr. Bonavenlurae Caballi Gommissarii Generalis Ordinis Minorum Observantium et Reformatorum S. Francisci declaravit: « Nullam adesse disparitalem inter translationem Festorum Apostolorum el illam Evangelistarum, sed occasione dictae translationis esse faciendum Officium, quod prius celebrandum in Calendario proponitur; el quoad assignationem Missae et Evangeliorum, quae debentur extra tempus Paschale SS. Martyribus Stanislao Pont., el Petro, el SS. Nereo el Achilleo, servandas esse Rubricas generales ». Die 18 Septembris 1666.

1342. ARBOREN. (2381)

Pro parte Archiepiscopi Arboren. pro bono suae Dioecesis gubernio porrecta fuerunt in S. R. C. infrascripta dubia declaranda : (1) »

1. Cum Caercmoniale Episcoporum lib. 1, cap. 4, § i, disponat ut Archiepiscopum per suae iurisdictionis loca iter laciens faciat ante se deferre Crucem, quaeritur: an id inlelligcndum sit quando solum ad Ecclesiam pergit functiones sacras peraclurus, vel per Provinciam suam transii Ecclesias visitaturus, an eliam quando aliis quibuscumque de causis per praefata loca iler habel?

2. An vi Caeremonialis Episcoporum lib. 2, cap. 2G, n. 2, Feria VI in Parasceve abstinere debeat Episcopus a danda benedictione et a manu ad osculandum praebenda, tempore tantum divinorum Officiorum, an per lotam diem?

3. An ab iisdem benedictionibus dandis, osculisque recipiendis abstinere debeat Episcopus in Choro per integrum triduum maioris Hebdomadae?

4. An Episcopus extra Dioecesim celebrans anulum ad osculandum praebere debeat antequam sacram particulam communicandis porrigat ?

5. R. C., facta relatione per D. Servantium, respondit :

Ad 1. < Ubique, quando Archiepiscopo placebit, dummodo non sil in curru ».

Ad 2. < Per totam diem ».

Ad 3. < In Feria VI tn Parasceve tantum».

Ad 4. « Est conveniens ». Die 18 Septembris 1666.

1343. DECRETUM GENERALE. (2383)

Super declaratione alterius Decreti generalis editi die 5 Augusti 1662 de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus.

SS. D. N. Alexander PP. VII, ad tollenda quamplunma dubia m diversis mundi partibus orta, et in S. R. C. deducta , occasione Decreti eiusdem S. C. sub die ů Augusti 1662 editi, el per Sanctitatem Suam approbati, de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus: approbando in primis aliud Decretum eiusdem S. C. editum in una Novarien. die 22 Novembris 1664, quo declaratum fuit: « Anniversaria et Missas cantatas de Requiem relictas ex dispositione testatorum, quotannis in die ipsorum obitus, eliam in duplici maiori contingentis, posse celebrari, el non comprehendi in dicio Decreto ». Ulterius quoad Altaria perpetuo privilegiata, et in quibus proinde quotidie, etiam in duplicibus, celebrandae sunt Missae de Requiem ex obligatione; declaravit: «Per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri dictis obligationibus, et suffragari cum iisdem Indulgentiis, perinde ac si essent celebratae Missae de Requie ad formam Privilegiorum ». Die 1 Decembris 1666.

(i) E. Dub. I, 2, 3, 4, δ, 6, Il ot il

Proposita in S. R. C. controversia inler Paires Coelestinos S. Cristophori ex una, el Paires Camaldulenses S. Marci Civitatis Mantuae partibus ex altéra, super praecedentia inler ipsos in Processionibus et aliis ecclesiasticis functionibus, audita relatione Episcopi, aliisque a partibus hinc inde plene informantibus deductis bene perpensis;

Emi S. R. praepositi judicarunt: « Praecedentiam deberi Patribus Coeleslinis tamquam antiquioribus in loco, ad formam Constitutionis Gregorii XIII, non obstante allegata per Camaldulenses (sed non bene probata) possessione praecedendi, el quod in Monasterio seu Hospitio Humiliatorum olim in dicta Civitate degentium dictisque Coeleslinis antiquiorum in dicto loco se successisse praetenderint; et proinde dictam Constitutionem Gregorii XIII ad favorem ipsorum Coeleslinorum servandam · ssc », prout servari mandavit. Dic 15 lanuarii 1G67.

1345. SALERNITANA. (2391)

Ius dicendi Orationem : *Bespice quaesumus Domine elc.* in functionibus fieri solitis in Hebdomada sancta,

S.R.C. audita relatione Vicarii, censuil: < Spectare ad primam Dignitatem Ecclesiae Salernitanae ordine successivo, atque intervenientem, absente Archiepiscopo, ut Archidiaconus prima Dignitas declarari petiit; non ad ipsum Vicarium intervenientem loco Archiepiscopi absentis ». Die 15 lan. 1GG7.

1346. ROMANA. (2392)

S. R. C.: « Servandum esse censuil Rituale Romanum pro asportandis cadaveribus a Carceribus novis ad Ecclesiam parochialem S. Blasii, ut dicitur *della Pagnolta,* tam quoad tempus quam quoad modum, omniaque alia in dicto Rituali disposita ». Dic 15 lanuarii 1GG7.

1317. URBIS SEU NULLIUS. (2393)

Exposito dubio in S. R. C. an in illis Ecclesiis in quibus c\ induito SSmi celebratur Festum SS. Conceptionis cum octava, diebus, quibus occurrit aliquod Festum duplex celebrandum ab Ecclesia universali de praecepto , canendum sil in line *Benedicamus Domino* de S. M., vel potius de Festo duplici ?

El S. R. C. respondit: «Canendum esso de S. Maria ». Die 15 lanuarii 1GG7.

S. R. C. solicite animadvertens quod pii Fidelium consuetudo associandi Processiones, quae liunt in Urbe infra hebdomadam SSmi Corporis Christi, per pueros utriusque sexus repraesentantes varia SS. Martyria el Mysteria, non solum Christifidelium non augent pietatem, imo a debita adoratione SSmi mentes populi distrahit, ideo iidem Eiiii decreverunt : « In posterum prohibendum esse, ne dicli pueri puellaeque, ul supra, aliquo modo admillanlur ». El ita servari mandarunt, el debitam cxeculionem cui de iure commiserunt. Die 5 Marlii 1667.

1349. VOLATERRANA. (2400)

Exponente Parocho Iusdini Dioecesis Volaterrae Curatos el alios Presbyteros suae Parochiae subiectos teneri accedere ad dictam eius Parochiam, ibique assistere mullis functionibus, el praecipue benedictioni Fontis, Processionibus, el defunctis associandis, el proinde supplicante pro declaratione: an dicli Curati el presbyteri teneantur accedere cum colla, el quando eam non habeant, an permittendum sil ul interveniant sine colla, vel potius reiici possint?

El S. R. C. respondit: « Debere accedere cum colla ». Die 5 Marlii 1607.

1350. SENARUM. (2401)

Institum fuit apud S. R. C. declarari oro Civitate Senarum: an in omnibus diebus octavae B. M. V. quando occurrit aliquod Festum sil dicendum *Benedicamus Domino* de B. M. V., vel de Sancio occurrente?

Et S. R. C. respondit: « Dicendum esse de B. M. ». Die 5 Marlii 1667.

1351. CASTRENSIS. (2403)

S. R. C. declaravit: « Non licere Carolo Gavarrino Abbati mitrato Abbatiae S. Juliani habere in Ecclesia maiori el parochiali Terrae *Poggiaidi* in cornu Epistolae, prope Sedem Episcopalem, slallum celeris eminentius, cum panno viridi a parte humerali: el proinde Decretum Episcopi super praedictorum prohibitione in Visitatione factum, servandum et exequendum esse, non obstante citatione cum inhibitione vigore appellationis, vel quacumque alia inhibitione seu monitorio ab A. C. oblenlis ». Die 2 Aprilis 1GG7.

1352. CASTELLANETEN. (2404)

S. R. C., audita quoque relatione Episcopi , declaravit : « Canonicis Calhedralis

Castellanelae sacris vestibus paratis, non licere usum Almutiae, eliam quod consueverint eam deferre subtus: nec non declaravit, licere iisdem Canonicis, et loto Clero, et mullo magis Episcopo procedere in Processionibus extra Ecclesiam, etiamsi deferantur Reliquiae SSrum, capite cooperio: illis vero qui sacras Reliquias deferunt non licere usum bireli: in Processione autem Corporis Christi, nulli ex Clero licere procedere capite cooperio: quo vero ad habitum in associando Episcopum, illique assistendum, servandum esse Caeremoniale ». Die 2 Aprilis 1667.

1353. CREMONEN. (2405)

Cum S. R. C. alias declaraverit, Archipresbytero seu Parocho Casalis Maioris non licere facere Processionem neque Novenam, nec celebrare Festum S. Antonii de Padua in die illius Festi, sed hoc ius spectare ad PP. Minores Conventuales S. Francisci eiusdem loci ab immemorabili; idem Archipresbyler postea supplicavit pro declaratione:

1. An sibi liceat ad augendam suorum parochianorum devotionem saltem in aliqua ex diebus infra octavam dicli S. Antonii facere Processionem in sua Parochia?

2. An itidem sibi liceat facere Novcnam de eodem Sancto, cum ea non peragatur a Conventualibus?

3. An liceat Conventualibus, absque consensu el licentia Archipresbyteri, facere dictam Processionem extra proprium recinctum, el per Parochiam?

4. An iisdem Conventualibus liceat per Parochiam praefatam quaestuare in Quadragesima, post habitam concionem de animabus Purgatorii, ad celebrandum Oilicium generale pro eisdem animabus Purgatorii?

El S. R. C., audita relatione Episcopi, el rationibus a Conventualibus deductis bene perpensis, respondit ei iussit: « Ul Archipresbyler abstineat ab omnibus, iliaque competere Conventualibus, eisque permissa esse respective ex solito el laudabili consuetudine ». Die 2 Aprilis 1607.

135-1. NERITONEN. (2410)

5. R. C. ad preces Archipresbyteri Cathedralis Nerilonen. declaravit:

1. « Beneliciatos non teneri quotidie facere commemorationem de Sancto, seu Sanctis Titulanbus ulriusque Beneficii simplicis ».

2. * Quod, stante titulo Ecclesiae B. M. V. Assumptae, sufficit antiphona: *Sancta Maria succurre miseris,* cum commemoratione ibi posita ».

3. «Quoad insignitalem Reliquiarum Sanctorum, servandum esse Decretum S. C. sub Urbano VIII impressum in Breviario Romano ». Die 2 Aprilis 1007.

1355. PAMPILONEN. (2411)

Pro parte Cleri Pampilonen. expositum fuit in S. R. C., quod Festum S. Nicolai Episcopi cadit in die octava S. Saturnini eorum Episcopi et Patroni; el poslmodum, superveniente octava SSmae Conceptionis, Festum dicli S. Nicolai translatum, non posse remitti, nisi die 16 Decembris non impedita ad formam Rubricarum. Hac autem die in Regnis Hispaniarum inchoari Ferias antecedentes Vigiliam Nativitatis D. N. I. C., attento quod ibidem die 18 eiusdem, celebretur Festum Expectalionis Parius B. M. V., ex induito s. m. Gregorii XIII. Quocirca quaesitum fuit: an Festum dicli S. Nicolai celebrandum sil infra octavam SSmae Conceptionis, vel potius die 16, omissa Feria?

El S. R. C. declaravit: « Ferias in casu non esse omittendas, sed Festum transferendum ad primam diem non impeditam iuxla Rubricas». Die 2 Aprilis 1667.

1356. THELESINA. (2412)

S. R. C. ad preces Episcopi Thelesini declaravit:

1. « Parochis et Arc Inpresbyteris Terrae Solipacae licere deferre Stolam, et praecedere omnibus aliis per proprias Parochias».

2. « lus deferendi SSmum in Processione in die illius Festi, impedito vel absente Archipresbytero Terrae Cusani, spectare ad Hebdomadarium, aut ad antiquiorem ex Rectoribus Ecclesiae ».

3. « Ad tollendas lites in Terra Cerceti, servandum esse Decretum ipsius Episcopi, allernatim praecedendi inler Confralernilalem erectam in Ecclesia SSmae Trinitatis, el alleram erectam in Ecclesia Convenlualium, dummodo tamen partes acquiescant ». Die 2 Aprilis 1667.

1357. CIVITATIS CONCHEN. (2417)

S.R.C. ad preces Magistri Caeremoniarum Calhedralis Conchen. declaravit:

1. « Servandas esse Rubricas Missalis Romani circa celebrationem Missarum in Feria II Rogationum ».

2. « SSnium Sacramentum pro Communione fidelium relinendum esse, eliam du-

rante Processione Corporis Christi, reclusum in suo Tabernaculo ».

3. < Cum cantatur Missa votiva pro re gravi de aliquo Sancto semper (lici debet *Gloria* et *Credo,* el uti colore, quo utitur in Festo, cuius Missa cantatur ». Die 13 Augusti 1667.

1358. MAIORICEN. (2449)

Capitulum et Canonici Calhedralis Maioricensis supplicarunt S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

1. In Ecclesia Calhedrali Maioricen. Matutinum pro die sequenti dicitur die antecedenti, incipiendo ad 1res horas cum dimidia post meridiem, el pro terminando dicitur una ex antiphonis de B. V. pro tempore. Quaeritur: an anliphona *Salve Regina* in die Dominica, qua recitatur Matutinum in illo tempore pro Feria II, sil recilanda slando vel flexis genibus? (1)

2. In diebus quibus admittuntur puellae ad habitum monachalem, et quibus velantur Moniales, Canonici Calhedralis interveniunt didis functionibus el celebrant Missam solemnem cum Diacono el Subdiacono. Quaeritur : an si huiusmodi functio liat in Dominica vel alia Festivitate ritus duplicis, possint praefati Canonici celebrare Missam praedictam solemnem de Spiritu Sancio?

3. In Processionibus generalibus quae fiunt per Civitatem, cum transiter perviam, quando occurrit aliqua Ecclesia, solet fieri commemoratio Sancti Titularis eiusdem Ecclesiae. Quaeritur: an huiusmodi commemorationes faciendae sint per Clerum, vel slando, vel flexis genibus ?

■i. Quando fit Festum de Patrono Civitatis, de Dedicatione Ecclesiae maioris, vel de Patrono Regni, recitatur Officium cum octava, Quaeritur: An Moniales subiectae Ordinario teneantur recitare dictum Officium, vel recitare Officium tunc temporis occurrens?

!i. In Ecclesiis, quarum Dedicationis dies ignoratur, iuxta doctrinam Gavanti est assignanda dies aliqua talis Dedicationis. Quaeritur: an talis assignatio spectet ad Episcopum, vel qui dictas Ecclesias regunt possint talem diem assignare?

0. In Civitate Maioricen. die 9 Novembris, in qua recitatur Officium Dedicationis Basilicae Salvatoris, occurrit fieri Festum insignis Miraculi facti per SSmum Crucifixum, qui asservatur in quadam Cappella maioris Ecclesiae, quod Miraculum est scriptum in Martyrologio, et ex antiquissima et laudabili consuetudine, tali die dicitur summo mane Missa de Cruce, el postea altera consueta Missa Dedicationis. Quaeritur: an prima huiusmodi Missa possit celebrari cum *Credo,* et in eadem sint faciendae commemorationes Dedicationis, et aliae solitae in Missis Votivis?

7. In Festo S. Ifermenegildi die 13 Aprilis solet dici Evangelium, quod incipit: Si *quis venit ad me;* el Breviaria noviler edita ponunt, ul si hoc Festum venerit tempore Paschali legatur Evangelium : *Ego sum vitis vera.* Quaeritur, quod ex praefatis dicendum sil?

El S. R. C. respondit : Ad 1. « Videndum prius est, an liceat in Ecclesia Calhedrali recitare Matutinum pro die sequenti sero antecedenti, el deinde resolvetur dubium ».

Ad 2. « Si actio vestiendi Moniales iit in Calhedrali, poterunt cantari duae Missae, altera de Dominica, seu Festo currenti, altera de Spiritu Sancio votiva, tamquam pro re gravi cum *Gloria, Credo,* et Praefatione de Spiritu Sancto, et sine commemoratione Dominicae. Si vero in Ecclesia Monialium, sufficit una de Spiritu Sancto, ut supra celebranda, alias de Dominica; vel in utraque Ecclesia de Dominica, seu Festo occurrenti, cum commemoratione de Spiritu Sancto ».

Ad 3. « Slando ».

Ad 4. « Dummodo non habeant ritum proprium, prout Dominicales el Monasticae, debent concordare cum Ordinario ».

Ad 5. « Ad S. R. C. ».

Ad 6. « Primo videndum, ex qua auctoritate celebratur Missa de Cruce, et deinde resolvetur dubium ».

Ad 7. * Ex Decreto S. R. C. tam tempore Paschali, quam extra dicendum est Evangelium, Si *quis venit ».* Die 13 Augusti 1667.

1359. MONTIS REGALIS (2420)
PROVINCIAE TAURINEN.

Capitulum el Canonici Collegiatae Ecclesiae Benarum Dioecesis Montis Regalis Provinciae Taurinen., supplicarunt pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

1. An Sacrisla el Cappollani, nec non Clerici actu inservientes praedictae Collegiatae, incedere possint sub Cruce Capituli,

(i) E. Dub. 2 et 5.

lam in Processionibus generalibus quam in associandis funeribus?

2. An dum Capitulum invitatum fuerit ad funera, in quibus lotus Clerus tam Saecularis quam Regularis incedere debet sub unica Cruce, dicti Sacrista et Cappellani habeant praecedentiam supra Clerum et Presbyteros parochiali Ecclesiae adscriplos?

3. An praefati Sacrista, Cappellani seu Clerici decedentes, non electa sepultura, humari debeant in Ecclesia Collegiala cui inserviebant, vel polius in Parochiali?

Et S. R. C. respondit :

Ad 1. < Membra Capituli debent incedere cum suo capile, el ideo tam Sacrista quam Cappellani et Clerici, dum sunt membra Capituli, non possunt nec debenl disjungi a Capitulo ».

Ad 2. « Dum totus Clerus incedit sub unica Cruce, quisque debet incedere cum suo capile ; non ralione praecedentiae, sed ne membra dividantur a suo capile ».

Ad 3. « Non spectat ad Ritum ». Die 13 Augusti 1067.

1360. PHAREN. (2422)

S. R. C. declaravit : < Nemini tam Saeculari, quam Regulari, etiam in eorum propriis Ecclesiis, licere concionare, ipso Episcopo actu concionanle. El quoad praecedentiam in ecclesiasticis functionibus inter Presbyteros simplices et Canonicos ralione paramentorum, deberi Paratis ». El ita servari mandavit. Die 10 Septembris 1667.

1361. MEDIOLANEN. (2423)

Ex relatione Ecclesiae Mediolanensis exhibita in S. C. Concilii occasione Visitationis sacrorum liminum, transmissa fueruntS.R.C. infrascripta dubia pro declaratione:

1. Quae obsequia Baronibus, Feudalariis, locorum Dominis, Gubernatoribus Gastrorum, et aliis huiusmodi personis, ecclesiasticis functionibus assistentibus, debeantur?

2. An Decreto stabiliendum sil, quod in omnibus Ecclesiis Civitatis el Dioecesis Mediolanen. ante diurnam lucem el post meridiem non celebretur amplius Missa, sub poenis S. Congregationi benevisis?

3. An Primatibus, Magistralibusque usum baldachini in propriis domibus habentibus, sil prohibenda erectio eiusdem baldachini in Ecclesiis, quando adhibeantur in patrinos et malrinas in administralionc Sacramenti Baptismatis, seu aliis huiusmodi functionibus, sive permittentibus sive invitis Parochis el Rectoribus dictarum Ecclesiarum : el an aliquibus, quando et quomodo sil permittendum ?

4. An Regulares in execulionem Decreti ipsius S. C. teneantur atque cogi el compelli possint accedere ad Processiones Corporis Christi, Rogationum, quae vocantur Litaniae Maiores, et ad eas quae pro serenitate aut pluvia impetranda fieri solent, nec non ad alias quascumque pro bono publico aut honore indictas; et demnm ad illam, iussu Emi Archiepiscopi indictam in expositione el repositione SSmi pro Oratione quadraginta horarum in Ecclesia Metropolitana, pro conservatione Caroli II Hispaniarum Regis, ad quam Cassinenses accedere consulto recusarunt, allegantes, ne viderentur obedire mandatis Archiepiscopi?

5. An Regularibus, Gubernatorem ad festivitates in eorum Ecclesiis invitantibus, liceat pro eo baldachinum erigere a parte Evangelii, el pro Praelatis Sedem a cornu Epistolae ; cum extra hanc occasionem, ipsi Praelati baldachinum semper a cornu Evangelii erigant ?

6. An Praepositus Scalcnsis Civitatis Mediolani, et Archipresbyter Modoeliae Mediolanen. Dioecesis, quibus ex Summi Pontificis induito competit usus Pontificalium, teneantur ad observationem Decretorum a S. R. C. emanatorum die 27 Sepi. 1659, contendentes ad mulla non teneri?

7. An in Processionibus tum SSmi Sacramenti in die Solemnitalis Corporis Christi eiusquc octava, tum aliarum Confraternitalum Rosarii, de Carmelo, Cordigerorum, alusque huiusmodi, permittendum sil ut pueri puellaeque nedum septennio minores, sed Virgines ultra vigesimum annum, magno cum scandalo, Sanctos Sanctasque eorumque vitas, miracula el mortes repraesentantes, cum insignibus eorumdem Sanctorum induant et incedant?

Et S. R. C. respondit, ut infra :

Ad 1. * In casibus particularibus providebitur : et interim Emius Archiepiscopus curet, ne quidquam omnino innovetur ».

Ad « Arbitrio EiTii Archiepiscopi ».

Ad « Non licere ».

Ad « Posse compelli ad formam Decreti sub Urbano VIII emanati, quod dabitur a Domino Secretario ».

Ad 5. « Emo Archiepiscopo pro sua prudentia ».

Ad 6. « Fuit commissa causa Emo Card, de licio, qui, auditis partibus, referat m

Ad 7. « Prohiberi ». Die 5 Novembris 1667.

1.362. POSNANIEN. (2427)

S. R. C. declaravit : « Non licuisse neque licere celebrare Festum Dedicationis Ecclesiae S. Crucis sitae in suburbiis Civitatis Varsaviensis Dioecesis Posnanien. Dominica in Albis, proul ex abusu introductum fuit ; neque licuisse vel licere Ordinario ad aliam Dominicam transferre ; et proinde auctoritate Apostolica transferendum esse ad aliam Dominicam proximiorem ». Die 19 Novembris 1667.

1363. AQUAEPENDEN. (2429)

S. R. C. declaravit : «Regulares in funeralibus, quando interveniunt Capitulum el Canonici Cathedralis Aquaependen, convenire debere in ipsa Cathedrali, et incedere sub Cruce eiusdem Cathedralis, non obstante quod cadaver sit deferendum ad Ecclesiam ipsorum Regularium : functiones autem super ipso cadavere ad dictam Ecclesiam delato, speclare ad ipsos Regulares ». Die 10 Decembris 1667.

1361. CÜSENTINA. (2430)

Supplicantibus Patribus Dominicanis Civitatis Terrae Mendicini Cusenlinae Dioecesis declarari a S. R. C. : an possint Dominica infra octavam Corporis Cnristi circumcirca eorum Conventum facere Processionem, gestando SSmum ; el an liceat ingredi mulieres in prima clausura Conventus, tempore quo ipsi Patres faciunt Processionem SSihi Kosarii ?

El S. R. C. respondit: Quoad primum < Servetur solitum »; quoad clausuram « Non licere ». Die 10 Decembris 1667.

1365. TUSCULANA. (2436)

S. R. C. referente Emo el Riho D. Card. Guallerio, loco Emi D. Card. Ludovisii impediti, censuil : « In Ecclesia S. Petri Civitatis Tusculanae servandum esse Caeremoniale Episcoporum lib. 1, cap. 23, scilicet : Magistratum dictae Civitatis esse thurificandum immediate post Dignitates et Canonicos, et ante Benelicialos, quacumque praetensa consuetudine in contrarium non obstante ». Die 21 Aprilis 1668.

1366. BRUGNATEN. (2437)

Supplicante Episcopo Brugnaten. in S. R. C. pro declaratione: an Regulares Sestii loci suae Dioecesis teneantur accedere ad Processiones lubilaei?

El S. R. C. respondit: « Teneri ad Processiones quae Hunt ob publicam causam». Die 9 lunii 1668.

1367. ROSSANEN. (2441)
UMBRIAT1CEN.

S. R. C., ad preces Parochi S. Io. Baptistae Terrae Psychii Umbrialicen. Rossanen. Dioecesis, declaravit : « Guardiano Minor. Observant. Reformat, non licere se conferre ad domus habitantium sub illius Parochia, eisque distribuere in iisdem domibus cineres die prima Quadragesimae, proul introduci exposuit ». Die 9 lunii 1668.

1368. SENEN. (2442)

S. R. C., ad preces Parochi SSrum Quirici etc. Senen., inhaerendo declarationi factae in una Pisauren. 20 Decembris 1603, iterum declaravit: « In delatione cadaveris, quotiescumque intervenerit Capitulum el Clerus Ecclesiae Cathedralis, praecedentiam competere Capitulo el Clero eiusdem Cathedralis; in Ecclesia vero ubi sepelitur corpus defuncti, etiam Canonici ipsius Cathedralis, qui ibi habuerit sive elegerit sepulturam, ad Parochum ipsius Ecclesiae perlitinere Officium facere ». Die 9 lunii 1668.

1369. ARETINA. (2445)

Proposito in S. R. C. per Euium D. Cani. Celsum dubio: an PP. Dominicani cl alii Regulares Civitatis Arelinae deberent in funere incedere sub Cruce Capituli Sanctae Mariae de Plebe, prout incedere debere declaratum fuit sub illa Capituli Cathedralis Ecclesiae S. Petri eiusdem Civitatis, postquam dictum Capitulum S. Mariae fuerit unitum anno 1250 per Episcopum Arelinnm dicto Capitulo Cathedralis cum communicatione omnium bonorum, privilegiorum el praerogativarum ;

S. R. C., ulraque parte informante, censuil: « Non suffragari privilegium Ecclesiae Cathedralis S. Petri Capitulo Ecclesiae S. Manae, nisi coniunclim procedant ». Die 21 Iulii 1668.

1370. CAVEN. (2447)

S. R. C., ad preces Archidiaconi Ecclesiae Cathedralis Caven. declaravit: Dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. I, cap. 24, de ordine dandi pacem (quod Episcopo solemniler celebrante, si adsunt laici seu Magistratus, Barones el Nobiles, detur

pax cum Instrumento ab ipso Presbytero assistente), procedere etiam el eodem modo el sine ulla differentia, quando ipsemel Archidiaconus, qui est prima Dignitas in eadem Cathedrali fungitur officio Presbyteri assistentis: necnon absente Episcopo a Choro, thurilicationem cl pacis delationem incipi debere a Digniori stante in parte digniori a Choro, non autem a parte Throni Episcopi, si non adsit dignior. Die 15 Septembris 1668.

1371. FAYENTINA. (2480)

S. R. C. declaravit: * Parochum in Collegiata S. Stephani Mutilant, ratione Stolae, debere praecedere Canonicis eiusdem Collegiatae, etiam in funeralibus ». Die 15 Septembris 1068.

MUTILEN. (2453)

S. R. C. ad preces Episcopi Mulilensis declaravit: « Functiones Episcopales esse faciendas in Ecclesia Cathedrali, non autem in Collegiala ubi residet; et in casu non sufficientiae Presbyterorum, esse aliunde conducendos ». Die 15 Septembris 1668.

1373. ROMANA (2455)
SOLEMNIS BENEDICTIONIS.

Proposito dubio: an Cardinales Diaconi possint in suis Diaconiis solemnem benedictionem super populo impertiri, vel in actu Visitationis Diaconiae, necnon dum solemni Missae assistunt?

El S. R. C. censuil: « Posse. El facta de praedictis relatione SSmo, Sanctitas Sua annuit; non celebrante tamen Episcopo ». Die 15 Septembris 1668.

1374. SYPONTINA. (2456)

Archiepiscopus Syponlinus supplicavit in S. R. C. pro declaratione infrascriptorum dubiorum :

1. An Dignitatibus Metropolitanae Ecclesiae Syponlinae, habentibus usum mitrae ex privilegio \poslolico, liceat intra el extra ambitum Ecclesiae, puta in Processionibus maioribus el minoribus, mitram cum velo appenso penes so praeferri facere?

2. An in Processionibus incipientibus a propria eorum Ecclesia, et longius progrediendo, quam teneat ambitus murorum ipsius Ecclesiae, sil eis interdicenda mitra?

3. An in aliis Ecclesiis exemptis vel non exemplis, sive intra Civitatem sive intra Dioecesim, licite utantur mitra?

4. An iure utantur ea in Officiis et Missis defunctorum, vel in diebus non festivis nec ubique de praecepto?

5. Num ad haec, citra veri praeiudicium, suffrageiur consuetudo?

El S. R. C., ad relationem Eihi Cardinalis Brancalii, censuil et declaravit, ut infra:

Ad 1. < Non licere ».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. < Invitatis, vel alio modo accedentibus ad aliam Ecclesiam exemptam sive non, sive capitulariter, sive seiunclim, sive intra Civitatem, sive extra el in Dioecesi, non posse uti mitra, sed hanc esse interdicendam ».

Ad 4. < Non in Officiis et Missis defunctorum, nec in diebus feriatis, sed tantum in solemnioribus et ubique de praecepto ».

Ad 5. < Negative ». Die 15 Septembris 1668.

1375. NEAPOLITANA. (2457)

S. R. C., inhaerendo aliis Decretis desuper editis, declaravit: « Emum Archiepiscopum Neapolilanum procedere posse contra inobedientes, et recusantes accedere ad Processiones pro bono publico, el de ordine SSihi indictas, non obstante quibuscumque inhibitionibus A. G. ». Die 24 Novembris 1668.

1376. AVERSANA. (2458)

Supplicante AntonioPortellio Portionario S. Mariae do Platea Dioec. Aversanae ad S. C. pro declaratione : an Episcopo ad aliquam Ecclesiam parochialem eius Civitatis, in qua prius accesserunt Capitulum el Canonici canonicalibus vestibus induti, cum Cruce pro peragenda Processione a dicta parochiali Ecclesia ad Caihedralem, Parochus ipsius Ecclesiae parochialis, vel unus ex Canonicis praedictis porrigere debeat aspersorium Episcopo in ingressu ipsius parochialis Ecclesiae el in foribus eiusdem?

El S. R. C., inhaerendo aliis declarationibus in similibus factis, iterum declaravit : < Spectare ad digniorem Ecclesiae, ad quam Episcopus accedit, et sic ad Parochum ». Dic 12 Ianuarii 1661).

1377. FLORENTINA. (2459)

S. R. C. declaravit : « Non licuisse neque licere celebrare Missam S. Crucis ullo modo in Metropolitana Florentina in die Veneris infra octavam Nativitatis D. N. lesu Christi, quacumque praetensa consuetudine dictae Metropolitanae illam celebrandi singulis die-

bus Veneris infra annum, et signanter infra dictam octavam, non obstante ». Die *12* lanuarii 1669.

1378. NEAPOLITANA. (2461)

S. R. C. declaravit: « Non licuisse, neque licere sine Induito Aposlolico celebrare in Ecclesia S. Mariae Conslantinopolitanao Civitatis Neapolis Feria III Pentecostes Missas B. M. V., prout in dio Nativitatis Domini, mutatis eliam mutandis, ex voto facto tempore contagii; el proplerea in posterum prohibendum, ne cantetur dicta Missa, nisi aliter doceant de Privilegio, sed Festum esse solemnizandum cum Missa currentis Feriae». Die 12 lanuarii 1669.

1379. URBINATEN. (2464)

Clerus Urbinaten. supplicavit a S. R. C. declarari: an Sacerdos in Missae Sacrificio post Communionem, reponens Calicem in medio Altaris, velum, quo in principio Missae operitur supra bursam, debeat plicare, nec ne?

Et S. R. C. respondit: « Tam in principio Missae, quam post Communionem Calicem velatum esse debere totum in parte anteriori; el ita in posterum tam in Dioecesi Urbinaten., quam ubique servari voluit el mandavit ». Die 12 lanuarii 1669.

1380. MELITEN. (2466)

S. R. C., ad preces Francisci Azzapardi Parochi Civitatis Sangleae Meliten., et audita quoque relatione Vicarii Capitularis, Sede Episcopali vacante, declaravit: « lus faciendi functiones fieri solitas per Confratcrnitalem SSmi Rosarii erectam in Oratorio silo intra limites suae Parochiae sub invocatione S. Philippi Nerii, et erecto de licentia Ordinarii sine praeiudicio ipsius Parochi, spectare ad ipsum Parochum, non autem ad Patres eiusdem Oratorii ». Die 16 Februarii 1669.

1381. RAVENNATEN. (2468)

Proposito in S. R. C. per Eintim D. Card. Guallenum dubio: an, absente Archiepiscopo Civitatis Ravennalensis ex qualibet causa, el accedente Capitulo Calhedralis eiusdem Civitatis ad Ecclesiam S. Vitalis m die illius Festi, liceat Abbati Cassinensi in eadem sua Ecclesia S. Vitalis erigere el relinere baldachinum, eliam praesente dicto Cjpilulo; et, seorsim ab eo, canere primas Vesperas et Missam solemnem cum pontificalibus?

El S. R. G., parte utraque informante, declaravit: «Licere, non interveniente tamen dicto Archicpiscopo ». Die 16 Februarii 1669.

1382. BRUGNATEN. (2471)

S. R. G.: « Benigne concessit, ul Olea sacra possint ab ipso Episcopo Brugnatensi benedici el consecrari, eliam extra suam Calhedralem, el m Ecclesia Terrae Seslri suae Dioecesis, ubi Episcopi pro tempore, pro meliori aeris temperie, el maiori ipsorum et cultus divini decore, residere solent ». Die 23 Martii 1669.

1383. MUTINEN. (2474)

Supplicante ad S. R. C. Episcopo pro declaratione : an liceat Abbatibus Lateranensibus consecrare Lapides, el benedicere Campanas, et sacras supellectiles ? Eadem S. C. referente Emo Guallerio, servari iussil omnia disposita in Decreto edito dic 20 lulii 1660 tenoris sequentis, ad § 19, quo vetita est Abbatibus benedictio sacrae supellectilis pro usu alienarum Ecclesiarum. Asserentibus Monachis eliam pro aliena Ecclesia ex Aposlolico induito eis licitum esse ecclesiasticam supellectilem benedicere;

S. R. C. mandavit: « Exhiberi Indultum authenticum ex Archivio Aposlolico desumptum, et inierim abstineri». Die 23 Martii 1669.

1381. PAPIEN. (2478)

Franciscus Spadinus Praepositus S. Michaelis maioris Papiae supplicavit ad S.R.C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum:

1. An ad ipsum Praepositum vel alium ex Canonicis speciet ius convocandi Capitulum, proponendi in eo negotia resolvenda, dandi primum votum, et suffragia recolligendi ?

2. An ad ipsum Praepositum spectet ius cantandi Missas el Vesperas cum assistentia Diaconi el Subdiaconi Canonicorum in solemnioribus, benedicendi candelas, cineres et palmas, deferendi SSihum Sacramentum in Processionibus, el faciendi alias actiones et functiones Sacerdotales relatas per Barbosam, cap. b, n. 43, *De Canonicis et Dignitatibus?*

3. An, impedito Praeposito, fieri debeant per Canonicum seniorem residentem?

4. An ad ipsum Praepositum spectet superioritas circa assislentiam Choro, et directionem Divinorum Officiorum?

·». An sii exemptum ab Officio Ilebdo-

madarii per rotam fieri solito a Canonicis, el ab onere legendi lectiones, marlyrolo-gium el responsoria?

6. An ipse prius sit thurificandus, cl eidem danda pax ante Canonicos?

7. An, ipso absente, eius stallum in Choro debeat esse vacuum, neque ab alio ex Canonicis occupari possit?

8. An Canonicis liceat celebrare Missas tempore Divinorum Officiorum sine licentia ipsius Praepositi, el idem concedere non debeal, nisi quod utile el necessarium pro Ecclesia indicaverit?

9. An Canonici debeant eidem parere m iis, quae respiciunt Divina Officia?

El S. R. C., referente Emo D. C. Brancalio, utraque parte informante, respondit:

Ad 1. « Spectare ad Praepositum ».

Ad 2. « Spectare ad primam Dignitatem vel Canonicum antiquiorem, nec tolerandam consuetudinem assumendi duos presbyteros extra gremium Capituli ».

Ad 3. « Impedito Praeposito, spectare ad seniorem ».

Ad 4. « Ad Praepositum, nisi aliter mandaverit Episcopus ».

Ad 5. « Serventur decreta Visitationis ».

Ad 6. « Servetur Caeremoniale ».

Ad 7. « Affirmative ».

Ad 8. * Servari Statutum ».

Ad 9. « Affirmative ». Die 23 Martii 1G69.

1385. REATINA. (2476)

Promoter Fiscalis Curiae Reatinae institit in S. R. C. infrascriplum dubium declarari: an Emo Episcopo, quando assistit cum cappa functionibus ecclesiasticis, debeatur assistentia Archidiaconi, qui est prima et unica Dignitas, vel potius illa Canonici antiquioris, non obstante consuetudine contraria?

Et S. R. C. referente Emo D. Card, delicio, respondit: «Omnino deberi assistendam primae Dignitatis, el in eius absentia Canonici antiquioris, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, quam abusum declaravit. In reliquis servandum esse Caeremoniale ». Die 23 Martii 1669.

(386. SENAHUM. (2477)

Exponentc Praeposito prima Dignitate Ecclesiae S. Mariae de Provenzano Senarum, se per spatium viginliquatuor annorum, et ab initio Collegiatae, thurificatum fuisse et pacem et omnia habuisse ante omnes Canonicos, etiam Hebdomadarium; et cum in hac possessione reperiretur, in praeiudicium suae praeeminentiae per Magistrum Caeremoniarum de mandato Archiepiscopi esse introductum, ul prius thurificelur Hebdomadarius, el pacem et omnia habeal, el successive Canonici ab ea parle, modo a dextera, modo a sinistra Chori, proui sedei Hebdomadarius;

S. R. C. censuit: « Manulenendum esse Praepositum in sua possessione thunficandi, el omnium ceterorum, anle omnes Canonicos el Hebdomadarium; el forle privalum, restituendum, donec el quousque secus iudrtelnr ab eadem S. C. auditis Canonicis, si quid habeant in contrarium ». Die 23 Martii 1669.

1387. URBANIEN. (2478)

Supplicante ad S. R. C. Clero Terrae Mercalelli Dioecesis Urbanien. pro declaratione: Magistratum diclae Terrae esse thurificandum post omnes de Clero praeter Acolythos, iuxta antiquam consuetudinem dicli loci, el dispositionem Caeremonialis, quod eadem S. C. servandum esse iussit die 9 Iunii proxime praeteriti in illis verbis: *Magistratus autem Cicilatum thurificetur post Canonicos,* intelligi de Magistratu Civitatum, non autem similium Terrarum.

Et S. R. C. respondit: < Servandum esse solitum ». Die 23 Martii 1669.

Decretum supra laudatum, sub die 9 Iunii 1668, sequens est:

URBANIEN. S. R. C., audita relatione tam Emi D. Card. Rasponi, quam Episcopi, censuit: « Servandum esse Caeremoniale in Ecclesia Mercalelli super thurificaiione Magistratus, el hunc thunficandum esse, ut in eo disponitur, quacumque praelensa consuetudine in contrarium non obstante ».

(388. MAIORICEN. (2480)

S. R. C., inhaerendo declarationi alias sub die 16 Februarii proxime praeteriti factae, quoad Fratres Ordinis Minor. Regul. Observant. S. Francisci Provinciae Maioricen., per eos scilicet parendum esse Ordinario circa expositionem SSmi in eorum Ecclesiis el Domibus, illiusque prohibitionem; iterum declaravit: < Idem servandum esse per Rectores el Administratores Hospitalis generalis Maioricen., eisque non licere dictum SSihum exponere in eorum Ecclesia sine licentia dicli Ordinarii, praetensis eorum privilegiis exemptionis a iurisdiclione ipsius Ordinarii, non obstantibus quibuscumque ». Die 8 Iunii 1669.

Decretum autem 16 Februarii 1669 sequens esi:

MAIORICEN. S. R. C. 'declaravit : < Per Fratres Ordin. Minor. Observ. S. Francisci Provinciae Maioricen. parendum esse Ordinario circa expositionem SSmi in eorum Ecclesiis et domibus, illiusque prohibitionem ».

1389. NEAPOLITANA. (2482)

S. R. C., referente Emo Brancalio, decrevit: «Decretum eiusdem S. C. editum die 26 Ianuarii 1641, quo declaratum fuit, Capitulum et Canonicos Metropolitanae Civitatis Neapolis vocatos ad funus non posse a Regularibus, el signanter a Monachis Benedictinis, Coelestinis el Olivelanis, impediri quin ingrediantur cum propria Cruce in Ecclesia ipsorum Regularium, esse servandum etiam quoad Carmelitas S. M. de Vita eiusdem Civitatis ». Die 8 Iunii 1669.

1390. PLACENTINA. (2486)
ALMUTIAE.

S. R. C., referente Eiho Gualterio, in causa Placentina Almuiiae inter Presbyteros Civitatis Placentinae ex una el Parocho eiusdem Civitatis partibus ex altera, censuit: « Servandum esse ultimum Decretum Synodalem Rihi Scappii, quo sancitum fuit, ut Presbyteri Cathedralis et Collegialae S. Antonii Civitatis Placentiae, quando sub eorum Cruce ad ducenda cum Parochis funeralia conveniunt, suas illi valeant deferre Almutias: secus si tamquam singuli evocati ad exequias accedunt », non obstantibus declarationibus in contrarium S. Congr. Episcoporum el Regularium, el praecipue sub diebus 2 Maii 16î>9 et 10 Novembris 1662, nempe: « Licere, quando incedunt collegialiler el cum Capitulo ». Die 20 Iulii 1669.

1391. PAP1EN. . (2480)

S. R. C., inhaerendo declarationibus fastis die 23 Martii proximi praeteriti, projonente Effio Brancalio in controversiis inter Praepositum el Canonicos S. Michaelis Papiae, iterum declaravit:

1. « Canonicos tam Ordinis Diaconalis ^uam Subdiaconalis per Iurnum teneri ad issislentiam Praeposito tam in solemniorilus quam in Dominicis, quando ipsemet celebrat ».

2. « Servandum esse Statutum Ecclesiae cip. 6, scilicet, quod Praepositus debeat celebrare Missam cnm cantu omnibus diebus Dcminicis el omnibus Festis principalibus, nisi occupatus fuerit per Episcopum Papiensem : aliis vero diebus celebretur huiusmodi Missa per Canonicos residentes ; et, ipsis deficientibus, per Cappellanos, ul consuetum est ».

3. « Non teneri Canonicos ad assistenliam Vesperarum cum pluvialibus». Die 20 Iulii 1669.

1392. DECRETUM GENERALE. (2488)

Cum Alexander VII dubia in diversis mundi partibus (occasione Decreti S. R. C. die 5 Augusti 1662 emanati, et a Sanctitate Sua approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in Festis ritus duplicis) exorta, dirimere cupiens, aliud eiusdem S. C. Decretum in una Novarien. die 22 Novembris 1664 editum approbaverit, quo declaratum fuerat: « Anniversaria el Missas defunctorum causa, ex dispositione testatorum quotannis recurrente ipsorum obitus die, celebrandas, tametsi dies obitus huiuscemodi in Festum ritus dupl. maioris incideret, non comprehendi in dicto primo Decreto; ac ulterius, quod Altaria privilegio Apostolico pro animabas Fidelium defunctorum in perpetuum decorata, et in quibus quotidie proinde, etiam in Festis ritus dupl. celebrandae essent Missae defunctorum ex obligatione, declaraverit per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri ininnclis obligationibus, el indulgentias per huiusmodi privilegia Aposlolica concessas animabus Fidelium defunctorum in Purgatorio existenlibus suffragari, perinde ac si celebratae fuissent Missae defunctorum ad formam diclorum privilegiorum, prout in Brevi Apostolico desuper die 22 Ianuarii 1667 expedito continentur ».

S. R. C., intellecto quod etiam dubitaretur utrum praedicti Brevis dispositio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata sed non in perpetuum nec pro omnibus hebdomadae diebus, et ad quae Missae non ex obligatione sed ex sola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet; re mature perpensa, censuit : « Declarationem a memorato Alexandro VII, sicut praemittitur, editam, extendendam esse ad Altaria, ul praefertur, non in perpetuum, sed ad septennium vel aliud brevius vel longius tempus, ac non pro omnibus, sed aliquo vel aliquibus Ianium hebdomadae diebus, nunc el in futurum quandocumque privilegiata; el proinde si Sanctissimo D. N. placuerit, indulgendum fore ul Missae, quae ibidem de Festo currenti, in quo Missao defunctorum

celebrari non possint, sive ex obligatione sive ex sola fidelium devotione celebratae fuerint, indulgentias per privilegia huiusmodi concessas consequantur in omnibus et per omnia, perinde ac si Missae defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratae fuissent ». Die 20 Iulii I(»G9.

El facta relatione SSiho D. N. Elementi PP. IX, Sanctitas Sua sententiam S. C. approbavit, el Breve desuper expediri mandavit. Die 13 Augusti 16(19.

1393. CONVERSANEN. (2490)

Capitulum Collegialae Rosiliani Dioecesis Conversance. exposuit in S. B. C., Nicolaum Francesium in eius testamento, reliquisse eius bona dicto Capitulo, cum onere celebrandi Missam quotidianam, et singulis diebus Veneris de Passione; el cum onere, terminata Missa, post Evangelium *In principio erat Verbum etc.,* recitandi ipsam *Passionem secundum loannem.* El proinde, cum dicta dispositio sit contra ritus ecclesiasticos, supplicavit pro declaratione: an dicla Passio recitanda sit post dictum Evangelium alibi per celebrantem ?

Et S. R. C. censuit: < Recitandam esse post finem Missae, exutis vestibus sacerdotalibus, et cum sola colla in Altari vel in Sacristia ». Dic 31 Augusti 1669.

1394. LAUDEN. (2491)

S. R. C. ad relationem Emi D. Card. Gualterii, declaravit el decrevit :« Oblationem Crucis ad osculandum Rmo Episcopo vel alicui Principi, spectare ad digniorem e Dignitatibus: impedito vel absente Praeposito prima Dignitate, spectare ad Archidiaconum secundam Dignitatem, diclumque Archidiaconum manutenendum esse in quasi possessione praecedendi Archipresbylero quartae Dignitati in canendo in Processionibus Rogationum in secunda Ecclesia Orationem Sancti Titularis eiusdem Ecclesiae, nec non in canendo antiphonam *0 Adonai,* absolutionem *Libera me Domine,* et in imponendo cineres Celebranti, atque in aspergendo aqua benedicta Capitulum; canere autem Missas et Vesperas solemnes, celeraque omnia divina Officia, quae spectarent ad Praepositum, exceptis praedictis, in quibus data est manulenlio Archidiacono, spectare el perlinere ad Archipresbylerum, iuxla formam Statuti sub titulo de Archipresbytero ». Die 31 Augusti 1669.

Cum S. R. C. in controversiis inter Franciscum Spadinum Praepositum ex una, el Canonicos Ecclesiae S. Michaelis maioris Papien. partibus ex altera, ad secundum dubium : an ad ipsum Praepositum speciet ius cantandi Missam et Vesperas cum assistentia Diaconi et Subdiaconi Canonicorum in solemnioribus, benedicendi candelas, cineres el palmas, deferendi SSmum in Processionibus ; responderit die 23 Martii praeteriti : « Spectare ad primam Dignitatem vel antiquiorem, nec tolerandam consuetudinem assumendi duos Presbyteros extra gremium Capituli »; hodie, ad tollendas ulteriores controversias, declaravit : < Huiusmodi Canonicorum assislenliam deberi, nedum in celebratione Missae, sed eliam in omnibus aliis supradictis functionibus». Ac ulterius cum sub die 20 Iulii proxime praetenti, declaraverit Canonicos non teneri ad assistenliam Vesperarum cum pluvialibus, hodie pariter declaravit : « Ad id compelli posse duos Cappellanos de praesenti in dicla Ecclesia existentes ». Die 31 Augusti 1669.

139G. TUSCULANA. (2494)

Cum S. R. C. die 21 Aprilis 1668 declaraverit Magistratum Civitatis Tusculanae esse thurificandum immediate post Dignitates el Canonicos, et ante Bénéficiâtes, iuxla dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. I, cap. 23; hodie Capitulum et Magistratus supplicarunt pro declaratione:

1. An dictus Magistratus thurificandus sil ante vel post Subdiaconum paratum?

2. An Locumlenens thurificari debeat triplici ductu?

3. An Syndicus mercenarius cnm salario, el Procurator Pauperum sedens cum proprio habitu in ultimo loco post Vice-Gubernalorem in habitu talari, el 1res Priores in habitu Senatorio, thurificari debent iisdem ductibus, el ab eodem thurificanie, quo ipsi Vice-Gubernator el Priores, vel per Acolythum, el unico ductu?

4. An dictus Syndicus thurificandus sil ab alia persona, el diversimode, vel thurificari debeat post Bénéficiâtes?

El S. R. C. respondit: Ad 1. «Post Subdiaconum ».

Ad 2. < Duplici ductu ».

Ad 3. < Negative, hoc est: Nullo modo».

Ad 4. ʌ Negative, ul supra». Die 31 Augusti 1669.

1307. VIGLEBANEN. (2498)

Cum Episcopus Viglebanen. accedere debeat ad Civitatem Papiensem, ad effectum visitandi Hospitale S. Matthaei, ex delegatione particulari S. C. Concilii Tridenlini, quae declaravit dictum Hospitale non esse sub iurisdiclione dicti Ordinarii Papiensis, sed immediate sub Sede Aposlolica : ideo, ad tollendas controversias, quae in dicta Civitate, et cum illius Episcopo oriri possent;

S. R. C., referente Emo Brancalio, ad preces eiusdem Episcopi Viglebanensis, declaravit iufrascripla :

1. < Quod dictus Episcopus Viglebanensis nullo modo poterit uti rochetlo discooperto in via, nec dare benedictionem; cum eius auctoritas el delegatio sit restricta ad Hospitale tantum; non debet tamen ferre mozzellam,sed tantum mantelletlam, quod Episcopus Dioecesanus denegare non potest ».

2. < Quod extra Hospitale debet praecedere Episcopus Dioecesanus, cum Delegatus non sit universalis in tota Dioecesi ; ex urbanitate tamen potest Episcopus cedere ».

3. « In ianua Hospitalis dictum Episcopum Viglebanensem posse exercere omnia illa munia, quae debentur Episcopis in actu Visitationis, nimirum osculatio Crucis, thurificatio, habiUis pontificalis, el alia huiusmodi: non tamen esse permittendum umbellam erigi in Ecclesia Hospitalis, cum ibidem non debeat ipse neque Missas neque Vesperas celebrare, sed tantummodo visitare et rationes exigere. Ceterum standum esse clausulis in Literis Aposlolicis contentis ». Die 5 Octobris 1669.

1398. AESINA. (2496)

Quum alias quaesitum fuerit : an Coadiulon Canonici Presbyteri Ecclesiae in qua Praebendae sunt distinctae, debeatur praecedentia super Canonicos Diaconos, dum pro suo CoadiuloDivinis interest: el quum S.R.C. responderit, in casu proposilo praecedentiam Coadiulori deberi: hinc est, quod ortis dubiis infrascriplis, modo Canonici Ordinis Diaconalis et Subdiaconalis eiusdem Ecclesiae Calhedralis Aesinae supplicarunt denuo declarari :

1. An dicla declaratio valeat, etiamsi Coadiulores Canonicorum Ordinis Presbyleralis non sint Sacerdotes, sed in minoribus Ordinibus lanium constituti?

2. An Canonici Ordinis Diaconalis in minoribus Ordinibus, vel in sacro Diaconatus Ordiue tantum constituti, debeant praecedere Canonicis Presbyteris Ordinis Subdiaconalis, seu in Presbyteratus Ordine constitutis ?

El S. R. C. respondit tam ad primum, quam ad secundum : « Aflirmalive ». Die 31 Maii 1670.

1399. BITUNTINA. (2497)

Exponente Episcopo Biluntino abusum in eius Calhedrali introductum in Matutinis Tenebrarum cantari solilis iribus ultimis diebus Hebdomadae Sanctae, nempe ut primae duae lamentationes cantentur per Dignitates, tertia vero per Episcopum ;

S. R. C. respondit: «Servandum esse Caeremoniale, quacumque praelensa consuetudine in contrarium non obstante ». Die 31 Maii 1670.

1400. NOVARIEN. (2499)

Exponentibus Parochis Novariae in eorum praeiudicium introduci, quod cadavera defunctorum familiarum nobiliorum dictae Civitatis, sepelienda in Ecclesiis Regularium, deferantur ad illam noctis tempore el privalim et successive tumulentur: diebus vero sequentibus, sepultura iam data, Nocturna cum Laudibus et Missae do Requiem celebrentur; et idcirco supplicantibus pro declaratione: an de his secundis funeralibus debeatur quarta ipsis Parochis?

El S. R. C. declaravit: « Deberi ». Die 31 Maii 1670.

1401. CURZULEN. (2502)

Supplicavit S. R. C. Episcopus Curzulen. in Dalmatia pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

1. An, celebrante pontificaliter Episcopo, praeter duos Cauonicos el Presbyterum assistentem, teneantur alii duo Canonici iuniores inservire cum pluviali pro praecentoribus, iuxta ritum praescriptum in Caeremoniali Episcoporum nuper Romae edito, cum in secundis Vesperis uni ex Dignitatibus assistant duo Canonici?

2. An stante Episcopo privato in Choro ad Matutinum vel Completorium, teneatur saltem ad beneplacitum Episcopi eidem assistere unus ex Canonicis?

3. An, interveniente Episcopo ad concionem tempore Quadragesimae vel Adventus cum cappa seu mozzella super sedili in medio Chori, teneantur duo ex Canonicis senioribus vel iunioribus assistere Episcopo, cum talis consuetudo servetur in lota provincia Dalmatiae ?

4. Αη Episcopus tempore circuli possit relinquere in Choro duas Dignitates, el unum Canonicum seniorem pro subslcnlalione cantus, iuniorcs vero Canonicos cogere ad circulum ?

5. An in Sabbato Sancio benedictio Fontis facienda sit per Sacerdotem celebrantem, iuxta Rubricam Missalis: an vero, stante eodem ad Altare, possit fieri per iuniorem Canonicum cum pluviali, quum ad hunc spectet exercitium Curae animarum Civitatis el suburbii, stante usu eiusdem Ecclesiae?

El S. R. C., referente Emo Gualterio, respondit :

Ad 1. « Servetur Caeremoniale ».

Ad 2. « Negative ».

Ad 3. « Attendenda est consuetudo, si legitime probetur ».

Ad 4. < Posse, deficientibus Cantoribus».

Ad 5. < Facienda est per Celebrantem ». Die 31 Maii 1670.

1402. PHAREN. (2503)

Episcopus Pharen. humiliter supplicavit per S. R. C. declarari super infrascripiis :

1. Utrum Canonicus, seu Dignitas Hebdomadarius paratus cum pluviali seu Plancta, ac Diaconus et Subdiaconus illi assistentes itidem parati, transeuntes ante Episcopum, dum ei faciunt reverentiam, illam debeant facere cooperio, vel detecto capite?

2. Utrum Vicarius Generalis Episcopi in habitu vicariali incedens in associatione eiusdem Episcopi, dum a palatio ad Ecclesiam a Canonicis dictus Episcopus cappa indutus associatur, praecedat omnibus Canonicis el Dignitatibus, nec ne?

3. Utrum Primicerius, qui est unus ex tribus Dignitatibus, quae omnes una cum Canonicalu obtinentur in Ecclesia Calhedrali Pharen., in qua praebendae Canonicorum non sunt distinctae, teneatur, in absentia Archidiaconi et Archipresbyleri loco Presbyteri assistentis, assistere Episcopo in cappa diversis Officiis inlcressenti, nec ne ?

4. Utrum Archidiaconus, Archiprcsbyter el Primicerius Ecclesiae Calhedralis Pharen., qui obtinent eliam Canonicalum, quorum praebendae non sunt distinctae, teneantur assistere Episcopo Missae solemni, Vesperis etc. in diebus festivis cum cappa interessenli, nec ne?

5. Utrum Presbyter assistens, quicumque ille sil, Episcopo solemniler celebrante, et intonante anliphonam, Hymnum, *Gloria, Credo,* el cantante Orationem, debeat ipsemet actualiter el physice sustinere librum supra canui: an vero aliquis alius id praestare debeat actualiter, el ipse Presbyter assistens tantummodo moraliter, nempe leviter tangendo?

Et S. R. C., referente Emo D. Card. Gualterio, respondit:

Ad 1. < Debent, delecto capite ».

Ad 2. < Si est Protonotarius, praecedit, secus sin minus; el tunc abstineat ab incedendo in associatione ».

Ad 3. « Scrvelur Caeremoniale ».

Ad 4. « Servetur Caeremoniale ».

Ad 8. « Ipsemet Presbyter actualiter debet tenero supra suum caput ». Die 31 Maii 1670.

1403. DECRETUM GENERALE. (2805)

Euii S. R. praepositi, ob summam ac debitam venerationem qua augustissimum Eucharistiae Sacramentum prosequuntur, el ad augendum eius cultum in loto terrarum Orbe, consuerunt: «Prohibendum esse, ne in posterum infra octavam SS. Corpol is Christi Missae votivae quaecumque vel pro defunctis celebrentur, si SSino placuerit ». Die 21 lunii 1670.

Et facta de praedictis SSmo relatione per me Secretarium : « Sanctitas Sua sensum eiusdem S. C. approbavit, el praedictum Decretum edi mandavit ». Eadem die eiusdem mensis et anni 1670.

1404. OSCEN. (2506)

S. R. C. ad preces Ecclesiae Calhedralis Oscen., referente Emo D. Card. Bona, declaravit:

1. « Hymnos tam in Matutino, quam in omnibus Horis Canonicis, in Festivitate Expectations Partus B. M. V. sub ritu dupl. celebrari solita in Hispauiis, esse terminandos cum versiculo: *Virtus, honor, laus, gloria;* non autem sub versiculo: *lesu tibi sit gloria, qui natus es de Virgine* ».

2. < In Responsorio Primae dicendum esso, *Qui venturus es in Mundum;* non autem: *Qui natus es de Virgine*

3. « Tempore Passionis in fine Psalmi : *Venite exaltemus,* esse omittendum *Gloria Patri,* et repetendum Invitatorium integrum: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Et proplerea servandas esse Rubricas, non autem disposita in Codice Sanctorum Hispaniarum quoad supradicla ». Et ita in praefata Ecclesia Calhedrali Oscen, servari voluit et mandavit. Die 21 lunii 1670,

1405. ASSISIEN. (2507)

S. R. C. declaravit: < Abusum esse quod Laici Minorum Gonvenlualium et Observantium Ordinis S. Francisci in Civitate Assisiensi incedant in Processionibus ibidem fieri solitis, et praecipue in solemnilate Corporis Christi, induti vestibus Sacro Ordini competentibus; ac ideo non licuisse, neque licere » pariter declaravit. Die 19 Iulii 1070.

1106. BONONIEN. (2508)

S. R. G., audita relatione Vicarii Generalis Emi Archiepiscopi Bononiensis, censuil: «Non licere celebrare Missas in Altari Gappellae maioris Ecclesiae Confralrum Societatis Boni lesu Bononiae, exposito in eodem SS. Sacramento; stante praesertim, quod adsint alia Altaria in quibus celebrari possint ». Die 9 Augusti 1670.

1107. MONTIS REGALIS IN SICILIA. (2509)

Exponente in S. R. C. Vicario Generali Emi D. Archiepiscopi Civitatis Montis Regalis:

1. Quod cum in Metropolitana Ecclesia dictae Civitatis habeatur una ex Spinis Sac. Coronae D. N. I. C., de qua quotannis pruna Dominica mensis Maii, ultra Processionem solemnem, quae fit per lotam Civitatem praedictam, ob eius devotionem recitatur quoque Officium cum Missa ab eadem Congregatione recognitum, et a s. m. Clemente VIII sub ritu dupl. approbatum, eidemque Dominicae assignatum: evomi aliquando, ut in eadem pruna Dominica Maii occurrant Festa Sanctorum Philippi el lacobi Apostolorum, aut S. Crucis sub ritu dupl. secundae classis; quare idem orator supplicavit per eamdem S. C. declarari: an in casu transferendum sil Officium cum Missa Sacrae Spinae, el persolvendum Officium Sanctorum Philippi et lacobi, aut S. Crucis?

2. Quod cum in Regno Siciliae, sicut in dicta Civitate, ex pervetusta consuetudine soleant recitari sub ritu duplici, vel semiduplici Officia aliquorum SS., quae alias communiter sub ritu simplici ordinantur, el in dicla Civitate sunt quinque, nempe Officia S. Blasii, S. Apolloniae, S. Barbarae sub ritu duplici; sub ritu semiduplici Sanctorum Vili el Modesti, et S. Ursulae; ideo supplicavit pro approbatione huiusmodi consuetudinis.

El S. R. C. respondil: Quoad 1. «Transferendum esse Officium Sacrae Spinae ». d

Quo vero ad 2. « Quod doceat de consuetudine ». Die 9 Augusti 1670.

1408. NICIEN. (2510)

Propositis per Emum D. Card. Brancalium in S. R. C. infrascriplis dubiis, declarari petilis per Capitulum el Canonicos Cathedralis Nicien. contra Patres Praedicatores eiusdem loci :

1. An Decretum Episcopi defuncti, quod ad tollendam indecentiam, mandavit omnes Regulares- ad mortuorum cadavera, eliam in propriis eorum Ecclesiis sepelienda, vocatos, prius convenire debere ad Ecclesiam parochialem defuncti, el inde cum Clero eiusdem Parochiae se conferre ad levandum cadaver, nullo vero modo expectare per vias vel ire directe ad domum defuncti, servandum sil; non obstante contraria consuetudine eliam immemorabili favore Regularium eundi directe ad domum, el ibidem in via Parochum el alios vocatos expectare ?

2. An accessus huiusmodi fieri debeat per Regulares ad Ecclesiam Cathedralem, si Calhedralis vocata capilulariler intervenerit, etiamsi Cadaver assumendum sil ex alia Parochia ?

3. An possint Regulares eliam exempli compelli ab Ordinario ad observantiam hujusmodi accessus, sub poenis el censuris, illorum privilegiis et consuetudine minime obstantibus?

El S. R. C. respondil, ul infra:

Ad 1. « Regulares vocatos ad funus associandum nullo modo expectare debere per vias, aut in domo defuncti; sed prius convenire debere ad Ecclesiam parochialem defuncti, el inde cum Clero dictae Parochiae se conferre ad levandum cadaver, non obstante contrario usu , eliam immemorabili ».

Ad 2. « Quod si ad funus vocatum fuerit Capitulum Calhedralis , el capilulariler interveniat, ad hanc Ecclesiam debeant omnes convenire, et inde incipiendam esse Processionem ».

Ad 3. « Quod non possint Regulares exempli, el in hoc privilégiai!, ab Culinario excommunicari, sed bene declarari incursos in Canones vel Bullas censuras imponentes ipso facto incurrendas, ul alias resolutum fuit per S. C. Concilii in Esleren. 28 Angusti 1649, in Neapolitana 26 Iulii 1656,

cl in Vullurarien. 7 Septembris 1630 ». Die 9 Augusti 1670.

1409. CA1ETANA. (2516)

Proposita per Emum I). Card. Goallerium infrascripta dubia, declarari petita ab Archipresbylero S. Angeli Terrae Ilii Caietanae Dioecesis, contra Presbyteros SSmae Annuntiationis eiusdem loci;

S. R. C., audita prius relatione Vicarii, el partibus hinc inde informantibus, declaravit, el respondil ul infra:

1. An ad Archipresbyterum Collegiatae el Matricis Ecclesiae, qui est Parochus, vel ad digniorem ex dicla Collegiala, si Capitulum intervenit, seu potius ad Sacristain aut alium Cappellanum Ecclesiae SSfnae Annuntiationis silae inlra fines diclae Parochiae, spectet agere Officium supei cadaveribus sepeliendis in ista Ecclesia, el ibi ea occasione canere Missam?

R. « Utrumque spectare ad Parochum, vel eo absente, ad Rectorem Ecclesiae praedictae, aut islius digniorem Cappellanum ».

2. An in dicla Ecclesia SSmae Annuntiationis liceat retineri SSmum Eucharistiae Sacramentum sine licentia dicti Archipresbyleri ?

R. « Nolente Parocho, non posse retineri; dummodo tamen in Hospitali adnexo Ecclesiae cessaret hospitalitas pro infirmis, ut supponitur ».

3. An ab Archipresbylero vel alio digniore diclae Collegiatae, vel potius ab aliquo ex dictis Gappellanis, ul hactenus servatum fuit, sil canenda Missa in dicta Ecclesia SSmae Annuntiationis, quae ibi cani debet occasione unius ex Processionibus Rogationum, quae in eadem Ecclesia terminat?

R. « Servandam esse consuetudinem eiusdem Ecclesiae ».

4. An toleranda sit consuetudo ul in Processione SSmi Corporis Christi, Canonici incedant cum superpelliceis lanium, Presbyteri vero diclae Ecclesiae SSmae Annuntiationis cum Planetis cl aliis indumentis sacris?

R. < Vestimenta sacra non posse deferri a didis Gappellanis, nisi deferant etiam Canonici ».

b. An in omnibus Processionibus Cappellani dictae Ecclesiae possint deferre Crucem eiusdem Ecclesiae, vel teneantur incedere sub illa Capituli ?

R. < Posse deferre propriam Crucem ».

(i. An, invito Archipresbylero, liceat Gappellanis praedictis per vias Parochiae agere Processiones dnarutn Confraternilatum Caritatis el SS. Rosarii exislenlium in eadem Ecclesia?

R. < Licere ex privilegio et consuetudine dictarum Confraternilatum ».

7. An occasione Processionis, quae ab Ecclesia SSmae Annuntiationis tendit ad aliam B. M. de *Ciiila,* in qua Archipresbyler procedit cum pluviali, spectet canere Missam ad ipsum, vel ad alium Sacerdotem diclae Ecclesiae SSmae Annuntiationis?

R. < Spectare ad Archipresbyterum ».

8. Quomodo facienda sil divisio inter Archipresbylerum el dictos Cappellanos quindecim carolenorum, el aliorum pro sonu Campanae et funere, debitorum ab haeredibus defundi?

R. < Cognitionem huius controversiae spectare ad S. G. Concilii Tridenlini ». Die 13 Septembris 1670.

1410. BOIANEN. (2517)

S. R. C., inhaerendo Decretis in similibus editis, iterum declaravit: < Non licuisse Baroni Terrae Mirabellae Boianen. Dioecesis, neque Archipresbylero iam defuncto de familia eiusdem Baronis, introducere et relinere Sedes lixas cum inscriptione utriusque, el gennflexoria intra Presbyterium Altaris maioris Ecclesiae Archipresbyleralis diclae Terrae, prout Episcopus in Visitatione reperiisse exposuit. Idcirco eadem S. R. C. censuit : Praedictorum usum omnino fuisse el esse prohibendum, proui prohibuit, el removeri voluit el mandavil ». Die 29 Novembris 1670.

1411. RHEGINEN. (2519)

Exposuit Marchio Terrae Potidaclili consuevisse in Ecclesia matrice dictae Terrae Rheginen. Dioecesis adhibere Sedem ex corio super simplici *predella* absque baldacbino, quod sibi competere non praesumit.

Et S. R. C. censuil : « Marchioni oratori Domino loci, simplicem Sedem coriaciam super *predella* sine baldachino extra Presbyterium licere ». Die 29 Novembris 1670.

1412. BENEVENTANA. (2522)

S. R. C. declaravit : « Archidiaconum Beneventanum, ex consuetudine Calhedralis, per Archiepiscopum probata, teneri assistere ipsi Archiepiscopo intervenienti cum sola cappa». Die 24 lanuarii 1671.

1413. AESINA. (2525)

Cum alias S. R. C. declaraverit: Regulares omnes Civitatis Aesinae pro associati-

dis cadaveribus defunctorum teneri accedere ad Ecclesiam Calhedralem sive Parochialem ; pro parte Capituli eiusdem Cathedralis supplicatum fuit pro declaratione aliorum infrascriptorum dubiorum :

1. An iidem Regulares teneantur accedere ad Ecclesiam Calhedralem ad levandum Capitulum pro associando cadavere defuncti, sepeliendi eliam in Ecclesia Regularium, licet defunctus non sil de Parochia Cathedralis ?

2. An Plehanus seu Curatus S. Nicolai dictae Civitatis, pro associando cadavere sui proprii parochiani defuncti, in alia tamen Ecclesia eliam Regularium sepeliendi, teneatur pariter accedere ad Ecclesiam Calhedralem, quando intervenit Capitulum eiusdem ; el idem servandum sil, si praedictum cadaver per modum depositi existai in sua propria Ecclesia parochial vel in alia sila intus vel extra Parochialem?

3. An dicti Curaii teneantur accedere ad dictam Calhedralem quando Capitulum intervenit, si praefatum cadaver sit sepeliendum in aliqua ex Parochialibus S. Petri el S. Nicolai?

Quibus omnibus S. R. C.: < Affirmative respondit; ex declaratione in similibus facta, proponente Emo Brancalio, in Nicien. die 9 Augusti 1670, quando Capitulum Cathedralis capilulariter intervenit, el ab ipsa incipiendam esse Processionem in praefatis omnibus casibus». Dic 24 Ianuarii 1671.

1414. MAIORICEN. (2526)

S. R. C., inhaerendo declarationibus sub die 6 Decembris 1653, ad tollendas ulteriores controversias pariter declaravit : < Canonico celebranti, etiam sola cappa canonical! induto, in Completorio, ac etiam in triduo Hebdomadae Maioris deberi praecedentiam supra Dignitates Cathedralis Maioricen.; Sacrislam vero secundam Dignitatem celebrantem, proul etiam Canonicum non Dignitatem, sed celebrantem, transire debere ad partem Chori a qua inchoatur Officium, m eaque praecedentiam habere supra omnes alias Dignitates ». Die 24 Ianuarii 1671.

1415. BONONIEN. (2528)
PRAEEMINENTIARUM.

Iterum proposita per Eihum D. Cardinalem Celsum in S. R. C. causa Bononien. Praeeminentiartim inter Canonicos el Mansionarios Terrae Plebis prope Centum ex una, et Consules el Gubernatorem eiusdem loci partibus ex altera, eadem S. C. censuil . « Dictos Consules el Gubernatorem esse thiirificandos post omnes Presbyteros Chori per euindent Diaconum ». Die 28 Februarii 1671.

1416. MURANA. (2530)

S. R. C. declaravit: « ArchidiaconumCathedralis Muri assistentem Episcopo habenti Ordinationem generalem, ministrare debere, capite detecto, non autem cum birelo, praecipue quando suas facit instantias recitando illa verba iuxta Pontificale Romanum, videlicet: *Unie Paler, postulai S. Mater Ecclesia, etc.* ». Die 28 Februarii 1671.

1417. BENEVENTANA. (2533)

S. R. C., referente Emo D. Cardinali Sygismundo Chisio, stante quod per Archiepiscopum Beneventanum non luerit legitime el plene probata consuetudo sibi assistendi per Archidiaconum et Dignitates eiusdem Cathedralis, contra formam Caeremonialis; recessit a decisis die 24 Ianuarii praeteriti, et servari mandavit alia Decreta ipsius S.C., scilicet: « Assislentiam praedictam esse praestandam, iuxta formam Caeremonialis Episcoporum ». Die 21 Martii 1671.

1418. BENEVENTANA. (2534)

S. R. C., iterum referente Emo D. Cardinali Sygismundo Chisio controversiam pulvinaris inter Vicarium Generalem Archiepiscopi et Archidiaconum Cathedralis Beneventanae, super illius usu el diversitate speciei el qualitatis uniuscuiusque, ad distinguendam maiorem vel minorem dignitatem et praecedentiam inter ipsos, declaravit: « Standum esse in decisis die 24 Ian. praeteriti». Die 21 Martii 1671.

Decretum 24 Ianuarii huius anni, cuius /it mentio, sequens est:

BENEVENTANA. S. R. C. ad tollendas ulteriores controversias inter Archidiaconum Cathedralis Beneventi el Vicanum Generalem Archiepiscopi, declaravit: « Tam ipsum Archidiaconum quam Vicarium uti debere pulvinari ex cono ». El ita in posterum servari mandavit.

14t9. CASTELLANETEN. (2530)

S. R. C. declaravit : « Servilium Chori non esse omittendum per Canonicos recitare debentes Completorium immediate post Vesperas, sed Episcopum esse associandum per solos Canonicos assistentes, quando ipse Episcopus, posl didas Vesperas per ipsum

in solemnioribus celebratas, discedit ab Ecclesia, el Completorio assistere non vult ». Dic 21 Martii 1971.

1420. IADREN. (2537)

Supplicante Ecclesia Jadrensi pro declaratione :

1. An Festum S. Zoili Confessoris, ibi celebrari solitum die 23 Decembris sub ritu duplici minori, sil transferendum ad primam diem non impeditam propter anliphonas generales incoeptas die 17 eiusdem, prout Archiepiscopus defunctus transferri iussit; vel potius celebrandum sil die 23, ul modernus decrevit;

2. An idem Archiepiscopus statuere, vel immutare possit ritum divinorum Officiorum, vel alias sacras functiones sine causae cognitione, inconsulto Capitulo?

El S. R. C. declaravit:

Quoad 1. « Nullum faciendum esse Officium do S. Zoilo Confessore, cum nec in Marlyrologio Romano, nec in Mart^rologio vetustiori agatur de S. Zoilo Confessore, sed lanium de S. Zoilo Martyre, cuius natalis celebratur die 27 Iunii ».

Quoad 2. « Negative ». Die 21 Martii 1671.

1421. ANGELOPOLITANA. (2542)

Clerus Civitatis Angelopolilanae a S.R.C. infrascripta dubia circa Officium el Missam enixe supplicavit declarari, videlicet:

1. Dies 2 Augusti apud Hispanos est Festum S. Petri ad Vincula, nam dies prima, quae antea erat dictum Festum, nunc est octava S. Iacobi Apostoli concessa ipsis Hispanis, ul refertur, a fel. rec. Sixto PP. V, qui el Iransfen i iussit Vinculorum Festum ad diem 2 Augusti, quamvis sil Dominica; et hoc non obstante, nec obstante Rubrica posita in die octava S. Iacobi, quae salis aperte indicat, ul videri potest in Proprio Sanctorum Hispanorum in line Breviarii, mulli dictum transferunt usque ad Feriam 6 sequentem. Quid ergo erit faciendum in hac 2 die quando est Dominica recitandum ne de ea an de Festo Vinculorum, cum commemoratione et 9 Lectione Dominicae?

S. R. G. respondit : « Si Festum S. Petri ad Vincula, quod ab universali Ecclesia celebrari solet Calendis Augusti, ex auctoritate Aposlolica apud Hispanos fixum est dici sequenti, 2 scilicet Augusti, ex quo dicta dies impeditur ab octava S. Iacobi, sine ulla dubitatione Officium erit de Festo, etiamsi dicta 2 dies Augusti sii Dominica, cum commemoratione tamen el 9 Lectione Homiliae eiusdem Dominicae, ac eliam Festi simplicis occurrentis, iuxta regulas Rubricarum : sin autem nullum sil privilegium, et Festum praedictum non sit fixum auctoritate Aposlolica ad dictam diem 2 Augusti, eo anno quo cadit in Dominica, Officium Festi erit ultro transferendum ad primam diem non impeditam Officio novem Lectionum, el dandus locus Dominicae, de qua fieri debet Officium cum commemoratione, el 9 Lectione Festi simplicis ea die occurrentis ».

2. Quando dicitur Missa in Dominica de aliquo Sancio simplici in ea occurrente, eo quod maxima devotio penes populum apud eum habeatur, et similiter in aliqua Feria Quadragesimae, est ne dicendum in dicta Missa Sancti simplicis ultimum Evangelium S. Ioannis an Evangelium Dominicae, aut Feriae?

S. R. C. respondit : < In diebus Dominicis non possunt dici Missae de Festo simplici in ea occurrente, sed de eo fieri lanium commemoratio in Missis Dominicae. Ratione tamen confluentiae potest in eodem Festo simplici cantari Missa solemnis votiva cum *Gloria* et *Credo,* sine Evangelic et commemoratione Dominicae ; dummodo tamen alia Convenlualis de Dominica non omittatur, in qua in tali casu nulla debet fieri Commemoratio eiusdem Festi simplicis. Similiter in Feriis, quoniam Missae de Festo simplici occurrenti nou possunt dici nisi votivae el privalae, tunc in gratiam festivitatis currentis dicentur cum *Gloria,* el commemoratione Feriae, de qua tamen in fine non est legendum Evangelium, sed Evangelium S. Ioannis, quod semper est legendum in Missis votivis ; in Feriis praedictis ratione concursus poterit eliam cantari de eodem Festo simplici Missa solemnis, quae similiter erit votiva, el in ea ob solemnilalem dici etiam *Credo,* sine tamen Evangelio, el commemoratione Feriae, de qua erit cantanda alia Missa Convenlualis sine commemoratione Festi simplicis. In Missis vero do Feria est facienda commemoratio Festi simplicis occurrentis » (1).

3. In Missa solemni dum cantatur a Choro articulus ille: *El incarnatus est,* usque ad *homo factus est* inclusive, omnes qui sunt in Ecclesia, o.x valde laudabili consuetudine, genuflectunl. Quid ergo debet facere

(1) E. Dub. 3.

Sacerdos, qui tunc temporis processit a Sacrislia ad celebrandam Missam planam, aut finita Missa, redit ad Sacristiam; debet ne ipse genua flectere in Ecclesia, an redire sine advertentia ad illa verba, de quo nihil in Rubricis?

S. R. C. respondit: « Ii tantum de Choro qui stant, tenentur ad genuflexionem, non alii extra Chorum : diebus tamen Nativitatis Domini el Annuntiationis B. M. V. omnes de Choro, eliam Celebrans el Ministri ».

4. Festum Sanctissimi Corporis Christi non celebratur in Ecclesia Monialium, ac etiam in aliis in tota eiusdem octava, sed semper illud transfertur in aliquem diem Dominicum, aut festivum, ul maiori cum solemnilale celebretur. Quomodo ergo erit cantanda haec Missa votiva de Sacramento ; an sub ritu duplici primae classis sine aliqua commemoratione Dominicae, el alterius Sancti, si aliquis incidat in talem diem Dominicum? Praeterea in Processione ad versiculum ; *Panem de coelo etc.* est addendum *Alleluia* necne?

5. R. C. respondii: « Haec translatio sine privilegio fieri non debet ; quando adsit privilegium, in diebus illis quibus a Rubrica permittuntur cantari Missae votivae, ratione concursus iuxla titulum VI de Translatione Festorum post recognitionem Missalis sub Urbano VIII, poterunt cantari duae Missae, una de SS. Sacramento sine commemoratione Dominicae aut Sancti occurrentis, et ad vers. *Panem de coelo etc.* addi *Alleluia ;* el alia cum reliquis privatis de Dominica aut Festo currenti. In prima dicetur *Glorlu* el *Credo,* el nulla fiel commemoratio Dominicae aut Festi. Si vero translatio caderet in Dominica aut Festo, in quibus Missae votivae non admittuntur; Missa erit de Festo aut Dominica currenti cum commemoratione dc SS. Sacramento ».

5. Dubitatur: Quando ob aliquam causam est expositum SS. Sacramenlum in Altari, dum cantatur Missa solemnis, post quam mox recedendum esi sine Processione, an debeal populus cum eo benedici, necne?

S. R. C. respondii : « Non debet celebrari Missa in Altari ubi est expositum SS. Sacramentum, nisi sil pro eo reponendo ; el si ex necessitate fieri opus esset, populus esi benedicendus more consudo, el non cum SS. Sacramento ». Die 13 Iunii 1071.

1422. LUGOSIEN. (2S43)

S. R. C. declaravit: < Non licere Clero el Sacerdotibus nonnullarum Ecclesiarum Civitatis de Lugos eiusdem Dioecesis in Regno Algarbiorum addere in Missarum collecta verba *Gubernatorem nostrum,* licet sil Gubernator eiusdem Regni, quocumque abusu in contrarium non obstante ». Die 13 Iunii 1071.

1423. GERUNDEN. (2544)

S. R. C. declaravit : « Regulares Ecclesiae Gerundensis compelli posse per Episcopum ad accedendum, el inleresscndum Processionibus publicis, el aliis in dicta Dioecesi fieri solitis ». Hac die 13 Iunii 1071.

1424. PAPIEN. (2549)

S. R. C. declaravit: « Functionem benedicendi Naves non esse parochialein, ideoque licere Canonicis S. Michaelis Maioris illas benedicere intra limites Parochiae cum colla, Stola, ministro, vase aquae sanctae et Rituali, sine licentia Praepositi, cui, et non Capitulo curam adnexam esse expositum fuit». Die 13 Iunii 1671.

1425. PATAVINA. (2550)

S. R. C. declaravit : « Non licuisse, neque licere Canonicis Cathedralis Palaviensis accipere sacra paramenia de Altari neque in Altari, non obstante quacumque praetensa consuetudine in contrarium, el contraria interpretatione Rubricae Missalis» Ritus servandi in celebratione Missae cap. I, num. 1, et cap. 2, num. 2: « Ideoque omnino prohibendum per Emuni Episcopum ». Die 13 Iunii 1071.

142G. TORTONEN. (2552)

S. R. C. ad preces Marchionis Blasii Spinulae Equilis Hierosolymitani Feudalarii Cassant, Spinoli el Villalvernine sub Dioecesi Torloncn., inhaerendo simili declarationi factae die 15 Ianuarii 1661 *in una Mediolanen.* pro parte Comitis Ferrantis Cavenachi, iterum declaravit: « Permitti posse dicto Marchioni, el eius successoribus in praefatis suis locis Sedem cum genuflexorio el tapele, non tamen gradatam neque lixam, sed amovibilem et extra Presbyletium ; eidemque el successoribus pacem cum Instrumento et thurificationc duobus iclibus, post R. rlorem Ecclesiae etiam simplicis i'arochialis, per Cappellanum colla in-

dutum, non tamen per Ministros Sacrificii sacris amictos praestari debere ». Die 13 Iunii 1671.

1427. FIRMANA. (2553)

Conquereniibus Prioribus Magistratus Oppidi S. Victoriae Firmanae Dioecesis desuper eo, quod Archiepiscopus Firmanus nolit in actu Visitationis dicti Oppidi admittere eorum comitatum immediate post sua terga, sed velit eos incedere ante eius Crucem,

S. R. C. declaravit: « Dictos Priores debere incedere ante Crucem, ul praescribit Caeremoniale ». Die 18 Iulii 1671.

1428. TUSCULANA. (2554)

Proposito dubio in S. R. C. orto inter Canonicos el Archipresbyterum Cathedralis Ecclesiae Tusculanae : an delatio SS. Sacramenti in Processione secundae Dominicae cuiuslibet mensis, iuxla dispositionem Constitutionum eiusdem Ecclesiae, post Missam cantatam, auctoritate Emi D. Cardinalis Brancalii tunc Episcopi introducta, spectet ad Archipresbylerum, an vero ad Canonicum Hebdomadarium celebrantem?

Et S. R. C., inhaerendo dictis Constitutionibus cap. 5, de Missa Conventual! celebranda, el cap. 10, de Processionibus obeundis et illarum observantia, declaravit : < Spectare ad Celebrantem, et si Archipresbyler velit celebrare, non posse impediri ». El ita decrevit el servari mandavit. Die 18 Iulii 1671.

1429. AVENU >NEN. (2bt>7)

Pro parte Canonicorum Hebdomadariorum Cathedralis Avcnionen. expositum fuit in S. R. C. quod in dicta Calhedrali inter alios Canonicos qui dicuntur Capilulares, sunt alii quatuor Canonici qui dicuntur Hebdomadarii, sic nominali ex Bulla eorum erectionis el Statuto dictae Ecclesiae, qui quidem quatuor Canonici continuo debent assistere Choro et deservire Ecclesiae, habent massam communem cum aliis Canonicis Capitularibus, frnuntiir iisdem honoribus, privilegiis, distributionibus el emolumentis aequalibus, incedunt cum aliis m omnibus functionibus, habent camdem Sedem el stallum aequale in Choro; cum clausula tamen, quod duo ex Canonicis Hebdomadariis sedere debeant ex una parte Chori, el alii duo ex alia immediate post Canonicos Capitulares in Sedibus ulterioribus ; at non habent onus interessendi et habendi vocem m Capitulo, forsan propter eorum Officium semper assistendi Choro. Modo vero cum oria sil controversia inter eosdem , ideo praefati oratores supplicarunt per eamdem S. R. C. declarari : an dicti Canonici Hebdomadarii, cum sint de corpore Capituli el aequales aliis Canonicis capitularibus, debeant thurilicari, pacem habere, el lustralem aquam accipere posl omnes alios Canonicos capitulares ; an vero immediato postquam fuerint thurificati alii Canonici ex una parte?

El S. R. C. respondit : < Quod thurificenlur omnes Canonici eliam Supranumerarii, Hebdomadarii nuncupati, eodem tempore ab una parte Chori, antequam thurificentur ex altera, el idem observetur in osculo pacis el in dando aspersorio, iuxla dispositionem Caeremonialis Romani ». Et ita in praedicta Ecclesia \venionen. servari voluit el mandavit. Die 12 Septembris 1671.

1430. IANUEN. (2559)

Capitulum el Canonici Ecclesiae Metropolitanae lanuensis supplicarunt in S. R. C. pro resolutione infrascriplorum dubiorum:

1. An facientibus Capitulo el Canonicis funeralia occasione mortis Summi Pontificis, \rchiepiscopi, vel alterius Principis, possint Cappellani de massa eiusdem Ecclesiae renovare eadem funeralia, seu alias functiones publicas gerere contra voluntatem didi Capituli ?

2. An in functionibus caaionicalibus, quando Canonicus ex aliquo emergenti non facit Officium, possit Archiepiscopus ordinare, ul officietur a Cappellano de massa cum iisdem solemnitaiibus et associatione Cappellanorum, quibus officiat Canonicus, vel absque dictis solemnitaiibus, et solum, ul est de stylo, quando officiat Cappellanus?

3. An Caeremoniale disponens, quod Cappellani transeuntes ante Altare maius geiiuflectant, servari debeat a Cappellanis de massa? (1)

El S. R. C.respondii:

Ad I. < Nonlicere ».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. < Genufieclant ». Die 12Seplembris 1671.

1431. NUSCANA. (2561)

Dignitates el Canonici Collegialae Terrae Montellae Nuscanae Dioecesis supplica-

(I) E. Dub 4.

rum in S. R. C. pro declaratione infrascriptorum dubiorum :

1. Quum ad maiorem solemnilalem per eamdem S. C. nuper decisum fuerit, non debere legi nonam Lectionem de Festo simplici, quando occurrit de eo fieri commemorationem infra octavam SS. Corporis Christi, supplicatur; an debeat legi, si dictum Festum simplex occurrat cum duplici, infra eamdem octavam ?

2. An liceat decantari Anniversaria infra praedictam octavam, sicut servatur in Festis duplicibus, non obstante prohibitione circa Missas de Requiem?

Et S. R. C. respondit :

Ad 1. < Est dicenda nona Lectio ».

Ad 2. < Non sunt facienda, nisi praesente corpore ». Die 12 Septembris 1671.

1132. UMBRIATICEN. (2564)

Supplicante in S. R. C. Episcopo Umbriaticen. pro confirmatione sui Decreti, quo exposuit, prohibuisse nonnullis Parochis Terrae Cirae suae Dioecesis celebrationem Festi S. Barlholomaei Apostoli die 26 mensis Augusti, uti celebratur Romae, et alibi ; et mandasse celebrari die 24 eiusdem mensis, iuxta dispositionem Rubricarum Missalis et Breviarii Romani, non obstante quacumque in contrarium consuetudine;

Et S. R. C. respondit: « Servandam esso consuetudinem ». Die 12 Septembris 1671.

1133. LAUDEN. (2666)

Rcproposila Causa per Eihum D. Card. Guallerium in S. R. C., eadem declaravit: « Decretum factum 31 Augusti 1669, scilicet, manulentionem concessam Archidiacono in quasi possessione praecedendi Avehi presbytero in canendo absolutionem *Libera me Domine,* intelligendam esse quoad funera Episcopi, seu alicuius Principis: non autem m aliis funeribus, in quibus eadem S. C. concessit manulentionem Archipresbylero canendi dictam absolutionem ». Hem declaravit·. < Quod quidquid resolutum fuit spectare ad Archidiaconum, vel eum esse manulenendum, uti digniorem Archipresbylero, absente vel impedito Praeposito, idem intelligendum sil de Canlore, absente vel impedito Archidiacono ». Die 12 Septembris 1671.

1131. CUSENTINA. (2867)

Supplicatum fuit in S. R. C. pro parte Parochi Ecclesiae sub invocatione S. Petri loci Pedaci Dioecesis Gusonlinao declarari : an liceat in Missis diebus festivis celebrari solitis a Parocho dicti loci, alteri Sacerdoti cum Stola canere Evangelium ?

El S. R. C. respondit : « Non licere, el declaravit esso abusum ». Die 21 Novembris 1671.

1135. CREMONEN. (2568)

Pro parte Parochi el populi loci de *Ghiara Pizzig/iettone* Dioecesis Cremonen. supplicatum fuit declarari a S. R. C.: an Praepositus el Capitulum Ecclesiae Collegialae matricis el maioris prohibere possit Ecclesiae parochiali S. Rochi inferioris el membro eiusdem, sublevationem baldachini insolitis ProcessionibusSSmi cum sex hastis, stante quod cum totidem ab ipsa digniori elevetur.

El S. R. C. respondit : « Non posse prohiberi ». Die 21 Novembris 1671.

1436. MESSANEN. (2569)

S. R. C. declaravit : « Non posse per Episcopum Ordinarium prohiberi, quin Fratres Minores Convenluales S. Francisci Civitatis Torloricis Dioecesis Messanen. pulsent Campanas eorum Conventus, et praecipue ad meridiem el ad Ai-e *Maria,* antequam pulsatae fuerint illae S. Mariae Maioris, quacumque consuetudine in contrarium non obstante». Die 21 Novembris 1671.

1437. BENEVENTANA. (2570)

In causa Beneventana Assislenliae, pro Archiepiscopo Beneventano contra Archidiaconum et alias Dignitates Calhedralis eiusdem, iterum reproposilo in S. R. C. per Einum D. Card. Sigismundum Chisium dubio : an Archidiaconus prima Dignitas el aliae Dignitates sibi Archiepiscopo tam solemnilcr celebranti, quam Divinis inleressenli lanium cum cappa, assistere teneantur?

S. R. C., utraque parte informante, respondit: « In decisis, videlicet: ex quo non adsit distinctio Praebendarum, assistenliam spectare ad tres digniores in ordine ». Die 19 Decembris 1671.

1438. EUGUBINA. (2571)

S. R. C., inhaerendo pluribus aliis declarationibus in similibus editis, iterum declaravit: * Praecedentiam in Choro el aliis Ecclesiasticis functionibus deberi Ioanni Baptistae Ciuccioli Canonico Sacerdoti in Collegiala S. Christinae Eugubii, licel posteriori receptione, adversus quemcumque

alium Canonicum non Sacerdotem, licet esset anteriorem dicta receptione, et postea effectus quoquo Sacerdos: stante quod Praebendae in dicla Collegiata non sunt distinctae in Prcsbylcralein, Diaconalein et Subdiaconalem, sed sunt omnes de numero Presbylerali ». Die 19 Decembris 1671.

1139. ORDINIS (2573)
MINORUM DBSERVANTIUM
S. FRANCISCI.

S. R. C., inhaerendo declarationi hac eadem die facta in Savonen., et aliis, iterum declaravit : « Defunctorum corpora, in Ecclesiis Regularium tumulanda, esse deferenda recto tramite, el per viam a Parocho declarandam ad Ecclesias ipsorum Regularium, non autem prius ad Parochialem ». Declaravit ulterius: « Hoc servandum esse, eliam haeredibus defunctorum contradicentibus, el ad Parochialem prius deferri volentibus ». Die 19 Decembris 1671.

1110. SAVONEN. (2574)

S. R. C. in controversia Savonen. dubiorum relata per Emum D. Card, de Maximis, inter Praepositum Collegialae el parochialis Ecclesiae S. Blasii Finalis ex una, et Fratres Ordinis Praedicatorum eiusdem loci partibus ex altera, censuit :

Ad 1. «Servandum esse Decretum Congregationis Eihorum DD. Cardinalium Mellini, Ubaldini et Ginnelll, et RR. PP. Palutii Secretarii Sacri Concilii« el Benigni Secretarii S. R., specialiter deputatae a s. m. Urbano VIII, editum die 27 Iulii 1628, el servandum de ordine eiusdem SSmi ab omnibus Sacris Congregationibus in casibus contingentibus ; tenoris sequentis : « Regularibus et Confralernilalibus in Regularium Ecclesiis esse peimissum, in eorum Ecclesia cl claustro tantum, Processiones facere, et non extra; si vero Ecclesia claustro carent, eisdem Regularibus el Confralernilalibus licere Processiones facere intra ambitum dumtaxat earumdem Ecclesiarum, hoc est prope muros Ecclesiae, sive exeundo ab una ianua el intrando per aliam, sive per eamdem, cl semper prope muros Ecclesiae el non extra dictum ambitum, nisi de licentia et consensu Ordinarii, aut ctnn Cruce Parochi, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus el praescriptionibus etiam immemorabilibus. Privilegiis tamen Apostolicis per hoc Decretum minime derogatum censeatur. El proinde didis Fratribus Praedicatoribus denegandas esso Remissoriales ad probandam didam assertam eorum consuetudinem immemorabilem) illudque servari mandavii, non obstantibus quibuscumque interpretationibus per eos factis, dictumque Decretum inlelligi do consuetudinibus praeteritis ante dictum annum 1628, non autem postea legitime quaesitis, et quibuscumque aliis Decretis aliarum Congregationum postea editis, ul praetendebant ».

Ad 2. < Regularibus, obtenta supradicla licentia ingrediendi limites Parochiae, non licere facere eorum Processiones eadem fere hora, eadem die, eodem in loco, et per easdem vias, in quibus Clenis Parochialis ad Processiones procedit, sed semper esse praeferendum ipsum Clerum: quo vero ad Confraternilates esse praeferendam illam, quae prius facere consuevit, el in concursa cum Parochiali, ipsam esse praeferendam ad formam aliorum Decretorum in similibus editorum ».

Ad 3. « Regulares invitatos ad funera debere convenire in Parochiali, non autem expeclare Parochum per vias; vel in domo defuncti, quacumque praelensa consuetudine eliam immemorabili in contrarium non obstante, el servanda esse Decreta eiusdem S. C. in similibus saepe edita ».

Ad 4. « Defunctorum cadavera in Regularium Ecclesiis tumulanda, esse deferenda redo tramite ad Ecclesias Regularium: non autem prius ad Parochialem, ul ibi dictus Parochus det ultimum vale ».

Ad 5. « Spectare ad Parochum declarare, per quam viam exportandus sit defunctus, el reliqua alia omnia disponere usque ad ianuam Ecclesiae, quando illius cadaver est sepeliendum in dicta Ecclesia Regularium ».

Ad 6. * Non licere Regularibus pulsare eorum Campanas Feria V in Coena Domini post silentium illarum Parochialis, el die Sabbati Sancti ante earumdem pulsationem ».

Quas omnes declarationes in posterum eadem S. R. C. servari mandavii. Dio 19 Decembris 167 i.

till. SEGOBRICEN. (2582)

Pro sedandis controversiis ab antiquo tempore ortis et adhuc vigentibus inter Exmum 1). Ducem Segobricae ex una, et Capitulum el Canonicos Ecclesiae Calhedralis eiusdem Civitatis partibus ex altera, super pluribus praeeminendis ab eodem I). Duce praelensis in ipsa Cathedrali, S. R. C. censuil approbandas esse, proul approba-

vit, înfrescriplas conventiones inter ipsos cum approbatione Rihi I). Episcopi, el praevia renuncialione litibus, illarum occasione, ubique introductis :

1. «Quod Ulmum Capitulum, illiusquo Dignitates el Canonici, sive eorum aliquis seu aliqui, praefato Excmo D. Duci, cl suis in dicto Ducatu pro tempore successoribus, ingredientibus Ecclesiam Calhedraîem Civitatis Segobricae ad audiendam Missam el alia Divina Officia, non teneantur occurrero vel obviam ire; nec comitari aut associare praedictos Excmos DD. Duces usque ad eorum Sedem seu alium quemlibet locum; imo a praedictae associationis, occursus seu comitatus obligatione quomodocumque el qualitercumque, etsi per Canonicos faciendus seu facienda esset, perpetuis futuris temporibus idem Capitulum et Canonici liberi atque exempti omnino sint et esse censeantur ».

2. « Quod praefati Exemi DD. Duces, si in dicla Ecclesia Calhedrali Missarum solemmis interfuerint, tempore Offertorii thurificentur et thurificari debeant tribus ictibus seu ductibus, immediate post Rihum D. Episcopum, et ante Dignitates et Canonicos Ecclesiae praedictae, el eodem modo el ordine thurificenlur in Vesperis et in Matutinis ad *llencdiclus;* thurificalio ministretur, et ministrari debeat ipsi I). Duci non per Dignitates aut Canonicos, per quos Ihurificatur Episcopus, sed per Presbyterum insignitum seu indutum iis Insignibus, quibus induuntur in Choro Presbyteri laurea Doctoralus insigniti, vel illis Insignibus, quae post Canonicalia in praedicta Ecclesia perillustriora el honorabiliora habentur et existimantur, sive m posterum haberi el existimari poterunt; et tam Dignitates quam Canonici praedictae Ecclesiae praedictam ihurilicationcm perse ipsos ministrare nullo umquam tempore teneantur ».

3. « Quod dictis Dominis Ducibus transmittatur, et transmitti debeat osculum pacis cum Instrumento immediate post Rihum 1). Episcopum, el ante Dignitates et Canonicos, per eum Presbyterum praedictis Insignibus indutum, per quem ministratur thurificalio, servata tamen, quoad osculum pacis ad Chorum transmittendae, praedictae Ecclesiae consuetudine, in qua per Subdiaconum, Riho D. Episcopo praesente vel absente, transmittitur ; et sic ab Altari pacis osculum transmittatur, ut praedictus Presbyter insignitus praedictis Excmis DD. Ducibus pacis Instrumentum osculandum porrigat, el Subdiaconus, prout moris est, ad Chorum pergat, ita tamen, ut nec praedictis Excmis DD. Ducibus ante Rihum D. Episcopum pax porrigatur; nec eam, ante praedictos Excmos DD. Duces, Dignitates et Canonici accipiant: el similiter, prout de Ihurificalione dictum est, Dignitates et Canonici praedictum osculum pacis praefatis Excihis DD. Ducibus per se ipsos nullo umquam tempore ministrare aut transmittere teneantur ; cum ad huiusmodi munia obeunda Presbyter, ul supra indulus, a praememoralo illustri Capitulo, illiusque Dignitatibus el Canonicis nominari, assignari el deputari debeat ».

4. « Quod Sacerdos Missam celebraturus, dum ad Sacrificium offerendum sacerdotalibus vestibus indutus e Sacrario sive Sacrislia egreditur, vel ad eam peracta Missa regreditur, praedictis Excmis DD. Ducibus nullam salutationem aut reverentiam facere teneatur ».

5. « Quod pro observantia Rubricarum praedicti Missalis Romani, debeat Subdiaconus cum Celebrante facere confessionem in Missa, neque ab eius latere sinistro discedere , ad eam faciendam cum praedictis DD. Ducibus ». Die 26 Martii 1672.

1412. TRANEN. (2383)

S. R. C. declaravit : « Archiepiscopo Nazareno deberi in Ecclesiis Regularium Dioecesis Tranen. genullexorium cum strato et pulvinari, non obslanie alio Decreto eiusdem S. C., quacumque remissione causae ad Rolam super usu eorumdem in aliis Ecclesiis non Regularibus, et Archiepiscopo Tranen., ralione Dioecesis, subiectis ». Die 26 Martii 1672.

1443. URB1NATEN. (2384)

Supplicatum fuit in S. C. declarari: utrum Saeculares, an vero Cappellani Societatum seu Confratcrnilalum SSiîii Sacramenti, el aliorum elc. Dioecesis Urbinatensis m Processionibus fieri solitis teneantur colla induti assistere Celebranti, eique thuribulum el incensum ministrare?

El S. R. C. respondit: « Teneri Cappellanos, dummodo adsint ». El ita declaravit, el in praedicta Dioecesi Urbinatem servari mandavit. Die 26 Martii 1672.

1411. HISPALEN. (2383)

Propositis dubiis in S. R. C. ab Emo D. Card. Brancatio pro parte Archiepiscopi Hispalen.

1. An ordinare el gubernare publicas el solemnes Processiones, ad ipsum spectet privative quoad Capitulum et alios, etiamsi Capitulum per longum tempus esset in quasi possessione gubernandi el ordinandi; imo, si quasi possessio esset immemorabilis?

2. An Provisor Vicarius Generalis possit per se, el ẽiu ministros dictas Processiones ordinare el gubernare, etiam in ea parte quae ipsum subsequitur, in qua incedunt Bénéficiât! cum loto Capitulo Calhedralis, non obstante quod eius antecessores eam pariem non ordinaverint?

EIS. R.C. respondit: «Ordinationes publicarum et solemnium Processionum .spectare ad Archiepiscopum, el illo absente, ad ciits Vicarium ». El ita servari mandavit. Die 14 Maii 1672.

1415. MELPHITANA. (2386)

Proposito dubio in S. R. C. per lacobum Sanctorum Archidiaconum Melphiianum ad praesens Vicarium Generalem Licien. : an recitare debeat Divinum Officium secundum Rubricas Dioecesis Licien., ubi residet; vel Dioec. Melphilanae, unde oriundus?

El S. R. C. respondit: « Teneri rei itare iuxta ritum Ecclesiae Licien. ». Die 14 Maii 1672.

1116. AESINA. (2388)

S. R. C. censuil: « Servandam esse dispositionem Caeremonialis Romani, el consuetudinem (observatam toto tempore Episcopi praedecessoris) accedendi per Priores et Magistratum Civitatis Aesinae ad Caihedralem die 1 Quadragesimae pro accipiendis cineribus, et Feria \ I in Hebdomada sancta pro adoranda Cruce post Clerum, el ad eam servandam cogendos esse ». Die 16 Iulii 1672.

1117. [MARIAN EN. (2589)

S. R. C. declaravit: «Non licere retinere in Presbyterio genullexorium, et proinde servandum el exequendum esse Decretum Episcopi Marianen. in Visitatione facium, de illo amovendo et removendo ex Presbyterio Ecclesiae parochialis Terrae Sisci; non obslanie, quod destinatura dicalur pro habento ius dominii in dicta Terra, et quod ab eius antecessoribus retentura fuerit; cuius Decreti execulionem eidem Episcopo remisit,etiam auctoritate ipsiusS.C.». Die 16 Iulii 1672.

1118. MILEVITANA. (2590)

Supplicante Episcopo Milevitano: an Olea consecrari possint sine Sacrificio Missae; el quatenus Missa requiratur, declarari an celebrari possit per Canonicum seu Dignitatem, el Consecratio fieri valeat per ipsum Episcopum assistentem, slante quod iste propter eius infirmitatem celebrare, seu alteri Episcopo viciniori, propter difficultates itineris, committere non possit.

Et S. R. C. respondit : «Servetur Pontificale ». Die 16 Iulii 1672.

1449. NARN1EN. (2591)

S. R. C., ad instantiam Episcopi Narnien. contra Gubernatorem eiusdem Civitatis, inhaerendo Decreto alias in eadem causa edito die 22 Novembris 1639, iterum declaravit: « Non licere ipsum Episcopum cappa pontificali suffultum, dexteram deferre in propriis aedibus Gubernatori eiusdem Civitatis Narnien.; neque ad sinistram eumdem admittere ad genufleclendum in eodem gcnuflexorio, in quo pariter cappa indutus ipse Ordinarius genufleclil; el contrariam consuetudinem esse abusum respondit». Ulterius declaravit: « Thurificationem triplici ductu non competere dicto Gubernatori, sed duplici ductu, iuxta dispositionem Caeremonialis Romani ». Die 16 Iulii 1672.

1150. POSNANIEN. (2592)

S. R. C., ad removendam aemulationem Regularium, circa expositiones el Processiones cum Sanctissimo in Civitate el Dioecesi Posnaniensi, minuentem eiusdem SSmi decentiam, cum saepissimo una eadem dio simul in quatuor, quinque et sex Ecclesiis dictae expositiones et Processiones peragantur, ilaul vix aliquot personae assistentes in Ecclesiis repenantur; declaravit inhaerendo .iliis declarationibus in similibus factis: « Non licere Regularibus praedicta agere, nisi de licentia Episcopi, el proinde esse permittenda el prohibenda eius arbitrio ei prudentia ». Die 16 Iulii 1672.

1151. RAVENNATEN. (2597)

S. R. C. declaravit: « Non licuisse neque licere, nisi ad praescriptum Decreti generalis, Abbati Canonicorum Regularium Lateranensium in Ecclesia S. Mariae in Porlii Ravennalen. Dioecesis, occasione Festi S. Laurentii, assistere Vesperis solemnibus sub baldaohino cum suo habitu abbaiiali, nempe cum rochelto el raanlellella, el cum

assistentia aliorum trium Parochorum in ipsorum habitu ordinario ». Die 3 Septembris 1672.

1452. TRAGURIEN. (2.699)

Vicarius Generalis Tragurien. supplicavit declarari: utrum Decretum, in quo declaratum fuit Canonicos paratos praecedefe el thurilicari debere ante Vicarium Generalem, inlelligendum sit, quando omnes Canonici, aut saltem sex aut octo ex illis parali reperiantur, an eliam quando soli duo Canonici parantur in Ecclesia seu Processionibus, uti Praecentores?

El S. R. C. respondit: < Canonici parati semper praecedere debent ratione paramentorum ». Die 3 Septembris 1672.

1453. FRIS1NGEN. (2600)

Praepositus Monasterii Inderslorfensis Canonicorum Regularium S. Augustini Dioecesis Frisingen. supplicavit in S. R. C. declarari: an verbum *Uenediccre* contentum in induito sibi concesso per fel. rec. Urbanum VIII, circa potestatem benedicendi Altaria etc., idem importet quam consecrare, el an virtute dicti privilegii possit consecrare Altaria, aqua tamen benedicta ab Antistite?

El S. R. C., referente Efilo D. Card. Brancatio, respondit: « Indultum benedicendi non comprehendere consecrationem ». Die 3 Septembris 1672.

1454. BAREN. (2604)

Archiepiscopus Baren, supplicavit a S. R. C. declarari: an toleranda sil antiqua consuetudo Civitatis Baren., recitandi Officia sub ritu duplici, el Festa tamquam de praecepto SS. Rochi, Eligii, Leonardi, Vili, Donati, Blasii, B. M. de Monte carmelo, elS. Mariae de Vita.

El S. R. C. respondit: * Quoad Officium servandam esse consuetudinem: Quo vero ad Festum servandam esse Constitutionem s. m. Urbani VIII ». Die 3 Decembris 1672.

1455. MONOPOLITANA. (2606)

Iterum proposita controversia in S. R. C. per Euium D. Card. Sigismundum Chisium, orta inter Dignitates el Canonicos Calhedralis Ecclesiae Civitatis Monopolis, el Parochos eiusdem Civitatis, super thurificatione;

S. R. C., utraque parte informante, declaravit: * Debere Parochos sedentes a dexteris Chori ihurificari immediate post Dignitates et Canonicos eiusdem partis, el sedentes a sinistris immediate post Canonicos istius partis ». El ila decrevit el servari mandavil. Die 3 Decembris 1672.

1456. MONOPOLITANA. (2607)

Controversia excitata per Capitulum Ecclesiae Calhedralis Civitatis Monopolis, contra Parochos eiusdem Civitatis, circa modum assistendi in functionibus, praetendente dicti» Capitulo, quod Parochi non possint assistere cum Stolis functionibus ad quas sunt invitati, vel in quibus tenentur assistere: idcoque, proposito dubio per Eihum D. Card. Sigismundum Chisium in S. R. C.: an liceat Parochis extra proprium sacerdotale Officium deferre Stolam?

S. R. C., ulraque parte informante, declaravit: < Non licere in casu Parochis deferre Stolam ». Dic 3 Decembris 1672.

1457. NEAPOLITANA. (2608)

S. R. C. declaravit: « Quod eisdem praerogativis gaudere debel Canonicus Neapolitanus Episcopus Titularis, quibus gaudent Canonici, qui sunt Episcopi tam in Basilica S. Petri, quam in celeris Basilicis de Urbe, qui praesunt celeris Canonicis, eliam antiquioribus; el fruuntur quavis maiori praeeminentia, non solum in Choro, recipiendo primas anliphonas, sed in Capitulo el quovis alio loco, ubi convenire contingit ». Die 3 Decembris 1672.

1458. BAREN. NULLIUS. (2609)

Exponentibus in S. R. C. Capitulo et Dignitate Allaemurae Nullius Baren., quod Archipresbyler eorum Ordinarius, compellit eos, eliam sub censuris, ire processionaliter detecto capite ad capiendum illum ante eius *anlecameiam,* toties quoties vult celebrare vel assistere, el supplicantibus pro declaratione: an teneanturr

S. R. C. respondit: « Non teneri ». Die 3 Decembris 1672.

1459. OPPIDEN. (2611)

Episcopus Oppiden. supplicavit a S. R. C. responderi infrascriplo dubio: an Archiepiscopus transiens per Dioeceses Suffraganeorum, causa visitandi loca propriae Dioecesis, possit deferre mozzettam, quae est Insigne plenariae iurisdiclionis, el erigere Crucem, el dare benedictionem praesente Episcopo suffraganeo?

Et S. R. C. respondit: < Licere ad praescriptum Caeremonialis ». Die 3 Decembris 1672.

1460. RUBEN. (2012)

Horatius Rocca Calhedralis Ecclesiae Ruben. Sacerdos, supplicavit a S. R. C. declarari : an pro Reliquia insigni possit fieri Officium duplex iuxta huius S. C. Decretum, quando scilicet Caput, Brachium aut Crus non sunt integra, sed mutilata, et paries demptae non adsunt, ul conglutinari possint: et si pro Reliquia mutilata fieri possit Oflicium duplex?

El S. R. C. respondit : < Servandum esso Decretum huius S. C. ad unguem, emanatum sub die 8 Aprilis 1028 ». Die 3 Decembris 1072.

1461. ROSSANEN. (2015)

S. R. C., ad preces Parochorum Civitatis Rossanen. declaravit: < Non licere haeredibus defuncti vocare aliquam Dignitatem vel Canonicum aut Presbyterum sibi bene visos, ad peragendas functiones cum Stola super cadaveribus, invitis el contradicentibus dictis Parochis». Die 21 lanuarii 1073.

1462. VELITERNA. (2010)

S.R.C., ad relationem Emi D. Card. Vidoni declaravit: « Canonicum Poenilentiarium Ecclesiae Calhedralis Civitatis Velilernae, ultimo loco provisum, non posse cogi ad inserviendum Missis cantatis pro Diacono et Subdiacono, Constitutione seu consuetudine dictae Ecclesiae in contrarium non obstante ». Die 21 lanuarii 1073.

1463. ANDRIEN. (2017)

Carolus Cappellanus prima Dignitas Ecclesiae Calhedralis Andriae supplicavit declarari a S. R. C.: an hebdomada, quae tam per ipsum quam per alias Dignitates el Canonicos dictae Calhedralis fieri solet per lurnum quolibet anno, peragi possit per alterum Canonicum eiusdem, vel fieri debeal per semelipsos?

El S. R. C. respondit: «Servandam esse consuetudinem Ecclesiae». Die4 Marlii 1073.

1464. AVENIONEN. (2018)

Reclamantibus Canonicis numerariis Metropolitanae Ecclesiae Civitatis Avenionensis, et instantibus pro recessu a resolutis in Decretis alias emanatis ad favorem Canonicorum snpranu meraciorum, nuncupatorum Hebdomadariorum et Beneficiatorum eiusdem Ecclesiae, ubi resolutum fuit : «Servanda Decreta alias facta super observatione Caeremonialis Romani, circa thurificalionem Canonicorum in Metropolitana Ecclesia Avenionen., adeo ut omnes Canonici, eliam Supranumerarii, Hebdomadarii nuncupati, thurificenlur ex una parte Chori, antequam ihurificenlur ex altera, et idem observandum in osculo pacis, el in dando aspersorio »; quo vero ad habitum canonicalem immutatum a b. m. Areosto dictae Civitatis Archiepiscopo: «Illum, eliam quoad colorem, reducendum esse in pristinum statum ad formam Statuti dictae Ecclesiae»;

S. R. C., utraque parte plene informante: < Stetit in decisis». Die 4 Martii 1G73.

1465. ASCULANA. (2623)

Pro parte Capituli el Canonicorum Calhedralis Civitatis Asculi, conlra Episcopum eiusdem Civitatis propositis in S. R. C. infrascriplis dubiis, videlicet:

1. An liceat erigere baldachinum super Sede Episcopali, in qua Episcopus ponlificaliler celebraturus, recitat Horam Tertiam el sacris paramentis induitur, et quae ex consuetudine Civitatis Ascnlanae, in Presbyterio in cornu Epistolae e conspectu Throni apponi solet? Et quatenus negative,

2. An liceat Episcopo ponlificaliler celebraturo, eadem Sede postposita, in alia Sede in Sacrario, vel in altera parte Ecclesiae, praesertim ad audiendam concionem, cum baldachino praeparata Horam Tertiam recitare et sacris paramentis, ut supra, indui? Et quatenus negative,

3. An saltem hoc liceat in alia Sede seu baldachino extra dictum Presbyterium, el praesertim in aliquo Sacello Ecclesiae, a quo deinde processionaliler accedatur ad ipsum Presbyterium, et in eo ad Altare maius ibidem existons celebretur?

Et S. R. C. respondit: « Licere Episcopo erigere baldachinum in Cappella, ubi sumit paramenia sacra, quando ponlificaliler est celebraturus ». El ita declaravit. Dio 6 Maii 1673.

1466. AVENIONEN. (2624)

Quatuor Canonici supranumerarii, Hebdomadarii nuncupati, et Bénéficiai! Ecclesiae Metropolitanae Avenionen. supplicarunt a S. C. declarari: an Archiepiscopus Avenionen. in primo accessu ad suam Ecclesiam Metropolitanam Avenionen., quae constat certis Dignitatibus et Personalibus Canonicis, quindecim numerariis, sive capitularibus, quatuor vero Canonicis supranumerariis, Hebdomadariis nuncupatis, Beneficialis

duodecim, debeat omnes praedictos, nullo excepto, excipere ad osculum manus?

El S. R. C. respondit: «Omnes esse admittendos ». Et ila declaravit. Die 6 Maii 1073.

1467. CUSENTINA. (2625)

S.R. C. censuit: < Non licuisse neque licere Acolythis, capite cooperto pileolo, assistere cum candelabris tempore quo canitur Evangelium. El id in Metropolitana Cusenlina prohiberi mandavit, non obstante contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit ». Die 6 Maii 1673.

1468. MEDIOLANEN. (2628)

S. R. C., donec aliter ipsa decreverit in causa Praecedentiarum vertente inter Monachos Benediclinos ex una, el Cislercienses partibus ex altera, in Processionibus fieri solitis infra annum in Civitate Mediolancn., censuil: «Servandum esse Decretum provisionale illius Eîîii Archiepiscopi editum die 15 Iunii 1672, tenoris ul infra videlicet:

1. « Crux Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii de more praeferatur, sub qua Monachi Cassinenses procedant ».

2. « Sequantur Crucem immediate Laici Sancti Ambrosii ».

3. « Conveniant numero aequali Monachi Cassinenses cl Cistercicnses, atque utrinque seorsim uni ab aliis alternation progrediantur, incipiendo a Cislerciensibus, donec utrorumque numerus impleatur ».

4. « Postremo loco procedat dignior Monasterii S. Ambrosii medius inter duos Cassinenses digniores ».

El ila iussit, el servari mandavit ». Dic 6 Maii 1673.

1469. NEAPOLITANA. (2629)

Cum S. R. C. declaraverit die 3 Decembris 1672: « Quod eisdem praerogativis gaudere debeat Rihus D. Paulus Garbinalus Canonicus Ecclesiae Cathedralis Neapolitanae et Episcopus Titularis Nabucen., quibus gaudent Canonici qui sunl Episcopi tam in Basilica S. Petri quam in celeris Basilicis de Urbe, qui praesunt celeris Canonicis etiam antiquioribus, el fruunlur quavis maiori praeeminentia, non solum in Choro recipiendo primam anliphonam, sed in capitulo el in quovis alio loco ubi convenire contingit»; fuit pro parle D. Francisci de lanuano Primicerii eiusdem Cathedralis oppositum, sibi competere praefatas praerogativas el praeeminenlias supra dictum Canonicum Episcopum Titularem. El proposita causa per Etiium D. Cardinalem Sfortiam,

S. R. C., utraque parte informante, declaravit : « Competere praenarratas praerogativas el praeeminenlias dicto Canonico Episcopo Titulari in omnibus actibus, ubicumque convenire contigerit, etiam supra praefatum Primicerium eiusdem Cathedralis ». Die 6 Maii 1673.

1470. NULLIUS DIOECESIS PISCIEN. (2630)

Cappellani Ecclesiae Sanctorum lacobi el Martini de Uzzano Piscien. Nullius Dioecesis Provinciae Florentinae, supplicarunt in S. R. C. pro resolutione infrascriptorum dubiorum :

1. An Plebano dictae Ecclesiae, dum canit Missam, liceat uti assistente pluviali induto?

2. An uni ex praedictis Cappellanis dum canit Missam in 2, et 3 Feslis Paschalis, el in aliis diebus festivis solemnibus vel non solemnibus, liceat celebrare cum tot candelis accensis, sicut celebrat dictus Parochus?

El S. R. C., audita relatione Ordinarii, respondit:

Quoad 1. «Licere,attenta consuetudine».

Quoad 2. vero respondit pariter: «Licere ». Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 6 Maii 1673.

1471. PLACENTINA. (2631)

Pro parte Ecclesiae Castri Arpini Placentinae Dioecesis, supplicatum fuit in S. R. C. declarari: An Mansionarii seu Praebendarii dictae Ecclesiae induti pluviali, dum ab Archipresbylero seu eius Locumlcnente canuntur Vesperae solemnes, teneantur canere versiculos el *Benedicamus Domino,* iuxta praescriptum Caeremonialis, non obstante consuetudine in contrarium ?

Et S. R. C. respondit : « Ailirmalive ». Die 6 Maii 1673.

1472. SENOGALLIEN. (2632)

S. R. C., ad relationem 1). Card. Facchinelli in Causa Senogallien. Terrae Corinaldi, super controversiis occasione infrascriptarum Processionum excitatis inter Capitulum, Archipresbytorum el Canonicos ex una, el Fratres Augustinianos eiusdem Terrae partibus ex altera, censuil ul infra, videlicet :

1. « Processiones fieri solitas per Fratres Auguslinianos el signanter in 1 el 4 Dominica cuiuslibet mensis per vias, ul dicitur *hi Morata* el *it Terreno* extra claustra, posse fieri de consensu Parochi ».

2. « Circa alias trinas Processiones scilicet in Festivitate S. Antonii Abbatis,SS. Rosarii Dominica 1 Octobris, ac Feria 2 Pentecostes, Decrelum eiusdem S. C. editum die 15 Septembris 1657 non allicere ».

3. < Processionem ex volo de S. Nicolao de Tolentino in Protectorem electo, in eius Festivitate per dictam Terram fieri solitam, non esse impediendam, cum interventu Parochi ». Et ila declaravit, el servari mandavit. Die 6 Maii 1673.

Decretum 15 Sept. 1657 nequeas est:

SENOGALLIEN. Retulit Eihns D. Card. Palloltus causam differenliae vertentis inter Capitulum Collegiatae et Fratres Ordinis S. Augustini loci Corinaldi Senogallien. Dioecesis circa trinas Processiones, quae quotannis ab iisdem Fratribus per Terram praedictam duci et celebrari ab immemorabili tempore consueverunt, cum interventu musicorum proximiorum sacris Reliquiis incedentium ;

El S. R. C. iussit: «Servari solitum, el nihil innovari: el non exinde quodlibet praeemineniiae ius musicis resultare, sed simplicis eorumdem obsequii ac servitii rationem percipi posse » declaravit.

1473. ASCULANA. (2633)

Super dubiis pro parte Capituli el Canonicorum Cathedralis Asculanac propositis, declarandis ad occurrendum praelensis novitatibus eorum Episcopi, S. R. C. die 6 Maii prox, praei, placuit respondere: « Licere Episcopo erigere baldachinum in Cappella, ubi sumit paramenia sacra, quando pontilicaliter celebraturus est ». Verum cum visum fuerit huiusmodi responsionem non attingere casus superius expressos, ideoque iidem Herum supplicarunt pro praecisa singulorum resolutione.

El S. R. C. respondit: « Satis provisum ». Die 17 Iunii 1673.

1474. DUBIUM. (2634)

Supplicatum init in S. R. C. pro declaratione infrascripli dubii: utrum si in Choro vel privalim omissum est per oblivionem aul inadverlentiam fieri Oflicium duplex vel semiduplex alicuius Sancti eodem die, quo debebat secundum Rubricas; debeat illud fieri in aliquo alio die, vel eiusdem mensis, vel alienus sequentis, nou impedito Officio novem lectionum?

Et S. R. C., referente Emo D. Card. Bona respondit: «Negative». Die 17 Iunii 1673.

1475. GERUNDEN. (2636)

S. R. C., audita relatione Vicani Capitularis Ecclesiae Gerunden., ad preces Sacrislae, Hebdomadarii, Curatorum, Operariorum ac Iutatorum loci S. Chrislinae de 4r<J Dioecesis Gerunden. benigne concessit : « Ul quando Festum S. Chrislinae Virg. el Mart. Titularis Ecclesiae parochialis, ac Patronae et Prolectricis loci eiusdem S. Chrislinae de Ard, incidit in vigiliam S. Iacobi Apostoli totius Hispaniae Palroni, dicta vigilia S. Iacobi transferatur in vigiliam eiusdem S. Chrislinae, ila ul tam incolae quam advenae (adimpleto el servato ul praedicitur ieiunio) die seu Festo ipsius S. Chrislinae, vesci carnibus non prohibeantur ». Die 17 Iunii 1673.

1476. MA1ÛR1CEN. (2637)

Pro parte Rini D. Episcopi Maioricen. supplicatum fuil in S. R. C. declarari infrascripla dubia:

1. Caeremoniale Episcoporum lib. 2, cap. 8, n. 53, agens de Missa Pontificali ait : Cum canilur in choro versus Symboli: *Et incarnatus est;* Canonici non genuflectunt, sed sedentes caput inclinant, el alii genufleclunl. Super quo quaeruntur duo: I. An *Canonicos non genuflectere* sil intelligendum, quando sunl parati sacris paramenlis, proul supponit Caeremoniale tales esse in Missis de pontificali ; vel etiam intelligalur quando sunl induti vestibus, quibus in Choro utuntur? 11. An verba illa : *alii genuflectunt,* inlelliganlur de ceteris Beneficiatis et Clericis , ila ul omnes debeant genullectere praeter Canonicos ?

2. An, exposito super Altari SSiiio Eucharistiae Sacramento, debeant genullectere Episcopus et Canonici quando canilur praedictus versus: *Et incarnatus est,* vel an sufficiat ut caput inclinent sedenles?

3. An Episcopus assistens alicui Missae solemni extra Calhedralem, indutus mozzela el rochelto seu colla, debeat genuflecclere cum in Choro canilur dictus versus : *Et incarnatus est,* quo casu Celebrantes non genuflectunt, sed caput inclinant sedentes ?

4. An Canonici induti *sollana* et pallio el birelo, assistentes cum Episcopo dictae

Missae solemni extra Cathedralem, servaturi sint idem quod Episcopus, genulle-ctendo vel caput inclinando, cum canitur dictus versus: *Et incarnatus est?*

5. An Magistratus saecularis assistens in Missa solemni debeat genullectere cum canitur dictus versus: *Et incarnatus est;* quamvis Episcopus ct Canonici et Ministri Altaris non genuflectant ?

6. An Magistratus saecularis, quando accipit candelam, cinerem et palmam, debeat genuileclere, nec non quando datur solemniler benedictio episcopalis?

7. An Episcopus assistens in Missa lecturus sil Evangelium capite aperto vel cooperto, et antequam illud legat, debeat dicere: *Munda cor meum: Jube Domine benedicere:* el *Dominus vobiscum?*

8. An Dignitas seu Canonicus qui in Choro assistit ad latus Episcopi, debeat esse aperio capite dum Episcopus legil Epistolam , Graduate, Offertorium et Poslcommunio ?

9. An Episcopus in Processionibus, quae fiunt per ambitum Ecclesiae diebus solemnibus ante Missam maiorem, prout moris est in multis Ecclesiis in Hispania, debeal esse capile cooperio, tam cum Processio incedit, quam cum sistil dum canilur aliquod Responsorium, et an idem observaturi sini Celebrans et eius Ministri ; nam supponitur Canonicos debere incedere capite aperto, quodque idem facere debeat Magistratus saecularis?

10. An Magistratus saecularis sedeat, dum canuntur *Kyrie, Gloria,* Epistola, Graduate et *Credo?*

H. An ad Vesperas, ad Matutinum el Laudes assurgens Episcopus ad *Gloria Patri* in line Psalmorum, vel pro devotione, vel ut se conformet aliis assistentibus in Choro, quamvis iuxla Caeremoniale ad id non teneatur, possit iterum sedere antequam canatur versus: *Sicut erat in principio etc.,* quamvis Canonici el celeri in Choro residentes persistant stanles, et aliquis Canonicus debeat intonare sequentem antiphonam; nam, iuxla Caeremoniale, Episcopus non debet stare, quando Canonici intonant anliphonam, postquam esi inceptus primus Psalmus?

Et S. R. C. respondit:

Ad I, 2, 3, 4 et 5. « Quod omnes d·· Choro stantes, dum canuntur illa verba: *El incarnatus est,* genullectere debenl : sedentes vero genullectere non debenl, praeterquam in Nativitate Domini et in Festo Annuntiationis fi. M. V., quibus diebus eliam sedentes genuileclere debenl ».

Ad 6. « Magistratus saecularis tum in accipiendo candelas, cineres et palmas, lum eliam dum per Episcopum solemnis datur benedictio, genullectere debel ».

Ad 7. « Capile cooperio legere debel Evangelium, et ante illud dicere: « *Munda cor meum etc.: Jube Domine benedicere etc.: el Dominus vobiscum* ».

Ad 8. « Capile delecto ».

Ad 9. « Si Episcopus esi paratus, mitra indutus incedere debel; sin minus, detecto capile, quia Processiones fiunt ad implorandam divinam clementiam ».

Ad 10. < Servandam esse consuetudinem».

Ad 11. « Servandam esse pariter laudabilem consuetudinem, et tunc Episcopus non sedere debel, antequam versiculum *Sicut erat etc.* incipiatur ». Die 17 lunii 1073.

1177. MEDIOLANEN. (2638)

S. R. C., audita relatione Emi D. Cardinalis Archiepiscopi, benigne concessit Comiti de Trelio el eius successoribus: «Ut suam Sedem el genullexorium cum lapete, quorum retentio concessa fuit in Decreto sub die 15 lanuarii 1001, relinere possit el valeat in praeposilurali Ecclesia dicli eius loci nempe inler clalhros ferreos el cancellos lapideos, in Altari maiori apponendos aere proprio ipsius Comitis, no mulieres mixtae viris, Sacram Synaxim sumpturae accedant ad dictos Altaris gradus, contra Constitutiones Ecclesiae Mcdiolanen.; qui situs per dictos cancellos apponendos a Presbyterio separabitur ». Die 17 lunii 1673.

1-178. MONOPOLITANA. (2639)

Confralernilatibus SS. Sacramenti el Suffragii Civitatis Monopolitanac supplicantibus in S. R. C. pro declaratione: an Parochi dictae Civitatis prohibere possint haeredibus defunctorum, ne ipsas Confraternilates invitent ad associanda cadavera, quae in eorum Ecclesiis parochialibus deferuntur?

S. R. C. declaravit: « Non posse prohiberi ». Die 17 lunii 1673.

1179. PAPIEN. (2640)

Pro parte Vicarii Capitularis Calhedralis Papien., ad tollendam ambiguitatem, supplicatum fuit in S. R. C. pro declaratione : an inler dies solemniler celebrandos cum pontificalibus, comprehendi debeat dies S. Stephani Prolomarlyris Titularis eiusdem

Calhedralis, non obstanto quod in quadam Tabella antiqua apposita in Sacrislia, ubi adnotali sunt dies celebrandi cum pontificalibus, non adest desciiplus dies S. Slemere sacra paramenia neque de Altari neque in Altari, non obstante quacumque praetensa consuetudine eliam immemorabili in contrarium, quam abusum impraescriptibilem declaravit, et contraria interpretatione seu distinctione dictarum Rubricarum Missalis el Decretorum ». El ita omnino servari et exequi voluit, el mandavit. Die 17 Iunii 1673.

El S. R. C. respondit: « Esse celebrandum cum pontificalibus, cum sil de prima classe ». Die 17 Iunii 1673.

1480. PATAVINA. (2641)

Praetendentibus nonnullis Canonicis Calhedralis Patavinae Missam privatam celebraturis, quod sibi liceat non sumere paramenia in Sacrislia, sed ea collocare facere super Altari in cornu Evangelii, ubi accedentes ipsa paramenia sumere, el iisdem se veslire stantes super gradibus el prope idem cornu Altaris, clerico uno vel duobus adiuvanlibus, iJque vigore immemorabilis consuetudinis, quae dat privilegium el habet vim tituli : el hanc eorum consuetudinem permitti in Rubricis Missalis: *Dc ritibus servandis in celebratione Missarum,* cap. 1, num. 1, ubi dicitur: *Deinde accédai ad locum in Sacrislia, vel alibi praeparatum, ubi paramenia aliaque ad celebrationem necessaria habentur.* El cap. 2, num. 2 : *Si in .Altari paramenta accepit ;* et replicantibus nonnullis aliis, praedicta prohiberi, tam ex Decreto S. R. C. in principio Missalis inserto: *Non obstante quocumque praetextu, et contraria consuetudine, quam abusum esse declarat ;* quam ex alio sub die 27 Septembris 1639 prohibente omnibus el singulis, eliam usum pontificalium habentibus, in Missis privatis sumere dicta paramenia ex Altari, el praecipiente ul ea in Sacrislia sumantur, idque servari per duos Canonicos seniores, et servatum fuisse a quibusdam aliis Canonicis nunc defunctis qui sumunt et sumpserunt dicta paramenia in Sacrislia;

S. R. C., quidquid sit de Justificationsprae fatae consuetudinis immemorabilis in facto, cum non ab omnibus servatam fuisse, el servari supponitur ul supra, et non obstante eliam, quod praetendatur dicta Decreta non fuisse usu recepta in dicta Ecclesia Patavina, et non comprehendere casum ipsorum Canonicorum de Padua , cum ipsi non praetendant sumere dicta paramenia de Altari, idesl stando in gradibus Altaris, ul faciunt Episcopi; sed accedant ad Altare et sumant in ipso Altari, et non in medio illius, sed in cornu: declaravit, inhaerendo aliis declarationibus : « Non licuisse neque licere Canonicis Calhedralis Patavinae assit-

1481. VENUSINA. (2643)

Cum in S. R. C. expositum fuerit pio parte Dignitatum Calhedralis Venusinae, quod omnes praedictae Dignitates semper ab immemorabili in Vesperis el in Missis, tam in eorum Ecclesia Calhedrali quam in aliis, primo loco consecutive thurificalae fuerunt ante omnes reliquos Canonicos eiusdem Calhedralis ; sed quia modo iidem Canonici praetendunt, quod in primis Ihurificentur Dignitates et postea immediate Canononici manentes in cornu Evangelii, el postea immediate Dignitates el Canonici alterius partis Chori; ideo Dignitates praedictae supplicarunt pro observatione dicti antiqui soliti.

El S. R. C., inhaerendo Decreto alias edito in Avonionen. die 12 Septembris 1671, iterum declaravit : « Quod si Dignitates sunt distributae in uiraqiie parte Chori, primo loco thurificari debenl Dignitates el immediate Canonici exislentes in parte dextera Chori a cornu Evangelii, et postea Dignitates et Canonici existenles in altera parte Chori a cornu Epistolae, iuxla dispositionem Caeremonialis Romani ». El ita in praedicta Calhedrali Venusina servari mandavit, consuetudine in contrarium, per praefatas Dignitates allegata, non obstante. Die 17 Iunii 1673.

1482. VERULANA. (2644)

Exponente in S. R. C. Iosepho *Quattordici* Sacerdote, Beneticiato simplici Cappellae SSiiii Sacramenti el Crucifixi in Ecclesia S. Mariae Angelorum extra Civitatem Veruli, et Eremita dictae Ecclesiae, quod illius Episcopus eidem prohibuit deferre in Processionibus defunctorum quamdam Crucem super hastam, contra antiquum solitum illius Dioecesis, ideo idem supplicavit pro observatione dicti antiqui soliti.

El S. R. C. respondit : « Quod pareat Episcopo ». Die 17 Iunii 1673.

1483. URBIS ET ORBIS. (2643)

Cum dubitatum fuerit, stante diversitate Rubricarum Breviarii et Missalis Romani, ait

in Festo S. Hermenegildi Mart, celebrato die 13 Mensis Aprilis huius anni, tempore Paschali legi debeal Evangelium : Si *quis venit ad me etc.,* an vero Evangelium positum tempore Paschali: *Ego sum vitis vera* ♦

El S. R. C. declaravit: < Semper in posterum dicendum esse Evangelium : Si *quis venit ad me etc.,* el publicandum praedictum Decretum pro Ecclesia universali ». Die 17 Iunii 1673.

1484. ASCULANA. (2646)

Supplicante Episcopo Asculano pro observantia Decretorum ipsius S. C. novissime ad eius favorem emanatorum de, el super iure sumendi sacra paramenia in uno ex Sacellis, el erigendi in eo baldachmum, non obstante inhibitione Rotali coram R.P.D. Albergato pro parte Canonicorum Calhedralis Asculanae obtenta eique praesentata, praecipiente quod non possit illa sumere nisi in Presbyterio; el viceversa replicantibus dictis Canonicis, Episcopum tam conlrovenisse diclae inhibitioni, quam excessisse fines dictorum Decretorum, sumendo dicta paramenia, et erigendo baldachinum intra Sacellum el columnam dicti Presbyterii, et proplerea supplicantibus omnia remitti ad Rotam ;

Et S. R. C. respondit: « Episcopum manulenendum esse in possessione, non obstante inhibitione Rotali ». Die 12 Augusti 1673.

1485. NEAPOLITANA. (2648)

Cum inter D. Primicerium Melropolilanae Ecclesiae Neapolitanae, et Riîium 1). Paulum Garbinatum eiusdem Ecclesiae Canonicum el Episcopum Titularem Nabucen., fuerit in S. R. C. discussum dubium : an eidem Episcopo Titulari debeatur praecedentia supra Primicerium, el sub die 6 Maii prox, praei, fuerit resolutum deberi; el cum ex resolutione praefata insurgant infrascripta dubia, ideo lam Primicerius, quam Canonici supplicarunt pro illonim resolutione.

Et S. R. C. declaravit ut infra, videlicet :

1. < Episcopo titulari Canonico praedicto sedenti supra omnes, etiam supra Primicerium, non debetur aliqua thurificalio differentiatis dignior illa, quae praestatur Primicerio el aliis Dignitatibus et Canonicis, sed thurilicandus est sicut ipsemel Primicerius el ceteri Canonici, nempe pari ictu ihuribuli ».

2. « Eidem Episcopo in stallo supra omnes Dignitates et Canonicos in Choro sedenti non debetur pulvinar, sed illo se abstinere debet, sicut abstinent Episcopi Canonici Basilicarum Urbis, ad quorum exemplar procedit Decretum eiusdem S. C. superius citatum ». . i

3. « Ad dictum Episcopum per praeeminenliam in sedendo non spectat peragere functiones proprias Primicerii, quas prius agebat, ut primus in Choro, sed hoc munus spectat ad eumdem Primicerium ».

4. « Per praeeminenliam in sedendo debitam eidem Episcopo, non esi in sedendo praeiudicaliim Primicerio in recipiendo vola Canonicorum capitulariier congregatorum quoad capitulares resolutiones, iura convocandi, el similia, quae perlinent ad Primicerium ».

δ. « Idem Episcopus Titularis Canonicus facit fructus suos, quando in solemnioribus functionibus Archiepiscopi, non sedet in loco canonical! primus super celeris, sed relicto suo stallo canonical!, transit ad locum separatum, sedens inter alios Episcopos Neapoli obiter exislentes, solitos intéresse in dictis solemnioribus functionibus ».

6. < Cum Capitulum congregatur in peragendis capitularibus negotiis sedentibus Dignitatibus et Canonicis in suis slallis, expleta propositione, elevantur qualuor de Capitulo, capita ordinum nuncupati, quorum primus est Primicerius, et Secrelarius Capituli elevatur, consistunt in medio cum Sedibus corio coopertis : Primicerius legit vola, Secrelarius scribit. Et praetendente dicto Episcopo Titulari, ut supra, intervenire ac sedere in prima Sede ex illis positis in medio ; idem Episcopus Canonicus hoc facere non potest, neque debet ».

El ila declaravit. Die 12 Augusti 1673.

1486. NULLIUS DIOECESIS. (2650)
PROVINCIAE TARRACONEN.

Iosephus Villadot Abbas Monasterii S. Michaelis de *Coccian* Ordinis S. Benedicti Nullius Provinciae Tarraconem, qui habet particulare el separatum Territorium, Jurisdictionem quasi Episcopalem, facultatem convocandi Synodos, el aperiendi concursum in parochialibus Ecclesiis tempore vacationis, supplicavit in S. R. C. pro resolutione infrascripli dubii : an possit eliam consecrare, seu benedicere Calices, lapidem Aliaris, el alia solila ornamenta, ul alii Abbates illarum partium?

El S. R. C. respondit: « Non posse sine induito speciali ». Die 12 Augusti 1673.

1487. SEN0GALL1EN. **(2652)**

lierum pro parle cl ad inslanliam Archipresbyleri el Canonicorum Collegiatae parochiaîis Ecclesiae Terrae Corinaldi Dioecesis Senogallien. proposita in S. R. C. causa controversiarum vertente inter praefatos oratores, el Priores, cl Fratres Auguslinianos Conventus S. Nicolai eiusdem loci; eadem S. C., inhaerendo Decretis ipsius S. C. alias datis in Summario sub die 6 Maii prox, praei., referente Emo 1). Cardinali Facchinetlo; et praecipue Decreto generali super Regularibus, edito die 27 Iulii 1628, denuo declaravit, ul infra, videlicet:

1. « Regularibus, el praecipue dictis Fratribus Augustinianis S. Nicolai Corinaldi esse permissum intra eorum Ecclesiam el claustrum lanium cl non extra, facere omnes et singulas Processiones per eosdem fieri solitas, el signanter illas SS. Rosarii et S. Monicae : si vero eorum Ecclesia claustro careal, eisdem licere dictas Processiones facere intra ambitum dumtaxat eorumdem Ecclesiae: hoc est prope muros Ecclesiae, sive exeundo a ianua Ecclesiae et intrando per aliam , sive per eamdem ianuam ; el semper prope muros Ecclesiae el non extra dictum ambitum, nisi de licentia el consensu proprii Ordinarii, aut cum Cruce capituli Parochialis Ecclesiae diclae Collegiatae , quibuscumque in contrarium non obstantibus ».

2. « Processionem ex volo S. Nicolai de Tolentino uti asserti Patroni diclae Terrae esse faciendam, el praecipue die Festo illius, extra ambitum eorum Ecclesiae de licentia et consensu Ordinarii, vel cum Cruce dicli Capituli; dummodo tamen dicli Fratres doceant talem Processionem Heri ex volo ».

3. « Dictos Fratres vocatos ad funus, occasione sepeliendi mortuos eliam in eorum propria Ecclesia, convenire debere ad parochialem Ecclesiam diclae Collegiatae, el exinde cum Archipresbytero seu Capitulo dictae Collegiatae, ad domum defuncti accedere, cl nullo modo eis permittendum cxpeclare praedictos per vias vel ad domum defuncti ».

i. < Fratres praedictos non debere aspergere aquam benedictam supra cadavera defunctorum sepelienda in ipsorum Ecclesia, el intonare Psalmum, *Exultabunt Domino etc.* extra eorum Ecclesiam, sed id spectare ad Archipresbylerum diclae Collegiatae ».

5. « Praedictis Fratribus non licere in eorum Ecclesia exponere SS. Eucharistiae Sacramentum publice adorandum in Altari sub quovis praetextu et causa, el cum illo benedicere populum diebus Dominicis et aliis diebus festivis de praecepto, nisi de licentia proprii Ordinarii, quacumque consuetudine in contrarium non obstante ». El ita declaravit, et praedicta omnia in dicla Terra Corinaldi servari mandavit. Die 12 Augusti 1673.

1488. TARRACONEN. (2653)

Pro parte Capituli, el Canonicorum Ecclesiae Metropolitanae Tarraconem supplicatum fuit in S. R. C. pro declaratione: utrum Archicpiscopo Tarraconen. Religioso Professo Ordinis S. Benedicti liceat gestare habitum Cardinalilium sericum ad instar aliorum Archiepiscoporum saecularium?

El S. R. C. respondit: « Non licere, sed servandum esse Caeremoniale ». Die 12 Augusti 1673.

1489. BRUGNATEN. (2654)

Exponente Clero Civitatis el Dioecesis Brugnaten.,non habere Ordinarium proprium OBicii, supplicavit proplerea pro concessione, ut possit se conformare cum illo Civitatis lanuen. Metropolitanae.

Et S. R. C. respondit: < Utatur Ordinario Romano ». Die 16 Septembris 1673.

1490. COR DUBEN. (2656)

Pro parte Didaci Escobar Magistri Caeremoniarum Ecclesiae CalhedralisCorduben. supplicatum fuit in S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum:

El S. R. C. declaravit ut infra, videlicet :

1. « In Officio B. M. septem Dolorum legenda est nona lectio de Homilia Feriae, el dicendus est Hymnus *Te Deum laudamus etc.,* el in Missa Hymnus *Gloria in excelsis* recitandus est, et in ea adhibendus est color albus ».

2. « Sequentia Missae septem Dolorum dicenda est in eius solemnitate; in Missis votivis autem omittenda est ».

3. < Introitus el versus sequens Missae septem Dolorum dicendus est eodem modo, quo iam a S. R. C. approbatus fuit ».

4. « Oratio quae habetur in huiusmodi Missa septem Dolorum, recitanda est etiam in eius Officio, el altera quae in dicto Officio habetur, deleatur ».

「». * Corrigenda est conclusio Orationis, quae legitur in Festo S. Ludovici Regis,

el eius loco dicendum esi : *Qui tecum viril ct regnat* etc. ».

G. < Ultra Archiepiscopum el Episcopum, necnon Regem in Hispania, nullus alius Princeps nominandos esi in Missa ».

7. < Moniales in recitatione Lectionis brevis ad Completorium dicere debent: *lube Domne benedicere el Fratres xobrii estote etc.*, contrarium lamquatn abusum omnino abolendum est ».

8. « In Dominica III Adventus et IV Quadragesimae pulsanda sunt organa in Missa et utrisque Vesperis ».

El ila declaravit, et in posterum servari mandavit, quibuscumque Decretis in contrarium alias desuper emanatis non obstantibus. Die 1(1 Septembris 1673.

1491. URBIS. (2658)

Cum in Basilica Vaticana Urbis Festum S. Telesphori Papie Mail, quod cadit in Vigilia Epiphaniae Domini, et celebratur sub ritu dupl. in praeteritum per longum temporis spatium translatum sil ad primam diem non impeditam, et Officium factum sil de Vigilia Epiphaniae; dubitatum fuit a nonnullis ex Canonicis dicti Capituli, occasione novae impressionis Breviarii Romani ad usum Cleri Vaticani: an persistendum esset in dicla consuetudine transferendi dictum Festum, vel potius servandae essent Rubricae Generales Breviarii Romani, quibus non consideratur dicta Vigilia Epiphaniae ex privilegialis. Ideo insliluin fuit apud S. R. C. pro declaratione dicti dubii, nempe: an in posterum servanda sii dicla consuetudo transferendi dictum Officium, el celebrari debeat Officium de Vigilia Epiphaniae, vel potius ad formam Rubricarum celebrandum sil Festum dicli S. Telesphori eodem die Vigiliae, quo cadit ?

El S. R. C. respondit : « Servandas esse Rubricas, ct celebrandum Festum S. Telesphori cum nona Lectione Vigiliae Epiphaniae, quacumque consuetudine non obslanle ». Die 16 Septembris 1673.

1492. AGRIGENTINA. (2660)

S. R. C., inhaerendo Decrelo alias, el sub dic 20 Decembris 1603, in una Sutrina edito, ilerum ad instantiam Abbatis Anlonii loalongo Archipresbyleri Castri Novi in Sicilia Agrigentinae Dioecesis declaravit: «Quod Canonici Cathedralis Agrigentinae, qui sine Cruce suae Ecclesiae el sine consensu Capituli tamquam singuli tncedunl, non habent praecedentiam supra Curatos ». El ila censuit, et servari mandavit. Die 2 Decembris 1673.

1493. AQUILANA. (2661)

Pro parte Episcopi Aquiloni supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione infrascriptorum dubiorum :

1. An Abbates Ordinis Monachorum Caelestinornm qui fuerunt benedicti, possint, dum dicunt Missam privatam, habere assistentes vel plures personas pro ipsorum servitio, apponere qualuor candelas accensas super Altari, el ab eodem sumere paramenia sacra, parare abacum seu mensam cum privi el urceolo argenteis, et adhibere quidquid permittitur Episcopis quando private celebrant ?

2. An praedicatores in Ecclesiis dictorum Monachorum, antequam ascendant ad concinnandum, debeant accipere benedictionem ab Abbate praesenti, tam si assistat celebrando ponlificaliler diebus permissis, quam alio tempore assistendo seu celebrando sine habilibus pontificalibus?

Et S. R. C. utrique respondit: « Non licere ». Die 2 Decembris 1673.

1494. ASCULANA. (2662)

Propositis dubiis infrascriplis per Emum D. Card. Vidonum in S. R. C., exhibitis pro parte Canonicorum Cathedralis Asculanae adversus illius Episcopum, videlicet :

1. An baldachinus, de quo agitur, erigi potuerit super Sede posita in facie basis, seu ul dicitur *pilastri* Presbyterii prope Altare B. M. S. Lucae depictae, quod non est silum in aliqua Cappella, sed immediate positum post basem praedictam, ut in schemate iurnlo, quod exhibetur?

2. An amolio dicli baldachini, seu quodcumque aliud impedimentum circa illud, prohiberi potuerit sub poena privationis Canonicaluum, aliorumque Beneficiorum et sc. 500 auri de camera, ultra poenam excommunicationis ipso facto incurrendae huic S. C. reservatae?

3. An recitatio Horae Tertiae potuerit a Choro intermitti, el cius loco, contra solitum diclae Ecclesiae ac aliarum Calhedralium, de mandato Episcopi a musicis cum organi pulsatione el in canlu figurato decantari?

A. An ipse potuerit removere sedilia pro Diaconis assistentibus circa Sedem, ubi Episcopus recipit paramenia sacra apponi consueta?

o. An poluerii singulis Canonicis sub

poena excommunicationis ipso facto incurrendae, et sc. '>00, el aliis arbitrio Episcopi, ultra punclaluram, quae in solemnioribus ex consuetudine dictae Ecclesiae est quadruplicata, prohibere discessum a Civilale a die affixionis edicti usque ad lotam octavam S. Emigdii ?

El S. R. C., ulraque parte informante respondit: « Pareant in omnibus ». Die 2 Decembris 1673.

1495. PAPIEN. (2665)

S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus editis, iterum pro parte Barlholomaei Ralla dc *Castclletlo* Dioecesis Papien. Beneficial! in Ecclesia parochiali dicli loci, declaravit: « Quod Sacerdos Beneficialus, uti Benelicialus in Ecclesia in qua nulla adest Collegiata, habere debet praecedentiam in functionibus ecclesiasticis, tam in sessione quam in incessu supra alios Sacerdotes non Bénéficiâtes, sed simplices Presbyteros, etiam primo ordinatos in Ordine Sacerdotali el anlianos ». Die 2 Decembris 1673.

1496. URBIS. (2G69)

Iterum proposito dubio in S. R. C. per Emum D. Card. Brancalium : An Festum S. Telesphori Papae Mail, quod incidit in Vigilia Epiphaniae Domini, el celebratur in Basilica Vaticana sub ritu duplici ratione Reliquiae insignis, transferendum sil ad primam diem non impeditam, ul in praetentum ibi translatum fuit per longum temporis spatium, et usque ad praesens facium est Officium de dicla Vigilia : vel potius, ad formam Rubricarum generalium Breviarii Romani, celebrandum sil Festum dicli Sancti eodem die Vigiliae, quo cadit cum commemoratione dictae Vigiliae?

El S. R. C., visis iuribus hinc inde deductis, iliisque mature perpensis, atque discussis, unanimi Eminentissimorum volo, censuit : « Servandam esse consuetudinem dictae Ecclesiae, non obstante Decreto ultimo loco facto super eodem dubio ab eadem S. C. die 16 Septembris prox, praei. ». Die 2 Decembris 1673.

1497. LAURETANA. (2674)

Cum, ul asseritur, in alma Domo Lauretana ex S. R. C. privilegio Missae votivae de B. M. in Dominicis nec non in Festis Apostolorum, ac aliis duplicibus celebrari possint ; hinc est quod, ortis dubiis infrascriptis, supplicatum fuit apud eamdem S. C. pro eoruindem declaratione :

1. Quando celebrantur Missae votivae de B. M. in praenarratis festivis diebus, ac etiam infra octavas: an, talione praedictarum Festivitatum, in eis *Credo* recitari debeat?

2. An in diclis Missis, loco Evangelii S. loannis, recitandum sil in fine Evangelium eius, de quo facium fuit Officium?

3. An infra octavas Festivitatum B. M. V. Missae votivae eiusdem celebrari possinl?

El S. R. C. respondit :

Ad 1. «Negative, nisi in illis Missis votivis tantum, quae solemniler pro re gravi, el publica Ecclesiae causa celebrantur ».

Ad 2. respondit : « In Missis votivis uumquam legitur in tine aliud Evangelium, nisi S. loannis, iuxla Rubricas Til. XIII. n. 2, in fine ».

Ad 3. respondit pariter: «Negative». El ila declaravit.

Ac insuper iussit : « Quod si praedictum assertum privilegium, quod nempe Missae votivae de B. M. V. m eadem alma Domo celebrari possinl in Dominicis, et in aliis praenominatis duplicibus, non repenatur ; ad observandam Rubricam Missalis Til. IV, n. 3, cogantur Sacerdotes in praedicta alma Domo celebrantes ». Die 13 Ianuarii 167'l.

1498. ANDEGAVEN. IN GALLIA. (2675)

Pro parte Hem ici moderni Episcopi Andegaven. in Gallia expositum fuit mS.R.C., quod in sua Civitate et Dioecesi plurimae adsunt Ecclesiae, quarum Dedicationes cadunt in dies Festorum etiam duplicium, quae ideo non sine incommodo transferre necasse est; cumque eiusmodi inconveniens vitari possit, conunodiusque foret, si Dedicationes praedictae in alios dies remitterentur : supplicatum fuit propterea, quatenus praedicto oratori Episcopo Dedicationes Ecclesiarum huiusmodi, quas in dies Festorum cadere contigerit, in Dominicos seu alios dies, prout consultius iudicaverit, remittendi licentiam, et facultatem benigno concedere et indulgero dignaretur.

Et S. R. C. respondit : « Non esse ordinem hactenus servatum mutandum, sed Festum Dedicationis Ecclesiae, cum sil ex solennioribus, celebrandum esso eadem die, qua venerit. Posse tamen Episcopum Ordinarium eidem diem assignare suo arbitrio, si diem certam non habuerit, qua semel electa, huiusmodi Festum amplius non esse variandum ». Et ila declaravit. Dio 3 Martii 1674.

1190. GEBENNEN. (2678)
IN SABAUDIA.

S. R. C., ad instantiam Universitatis el hominum infrascriplae Civitatis et locorum Dioecesis Gebennen. in Sabaudia facultatem induisit < Parocho primario Civitatis Salanchiae, ut ipse, toties quoties opus fuerit, possil maledicere, ut vulgo dicitur, *Grilli, Sorci, Scarabei* el *Uvare,* ita denominata in illis partibus, el alia similia animalia noxia : necnon et benedicere territoria el possessiones cuiuscumqne ex infradicendis, nempe Civitatis Salanchiae, el locorum S. Gervasii, S. Nicolai de Ferossè, *Ducordons, Comhloz,* de Pessis *Demensier, Sensor,* Scamonii, et S. Martini ». Die 3 Martii 1674.

1500. NEAPOLITANA. (2680)

Cum inter Rihiim D. Paulum Garbinatum Canonicum Metropolitanae Ecclesiae Neapolitanae el Episcopum Titularem Nabucen., el Primicerium eiusdem Ecclesiae fuerit in S. R. C. discussum dubium : an eidem Canonico Episcopo Titulari debealur praecedentia supra Primicerium, el sub die 6 Maii prox, praei., referente Emo D. Card. Sfortia, resolutum fuerit, utraque parte informante, eam deberi in omnibus actibus, ubicumque convenire contigerit; el cum ex parte Domini Primicerii fuerit iterum habitus recursus ad S. C., instando, tam nomine proprio quam Canonicorum eiusdem Calhedralis, pro declaratione sex dubiorum, quae supponebantur insurrexisse ex praefata resolutione; eadem S. C. sub dic 12 Augusti 1673, dicta dubia declaravit. Verum quia ex parte Canonicorum el Capituli eiusdem Calhedralis expositum fuit, quod praefatam instantiam nunquam fecerunt, quinimo dictae Resolutiones sunt Capitulo praciudiciales, instando pro earum revocatione: cl cum ex parte Primicerii supplicaretur pro dilatione causae ;

S. R. C., proposita causa per Emum D. Card. Sfortiam, declaravit: < Quod resolutio causae differatur ad primam proximam Congregationem, suspensis tamen praefatis Resolutionibus emanatis sub die 12 Augusti 1673 usque ad meliorem resolutionem ». El ila declaravit. Die 3 Mail'd 1674.

1501. NEAPOLITANA. (2681)

Pro parle, el ad instantiam nonnullorum Presbyterorum Cleri Civitatis Neapolis supplicatum fuit a S. R. C. declarari : An liceat in quodam Oratorio publico decantare Litanias non integras, sed abbreviatas el diminutas invocando aliquos ex Apostolis, nonnullos ox Martyribus, et ita de Confessoribus el Virginibus, relinquendo prorsus alias preces, nempe *Propitius esto* cum sequentibus etc.

El S. R. C. respondit : « Non licere ». Die 3 Martii 1674.

1502. PRAGEN. (2(182)

Pro parte Archiepiscopi Pragen. ad praecavendas controversias el diversitatem per Archidioecesim Officii Divini recitandi, supplicatum fuit a S. R. C. declarari infrascripta dubia :

1. An stante Bulla Pii V in Bullario n. 64, el receptione novi Breviarii per totam Archidioecesim Pragen., possit sola Ecclesia Metropolitana uti antiquo Breviario sine consensu Sedis Apostolicae, el an Archiepiscopi licite hoc potuerint tolerare vel permittere?

2. Posito et non concesso quod dicla Metropolitana possil uli Breviario antiquo : An Archiepiscopo ponlilicaliler Vesperas peragente, anliphonae secundum antiquum Breviarium, Psalmi vero secundum novum cantemur ; item Hymni secundum antiquum. Oratio et reliqua secundum novum, cum sint valde diversa?

3. An ubi receptum est novum Breviarium el abolitum antiquum, Festa ex antiquo Breviario celebrata sub ritu duplici, semiduplici et simplici quae in moderno Breviario Romano, vel sub tali ritu non celebrantur, vel pene non inveniuntur, observari el celebrari valeant sub ritu antiquo, el Archiepiscopus hoc permittere debeat?

4. An Capitulum sine consensu Ordinarii contradicentis, propria auctoritate, Festa illa ex antiquo ritu celebrata promulgare in contemptum Ordinarii, typis edere, publice affigere possil, cum ordinatione quod dicta Festa in Metropolitana Ecclesia observari debeant ?

3. An Suffraganeus Episcopus possit per Decretum publicare, ul non observetur Directorium pro recitando Officio, quod est conforme Breviario Romano, ac eliam maiori ex parte, antecessoris Episcopi, absque consensu el licentia Metropolitani, vel privilegio Sedis Apostolicae?

6. An Suffraganeus Episcopus teneatur se conformare Metropolitanae Ecclesiae in Officio Divino recitando, ecterisquo Ecclesiae caeremoniis, aliquo privilegio vel consuetudine biscenlum annorum in contrarium non existente ?

7. An consuetudo in praedictarum observatione vim habeat ; el quoniam antecessor Ordinarius permiserit vel non adverterit , modernus vero Ordinarius talem errorem el abusum inveniens licite corrigere possil ?

Et S. R. C., referente Emo D. Card. Raspono, cui praedicta dubia fuerunt commissa, respondendo declaravit ul infra, videlicet :

Ad 1. « Non licere, nisi servata Bulla Pii V ».

Ad 2. « Aut lotum antiquum, aut lotum novum ».

Ad 3. « Mandet servari in totum Breviarium modernum eiusque Rubricas ».

Ad 4. « Negative ».

Ad 5. « Negative ».

Ad 6. « Aflirmalive ».

Ad 7. « Si abusus adsint, licere ». Dic 3 Martii 1674.

VESTANA. (2684)

Pro parte Episcopi Veslani supplicatum fuit pro declaratione infrascripli dubii: posito, quod Regulares levare possunt cadavera de domo vel Ecclesia parochiali in eorum Ecclesia sepelienda, an si Parochus venire recuset, vel licentiam deneget, teneantur petere licentiam ab Episcopo, qui in illa Civitate reperitur: an vero ea possint absque Episcopo, propria auctoritate levare et deferre in eorum Ecclesiam, ubi sepeliri debent?

Et S. R. C. respondit: « Non teneri ». Die 3 Martii 1674.

1504. ASCÜLANA IN APULIA. (2685)

Supplicatum fuit in S. R. C. pro resolutione infrascriptorum dubiorum excitatorum inter Episcopum et Capitulum Cathedralis Asculanae in Apulia:

1. An Episcopo solemniler celebrante, Archidiaconus assistens in Collectis teneatur solus et nemine aditivanle, sustinere Librum ?

2. An Episcopo assistente cum cappa magna, Canonico celebrante, teneatur unus ex Canonicis substinere Librum, seu Missale ipsi Episcopo Epistolam, Evangelium, Offertorium el Communionem legenti, vel potius hoc munus speciet ad alios ministros?

Et S. R. C., referente Eiho D. Card. Raspono, auditis hinc inde deductis, respondit :

Ad 1. « Aflirmalive ».

Ad 2. < Negative ad primam partem: aflirmalive ad secundam ». Et ita declaravit. Die 3 Martii 1674.

1505. AUDOMAREN. (2686) IN FLANDR1A.

Pro parte Episcopi Audomaren. in Flandria expositum fuit, quod in dicta Civitate Audomaren. spatio 50 annorum circiter Ecclesia PP. Societatis lesu fuit aedificata, el adhuc non consecrata, stante quod Abbas Monasterii S. Bertini Ordinis S. Benedicti praetendat illam consecrare, ut eiusdem Fundator.

Et S. R. C. respondit: « Consecrationem dictae Ecclesiae spectare ad Episcopum Dioecesanum, nisi Abbas praedictus babeal speciale privilegium S. Sedis Apostolicae, quod Episcopo praefato tenetur exhibere ». Et ita declaravit. Die 14 Aprilis 1674.

150G. IMOLEN. ASPERSORII. (2687)

In causa Imolen. de aspersorio, vertente inter Capitulum el Canonicos Calhedralis Imolen. ex una, el Fraires Minores Observantes Reformatos strictioris Ordinis S. Francisci eiusdem Civitatis, partibus ex altera, referente Emo D. Cardinali Casanata, ulraque parte informante,

S. R. C. respondit: «Serventur Decreta alias in similibus emanata, nempe tradere aspersonum aquae benedictae immediate Episcopo spectare ad digniorem illius Ecclesiae, ad quam Episcopus cum Capilulo praedictae Calhedralis accedit. Et si Canonici velint contrariam probare consuetudinem praetensam, dentur eisdem Remissoriales ad probandam ». Et ita declaravit. Die 14 Aprilis 1674.

1507. MONTIS FALISCI. (2688)

Supplicante Clero Terrae Criptarum Dioecesis Montis Falisci apud S. R. C., ul mandaro dignaretur, quod in eorum Ecclesia servetur solitum, sicut servatur in tota illa Dioecesi, nempe quod Sacerdotes antiquiores praecedant, sicut praecesserunt, modernioribus licet Beneficiall', qui non habent onus residendi, non obstante Decreto eiusdem S. C. in contrarium emanato in una Papien. dio 2 Decembris 1673.

Et S. R. C. respondit: « Servetur praedictum Decretum ». El ila declaravit. Dio 14 Aprilis 1674.

1508. NEAPOLITANA (2689)
PRAEEMINENTIARUM.

S. R. C. habita dio 6 Maii 1673, in causa praeeminentiarum vertente inter Rffium Paulum Garbinalum Canonicum Cathedralis Ecclesiae Neapolitanae el Episcopum Titularem Nabucen. ex una, et D. Primicerium eiusdem, partibus ex altera, per Emuin D. Card. Sforliam proposito el discusso dubio: An eidem Canonico Episcopo Titulari debeatur praecedentia supra Primicerium, declaravit, ulraque parte informante: « Deberi in omnibus actibus, ubicumque convenire contigerit»; el die 12 Augusti 1673 declaraverit sex dubia eidem porrecta ex parte praedicti Primicerii, non citato praedicto Canonico Episcopo Titulari, instando tam nomine proprio quam Canonicorum eiusdem Calhedralis, quae dubia supponebantur insurrexisse ex praedicta resolutione; die vero 3 Martii proximi elapsi, pro parte praedictorum Canonicorum exponentium, quod dictam instantiam numquam fecerunt, quinimo supplicantium pro illorum revocatione tamquam ipsis praejudicialium, referente eodem Emo Sforlia, cui haec causa denuo fuit commissa, respondil : « Dilata ad primam proximam Congregationem, suspensis tamen praedictis Resolutionibus emanatis sub dicla die 12 Augusti usque ad meliorem illorum discussionem et resolutionem »; hodie demum iterum proposita per eumdem Einum causa inter Rffium Capitulum praedictae Calhedralis ex una, cl 1). Primicerium eiusdem, partibus ex altera, supplicante Capitulo pro reformatione el revocatione respective praedictorum sex dubiorum , el Primicerio vicevcrsa, non esse recedendum a praedictis Resolutionibus ad cius favorem ¢aptis

S. R.C., ulraque parte plene informante, respondit: « In decisis sine praeiudicio litis pendentis in Rota, quoad articulum primae Dignitatis ». El quoad ♭. «Praedictum Canonicum Episcopum Titularem non lucrari dislribuliones, nisi assistat in slallo Canonical! ». El ila declaravit. Die 14 Aprilis 1674.

Die vero 21 Aprilis 1674, pro parte praedictorum Canonicorum mandatum fuit supersederi usque ad primam proximam Congregationem pro declaratione praefati Rescripti.

1509. PLACENTINA. (2690)

S. R. C. in controversiarum causa delationis Reliquiarum vertente inter Capitulum Calhedralis et Capitulum Collegiatae S. Antonini Civitatis Placentinae, referente Emo D. Card. Casanata, utraque parte informante, declaravit : « Quod legumentum Reliquiarum sil idem, el eiusdem coloris, valons, et pretiositatis in Iribus diebus Rogationum, a quocumque deferantur Reliquiae, sive per Canonicos Calhedralis, sive per Canonicos Collegiatae, el Episcopus omnino exequatur ». 14 Aprilis 1674.

1510. RIPANA (2691)
PRAECEDENTIAE.

Cum iam Eiîii PP. S. R. praepositi referente Effio D. Card. Casanata causam Praecedentiae inter Vincentium de Octavianis modernum Parochum seu Plebanum Ecclesiae S. Ioannis Baptistae ex una, el Cappellanos Canonicos nuncupatos S. Luciae Terrae Criptarum ad mare Ripanae Dioecesis, partibus ex altera, ulraque parte informante, censuerinl manutencnduin esse dictum Parochum in possessione praecedendi ; hodie vero pro parte Praepositi el Cappellanorum Canonicorum nuncupatorum, ut supra, omisso indicio possessorio, iterum reproposila fuit causa in petitorio per eumdem Effium 1). Card. Casanata, in quo instilum fuit pro recessu a resolutis, declarandum nempe ipsis competere praecedentiam supra praedictum Parochum seu Plebanum, ex iuribus tam in praeterita quam ex noviter deductis;

Iidem Eminentissimi PP., ulraque parte plene informante, visis el auditis iuribus el rationibus hinc inde allegatis, illisque omnibus mature perpensis atque discussis; nedum steterunt in decisis, verum eliam consuerunt : « Ad praefatum Parochum spectare, iuxla solitam el antiquam observantiam, thurificare SS. Eucharistiae Sacramentum, vel sacras Imagines per ipsum delatas, quando proccssionalilcr ingreditur Ecclesiam ipsorum Cappellanorum S. Luciae; ac ulterius in Processionibus non licere dictis Cappellanis erigere propriam Crucem separatam ab illa Parochi intra limites propriae Parochiae, sed ipsos incedere et intervenire debere sub Cruce dicti Parochi, iuxla alias resolutum ab eadem S. R. G. in nna Urbis die 12 Marlii 1616. Et ila declararunt, el in dicta Terra Criptarum ad mare, omnino servari mandarunt ». Die 14 Aprilis 1674.

1511. SAVONEN. (2692)

Exponentibus Canonicis et Capitulo Saxonen., quod ipsi sint subiecli Metropoli-

tanao Mediolanensi in coruin Archiepiscopo, supplicantibus proplerea pro declaratione : an ipsi, ratione dictae subjectionis, possint recilare Officia et celebrare Festa Sanctorum, quae recitat el celebrat ipsa Ecclesia .Metropolitana Mediolani ?

El S. R. C. respondil : « Negative ». Die 14 Aprilis 1674.

1512. URBANIEN. (2693)

Cum S. R. C. habita die 23 Martii 1669 declaraverit : < Magistratum Terrae Mercalelli Dioecesis Urbanien. esse ihunfieandum post omnes de Clero praeter Acolythos, iuxla antiquam consuetudinem el solitum »; iterum idem Magistratus supplicavit, ul dignaretur concedere el declarare ul ipse thurificelur sallem immediate post Canonicos et Sacerdotes Benelicialos.

El S. R. C., audilo eliam Episcopo, respondil: « In decisis, el Episcopus compellat Magistratum auctoritate ipsius S. C. ad interessendum functionibus Ecclesiasticis ». El ila declaravit. Die 14 Aprilis 1674.

1513. FUNDANA DUBIORUM. (2694)

In causa Fundana fuerunt per Emum 1). Card. Casanata in S. R. C. proposita infrascripla dubia excitata inter Capitulum el Canonicos Calhedralis Civitatis Fundanae ex una, el Capitulum el Canonicos Collegiatae S. Mariae eiusdem Civitatis, partibus ex altera, el sunt ul infra, videlicet :

1. An Archipresbyter et Canonici dictae Collegiatae teneantur removere Sedem magnam ex corio ornatam positam pro celebrante, el sedilia posita pro assistentibus loco scamni oblongi adhiberi soliti, quando faciunt solemnia in eorum Ecclesia?

2. An ipsi Archipresbyter el Canonici Collegiatae assistentes in Calhedrali divinis Officiis sint uno vel duobus ductibus thurilicandi ?

3. An ipsi Archipresbyter el Canonici assistentes Episcopo solemniler celebranti, debeant sedere in loco depressiori et scamno nudo ad differentiam Dignitatum el Canonicorum Calhedralis sedentium in alliori scamno panno ornato?

4. An ipsi Archipresbyter el Canonici Collegiatae in Festivitatibus SSrum Petri el Pauli, et S. Honorati Protectoris, teneantur assistere in Ecclesia Calhedrali in primis et secundis Vesperis?

B. An ipsi Archipresbyter cl Canonici, tempore quo assistunt in Choro Calhedralis Ecclesiae, debeant sedere in loco depressiori, scilicet in scabellis et sedilibus, ul sedent Clerici et celeri de Clero, ad differentiam Dignitatum el Canonicorum Calhedralis sedenlium in alliori?

6. An ipsi Canonici el Archipresbyter Collegiatae Sabbalo Sancto in celebratione Missae teneantur expectare, ul prius celebretur ab Episcopo, sive Digmlaitbus et Canonicis Calhedralis, cum soliia pulsatione campanae?

7. An ipsi Archipresbyter el Canonici Collegiatae possint eodem die Festivitatis B. M. V. de Caimelo, quo solemniler celebratur in Ecclesia Calhedrali, illam eliam solemmzare in eorum Ecclesia Collegiala?

8. An ipsi Archipresbyter el Canonici assistentes Episcopo solemniler celebranti, el transeuntes coram illo sedente in Throno, et tempore benedictionis, leneaniur gennfleclere, ul celeri alii de Clero faciunt, ad differenliam Dignitatum el Canonicorum Calhedralis sola inclinatione Episcopum salutanlium ?

9. An eidem Archipresbylero el Canonicis Collegiatae sil interdicendus usus Pelliceae, quod est signum speciale Dignitatum el Canonicorum Cathedralis?

10. An Archipresbyter praedictus, posita obligatione inserviendi Episcopo celebranti in Calhedrali, possit cl valeat tale servitium per Substitutum praestare?

11. An Dignitatibus el Canonicis Calhedralis sil restituendus usus panni seu tapetis super illorum scamno, maxime tempore quo Episcopus solemniler celebrat in ipsa Calhedrali, stante quod ab ipso Episcopo absque ulla prorsus causa fuit prohibitus?

El S. R. C., ulraque parle plene informante, ad praedicta dubia sic respondit, nempe :

Ad 1. « Servetur Caeremoniale ».

Ad 2. « Canonicos Collegiatae esse thurilicandos duplici ductu ».

Ad 3. « Canonicos Collegiatae debere sedere in loco aequali el scamno parato, ul Canonici Calhedralis ».

Ad 4. « Servetur Decretum S. R. C. scilicet: Non esse compellendos Canonicus Collegiatae ad inlercssendum secundis Vesperis ».

Ad 5. « Manulenendos esse Canonicos Collegiatae m possessione sedendi in loco aequali cum Canonicis Cathedralis ».

\d 6. < Servetur Decretum Episcopi ».

VI 7. « Canonicos Collegiatae posse celebrare Festum, de quo agitur, eodem die ».

Ad 8. < Canonicos Collegialae debere se tantam profunde inclinare ».

Ad 9. < Manulenendos esse Canonicos Collegialae in delatione Insignium, quibus utuntur Canonici Cathedralis ».

Ad 10. « Provisum per Sacram Congregationem Episcoporum el Regularium, die 18 Maii 1674 ».

Ad **II.** « Servala aequalitate inter Canonicos ulriusque Capituli, restituendum esse Canonicis Cathedralis usum panni in scamno ».

Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 16 Iunii 1674.

1514. CREMONEN. (2696)

S. R. C. certiorata de expositis in literis Episcopi sub data 5 Apr. prox, praei. super omissionibus studiose factis per Vice-Gubernatorem illius Civitatis Cremonen. adversus Sacros Ritus, Dignitatem Episcopalem, el Capitulum Cathedralis huiusmodi, occasione Cappellao etc., eidem Episcopo scribi mandavit : « Non licere habere locum in Presbyterio Gubernatorem illius Civitatis, sed hoc permissum, ex speciali induito SSmi, Gubernatori Mediolani ». Die 16 Iunii 1674.

1515. LAURETANA. (2698)

S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus emanatis, el praecipue in una Papicn. 2 Dec. 1673, el Montis Falisci die 14 Apr. proxime praei., iterum declaravit: « Quod Nicolaus Cruciani Sacerdos Beneficialus, ul talis in Ecclesia parochial! Montis Cassiani Dioecesis Lauretanae, et in quacumque alia didi loci, in qua nulla adest Collegiata, habere debet praecedentiam in functionibus ecclesiasticis, lam in sessionibus quam in incessu, supra omnes alios Sacerdotes de Clero dicti loci non Beneficiatos sed simplices Presbyteros, eliam primo ordinatos in Ordine Sacerdotali el anlianos ». El ita censuil el servari mandavit. Die 16 Iunii 1674.

1516. NEAPOLITANA. (2700)

In Causa vertente inter Episcopum Nabucen. el Canonicum Cathedralis Ecclesiae Neapolitanae, celerosque Canonicos et Capitulum eiusdem Ecclesiae ex una, el Primicerium eiusdem, partibus ex altera;

S. R. C., partibus hinc inde informantibus, referente Emo D. Card. Azzolino pro Emo D. Card. Sforlia, declaravit: « Resolutionem in decisis factam sub die 14 Aprilis 1674, intelligi de Decreto sub die 12 Augusti 1673 ». Die 16 Junii 1674.

1517. PASSAYIEN. (2701)

Episcopus Passaviensis exposuit in S.R.C. Antonium Comitem de Losseslem Ecclesiae eiusdem Praepositum impetrasse a paucis mensibus gratiam mitrae el baculi in forma ordinaria a S. Sede Apostolica concedi solita, el exinde uti Cruce pectorali non tantum in functionibus Ecclesiae, ad quas se privilegium extendit, sed eliam extra Ecclesiam, et ubivis, ac in praesentia eiusdem Episcopi, quod in Germania novum plane et insolitum est, cum gestatio Crucis pectoralis pro signo in partibus illis habealur lurisdiclionis. Ideoque supplicavit pro declaratione: an dicto Praeposito competat hoc ius? '"'WH

El S. R.C. respondit: « Non licere extra functiones sacras, nisi doceat de speciali induito ». El ita declaravit. Die 16 Iunii 1674.

1518. LISBONEN. (2702)

Patres Congregationis Oratorii Assumptae sub Instituto S. Philippi Nerii Lisbonen. Dioecesis supplicarunt apud S. R. C., quatenus eisdem concedere dignaretur, ut possent continuare el dicere, addendo in *Confiteor* el Litaniis Sanctorum, nomen S. Philippi eorum Patriarchae, sicut hactenus consueverunt, ul moris est apud omnes Religiosos in Regno Porlugalliae addendi in *Confiteor* el Litaniis nomen Sancti sui Patriarchae.

El S. R. C. respondit : « Posse tolerari ». Et ita censuil. Die 16 Iunii 1674.

1519. URBANIEN. (2703)

Pro parte Cleri Mercalelli Urbanien. Dioecesis expositum fuit in S. R. C. quod Canonici illius Collegialae, agnoscentes se obstrictos a Decretis eiusdem S. C. sub die 23 Mariii 1669 in una Papien., el 14 Aprilis prox, praei, ad favorem oratoris emanatis ad thurificandos in primis Sacerdotes Bénéficiâtes et simplices, el postea Magistratum eiusdem loci; hodie praetendunt qnod, quando Diaconus esi Canonicus, nempe in Festis mobilibus et principalibus per annum, post incensatos Canonicos, non debeat prosequi el thurificare Sacerdotes Beneficiatos et simplices, sed tradere thuribulum ad Acolythum, ad hoc ut ille thurificet Beneficiatos el simplices Sacerdotes, el postea idem Diaconus debeal reassumere illud de manibus praedi· ti Acolythi el thurificare Magistratum,

quod est contra antiquum solitum el consuetum dictae Ecclesiae Collegialae.

Et S. R. C., auditis relationibus deductis el allegatis pro parte praedictorum Canonicorum, eliam per lileras Episcopi Ordinarii, censuil: « Nihil esse innovandum ». Et ita declaravit. Die 16 lunii 1674.

1520. URBIS. (2704)

Cum in Congregatione Indulgentiarum sacrarumque Reliquiarum propositum fuerit dubium : num expediat permittere sacra numismata cum Beatorum imaginibus sive aliorum Sanctorum in Romano Marlyrologio minime descriptorum, quibus Indulgentiae applicari possint; cumque eadem S. C. consuerit, de hac re consulendam esse S. R. C.; idcirco, proposilo praefato dubio in eadem,

Eiîti PP. S. R. praepositi censuerunl: « Indulgentias non esse concedendas in posterum, nisi pro Sanctis descriptis in Marlyrologio el Canonizatis ». Die 16 lunii 1674.

1521. FIRMANA. (2706)

S. R. C. ad instantiam Canonicorum et Capituli Collegialae S. Pauli Parochialis Civitatis Novae, Dioecesis Firmanae, inhaerendo Decretis alias in similibus emanatis, el praecipue in una Firmana die 24 Maii 1664, iterum declaravit: « Regulares, et signanter Ordinis S. Augustini, et S. Francisci Minorum Observantium dictae Civitatis, vocatos ad sepeliendos mortuos, eliam in eorum propria Ecclesia, convenire debere ad praedictam Ecclesiam parochialem, in cuius limites exislit, el indo una cum Parocho ad domum defuncti: et nullo modo permittendum esse expectarc Parochum per viam, vel ad domum defuncti, non obstante contraria consuetudine ». Die 4 Augusti 1674.

1522. LUCERINA. (2708)

Emo D. Card. Azzolino proponente in S, R. C. infrascripta tria dubia pro parte el ad instantiam Capituli et Canonicorum Cathedralis Lucerinae, contra Monachos Cacleslinos dictae Civitatis:

1. An Monachi renuentes accedere ad Processiones consuetas possint ab Episcopo compelli ?

2. An in transferendis funeribus ad eorum Ecclesiam adire debeanl Calhedralem, et associare usque ad domum defuncti?

3. An liceal Capitulo ingredi Ecclesiam Monachorum cum Cruce, et Ofltcia supra cadavera el alia munia peragere ?

Et S. R. C., partibus hinc inde plene informantibus, respondit ut infra, videlicet :

Ad 1. < Non posse praedictos Monachos compelli accedere ad Processiones Rogationum et alias huiusmodi, exceptis tamen Processionibus SSmi el aliis expressis in Decreto generali ».

Ad 2. < Non posse cogi Monachos ad associationem cadaverum; et quatenus interesse debeant, debere accedere ad Cathedralem el sub eius Cruce procedere ».

Ad 3. < Non licere Capitulo ». El ita declaravit, el servari mandavit. Die 4 Augusti 1674.

1523. PISAUREN. (2709)

Cum S. R. C. die 5 Augusti 1662, annuente eliam s. m. Alexandro A'II, inhaerendo Rubricis Missalis Romani, districte praeceperit, ne ullus Sacerdos Missas privatas pro defundis seu de Requiem in Festis duplicibus celebrare in posterum auderet; ideo si quae ex benefactorum praescripto Missae huiusmodi celebrandae inciderent in Festum duplex, tunc minime transferri in aliam diem non impeditam, sed de Festo currenti cum applicatione Sacrificii iuxta mentem eorumdem benefactorum dici voluit, ne dilatio animabus suffragia expectantibus detrimentum ferat. Cumque vero, antequam prodiret dictum Decretum, in Civitate Pisauri penes Societatem, quam nuncupant: *Del Nome di Dio:* adesset legatum tenoris sequentis, scilicet : *Che egni giorno, che si posta celebrare Messa per defonti, faccia la Confratcrnila nella sua Chiesa celebrare mia Messa per l'anima di lui in perpetuo, si tengu un Cappcllano apposla. e* si *salarii etc.',* ideoque supplicatum fuerit in eadem S. R. C. pro declaratione: utrum oneri huiusmodi Micarum, quibus certa statuta non est dies, satisfactum in posterum dicatur, si illae celebrentui diebus lanium quibus de Requiem ad praescriptum eiusdem Decreti id fieri potest ; an vero Cappellanos illius occasione teneatur celebrare de currenti, eliam in duplicibus cum applicatione Sacrificii ;

S. R. C., mature perpensis rationibus deductis atque allegans, referente Etiio D. Card. Bona, censuil : « Teneri celebraro de currenti ». Et ita declaravit. Die 4 Augusti 1674.

1521. VERULANA. (2711)

S. R. C., Decreto sub die 2 Martii 1641 emanato ad favorem Curati parochialis Ecclesiae S. Petri Terrae Bibuci, adversus Ar-

chipresbylei um S. Angeli eiusdem loci Dioecesis Verulanae, qui praetendebat facere functiones in propria Ecclesia oraturis; declaravit : « Eidem non licere, sed ad proprium Parochum functiones omnes ecclesiasticas spectare, in propria Ecclesia, non obstante quacumque contraria consuetudine ». Nunc vero iterum mandavit: < Praedictum Decretum servandum esse eliam in Processionibus, praecipue in illis ad quas intervenire solet lotus Clerus dictae Terrae, ingrediendo omnes el singulas Ecclesias eiusdem loci, nempe ad Curatum propriae Ecclesiae spectare canere anliphonas el Orationem Sancti suae Ecclesiae , non autem ad praedictum Archipresbyterum eliam pluviali indutum ». El ita declaravit el servari mandavil. Die 4 Augusti 1674.

1525. FARFEN. (2712)

Supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione infrascripli dubii : an Gubernator seu Praelor, Commissarius, vel alio quolibet vocabulo nuncupetur, qui est simplex Doctor, imo el uxoratus, debeat thurilicari triplici ductu in functionibus ecclesiasticis, et an sil ihurificandus ante vel posl Vicarium Generalem.

El S. R. C., inhaerendo Decreto Narnien. die 16 lulii 1672, censuit : « ihurificandum esse duplici duclu, el post Vicarium Generalem ». Et ita declaravit. Die 6 Septembris 1674.

1526. LUCERINA IN APULIA. (2713)

Ex parte Parochorum Civitatis Lucerinae in Apulia expositum fuit in S. R. C., adesse consuetudinem in dicta Civitate, quod quando parochiani defuncti sibi elegerunt sepulturas aliarum Ecclesiarum, transierunt associati a Parocho per vicos et plateas aliarum Ecclesiarum parochialium, el Ecclesiae Cathedralis absque ulla contradictione, et solutione alicuius rei Capitulo praedictae Cathedralis.

El S. R. C., audila relatione Episcopi Ordinarii, visisque iuribus hinc inde deductis , censuil : « Parochos per Capitulum praefatae Cathedralis non esse molestandos ». El ita declaravit. Die 17 Novembris 1674.

1527. NEAPOLITANA. (2715)

Cum in S. R. C. habita die 12 Aug. 1673, ad instantiam Primicerii Cathedralis Neapolitanae in causa Piaeemmenliamm vertente inler ipsum el Canonicum Episcopum Titularem Nabucen. eiusdem Cathedralis, fuerint resoluta nonnulla dubia, el praecipue tertium, in quo habetur: < Ad dictum Episcopum per praeeminendam in sedendo non spectat peragere functiones proprias Primicerii , quas prius agebat uli primus in Choro, sed hoc munus explendi special ad eumdem Primicerium ». Nunc vero non acquiescente dicto Episcopo resolutioni in tertio dubio factae, iterum supplicavit declarari, ad ipsum sedente in primo slallo spectare recipere primas anliphonas, el invocare Spiritum Sanctum in Capitulo, non autem ad Primicerium.

El S. R. C., ulraque parte informante, referente Emo D. Card. Sforlia, censuil: * Spectare ad Episcopum praefatum, in casu, de quo agitur ». El ita declaravit. Die 17 Novembris 1674.

1528. VERULANA. (2717)

S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus emanatis, iterum declaravit : « Sacerdotes, qui sunt *affittuari* seu substituti, lain in Processionibus quam in Sessionibus el in celebratione divinorum Officiorum, praecedere debere supra Clericos Benelicialos ex Beneficio simplici ». El ita censuit, el servari mandavit in Terra Frusinonis Dioecesis Verulanae. Die 17 Novembris 1674.

1529. URBIS. (2718)

Pro parte Parochi SS. XII. Apostolorum de Urbe supplicatum fuit pro declaratione infrascripli dubii: an Parochi in admimslralione Sacramentorum, quando sunt Prolonotarii Aposlolici, vel alii Sacerdotes dc licentia Parochi eliam Protonolarii Aposiolici, possint supra manlcllellam ponere Stolam, sicut de facto ponitur supra superpelliceum et albam, ac eliam super rochellum solum ?

El S. R. C. respondii : « Non licere ». El ita declaravit. Die 17 Novembris 1674.

1530. CESENATEN. (2720)

S. R. C. declaravit: « Non licere Illihis 1)1). Referendariis ulriusque Signaturae D. Papae, ac Prolonolariis Aposlolicis honorariis Missam celebrantibus, in Civitatibus quarum regimini praeficiuntur, uli ritibus qui proprii EE. Cardinalium el Episcoporum videntur, sed eosdem rem Sacram facere teneri more ceterorum Sacerdotum, prout in privatis Missis praescriptum fuit Abbatibus in Decreto circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum

emanato ab eadem S. C. habita coram fel. rcc. Alexandro VII die 27 Sepi. 1889 ».

El ita servari mandavit ab Illmo Gubernatore Civitatis Cesenae. Die 9 Februarii 1678.

1531. MELITEN. (2721)
PRAECEDENTIAE.

Pro parle Capituli Seminariae proposita causa Meliten. Praecedentiae in S. R. C. per Emurn D. Cardinalem Carpineum Pro-Dataritim vertente inter praedictum Capitulum Seminariae ex una, et Capitulum Sinopuli parte ex altera Meliten. Dioecesis;

S. R. C. declaravit : « Praecedentiam spectare ad Capitulum Seminariae antiquiorem, uti Collegiatam insignem supra Capitulum Sinopuli, occasione Synodi Dioccesanae, Sessionum el Processionum, aliarumque functionum causa illius celebrandarum sub quovis praetextu ». Die 9 Februarii 1678.

1532. TROIANA. (2724)

Pro parte Capituli Cathedralis Troiae expositum fuit in S. R. C., quod eorum Chorus non habet slalla lixa, sed duo scamna sita in plano absque divisione sedilium; pulpitum vero manet in modum, quod ab una parte lanium dicti Chori potest videri condonator. Supplicatum fuit propterea pro declaratione: transeuntibus Dignitatibus ac Canonicis ad aliam pariem Chori, pro inspiciendo dicto concionalore, alii Canonici qui ibi sedent quem locum dare illis debent ?

El S. R. C. respondit: « Tenentur dare locum digniorem Dignitatibus ». Die 9 Februarii 1C7B.

1533. ORDINIS (2728)
CONGREGATIONIS CAELEST1NORI M.

Exponentibus in S. R. C. Coabbatibus Caelestinis benedictis, quod videtur ipsis convenire, ul in Missis privatis adhibeant duos ministros inservientes cum collis, et apponantur quatuor candelae in Altari, nedum ex privilegiis el consuetudine, verum etiam quia ex communicatione participant privilegiis Abbatum Cassinensium ; iidem oratores supplicarunt pro dicta concessione.

El S. R. C., ad relationem Emi D. Cardinalis Casanata, censuil : « Docto de privilegio Apostolico concesso Cassinensibus ; posse concedi ». Die 30 Marlii 1(578.

1534. NEAPOLITANA. (2727)

S. R. C., ad relationem Emi D. Cani. Columnae, declaravit: < Non licere pluribus Episcopis in eadem Ecclesia et eodem tempore Ordines conferre, et abusum praedictum eliminari mandavit ». Die 30 Martii 1078.

1535. BARCINONEN. (2728)

Pro parte Abbatissae et Monialium Monasterii S. Petri Puellarum Civitatis Barcinonen. S. Sedi Apostolicae immediate subtecti, expositum fuit in S. R. C., quod occasione communicandi per Viaticum unum ex Benelicialis residentibus m dicta Ecclesia, Hebdomadarius qui curam animarum in ea exercere solet, sub praetextu quod Rituale Romanum Parochorum disponebat, quod Campanae magnae Ecclesiae continue pulsari deberent, donec SS. Eucharistiae Sacramentum ad Ecclesiam rediret; ordinavit ul, populo iatn convocato ad associandum SS. Sacramenlum, dictae Campanae continuo pulsarentur. Sed quia hoc non solum est contra consuetudinem dictae Ecclesiae , et earum iurisdiclionem ordinariam, sed eliam contra Rituale Romanum, Tit. de Communione Infirmorum, vers. *Parochus igitur:* ideo praefatae oratrices supplicarunt declarari an liceat dicto Hebdomadario similia ordinare?

El S. R. C. declaravit: < Non licere; et mandavit servari consuetudinem dictae Ecclesiae , el Rituale Romanum , ul m dicto Rituali Tit. de Communione Infirmorum ♦. Die 18 Maii 1575.

153G. BONONIEN. (2729)

Expositum fuit in S. R. C. quod in Civitate Bononiae inolevit abusus, quem consuetudinem appellant, ul vocata aliqua Confralernitatc cum suo vexillo praecedat, <ed nonnulli ex illis inde recedant cum inlorticiis accedentes ad feretrum, illiusque partem anteriorem occupantes, usurpantes locum Parocho designatum, ut in Rituali Romano de exequiis, vers. *Constituto tempore,* quod ex incuria nonnullorum Parochorum toleratum fuit; aliis tamen reclamantibus in casibus contingentibus. Ideoque supplicatum fuit declarari: an liceat Confratribus recedere a loco ipsis in Rituali assignato, el occupare locum Parochi?

Et S. R. C. declaravit : < Non licere, et servandum esse Rituale Romanum vers. L'on *stituto tempore, etc.* ». Die 18 Maii 1(575.

1537. IMOLEN. (2731)

Propositis per Eiîium D. Cardinalem Albitium in S. R. C. praetensionibus Rihi

Episcopi Imolen. conlra Magistratum eiusdem Civitatis, quae sunt 1res, ul infra, videlicet :

!. Quod Magistratus in diebus solemnibus debeat accedere ad palatium Episcopi ipsumque comitari ad Calhedralem, et post functionem denuo associare ad palatium.

2. Quod Magistratus non debeal accedere ad alias Ecclesias Civitatis tempore functionum earnmdem, el in eisdem Ecclesiis assistere Missis et Vesperis cantatis, recipiendo incensum el pacem.

3. Quod non debeat removeri sedile ipsius Episcopi, locatum in Ecclesiis pro audiendis concionibus, de loco praetenso a Magistratu.

Et S. R. C., visis iuribus ab ulraque parte plene informante allegatis et deductis, aliisque discussis, censuit:

Quoad I. « Circa associationem ex deductis servandum esse solitum tempore Rmorum Mellini el Coccini ».

Quoad 2. « Non posse prohiberi Magistratui accessum ad Ecclesias, sed thurificari debere duplici ductu ».

Quoad 3. « Circa locum pro audiendis concionibus, scribendum esse Emo et Rmo D. Cardinali Rosselto, qui auditis partibus, assignet locum congruum Magistratui pro audiendis dictis concionibus ». El ita declaravit. Die 18 Maii 1675.

1538. IADREN. (2732)

Pro parte Rùii Archiepiscopi Iadren. supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

1. An Fratribus Dominicanis (prout moderni in Civitate Iadren. praetendunt) dum Crucem in Processionibus deferunt, liceat id agere Crucifixi Imagine ad sese versa?

2. An, dum idem orator in Ecclesiis eorumdem Dominicanorum in sua Dioecesi existcnlibus, Missae solemni el Vesperis ex throno de more assistit, confessionem cum Celebrante facere, thuribulo thus imponere , Evangeliorum textum osculari, atque populo solemniler benedicere, celeraque similia de more ab assistentibus Episcopis adimpleri consueta, sibi fieri el exequi liceat?

El S. R. C., referente Emo D. Cardinali Vidono, respondit:

Ad 1. < Non licere ».

Ad 2. « Licere et spectare ad ipsum Archiepiscopum ». El ita declaravit. Die 18 Maii 1(>7«.

1539. SENOGALLIEN. (2733)

In causa Funerum el Processionum vertente inter Archipresbyterum, Canonicos et Curatos Parochialis ẽl Collegialae Ecclesiae S. Petri Corinaldi Senogallien. Dioecesis et una, el Conventum el Fratres S. Nicolai Ordinis Eremitarum S. Augustini, necnon Fratres Minores Convenluales S. Francisci dictae Terrae Corinaldi ex altera parte, apud S. R. C. proposita fuerunt infrascripla dubia:

1. An haeredes defunctorum sint cogendi ad relinendum domi cadavera usque ad tempus illa sepeliendi, an vero iisdem haeredibus liceat pro libitu asportare dicta cadavera e propriis domibus ad quamcum· que aliam Ecclesiam per modum depositi usque ad horam illa tumulandi, etiamsi sepelienda essent in Ecclesiis Regularium, non obstante dissensu Parochi seu prohibitione ab eodem facta uli Vicario foraneo?

2. An illatis cadaveribus private ab haeredibus ad aliquam Ecclesiam per modum depositi, Regulares convenire et congregari debeant in dicta Ecclesia, aut in Parochial!, ad effectum illa associandi ad Ecclesiam, ubi sunt tumulanda ?

3. An cadavera sepelienda in Ecclesiis Regularium, antequam ad eorum Ecclesiam deferantur, debeant prius asportari ad Parochialem, et in ea permanere per aliquod tempus?

4. An Regulares possint cogi ad associanda cadavera in eorum Ecclesiis tumulanda ; an vero possint expeclare in dictis propriis eorum Ecclesiis, el an in casu quo Regulares non accedant ad associanda dicta cadavera, amittere debeant inlorlicia, ut Parochus praetendit? (1)

5. An si Parochus requisitus intervenire recuset funeralibus defunctorum in Ecclesiis Regularium sepeliendorum, possint haeredes, imo el ipsi Regulares asportaro cadavera ad Ecclesiam sepulturae electae, Parocho non interveniente, ac praedicti Regulares eadem sepulturae tradere, et an Parochus in funeribus dictorum defunctorum maiorem eleemosynam solito praetendere possit?

6. An in Processionibus menstruis S. Monicae el Rosarii, quae a Fratribus Augustinianis fiunt iuxta praescriptum huius S. C.

(i) E.,num. *6*, '

sub die 12 Augusti 1673, liceal Sacerdoti eiusdem Ordinis deferenti Crucem cum sacris Reliquiis incedere indutus Stola et pluviali ?

7. An Processiones generales, quae quotannis fieri soleni ex antiqua consuetudine el populi devotione, cum interventu Cleri Regularis, Confraiemilatum laicorum et Magistratus (nempe SS. Rosarii *della Vittoria* Dominica I Octobris, S. Antonii Abbatis in honorem eiusdem Sancti die 17 Ianuarii, el Sacrarum Reliquiarum vulgo *dette Reliquie* Fer. II Pentecostes) quae Processiones fiunt per totam Terram Corinaldi, incipientes ab Ecclesia S. Nicolai el ad eamdem terminantes, in qua est erecta Confralernilas Rosarii, asservantur sacrae Reliquiae et adest altare S. Antonii; possint impediri, eliam indirecte a Parocho renuente iisdem interesse ; et, an ipso non inleressente, liceal dictis Fratribus Augustinianis eas iuxta solitum facere?

8. An liceal dictis Fratribus Auguslinianis singulis Dominicis et diebus Festivis de praecepto hora 19 circiter exponere in maiori Altari eorum Ecclesiae SS. Eucharistiae Sacramentum, el cum eo benedicere populo, dummodo talis expositio fiat debita decenti veneratione et luminum apparatu, sicuti hactenus facium fuit de licentia Ordinariorum pro tempore ; non obstante quod post molam litem Archipresbyler el Canonici eadem hora facere coeperint dictam expositionem in Ecclesia Collegiala, in qua tamen dicta expositio reiteratur hora 23, sicuti unica tantum vice hactenus singulis diebus Dominicis fieri consueverat?

9. An in Processionibus generalibus, quae fiunt in vigiliis Pentecostes et S. Ubaldi, servari debeat solitum circa inlonationem Hymni, quae prius fiebat per Regulares tantum, el deinde per conventionem provisionalem, per alterum Presbyterum et alterum Regularem , el modo praetenditur fieri debere per solos Presbyteros; el an pariter servari debeal solitum circa Processiones Rogationum, quae incipiunt ab Ecclesia Collegiala, el terminant prima die in Ecclesia S. Mariae de Mercato, secunda die in Ecclesia S. Nicolai, et tertia dic in Ecclesia S. Francisci : non obstante innovatione postremo facta per Parochum el Canonicos, illas terminando singulis diebus in propria Ecclesia Collegiala?

Et S. R. C., Emo el Ribo D. Cardinali Casanala referente, auditis partibus, respondit ;

Ad 1. «Quoad tempus humationum cadaverum servandam esse Synodum ; el in reliquis, petila el etiam non oblenla licentia, posse cadavera deponi arbitrio haeredum in qualibet Ecclesia usque ad tempus illa processionaliter deferendi ad Ecclesiam sepulturae ».

Ad 2. « Regulares debere congregari in illa Ecclesia ubi cadaver fuit depositum, ul supra ».

Ad 3. « Negative ».

Ad « Regulares non posse cogi ad exeundum a propriis Ecclesiis, ad effectam associandi cadavera in iisdem sepelienda, sed sufficere quod illa expeclcnl ad ianuas ; quo vero ad inlorlicia, remisil causam ad iudices suos ».

Ad 5. « Vocato Parocho, el ipso renuente intervenire vel alierum mittere, tunc Regularibus licere absque Parocho deferre cadavera in eorum Ecclesiis sepelienda. Quo vero ad emolumenta per Parochum praelensa, nihil dandum ultra solitum ».

Ad 6. « Licere Sacerdoti Augustiniano deferenti Reliquias in omnibus Processionibus in quibus non intervenit Clerus saecularis, incedere cum Stola el pluviali, non autem cum Stola lanium ».

Ad 7. « Licere Augustinianis facere supradictas Processiones generales per Terram Corinaldi de licentia Ordinarii ».

Ad 8. < Remisit partes ad Ordinarium ».

Ad 9. « Ul Episcopus mandet servari solitum ». El ita declaravit et servari mandavit. Die 22 Iunii 1673.

1540. ORBIS. (2733)

S. R. C. censuit: « Prohibendum esse, prout prohibuit, Regularibus, ne audeant m posterum cum SS. Eucharistiae Sacramento populo benedicere cum trina, sed lanium unica benedictione ». Die 22 Iunii 1675.

1511. AQUILANA. (2736)

Pro parte Capituli el Canonicorum Calhedralis Aquilae supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione infrascripli dubii: utrum Canonici Calhedralis Ecclesiae Aquitanae qui habent suppositam jurisdictionem spiritualem el temporalem in Ecclesia el Monasterio Monialium S. Crucis dictae Civitatis, el ideo eligunt duos ex Canonicis cum titulo Superioris ad regimen etc., possint postea in functionibus faciendis in Ecclesia praedicta omnes assistere cum cappa el bireto tamquam Supe-

riores et Ordinarii, el sedere eodem modo denegare possint Cappellanis, cum Cappellani sinl de corpore Capituli et participantes; an duo tantum Canonici, qui retinent titulum Superioris, possint sedere ul supra, cl non alii Canonici neque Cappellani; an vero cum omnes Canonici sedeant ut supra, possint etiam Cappellani participantes el de corpore Capituli, sedere eodem modo, cum Cappellani ipsi in aliis functionibus incedant cum colla et pellicea, siculi et Canonici incedunt, cum ab immemorabili lam ipsi Canonici, quam Cappellani consueverint assistere in praedicta Ecclesia, el sedere cum cappa el pileo?

El S. R. C. censuit: «Servandam esse consuetudinem immemorabilem ». Die 13 Iulii 167».

1542. CAVEN. (2738)

Iterum, pro parle Cappellani el Magistrorum Confraternilalis S. Mariae Pietatis Cavae, proposita causa controversiarum vertente inter praedictos el Parochos Ecclesiae S. Michaelis Archangeli dictae Civitatis,

S. II. C. respondit : « Adeant Ordinarium pro declaratione Festorum solemnium. In reliquis vero servetur Decretum eiusdem S. C. in eadem causa emanatum die 22 Novembris 1664 ». El ita declaravit. Die 13 Iulii 1678.

1543. GÜSENT1NA. (2740)

Pro pario Rmi Archiepiscopi Cusentini expositum fuit apud S. R. C., quod Canonici Calhedralis Ecclesiae Cusentiuae in Choro el in publicis supplicationibus se induunt cappa magna; in deducendis vero defunctorum exequiis, si minor tribuatur merces, Almuliam vice cappae magnae super sinistro brachio gerunt, ideoque idem supplicavit pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

1. An Canonicis cappa magna el rochello ius habentibus, liceat ad illorum libitum Almuliam pro cappa magna usurpare, maioremque sibi pacisci mercedem, si cum cappa magna, quam si cum Almutia funeris supplicationibus interfuerint?

2. An liceat eisdem Almuliam, quae nonnisi cum superpelliceO convenire videtur, ferre eliam supra rochellum?

3. An huiusmodi consuetudo toleranda sit, cum ob maiorem Calhcdralis Ecclesiae Capilulique decorem, tum eliam ad evitandam omnem avaritiae suspicionem?

s; R- C., referente Emo elRfnoD. Cardinali Albitio, et utraque parte informante, censuil :

Quoad 1. « Habentibus usum cappae non licere uti Almutia »,

Quo vero ad 2 el 3, « Remisit ad suos indices ». El ita declaravit. Die 13 Iulii 1678.

1544. ALBINGANEN. (2743)

S. R. C., inhaerendo aliis Decretis in similibus editis, censuil : « Functiones principales spectantes ad Praepositum Ecclesiae Collegialae SS. Philippi el lacobi loci de Taggia Dioecesis Albinganen., ipso absente, impedito, vel nolente peragere, gradatim ordine successivo peragere debere Canonicum digniorem; el hoc impedito, ul supra, digniorem Cappellanum nuncupatum de massa eiusdem Collegialae; et non posse praedictum Praepositum pro se substituere aliquem Presbyterum sibi benevisum pro exercendis dictis functionibus ».

Et ita declaravit, el in praedicta Ecclesia servari mandavii. Die 13 Iulii 1675.

1545. ORI). MIN. OBSERVANTIUM (2745)
S. FRANCISCI.

Pro parte Procuratoris Generalis S. Francisci Minor. Observant, expositum fuit apud S. R. C., quod in nonnullis Conventibus suae Religionis vigeni lites inter Parochos el suos Religiosos occasione associandi cadavera defunctorum; ideoque, ad evitandas dissensiones el scandala quae in futurum oriri possent, idem Procurator supplicavit pro extensione resolutionum super infrascriplis dubiis emanatarum in una Senogallien. die 22 Iunii proxime praeteriti, eliam ad praedictos suos Conventus.

El S. R. C.: « Petilam extensionem benigne concessit ».

Sequuntur dubia, et Resolutiones usque ad 5, proul in Senogallien. Die 13 Iulii 1675.

154«. AMALPII1TANA. (2746)

Canonici Capituli Ecclesiae Calhedralis Amalphilanae S. R. C. supplicarunt pro declaratione: an liceat Archidiacono et Cantori eiusdem Ecclesiae, qui per consuetudinem habent usum mitrae, quando vel in Throno vel in scamno canonical! assistunt Archiepiscopo pontificaliler celebranti, quod unus Clericus iisdem dictam mitram supra caput imponat, el auferat coram Archiepiscopo?

El S. R. C. respondit: « Non licere, quacumque consuetudine non obstante, sed imponendam et levandam esse dictam mitram per se ipsos, quando habeant usum dictae mitrae ex induito Aposlolico, secus abstineant ». El ita declaravit, el scribi mandabit Archiepiscopo pro huiusmodi executione. Die 1G Augusti 4678.

1517. CAVEN. (2748)

In causa controversiarum vertente inter Parochos S. Michaelis Archangeli Civitatis Caven. ex una, el Cappellanum, Magistros et Confralres Cappellae B. Mariae Pietatis eiusdem Civitatis, ex alteia, iterum pro parte praefati Cappellani et Confralrum supplicatum fuit declarare el ordinare, quod, cadayere transportato ad Ecclesiam parochialem post absolutionem a Parocho faciam iuxta Rituale Romanum, liceat cadaver ipsum per Contraires asportari ad eorum Cappellam seu Ecclesiam, ibique solitas preces pro defuncti suffragio erogari per eos, el eorum Cappellanum colla el Stola indutum iuxta antiquum institutum; imo etiam cum pluviali nigro iuxta ordinationem Episcopi anno 1668, mense Nov., post declarationes huius S. R. C., sub die 22 Novembris 1664.

El S. R. C., ulraque parte informante, « Inhaerendo Decretis sub dicta die 22 Novembris 1664, et 13 Iulii proximi praeteriti, stetit in decisis ». Die 28 Septembris 1678.

1548. SALERNITANA. (2752)

Pro parte Capituli Calhedralis Civitatis Salerni supplicatum fuit a S. R. C. declarari : an in Eesto Corporis Christi, in reponendo SSmum, servanda sit dispositio Caeremonialis Episcoporum lib. 2, cap. 33, iuxta eliam consuetudinem praedictae Ecclesiae quoad Orationem, vel potius Ritualis Romani, ubi dicitur addi: *Dominus vobiscum?*

El S. R. C. declaravit: « Servandum esse Caercmoniale, ubi nulla iit mentio de versu: *Dominus vobiscum,* sed iuhetur tantum post versum: *Panem de coelo* el j$. *Omne delectamentum* etc., cantari *Orationem ».* Die 28 Septembris 1675.

1549. VERCELLEN. (2753)

Cum pro parte Vicarii Generalis Episcopi Vercellensis supplicatum fuerit apud S. R. C. pro confirmatione infrascripti Decreti seu Edicti ab eodem facti, tempore quo Episcopus Vercellen. in Visitatione Dioecesis abesset, ad occurrendum cuidam opinioni disseminatae inter Curatos aliosque Sacerdotes eiusdem Civitatis, quam in dicla Civitate ei Dioecesi prohibuit in haec verba:

Cum ad aures nostras pervenerit in hac Civitate nonnullos Sacerdotes, eliam curam animarum gerentes, in ocbva Pentecostes proxime anleacla, non erubuisse Missas pro defunctis seu de Requiem, palam et solemni ritu (nullo praesente cadavere, neque gravi ulla ex causa) contra Rubricas Missalis, Decreta S.R.C., Constitutiones Synodales, claramque ac praecisam Calendarii nostri prohibitionem celebrare; eo inani praetextu, quod iura praedicta de Missis tantum privatis, non autem de solemnibus inlelligantur et inlelligi debeant: cum tamen solemnes in diebus eiusmodi fortiori argumento censeantur prohibitae; Nos propterva, ne error el abusus huiusmodi in hac Dioecesi nostra Vercellen. latius serpat, tenore praesentium pro Civitate el Dioecesi praedictis declaramus, et declarando decernimus, praefata iura, el praesertim Decreta nostra Synodalia et Calendarii nostri monita, Missas votivas aut de Requiem in Festis duplicibus, octavis, ac diebus privilegialis prohibentia, omnino intelligenda esse, proul inlelligi volumus et mandamus, non solum de Missis privatis, sed etiam, imo et poliori ratione de solemnibus. Quocirca omnibus el singulis huius Civitatis el Dioecesis Sacerdotibus cuiuscumque status, gradus, dignitatis et conditionis existant, edicimus et inhibemus, ne de cetero Missam ullam votivam, nec pro defunctis seu de Requiem, ul vocant, si veprivalamsivesolemnem in Festis duplicibus, infra octavas Epiphaniae, Paschalis, Pentecostes el Corporis Christi, ac lota Hebdomada maiori, Fena i Cinerum, Vigilia Pentecostes ac Nativitatis Domini, celebrare ullo modo audeant seu praesumant, nisi unicam tantum praesente cadavere, aliave gravi de causa a nobis approbanda, non aliter etc., idque sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurrenda, aliisque nobis arbitrariis, praeter poenas in secunda nostra Synodo pag. 57 contra huiusmodi transgressores inflictas, quas hic innovamus: non obstante quacumque Doctorum opinione in contrarium allegata, vel in posterum alleganda etc., mandamus omnibus et singulis Dioecesis nostrae Vicariis foraneis, ceterisque officialibus nostris, ut praesens Edictum nostrum, quod penes Acta Curiae registrar! et in locis solitis publicari

iubenius, exequi omnino curent. Datum Vercellis die 24 mensis Maii 4074.

Et S. R. C.: « Suprascriptum Decretum seu Edictum nedum laudavit et confirmavit, sed etiam mandavit, ul idem omnino servetur, et contra inobedienles el conlrafacientes ita exequatur ». Die 28 Septembris 1670.

1550. NEAPOLITANA. (2757)

Emus D. Card. Caracciolus Archiepiscopus Neapolitanus significavit per suas litteras S. R. C., quod occasione Festivitatis SS. Petri et Pauli, P. Abbas Ecclesiae S. Petri ad Aram Canonicorum Regularium Lateranensium illius Civitatis, ul ad ipsam Ecclesiam personaliter venerandam se conferret, requisivit el invitavit, cum iam ipso die Festi ad Ecclesiam praedictam se accessurum paraverit, el ex palatio Archiépiscopal! egressurus eral, praemisit, ul ibi solet, privatim Crucem ul in suo adventu de more elevaretur; praedictus Abbas ipsam Crucem videns elevandam, non passus est nl lator illam in Ecclesiam introduceret, imo quod nec foris illam ad ianuam Ecclesiae admoveret. Quare cum evidens fuerit spretus, et nullus honor ab Abbate praedicto praestitus suae Dignitati, prout evidens fuerit praeiudicium jurisdictioni Archiépiscopal! illatum, dum omnia iura clamant posse Archiepiscopum elevata Cruce per Ecclesias exemplas nedum suae Dioecesis, verum etiam suae Provinciae incedere, prout ad omnes Ecclesias quomolibel exemplas semper ibi Archiepiscopus Neapolitanus introivit, el ipse quoque absque controversia. Ideoque supplicavit pro declaratione, non posse dictum Abbatem impedire, quin ipsq elevata Cruce ad eius Ecclesiam, quando sibi libuerit, accedat; el ul in futurum a similibus abstineat, el ad aliorum exemplum auctoritate ipsius S. C. moneatur et corrigatur.

El S. R. C., referente Enïo D. Card. Columna, respondit: «Licere Eiiio Archiepiscopo ingredi Ecclesias Regularium cum Cruce, el Eilius Archiepiscopus conficiat processum contra Abbatem quem transmittat ad eamdem S. C. ». Die 23 Novembris 1675.

1551. SYPONTINA. (2759)

Pro parte Emi D. Fr. Vincentii Mariae Archiepiscopi Sypontini Card.S. Xysti, supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione mfrascriptorunj dubiorum, nempe:

1. An ex Presbyteris ad Capitulum non perlinentibus, qui diebus festivis intersunt Choro et Processionibus, praecedere debeant antiquiores in Ordine, an potius qui Doclo-ralus honore insigniti sunt?

2. Num servari idem debeat inter Diaconos, Subdiaconos et Clericos?

3. Utrum Sacerdotes exlradioecesani praecedere dioecesanis possint, aut qui urbem incolunt, quamvis hi sint antiquiores in Ordine?

4. In Ecclesiis adscriplitiis Dioecesis debent ne praecedere qui ab antiquiori tempore illis fuerunt inscripti, an potius qui in Ordine sunt antiquiores?

5. Praesentibus in dictis Ecclesiis Sacerdotibus tam adscriplis quam non adscriplis, num iis praecedentia competat, qui m Ordine sunt antiquiores?

6. Ordo praecedentiae habendus in Ecclesiis Civitatis habendus ne etiam in lota Dioecesi?

Et S. R. C., referente Emo D. Cardinali Columna, ad suprascripta dubia respondit, ul infra, videlicet: -V

Ad 1. « Praecedentiam inter Presbyteros sumi ex anlianilalc Ordinis, non ex gradu Doctoralus: quia Presbyteratus Ordo longe dignior est, quam gradus Doctoralus: sed inler plures Parochos seu Curatos Ecclesiarum parochialium attenditur praerogativa Ecclesiae parochialis, non anlianilas Ordinis ».

Ad 2. « Idem servandum, ul supra, ex iisdem rationibus ».

Ad 3. * Civitatem, el incolatum nullam maiorem praerogativam tribuere ».

Ad 4. « Attendendam anlianilatem Ordinum, dum in Ecclesiis adscriplitiis non potest considerari aliquis honor, seu aliquis titulus perpetuus el realis pro adseripto ».

Ad 5. « Affirmativo ex proxime allegata ralione ».

Ad 6. < Affirmative, cum militet eadem ratio, cl non cognoscitur posse assignari disparilalem rationis ». El ita declaravit, el servari mandavit. Die 23 Novembris 1675.

1552. URITANA. (2760)

S. R. C. in causa vertente inler Archipresbyterum Casalis Novi Dioecesis Irilanae ex una, et Dignitates Collegiatae dictae Terra·; ex altera, super modo incedendi in Processionibus, mandavit : « Servari Decretum Vicarii Capitularis Uritani, nempe, quod Archipresbyter, qui est prima dignitas, «piando incedit cum colla associetur cum aliqua

ex aliis Dignitatibus, quibus non exislentibns, cum Decano Canonicorum ; el si numerus sil dispar, idem Archipresbyter incedat in medio duorum digniorum, et eumdem ordinem voluit servari in defectum Archipresbyleri, nimirum, quod dignior dc Capitulo incedat associatus, ut supra ». Die 23 Novembris 1(575.

1553. FANEN. (27GI)

S. R. C. ad instantiam Parochorum Castri Sallariae Dioecesis Fanen., inhaerendo Decretis alias in similibus emanatis, el praesertim Decreto generali super Regularibus edito die 27 Iulii 1628 *(relato sub alio Decreto 28 Septembris 1658,— vide* num. 1096) el audita relatione Episcopi Fanen. Ordinarii, iterum declaravit: « Non licuisse neque licere Monachis Cacleslinis S. Petri dicti loci Sallariae, nisi de licentia et consensu proprii Episcopi Ordinat ii, aut cum Cruce Parochi, peragere el dirigere Processiones, et praecipue illas primae Dominicae cuiuslibet mensis, die 20 Ianuarii Festo S. Sebasliani, et Feria VI in Parasceve posl Matutinum de sero intra limites Parochiarum supplicantium, el extra ambitum et porticum propriae Ecclesiae per ipsos Cneleslinos fieri solilas, nullo iure, sed tantum propria auctoritate». Et ita decrevit, et omnino servari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Die 23 Novembris 4675.

1554. ARBOREN. (27G2)

Pro parte Rihi Archiepiscopi Arboren. expositum fuil in S. R. C. quod in sua Metropoli Civitatis Arboren., quae utriusque Saecularis et Regularis Ordinis operariis abundat in omnibus Regularium Conventibus, qui ibi Dominicanorum, Carmelilarum necnon Convenlualium, el de Observantia S. Francisci existunt, intolerabilis viget abusus scilicet: quisque eorum Sacerdos in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum 1res celebrat Missas: verum cum id el scandalosum avaritiae nomen redolere valeat, el sacrosancto universali Catholicae Ecclesiae adversetur nlui; ideo orator praedictus supplicavit pro declaratione: an id eisdem liceat?

Et S. R. C. respondit: «Non licere, el Archiepiscopus praefatus sub poena interdicti, aliisque canonicis remediis, etiam nomine eiusdem S. C., quatenus opus sit, praedictum abusum eliminare curet ». Et ita declaravit atque decrevit. Die 11 lanuarii 4076.

1555. MEDIOLANEN. (2764)

S. R. C. declaravit: « Nulli alteri, absque concessione Apostolica, in praepositurali Ecclesia loci de Trelio Mediolanen. Dioecesis licuisse neque licere apponere Sedem cum gennilexono el lapete intra clalhros ferreos el cancellos lapideos ante Altare maius dictae praeposiluralis Ecclesiae, sed hoc ius privative competere Comiti Ferranti Cavanego Domino dicti loci de Trelio, suisque successoribus, prout ex eadem S. C. sub die 15 lanuarii 1661, el 17 lunii 1673, ius praefatum eidem, suisque successoribus indultum fuit». Die 11 lanuarii 1G7G.

1556. TARRACONEN. (276$)

Pro parte Parochorum Civitatis Tarraconem expositum fuit in S. R. C., quod in Calhedrali praedictae Civitatis adsunt duo tantum Parochi pro cura el servitio animarum totius Civitatis, qui sunt de corpore et gremio Commensahum el Benoficiatorum eiusdem Ecclesiae; el cum soliti fuerint in Vesperis el Laudibus Festivitatum duplicium incensare Canonicos et reliquos de Choro, necnon in reliquis diebus celebrare Missas post Laudes; fuerunt et sunt in possessione uirumque explendi per suos substitutos de eodem corpore Commensalium et Beneficiatorum, ut possint commodius et diligentius incumbere administration) Sacramentorum el animarum curae excedentium numerum quatuor millium. Sed quia Capitulum et Canonici, sub praetextu quod ipsi Parochi teneantur semper per semetipsos incensare, el Missas ul supra celebrare, mulctaverunl eos de facto in certa pecuniarum summa, etiam in casu quo actu ipsi Parochi aegrotabant, et curae animarum ac Sacramentorum administration! incumbebant; ideoque iidem Parochi supplicarunt pro declaratione, posse oratores utrumque munus incensam!i el celebrandi Missas explere per substitutos, ipsis Parochis nullos in ipsa cura animarum habentibus Vicarios seu Coadiulorcs, cum magis necessarium videatur, ut per semetipsos incumbant dictae curae animarum, quam muneribus et officiis Chori, quae sine ulla Canonicorum ac cultus et servitii Divini praeiudicio, expleri possunt per substitutos.

El S. R. C., audita relatione Rihi Archiepiscopi Tarraconen. facta ad favorem praedictorum Parochorum, respondit: «Servari solitum ». Et ita censuil el decrevit. Die 14 Iannuarii 1676,

1,5.57. TAURINEN. DUBIUM. (2767)

Quaesitum fuit apud S. R. C. pro declaratione :

1. An in Metropoli Episcopi residentis, Abbas titularis nullam habens jurisdictionem possit tamquam Praelatus domesticus Papae, habere usum Altaris porlalilis?

2. An possit dare facultatem Sacerdotibus, ul in sua praesentia possint celebrare in cubiculis Principum non habentium Breve ad hoc?

3. An in tali casu cum Altari porlalili Abbates habentes iurisdiclionem possint rite celebrare, eliam in absentia illius, qui vigore privilegii credebat hoc sibi ius competere?

Notandum eliam, quod de tali praelenso privilegio, seu de Brevi Praelati domestici ad honorem concesso, nullum fuit factum verbum Episcopo residenti.

El S. R. C., referente Eiho D. Cardinali Roccio, respondit: « In omnibus negative ». El ita consuit, el declaravit ad preces Rmi Archiepiscopi Taurinensis. Die 11 lanuarii 1676.

1558. ASCULANA. (2769)

Pro parte Caroli Campagna Canonici Cathedralis, qui ex causa infirmitatis gaudet induito Aposlolico utendi pileolo a principio Missae usque ad Praefationem, supplicatum fuit pro declaratione: an liceat eidem praefatum relinere eliam in Missis cantatis praesente Episcopo?

El S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 21 Marlii 1676.

1559. CIVITATIS CASTELLI. (2770)

Pro parle Rfhi Episcopi Civitatis Castelli supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum, videlicet:

1. Virum in Festis SS. Aposl. Petri cl Pauli, alque Assumptionis Deiparae, teneatur Episcopus Missam et Vesperas ponlificaliier agere, quamvis contraria vigeat consuetudo ?

2. Utrum in solemnilalibus, in quibus Episcopus Pontificalia non peragit, Missae et Vespera celebrari debeant ab Hebdomadariis per turnum, vel etiam ab aliis Canonicis, nulla facia temporum distinctione?

3. Virum interveniente Episcopo cum vel sine cappa, seu concionibus, seu functionibus exlra Calbedralem, Canonici uti possint sedibus cameralibus, sive habitum ferant choralem, sive civilem?

4. Utrum Magistratus ad accipiendos cineres prima die Quadragesimae, vel ad Crucem adorandam Feria VI in Parasceve, vel Feria V in Coena Domini ad communicandum accedere possit slalim posl Canonicos, et anle alios Sacerdotes eliam Plancta indutos?

Et S. R. C. respondit:

Ad 1. « Licere ».

Ad 2. « Servetur consuetudo ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. « Negative ». El ila censuil, el declaravit. Die 21 Marlii 1676.

1560. MANTUANA. (2772)

5. R. C. ad instantiam Comitis Sigismundi Magni Canonici Calhedralis Civitatis Mantuae, ac Protonolarii Aposlolici de numero non participantium, inHaerendo Decretis alias ab eadem in similibus emanatis, el signanler in una Asculana in Apulia 6 Martii 1610, iterum declaravit : «Privilegia diclorum Protonotariorum, quatenus sunl in usu, servanda sunt ; el si praedictus oralor voluerit uti habilu Protonolarii in Ecclesia Calhedrali in qua habet Canonicalum, debel sedere, stare el incedere in loco non inter Canonicos sed post Abbates ; quia reputatur tamquam extraneus, cl non lucratur distributiones el fructus suae Praebendae». El ila servari mandavit, quibuscumque m contrarium non obstantibus. Die 21 Marlii 1(576.

1561. V1TERBIEN. (2773)

Exlal Vilerbii Monasterium Monialium, quae profitentur sub regula S. Augustini, el subsunt immediate soli Ordinario, neca Regularibus gubernantur, nec sunt sub Ordine Monastico, neque cum illo praesertim quoad Horas Canonicas, conveniunt, sed ritum Ecclesiasticum Cleri Saecularis sequentes, hactenus Officia divina iuxla Breviarium Romanum recitarunt. Nuper dumtaxat absque S. Sedis facultate coeperunt praetendere recitare Officia propria Regularium SSrum. Ordinis S. Augustini cum Psalmis, Hymnis el Lectionibus illorum propriis: quare supplicatur per hanc S. C. declarari: an dictis Monialibus id liceat?

Et S. R. C. declaravit: «Non licere». Die 21 Marlii 1676.

1562. NICIEN. (2774)

S.R.C., habita notitia de innovatione habitus canonicalis facia a nonnullis Canonicis Ecclesiae Calhedralis Nicicn., defe-

rondo in locum caudae dicti habitus, fasciculum, seu flocculum, ex cordulis coloris violacei e longitudine duorum palmorum, contra dispositionem Decreti illius Episcopi emanati in prima sua Synodo; censuil: « Id praedictis Canonicis non licuisse, neque licere; imo declaravit esse abusum, el iisdem prohibendum, prout prohibuit, el mandavil omnino servari per eosdem supradictum Decretum eiusdem Episcopi ». Die 21 Marlii 1676.

1563. COLLEN. (2776)

Pro parte Petri Pelliccioni Canonici Ecclesiae Calhedralis Collen. supplicatum fuit per S. R. C. declarari:

1. An Celebrans in Missa solemni, quando sedere debel dum cantatur *Gloria in excelsis el Credo,* procedere debeal ad praeparatam Sedem aperio capite, el ita regredi ad Altare; el dum sedet ad illa verba quae cantantur in Choro ad quae fieri debeat inclinatio, an debeat se inclinare nudo capite iuxla dispositionem et opinionem Bartholomaei Gavanti el Michaelis Bauldry, cum Rubrica Missalis de hoc non disponat, non obstante praetensa contraria consuetudine?

2. An in benedicendo populum cum SS. Sacramento sit servandus modus infrascriplus. Cum Sacerdos stat ante populum, Oslensorium ante pectus tenet, tum elevat illud decenti mora non supra caput, sed tantum usque ad oculos, et eodem modo illud demittit infra pectus, mox iterum reda illud attollit usque ad pectus, et deinde ad sinistrum humerum ducit, el reducit ad dexlerum, et rursus ante pectus reducit, ibique aliquantulum sistit quasi peracta ad omnes mundi paries Cruce, eam etiam venerandam omnibus praebet: lunc, gyrum perficiens, collocat Oslensorium super Altare. *Michael Bauldry* pari. 4, cap. 16, ari. 3, n. 34, pag. 481 : *Teopnil. Pytonell* de depositione SS. Sacramenti l. 3, c. 2, n. 8.

Et S. R. C. respondit :

Quoad 1. « Affirmative in omnibus ».

El quoad 2. respondit: «Si ei placet, potest observaresupradictum modum, quem iradit *idem Bauldry loc. cit.;* sin minus, servandus est modus dispositus in Caeremoniali Episcoporum lib. 2, cap. 33, n. 27, ubi requiritur tantummodo, ul cum eodem SS. Sacramento Celebrans producat Crucis signum super populum ». El ita declaravit. Die 21 Marlii 1676.

1564. FAYENT1NA. (2777)

Pro parte Magistri Caeremoniarum Calhedralis Ecclesiae Civitatis Favcntinae expositum fuil apud S. R. C., quod Magistratus saecularis eiusdem Civitatis, dum Enrns illius Episcopus in cappa, seu in pontificalibus solemniler dat benedictionem populo, vult stare el non genuileclere; propierea supplicatum fuit per eamdem declarari: an in casu proposito idem Magisiratus stare vel genuileclere debeat?

El S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus editis, et praecipue in una Imolen. dio 23 Martii 1641, respondit: « Ad benedictionem solemnem Episcopi omnes teneri genuileclere praeler Dignitates et Canonicos Calhedralis, ideoque Magistratum praefatum debere genuileclere ». El ita declaravit, el servari mandavil. Die 21 Marlii 1676.

1565. MONOPOLITANA. (2778)

Pro parle Marci Anlonii de Ghezza Prolonolani Aposlolici de numero non participantium, ac unius ex quatuor Parochis Civitatis Monopolilanae, qui solenl intervenire el assislere ad functiones in Ecclesia Calhedrali, seu Collegiata, supplicatum fuit per S. R. C. declarari:

1. An ipse orator uti Protonolarius possit intervenire el assistere ad dictas functiones cum habitu Protonolarii?

2. An sibi uti Parocho debeatur praecedentia supra alios praedictos Parochos, qui non habenl talem praerogativam Prolonolarialus?

El S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus emanatis, et praecipue Asculana in Apulia 6 Marlii 1610, et Mantuana 21 Marlii currentis anui,

Ad 1. respondit: < Affirmative, quatenus privilegia praedicta Protonolariorum sint in usu; et debet sedere, stare el incedere in loco non supra praedictos Parochos, neque supra nec inter Canonicos, sed post Abbates, ul disponit Caeremoniale Episcoporum lib. 1, c. 13, circa finem, et quia reputatur tamquam extraneus, non lucratur distributiones quotidianas el fructus suae Praebendae ».

Ad 2. respondit : « Negativo, quia praecedentia inter Parochos sumitur ex praerogativis Ecclesiae parochialis, ul resolutum fuit in Syponlina ad 1,23 Novembris 1675 ». Ei ita declaravit el servari mandavil. Die 21 Marlii 1676.

1566. LAUDEN. (2779)

Habito recursu a Praepositis el Rectoribus Civitatis Lauden. ad S. R. C. pro declaratione: an sibi liceal deferre in inanibus intorlicia in solemni processione Corporis Christi, ac deferre el erigere in eadem el solemnibus aliis Crucem, non obstantibus praetensa contraria consuetudine, el Concilio Provinciali IV, el aliis a Canonicis Cathedralis praedictae Civitatis allegatis?

El S. R. C., inhaerendo Caeremoniali Romano lib. 2, cap. 33, de Processione Corporis Christi, et Decreto eiusdem S. C. in una Andrien. 12 Aprilis 1603, necnon Edicto Episcopi Lauden. impresso per Carolum Caldarinum in dicta Civitate anno 1631, pro Festo Corporis Domini, respondit: « Licere ». El ila declaravit el servari mandavit. Die 21 Martii 1676.

1567. FAVENTINA. (2780)

Habita notitia a S. R. C., quod cum eadem sub die 21 Martii currentis anni declaraverit: Magistratum Civitatis Favenlinae teneri genullectere ad benedictionem soleinnem illius Emi Episcopi el hac de causa idem Magistratus in proxima praeterita festivitate Pentecostes ad Ecclesiam Calhedralem ire recusaverit; quapropter eadem S. C., inhaerendo Decretis alias in similibus editis, el praecipue in Narnien. 16 Iulii 1605, iterum declaravit: « Praedictum Magistratum debere in solemnioribus festivitatibus, el aliis diebus solemnibus per annum, ire ad Ecclesiam Calhedralem, el Episcopo ad Ecclesiam accedenti debitum ac solitum obsequium praestare: nec non ad praedicta omnia servanda teneri, et quatenus opus sil opportunis remediis cogendum esse » censuil el ordinavit. Die 30 Maii 1676.

1568. BONONIEN. (2781)

Cum dubitatum sit circa inlolligenliam Decreti SS. D. N. Clementis X, emanati die 28 Mn lii currentis anni pro Civitate el Dioecesi Bononien. super concessione celebrationis diei Festi B. Calharinae de Bononia cum Officio el Missa de communi Virginum sub rilu duplici, ideoque supplicatum fuit per S. R. C. declarari:

1. An Missa praedicta B. Calharinae celebrari possit quocumque die anni, quo potest celebrari Missa votiva?

2. An dies Festus dictae Beatae cum incidat die 9 Martii cum Festo S. Franciscae Romanae, qui est de praecepto sub rilu duplici, debeat transferri, attentis decretis novissimis super recitatione Officii Sanctorum ad libitum, quod non possint transferri?

El S. R. C. lam ad 1, quam ad 2, respondit: * Negative, sed ex speciali gratia permittendum esse, proul permisit, ul in posterum in dicta Civitate et Dioecesi Bononien. dies Festus B. Calharinae celebrari possit eadem die et sub eodem rilu, sicut celebratur a Monialibus Ordinis S. Clarae eiusdem Civitatis Bononiae ». Die 13 Iunii 1676.

1569. 1ND1ARUM. (2782)

Cum pro parte Provincialis et Frairum Discalceatorum S. Francisci Provinciae S. Didaci Novae Hispaniae in Indiis expositum fuerit in S. R. C., quod, licet plura emanaverint Decreta eiusdem S. C. cl signanter sub die 10 Decembris 1629, confirmata per speciales Lileras Aposlolicas *Ex incumbenti Nobis,* in forma Brevis a s. m. Urbano VIII, datas 9 Ianuarii 1630, ad favorem Discalceatorum S. Francisci S. Ioannis Baptistae Hispaniarum, el successive per alias datas 10 Iunii 1643: *Alias a nobis etc.,* ad favorem Discalceatorum Provinciae S. Didaci in Hispaniis, declarantia el sancientia, etiam cum clausula sublata, cl decreto irritante, praecedentiam in concursu cum aliis Regularibus in Processionibus el aliis actibus publicis semper competere dictis Discalceatis S. Francisci, sive soli per se et sub propria Cruce, sive cum Cruce et cum Familia de Observantia incedant; el sive Discalceati, Reformati, aul alio quovis nomine nuncupentur; necnon gaudere el frui debere omnibus aliis praerogativis expressis in Bulla s. m. Clementis VIII, incipiente: *Ex iniuncto nobis etc.* data 7 Septembris 1602, et ila in posterum ubique servari mandaverint: tamen oratores praedicti in nova Hispania patiuntur desuper controversiam ab aliis Regularibus, et praesertim a Fratribus Eremilanis S. Augustini; ideoque supplicatum fuit pro opportuno remedio.

Et S. R. C., attentis narratis, ad tollendam huiusmodi controversiam declaravit: « Decrelum superius relatum, el Brevia Apostolica servanda el exequenda esse, etiam in dictis partibus novae Hispaniae ad favorem oratorum, perinde ac si pro eis emanata fuissent, et ad praedicta omnia servanda el exequenda per Rmos Archiepiscopos et Episcopos, uorumque officiales el Nicanos m spiritualibus Generales, oppor-

lunis remediis Regulares praefatos renuentes, inobedicnles cogendos esse » censuil, voluit el ordinavit. Dic 13 lunii 1676.

1570. MAIORICEN. (2789)

Pro parle Rnii Episcopi Maioricen. supplicatum fuit apud S. R. G. pro resolutione infrascriptorum dubiorum :

1. An Magistratus saecularis, sive lurati Maioricen. teneantur genufleclere, quando ipse Episcopus in fine Missae solemnis, ac post Vesperas cl Laudes, necnon in fine Processionis dat benedictionem solemnem Episcopalem ?

2. An iidem quando assistunt Missis pontificalibus in Cathedrali, el cantatur versus *El incarnatus esi,* debeant genufieclere ?

3. An praefati in actu leceptionis candelae, cineris et palmarum teneantur genulleclere, el facere debitam submissionem el reverentiam Episcopo, ul disponit Caeremonialis Episcopalis r

Et S. R. C. respondit '.

Ad 1. « Servetur Caeremoniale ».

Ad 2. « Stantes genullectere debent ad versum *Et incarnatus est;* sedentes vero inclinare caput ».

Ad 3. « Ailirmalive». El ita declaravit. Die 13 lunii 1676.

1571. MEDIOLANEN. (2790)

S. R. C. declaravit : « Non licuisse, neque licere Praeposito Collegiatae Ecclesiae de Varesio Mediolanen. Dioecesis praetendenti incensari triplici ductu et non duplici, quando Canonicus in qualitate Diaconi assistit ad Altare el incensat Chorum ; et contrariam consuetudinem esse abusum ; ideoque eidem prohibendum censuit, proul prohibuit ». Die 13 lunii 1676.

1572. NEAPOLITANA. (2791)

Pro parte Magistri Caeremoniarum in Ecclesia SS. Annuntiationis Neapolis supplicatum fuit pro declaratione infrascriptorum dubiorum :

1. An in Matutinis solemnibus admittatur usus pluvialium?

2. An Celebrans, qui non habet usum pontificalium, Sacrum Christi Corpus communicantibus distribuens, possit sibi teneri facere Pixidem a Diacono, et per Subdiaconum Patenam ? (1)

El S. R. C. respondit :

Ad i. < In solemnioribus deberi ».

Ad 2. « Negative >. El ila declaravit. Dic 13 lunii 1676.

1573. NUSCANA. (2792)

Supplicante Parocho Terrae Bagnoli Nuscanae Dioecesis pro resolutione infrascripli dubii: an liceat cum consensu Episcopi, contradicente tamen Parocho oratore, Fratribus Ordinis S. Dominici in die Festivitatis S. Dominici Processionem facere cum Reliquia praedicti S. Dominici, el cum Confratemilatibus erectis intra Conventum et extra claustra dicti Conventus, el intra limites Parochiae oratoris?

El S. R. C., inhaerendo Decreto alias in similibus emanato, respondit: « Poiest Episcopus concedere licentiam, etiam contradicente Parocho ». Et ila declaravit. Die 13 lunii 1676.

157-1. PAP1EN. (2793)

S. R. C. declaravit : <Non licere Archidiacono Cathedralis Papien. in functionibus per ipsum faciendis, tamquam Primicerium Consortii dictae Civitatis, deferre ultra Insignia Primiceriatus, etiam illa Archidiaconalus ». Die 13 lunii 1676.

1575. TARVISINA. (2796)

Expositum fuit in S. R. C. quod in Tarvisina Dioecesi de praecepto Ordinarii fuerunt institutae nonnullae Congregationes Parochorum, in quibus disculi debent saltem duo casus conscientiae, quotiescumque illae habentur; et quia omnes illi Sacerdotes die illo quo conveniunt, Sacrificium offerunt pro confralribus laicis tam vivis quam defunctis, el Primicerius tandem cum sacris minisIns canit Missam ; dubitatum fuit, qualis Missa ab hoc cani debeat, an de Festo currenti, an vero de Sancio titulari; cum omnis Congregatio instituta sit sub invocatione alicuius Sancli particularis?

El S. R. C. respondit : < De Missa currenti ». Et ita censuit. Dio 13 lunii 1676.

157G. FAYENT1NA. (2796)

Cum elapsis mensibus, nempe die 21 Martii et 30 Maii decurrentis anni 1676, S. R. C. declaraverit: Magistratum Faventinnm teneri genufieclere ad quascumque benedictiones Cardinalis Episcopi tum inter tum post quaecumque solemnia liori solitas ; idque locum habere intellexerit in

(I) E. Dub. 5.

quibuscumque benedictionibus inter vel post Vesperarum Missarumque solemnia, eodem Episcopo apud Sedem pontificalem vel apud Altare, tum cappa pontificali tum sacris vestibus induto, eorumdem divinorum Officiorum solemnia peragente; ac pariter ab initio ad finem Missae privatae eodem Episcopo quocumque loco et tempore celebrante vel iis assistente; necnon adieceril, ipsum Magistratum compelli posse ad accedendum ad Episcopum, indeque ad Ecclesiam consuetis divinis Officiis inlerfulunim; praeterea ex ritu, eumdem Magistratum debere obducto capite integris quibuscumque praefatis solemniis intéressé, cl genullecicre ad integram confessionem praeliminarem quarumcumque Missarum solemnium, el ab initio Canonis usque ad verba *Per omnia saecula saeculorum,* ante vers. *Pax Domini sit semper tobiscum etc.;*

Eadem S. R. C.: « Decreta iam edita confirmat, eaque cum praedictis delaralionibus omnimode execution! demandari, necnon de novo expressa, non obstante quacumque eliam immemorabili consuetudine, quam abusum vocat, observari praecepit. Parere vero renuentes quibuscumque remediis, ac eliam censuris ecclesiasticis, quas ipsa in subsidium adhiberi vult, compelli posse declarat, et coerceri iubel el imperat ». Die 13 Iunii 1676.

1577. ANAGNINA. (2797)

Vicarius Generalis Episcopi Anagnini supplicavit in S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum, videlicet :

1. An Vicarius Generalis debeal praeferri Praeposito el aliis omnibus de Capitulo in omnibus actibus publicis el privatis, tam praesente quam absente Episcopo?

2. An praesente Vicario Generali, absente Episcopo, celebrans debeal thurificari triplici vel duplici ductu?

3. An absente Episcopo, debeal Vicarius Generalis thurificari triplici vel duplici ductu ?

4. Si duplici ;, an exislenle consuetudine legitime probata, quod Dignitatibus detur incensalio triplici ductu, dato casu, an eliam Vicarius Generalis incensandus sil triplici ductu, cum sil dignior quibuscumque Dignitatibus ?

El S. R. C. respond'd:

Ad 1. < Deberi ».

Ad 2. « Triplici duclu ».

Ad 3. < Duplici duclu ».

Ad 4. « Duplici duclu, non obstante consuetudine, imo abusu in contrarium ». El ita declaravit. Die 14 Novembris 1676.

1578. ASSISIEN. (2798)

Pro parte Cleri loci Cannarae Assisien. Dioecesis supplicatum fuit per S. R. C. declarari, an Priores seu Magistratus praedicti loci in Missis el Vesperis solemnibus thurificari debeant ante Presbyteros, ul ipsi praetendunt ?

El S. R. C. respondit : « Thurificenlur post omnes de Choro ». El ita declaravit. Die 14 Novembris 1676.

1579. AQUAEPENDEN. (2799)

S. R. C. ad instantiam Capituli Civitatis Aquaependen. declaravit: « Ul, absente Episcopo, Archidiaconus, Gubernator el Confalonerius el Magistratus praedictae Civitatis thurificenlur duplicibus ductibus, cum pro praedictis non adsit in contrarium consuetudo de tribus ». Die 14 Novembris 1676.

1580. NARNIEN. (2801)

S. R. C. ad instantiam Capituli el Canonicorum Terrae SIronconi Dioecesis Narnien. mandavit: « Ul servetur omnino Decretum Episcopi Narnien. factum ad favorem praedicti Capituli adversus Societatem SS. Sacramenti eiusdem loci, super controversia orta inter ambas partes de el super iure exercendi munus Magistri Caeremoniarum in Processione peragenda die Corporis Christi, cuius lenor talis est ul infra, videlicet : *Che presenlalo che avranno li delli Confratri dei SS. Sagramento il baldaccliino alii predetti Signori Canonici in Chiesa, non s' ingeriscano in allro, ma che solo sei Fratelli assistant) colle torcic al baldaccliino, e tornata che sarà la Processione, ripiglino il baldacchino dalle mani delli suddelli Canonici* ». El ita voluit, el servari decrevit. Die 14 Novembris 1676.

1581. THEATINA. (2802)

S. R. C. ad instantiam Francisci Antonii Solari Archipresbylcn de Villa Franca Thcatinae Dioecesis declaravit: « Quod per Fratres Ordinis S. Dominici in peragendis Processionibus in dicto loco servetur Decretum generale desuper emanatum die 27 Iulii anno 1628 *(relato sub alio Decreto 28 Septembris 1658, - vide num.* **1096),** dummodo praedicti Patres non habeant indultum particularem ». Die 14 Novembris 2676.

VENETA (2803)

Cum Confralernilas S. Francisci Vineaarum Civitatis Venetae fuerit erccla in Ecclesia Fratrum Minorum de Observantia anno i340, sub invocatione S. Francisci, aggregata Confralernilati Assisii : utendo vestibus el signis Sac. Slygmalum, et exercendo omnia opera pia praescripta in Bullis fel. rec. Xysti V et Pauli V ; el cum noviter erecta sil aliéna Confralernilas intra eamdem Ecclesiam in alio Altari sub nomine B. Paschalis Baylon cum instituto suffragandis mortuis, quae Confralernilas anno 1628 habuit aggregationem Archiconfralernilali Slygmalum Urbis, el ex tunc usque adhuc incepit peragere dicta exercitia, et uti iisdem vestibus el signis ad instar praedictae antiquae Confralernilatis S. Francisci ; quapropter ad instantiam praefatae antiquae Confralernilatis S. Francisci supplicatum fuit per S. R. C. declarari: an liceat sub eodem tecto stare duas Archiconfralernilates eiusdem Instituti, habentes eadem signa el peragentes eadem exercitia?

El S. R. C., facia prius per me Secretarium distincta relatione pro Emo Diio Cardinali Casanala, respondit: «Servetur Constitutio fel. rec. Clementis VIII, quae incipit : *Quaecumque a Sede Apostolica,* 7 Decembris 1604 ». (1) Et ita censuit. Die 14 Novembris 1676.

1583. BITUNTINA. (2808)

S. R. C. ad resolvenda infrascripla dubia, proposita per Emuni I). Card. Porlocarrero ad instantiam Episcopi Bilunlim, respondit ut infra, videlicet :

1. Quando aliqua Dignitas vel Canonicus supplet vicem dignioris, qui impeditus tempestive non venerit, et ad quem alias spectaret assistere pro Presbytero, seu pro uno Diaconorum assistentium Episcopo soleraniter celebranti, aut cum mitra seu cappa in Missa vel Vesperis assistenti ; an debeal cedere locum dicto digniori posterius supervenienti, sive dictus vicem supplens sil canonical! habilu, sivo paramentis indutus?

El S. R. C. respondit: « Inchoatis Officio et Missa, supervenientibus Dignitatibus vel Diaconis dignioribus, ad quos munus assislenliae incumbit, tum cappa tum sacris vestibus indutis, locum cedere tenentur eorum vices supplentes, si eodem habitu amicli inter alios apud slalla intéressé poterunt. Verum si indumentum eos mulare oporteat, in assistentia persistant usque ad finem actionis; secus autem de Ministris Sacrificii servandum est, nempe de Diacono Evangelii el Subdiacono Epistolae. Hi enim inchoatis Missarum solemniis, imo et sacris induti vestibus, si semel ad Episcopum eidem famulatum exhibituri accesserint, inde a supervenientibus dignioribus Canonicis removeri non debent ».

2. In Calhedrali Bituntina, quando Episcopus solemniter celebrat Missam, solet ex consuetudine unus Canonicus pluviali indutus portare et tenere baculum pastorale. Quaeritur quem locum habere debeat in Processione, quae fit a Sacrario ad Altare, omnibus Canonicis el Dignitatibus paratis ?

Et S. R. C. respondit: « Ea quae consuetudine inducta reperiuntur, iuxta consuetudinem retinenda sunt; itaque deferens baculum pluviali indutus loco, ul hactenus consuevit, incedere debet: at secundum ritum, ubi contraria consuetudo non viget, solus ante Episcopum immediate incedere debet ».

3. An Presbyter assistens, qui de consuetudine Ecclesiae Biluntinae, est Archidiaconus prima Dignitas, debeat suis duabus manibus tenere librum supra eius caput cum Episcopus solemniter celebrando Missam seu Vesperas, in eis aliquid cantat; vel potius sufficiat ul Cappellanus Episcopi de libro serviens, supra eius caput dictum librum suis manibus teneat, adiuvante dicto Archidiacono, caput supponendo iuxta caeremoniam ?

Et S. R. C. respondit: « Servetur Caeremoniale Episcoporum ». Lib. 2, cap. 8, num. 38.

4. Quando habentur Ordinationes Clericorum, ex Pontificali habetur quod Archidiaconus vel alius pro eo ducat ad portam Ecclesiae promotos ad Osliariatum. Quaeritur an dicta dispositio locum habeat absente Archidiacono, vel potius ipso praesente possit ab eodem mitti alius ad associandum Ostiarios ordinatos?

Et S. R. C. respondit : « Tenetur per semetipsum onus ducendi explere ».

ů. An, data benedictione solemni ab Episcopo post concionem habitam intra Missarum solemnia, possit dari alia benedictio solemnis in fine eiusdem Missae ?

(1) Duae nempe Confratcrnitates eiusdem Tituli in eadem Ecclesia subsistere nequeunt.

Et S. R. C. respondit : « Nedum posse, sed omnino deberc eliam secundo benedicere ».

6. An quando Episcopus assistit Missae solemni cum mitra seu cappa, debeat ipse solus in principio Missae facere confessionem cum Celebrante, scilicet incipere Psalmum, el Celebrans respondere, vel potius Episcopus et Celebrans simul el coniunctim incipere, el alii Ministri cl assistentes respondere?

El S. R. C. respondit: « Episcopus tum cappa tum pluviali indutus assistens Missarum solemniis debet a dexteris Celebrantis non Episcopi cum eo confessionem explere, et Celebrans eidem uti Minister respondere usque ad versum, *Deus tu conversus etc.* exclusive, quos Episcopus debet explere cum Diaconis assistentibus, et Celebrans cum Ministris Sacrificii. Hi vero post Episcopum el Celebrantem stantes, inter se confessionem ipsam absolvent medii inter Canonicos assistentes, si Diaconus el Subdiaconus fuerint Canonici : sin minus, a sinistro latere simul stantes post Episcopum et Celebrantem ».

7. Quia ex Caeremoniali lib. 2, Cap. 1, habetur omnes genulleclere debere in Hymnis *Veni Creator Spiritus etc., Ave muris Stella etc.,* et *Tantum ergo Sacramentum,* usque ad (inem praedicti versus ; an intelligalur de tota stropha, scilicet usque ad aliam respective : *Qui diceris Paraclitus, Sumens illud Aie* et *Genitori Gcnitoque?*

El S. R. C. respondit : < Ad integram stropham ».

8. An tolerari possil quod Episcopus in Processionibus publicis incedat medius inter Regium Gubernatorem dictae Civitatis el Syndicum, vel polius debeat solus incedere, subséquent!bus siipradiclis, si intervenire voluerint?

El S. R. C. respond'd : « Episcopus in sacris supplicationibus, tum cappa pontificali tum pluviali indutus, incedere debet inter Canonicos Diaconos assistentes, vel inter Dignitates, quibus assislenliae munus incumbit. Laicos vero oportet omnino Episcopum subsequi, modo Canonici intersint, ul prorsus debent, choralibus Insignibus, seu sacris vestibus induti ; sin minus, consuetudo poterit tolerari ».

9. An Vicarius Generalis Episcopi in dictis Processionibus praecedat dicto Regio Gubernatori Civitatis, praesente Episcopo ?

El S. R. C. respondit: < Quoad Vicarium Cieremoniale disponit servandam esse locorum consuetudinem ». El ita declaravit el servari mandavit. Die 14 Novembris 1676.'

1581. B1TUNTINÀ. (2806)

Praeter alia dubia proposita in S. R. C. idem Episcopus Biluntinus supplicavit infrascripla declarari :

1. An post mediam noctem Nativitatis Domini, ante tamen auroram, possint simul celebrari 1res Missae privatae?

2. An Sacerdos, qui in dicla nocte celebravit Missam solemnem, possil immediate celebrare privatim reliquas duas Missas : vel potius teneatur expeclare auroram ?

El S. R. C., referente Emo D. Card.Portocarrero, respondit utrique dubio : « Negative: id et allegatis rationibus abunde probetur, et praxi universalis Ecclesiae, conformi Romanae magistrae comprobatur ». Die 14 Novembris 1076.

1585. ARIANEN. (2807)

Pro parte Riiii Emmanuelis Brancalii Episcopi Arianensis expositum fuit in S. R. C., quod Canonici suae Calhedralis Episcopum ad divina Officia celebranda descendentem, nonnisi in vestibulo palatii ad interiorem Ecclesiae partem respondente, excipere consueverunt. Id autem ea ratione facium est, quia indecens salis aditus erat ad mansiones Episcopi: cumque itaque orator praedictus commodum ingressum, el moenianum eliam vitreis fenestris ornatum aptaverit, qua commodissime el decenter ad eius mansiones aditus palet: supplicavit decerni Canonicos in posterum ad vestibulum usque sui cubiculi › oratorem el Episcopos pro tempore excipere debere.

Et S. R. C., attentis narratis, el agnoscens petita esse iuxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum, decrevit: « Ul petitur, el ita in futurum servari mandavit, contraria consuetudine non obslanle». Die 14 Novembris 1676.

1586. CÜSENTINA. (2808)

Supplicante Promolore fiscali Archicpiscopahs Curiae Cusenlinae pro confirmationi' declarationis die 13 Iulii 1676, a S. R. C. editae, el pro revocatione attentatorum seu innovatorum a Canonicis Calhedralis praedictae Civitatis, ex vi mandati ab A. C. extorti pro observatione cuiusdam declarationis ab eodem editae in Elven. 10 lanuarii 1604, ac praeterea pro declaratione infrascriptorum dubiorum :

1. An Canonicis habentibus usum cappae magnae liceat, cessante consuetudine, in Choro el in canonicalibus functionibus uti superpelliceo supra rochcllum? El quatenus affirmative,

2. An liceat uti ad eorum libitum dicto superpelliceo supra rochcllum promiscue cum cappa magna, tam aeslivo, quam hyemali tempore?

3. An hoc eliam in publicis supplicationibus seu Processionibus el exequiis defunctorum ?

4. An liceat Archiepiscopo censuris el aliis poenis cogerc Canonicos ad observationem Caeremonialis Romani cl Decretorum S. C.?

El S. R. C., referente Emo D. Card. Albilio, respondit :

Ad Affirmative ».

Ad 2. Tempore congruo ».

Ad 3. « Allii malive ».

Ad 4. « In casibus particularibus providebitur ». Die 16 Ianuarii 1677.

CIVITATIS CASTELLI. (2809)

S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus ab eadem editis, iterum declaravit: « Ius deferendi aspersorium, Crucem ad deosculandam, navicellam el incensum Episcopo Civitatis Castelli in actu Visitationis, el in ingressu Ecclesiarum parochialium et Monialium, spectare ad Parochos el Confessarios praedictarum Ecclesiarum respective, el non ad Canonicos Convisitatores Calhedralis eiusdem Civitatis»: El ila declaravit, non obstante usu in contrarium. Dic 16 Ianuarii 1677.

1588. 1HSPALEN. (2811)

Pro parte Didaci Diaz de Escobar Presbyteri et Caeremoniarum Magistri Ecclesiae Ilispalen. supplicatum fuit apud S.R.C. pro declaratione, an sustinendi sint mores infrascripti, videlicet:

1. Mos est in die depositionis defuncti, sive Dominica sil, sive Fesium duplex primae classis, Missas privatas de Requiem celebrari, cum ila fieri non debeat, nisi tantum quae corpore praesente solemniler celebretur.

2. Item in primis novem diebus depositionis defuncti in Altari, ubi iacet, Missae de Requiem tam solemniler quam privalim celebrantur, non solum duplicibus Feslis el Dominicis, verum et in Festis el classicis cl dc praecepto.

3. Hos eliam viget mullis in locis a die sepulturae defundi, novem per dies Missas celebrari, cl in Oratione assignata a Missali pro diebus 3, 7 et 30, addere a 2 die, diem secundum, diem tertium, diem quartum, et sic de rehquis, ordinalim perveniendo ad nonum, contra Missalis praeceptum.

4. In die sepulturae defuncti dicilur Officium el Missa corpore praesente, in Festis eliam primae classis, imo el in primis diebus Paschae el Pentecostes, non obslante Decrelo Ritualis Romani titulo de exequiis aientis ila: Si *quis die Festo sit sepeliendus, Missa propria pro defunctis praesente corpore celebrari poterit; dum tamen Conrentualis Missa et Officia divina* non *impediantur, magnaque diei celebritas* non *obstet.* El plurimorum gravissimorumque auctorum fert sensus, praedicta neri non posse in Festo primae classis.

5. In funeribus, etiamsi defunctus parvulus sil, fit Officium de adultis cum Missa votiva de Angelis, unica Oratione in duplicibus el Dominicis. Rogatur ; an possil hoc sustineri?

G. Cum fit Officium sepulturae, slatim atque incipitur defunctorum Officium, fert consuetudo Missam solemnem celebrari, corpore praesente, conii a Rituale Romanum praecipiens Missam dici post Officium.

7. Novem per dies ante Nativitatem 1). N. lesu Christi ad auroram celebrantur Missae (vulgo nuncupatae *de Aquiland)* de festivitatibus Virginis Deiparae; non solum in diebus feriatis, verum eliam in Feslis duplicibus classicis el Dominicis, cum *Gloria* et *Credo* et unica Oratione, praetextu devoiionis populi, quibus diebus ad maiorem celebritatem multa fiunt remedio digna. Conveniunt enim in Chorum cantandi causa plures laici, el quasdam canunt cantilenas usum moventes, tempori locoque nullatenus consentaneas. Huic mori debet opportunum adhiberi remedium, ul penitus e medio tollatur scandalum.

8. In Missis maioris Hebdomadae canitur aliquando *Passio* non solum a Subdiaconis, verum et a I.iicis, et mullolies ab uxoratis contra Caeremoniale Romanum lib.2,cap.21, ulu praecipitur: Passionem canentes indui debere amictu, alba, cingulo, manipulo et stola: quae omnia ad Diaconum dumtaxat spectant. El adeo haec consuetudo invaluit, ut in Missa eliam privata cantetur *Passio:* imo el eliam sine Missa; solus enim Sacerdos quilibet, quin Missam celebret, exii ad Altare cum omnibus paramenlis, ibique ad-

est dum *Passio* canitur, quae omnia non parvo remedio indigere videntur.

9. In tempore publicae generalisque necessitatis habentur aliquando preces, sive rogationes post Calicis elevationem in Missa Conventual!, Missa cessante quoadusque in Choro liniantur preces, et mullis in locis hae preces fiunt ante *Pater noster,* el ab ipso Celebrante dicuntur cum Orationibus, ipsas interponendo tempore Sacrificii.

El S.R. C. respondit: «Consuetudines seu, ul melius dicamus, abusus omnes expositi, uti repugnantes Rubricis ct Expositorum opinionibus, tolli omnino debent. Non sunt enim laudabiles, imo scandalosae, iis maxime qui amant observantiam bonorum rituum ». El ila declaravit, decrevit, atque praefala omnino tolli mandavit. Die 1G Januarii 1077.

1589. HISPALEN. (2812)

Idem Didacus Diaz de Escobar Presbyter el Caeremoniarum Magister Ecclesiae Hispalensis supplicavit pro resolutione nonnullorum dubiorum circa rubricas, quae sunt ul infra, videlicet :

1. Octavarium Romanum octavam assignat pro Festo S. Thomae Apostoli die 21 Dec. Dubium ergo est, quomodo hoc debeat intelligi, cum Regula Tabulae, Si *occurrat eodem die,* sic aientis: *De aliis octavis quae non sunt in calendario, nihil [it a die 17 Decembris usque ad Epiphaniam:* an etiam intelligi debeat de aliis octavis, quae occurrere possunt?

El S. R. C. respondit : < In Octavario Vencliis impresso apud Nicolaum Pezzana anno 1003, nulla est memoria de octava S. Thomae Apostoli, ideo miratur quod sil apud instantem ; cuin iuxla Rubricas Festum S. Thomae, quod cadit die 21 Decembris, octavam habere non possit ».

2. Habetur in aliquibus Ecclesiis insignis Reliquia Sancti alicuius qui cum Socio esi in corpore Breviarii, el ulerque habel Festi simplicis ritum, veluti contingit in Festo SS. Gervasii el Prolasii, quorum duo lectiones vitam amborumque mortem enarrant. Dubitatur an praedictae duae lectiones legendae sint in Officio duplici illius, (uius Reliquia habetur, vel sumendae sini de communi illius martyris, el de Socio facienda lanium sit commemoratio absque nona lectione, eo quod primae classis non sil praecipuum Officium, de quo loquilur Regula Tabulae supradiclae, Si *occurrat eodem die.*

El S. R. C. respondit : « Si in hoc casu lectiones disiungi commode possunt, legenda est illa de Sancto cuius fit Officium duplex propter Reliquiam insignem in 2 Nocturno, et erit 4 lectio, quinta el sexta sumenda sunt de communi; altera vero lectio poni poterit pro nona led. in 3 Noct. tamquam de Sancto simplici, de quo fieri debet etiam commemoratio ad Laudes ; si vero non possunt commode disiungi, utraque ponenda est in 2 Noct, pro 4 el 5 led.: el G legenda est de communi, el in hoc casu lectio nona pro festo simplici repetenda non est ; fieri tamen debet de eo commemoratio ». (1)

3. Religiones aliquae habent celebranda quamplurima Festa, quae propter occurrentiam cum aliis Festis Calendarii Dioecesis, el insuper cum Festis denuo concessis locum celebrationis non habent in proprio anno. Dubitatur; an in anno sequenti possint celebrari eo ordine, quo in Rubrica 10 praecipitur?

El S. R. C. respondit: «Officia, quae ex necessitate transferuntur, locum resumunt prima die nen impedita alio Officio novem Lectionum, ut in Rubrica dc Translatione Festorum Tit. X ». (2)

4. Dubitatur tandem, quae ratio vel forma servanda sit in funeralibus alicuius defuncti, tam adulti quam parvuli, in Feria V, VI el Sabbato maioris Hebdomadae? Hoc enim in Rituali Romano nullatenus expressum invenitur.

Et S. R. C. respondit: «Non debet alterari usus communis: alias enim omissa non fuisset regula. In Psalmis tamen, qui dicuntur pro parvulis potest omitti *Gloria Patri etc.* pro conformilale temporis ». El ila declaravit. Die 1G lanuarii 1677.

1590. BRUNDUSINA. (2813)

Pro parte Barlholomaei Leonard· Saxi Archipresbyleri Collegialae Ecclesiae Messapien. Dioecesis Brundusinae supplicatum fuil pro declaratione infrascriplorum dubiorum, videlicet :

1. An incipere, *Actiones nostras etc.* in Choro speciet ad primam Dignitatem, vel ad Vicarium foraneum ?

2. Cui exhibenda sil reverentia ab his, qui a Choro discedunt causa celebrandi.

(i) E Dub. Ô. — (2) E. Dub. 5.

vel alterius necessitatis, primae Dignitati in Choro existent!, an Vicario foraneo?

EL S. R. C. ad utrumque respondit: < Spectare ad primam Dignitatem ». EI ita declaravit. Die 13 Februarii 1077.

159 t. CONVERSANA. (2814)

Pro Parte Capituli Cathedralis Conversanae expositum fuit apud S. R. C., quod in Ecclesiis Monialium et Regularium Civitatis Conversanae statuae vel imagines SS. Virginis, vel aliorum Sanctorum Protectorum servantur, el saepe processionaliler per Civitatem asportari consueverunt cum assistentia el interventu Regularium, ct Confraternilalum, el Capituli Cathedralis eiusdem Civitatis, el quia oriuntur ex praedictis duo dubia, ideo supplicatum fuit pro illorum declaratione, videlicet :

1. An teneantur dicli Regulares el Confralernitates convenire in Calhedrali ad effectum processionaliler accedendi ad loca, ubi statuae servantur, allento Decreto Synodali lit. de Sacrosanctis Ecclesiis § 1?>, hisce verbis : In Processionibus faciendis omnes tam Regulares quam laicornm Confralernilales ad Calhedralem in Civitate etc. conveniant omnino, ex qua Processiones exeant et dirigantur.

2. An (inita Processione, et relictis statuis in diclis Ecclesiis, teneantur Cnnfralernilales el Regulares associare Capitulum usque ad Calhedralem?

Et S. R. C. ad ulrumque dubium in casibus propositis respondit : « Non teneri Regulares el Contraires accedere nisi ad Ecclesiam a qua dirigenda est Processio, et post Processionem non teneri associare Capitulum ad Calhedralem ». El ila declaravit. Die 13 Februarii 1677.

1592. LAURETANA. (281B)

S. R. C. declaravit : « Non esse thunficandum Gubernatorem Praelatum Laureti, nisi duplici ductu, quando Episcopus Cardinalis Lauretanus el Recinelensis assistit sive celebrat in Ecclesia Calhedrali Laureti; nec non Vicarium Generalem, sive praesente sive absente praedicto Emo Episcopo, esse thurificandum ad instar Canonicorum eiusdem Civitatis ». El ila decrevit, el servari mandavit. Die 13 Februarii 1677.

1593. VERCELLEN. (281G)

Cum ad aures Elborum DD. Cardinalium S. R. praepositorum pervenerit, quod Episcopus Vercellensis abstinuit a visitando Oppidum Massarani, quia Princeps lenei de facto intra Presbyterium a cornu Evangclii Thronum cum strato el baldachino pro sc, principissa et filiis, ad exclusionem eiusdem Episcopi ; quapropter eadem S. R. C. mandavit : < Ul praefatus Episcopus curet omnino praedicta omnia removeri, el compellat etiam sub censuris, quatenus opus sit ». El ila decrevit. Dic 13 Februarii 1677.

1594. MAIORICEN. (2817)

Cum S. R. C. habita die 13 lunii 1676, ad instantiam Rihi Episcopi Maioricen. supplicantis pro declaratione nonnullorum dubiorum, et inter alia, nempe: i. An Magistratus saecularis, sive lurali Maioricen. teneantur genufleclere, quando ipse Episcopus in line Missae solemnis et post Vesperas el Laudes, necnon in line Processionis dal benedictionem solemnem Episcopalem? 2. An iidem quando assistunt Missis pontificalibus in Calhedrali, el cantatur versus: Et incur- *natus est etc.* debeant genufleclere? responderit : Ad 1. «Servetur Caeremoniale ». Ad 2. « Stantes genufleclere debent, sedentes vero inclinare capul ».

Nunc eadem S. R. C., confirmando praedicta Decreta, ei pro maiori illorum intelligentia iterum declaravit, proul infra:

1. «Magistratum praedictum el omnes, praeter Dignitates et Canonicos Cathedralis, teneri genufleclere ad quascnmque benedictiones Episcopi cum mitra, post quaecumque solemnia elargiri solitas, idque locum habere intellexit in quibuscumque benedictionibus, inter vel post Vesperarum Missarumque solemnia, eodem Episcopo apud Sedem pontificalem vel apud Altare, tum cappa pontificali tum sacris vestibus induto, iisdem Officiis praesente, ac pariter ab initio ad finem Missae privatae, eodem Episcopo quocumque loco et tempore celebrante, vel iis assistente, prout pariter alias resolutum fuit ab eadem S. C. in una Imolen. die 23 Martii 1641, el Faveniina 21 Martii et 13 lunii 1670 ».

2. Ad versum : *El incarnati» esi, etc.:* « Omnes, nec excepto Episcopo, teneri genufleclere, quandocumque stantes incidant in illa verba : *Et incarnatus est etc.* tum si ah ipsis ore proferantur, lum si a cantoribus cantentur ; vel etiam si sedeant, in ipsa Nativitatis die, necnon in Festo Annuntiationis B. Mariae Virginis. Geleris vero diebus indiscriniinalim sedentes omnes, nemine excepto, teneri capul delectum inch-

nare. Nec co casu locum habere dispositionem Caeremonialis, quod caput inclinantibus Canonicis inferiores geniifleciant, prout etiam alias resolutum fuit per eamdem S. C. in una Angelopoliiana 13 Iunii 1671, et Maioricen. 17 Iunii 1673 ». El ila decrevit, et servari mandavil. Die 13 Februarii 1677.

1595. INTERAMNEN. (2820)

Reproposita causa Inleramnen. praecedentiae in S. R. C. per Eihum I). Cardinalem Casanata ad instantiam Beneliciatorum Calhedralis Ecclesiae Interamn. contra Parochos Ecclesiarum eiusdem Civitatis; eadem S. R. C., ulraque parte hinc inde informante, censuit: < Standum esse in decisis die 2 Augusti 1659, videlicet : Rectores Curatos esse de gremio Ecclesiae Calhedralis, ac proinde Decretum emanatum die 8 Iunii 1658 non edicere quod non possint inter Canonicos el Benelicialos Divinis intéresse, cum cesset ratio inseparabilitatis corporis Capituli, el relinendam esse praecedentiam hactenus in eadem Ecclesia servatam, quod Rectores sint Beneficialis, ut olim, in sessionibus, stationibus ac Processionibus praeferendi; el causa amplius non proponatur». Et ila decrevit. Die 3 Aprilis 1677.

159G. ALBINGANEN. (2825)

Episcopus Albinganen. supplicavit declarari: an in die Solemnitatis el octava Corporis Christi possint Parochi Saeculares et Regulares, deferentes SSihum Sacramentum processionaliter, deponere idem SSihum Sacramentum in aliqua Ecclesia, seu super Altare fieri solilum per vias, ad instar Episcoporum ?

El S.R.C. respondit orclenus: «Posse». Die 10 Iulii 1677.

1597. BAREN. (2826)

S. R. C. ad instantiam Capituli Calhedralis Baren, inhaerendo dispositioni Concilii Tridenlini Sess. 24,cap. 12, ibi: *Omnes vero Ditina per se, el non per Substitutos compellantur obire Officia etc.,* declaravit: * Archiepiscopum Baren, posse et debere compellere Canonicos praedictae Calhedralis, quando non sunt legitime impediti, per seipsos et non per Substitutos, ad inserviendum Canonico celebranti pro Diacono el Subdiacono, sub censuris el poenis, etiam auctorilale eiusdem S. C. ». Die 10 Iulii 1677.

1598. COMEN. (2827A

IÜR1S PAROCHIALIS.

Ad instantiam Rectoris Albergalis Praepositi S. Xysti et aliorum Parochorum Civitatis Comi contra Capitulum et Canonicos Calhedralis eiusdem Civitatis, per Eihum D. Card. Vidonurn proposita el discussa fuerunt in S. R. C. infrascripta dubia, videlicet:

1. An sil dictus Praepositus et Parochus reintegrandus tam de pluviali et Stola ablalis, quam de omnibus emolumentis parochialihus occasione funeris quondam I). Ludovici Odescalchi, ac de damnis et intéressé propter huiusmodi lurbativas passis?

2. An Capitulum Cathedralis Comi possit in die, seu tempore stationis, se ingerere vel cumulative vel privative quoad proprium Parochum, in functionibus parochialibus, idest baptismatibus, funeralibus, matrimoniis el similibus in Parochiis vel in Ecclesia, ubi fit statio ?

3. An Parochus Ecclesiae stationis possit a Capitulo cogi ad illum recipiendum in primis Vesperis el Missa cum sono organi, seu ut dicitur, *Ilegalli.* quamvis illa Ecclesia nullum organum, seu *Regalium* habeat?

4. An, ubi a coniunctis defuncti invitatur Capitulum ad funera alterius Parochiae quam Parochiae Cathedralis, possit prohiberi Parocho defuncti interventus cum Stola et pluviali, aut eo casu possit Parocho minui quarta funeralis?

5. An, morienle aliquo ex Canonicis Calhedralis in altera Parochia quam Calhedralis, possit Capitulum excludere Parochum ab interventu cum Stola el pluviali ad funera, seu ei adimere quartam funeralem? (1)

El S. R. C. respondit: Ad 1. « Episcopus conficiat processum super praelenso spolio; el confecto ac verificato, reintegre! Parochum ».

Ad reliqua vero qualuor dubia proposita : « Manutenendos esse Parochos in exercitio functionum parochialium, privative quoad Capitulum, cui dentur Lilerae Reinissoriales ad probandam immemorabilem, quatenus adsit ». Die 10 Iulii 1677.

1599. CUSENTINA. (2828)

S.R.C. ad dubia proposita pro parte Canonicorum Calhedralis Cuscntinae respondit ul infra, videlicet :

Ad I. « Non posse coarctari Fratres Franciscanos sub die 17 Septembris ad re-

ft) E. Dub. 6,

citandum Officium de Nomine B. Mariae a (el. rec. Clemente X omnibus Regnis Regis Catholici concessum, el extensum sub mu dupl. mai., et transferendum Officium Slygmalum S. Francisci, quod ipsi Fraires ex concessione Sedis Apostolicae de praecepto tenentur recitare sub ritu dupl. secundae classis ». (1)

Ad 2. * Tam Archiepiscopus, quam Canonici qui sunt legali Ecclesiae, etiam absentes, tenentur recitare Officium, iuxla ritum Ecclesiarum, quibus sunt ligati».

Ad 3. « In Feriis el Sabbato qualuor temporum, occasione currentis Festi novem Lectionum, debent in Calhedralibns cantari duae Missae ; polesl per Canonicos cantari illa de Feslo, et per Arcliiepiscopum vel Episcopum facientem Ordinationem, cantari vel saltem celebrari altera de Feria in paramenlis violaceis ». El ila declaravit. Die 10 lulii 1677.

1600. NULLIUS (2831)
SEU MONTIS ALTI.

Pro parte Prioris, Canonicorum, Capituli el Curati Collegiatae Ecclesiae S. Pauli Terrae Furcae, necnon Priorum el populi diclae Terrae Nullius, seu Montis Alti supplicatum fuit pro resolutione mfrascriptorum dubiorum :

1. An ipsi teneantur Festum Conversionis S. Pauli die 25 lan. cuiuslibet anni sub ritu dupl. primae class, uli de praecepto, tamquam Festum de S. Titulari dictae Ecclesiae el eiusdem Terrae unico el antiquiori Protectore, observare el observari facere iuxla Constitutionem Urbani VIII idibus Septembris 1642 emanatam?

2. An licuerit *Parlamento* generali diclae Terrae publicari facere *baiiua* super observantia dicti Festi, et eliam iniungere poenas a Statuto dicti loci comminatas contra inobservantes dictum Festum?

Et S. R. C. ad utrumque respondil: < Spectare ad Episcopum ». Et ila censuil. Die 10 lulii 1677.

1601. AQUAEPENDEN. (2838)

Supplicantibus Capitulo el Canonicis Cathedralis Aquaepcnden. apud S. R. C. pro observatione Decreti alias sub die 30 Augusti 1664 emanati ad instantiam illius Episcopi praedecessoris, ubi resolutum fuit, quod Regulares Ordinis S. Augustini el Minorum Convenlualium praedictae Civitatis in Processionibus deberent incedere cum capulio et sine pileo, el id non obstante quacumque repugnantia et oppositione moderni Episcopi Regularis Ordinis Minorum Convenlualium ;

S. R. C. respondil: « Servetur ultimus status ». El ila decrevit. Die 20 Novemlui 1677.

1602. HIERACEN. (2841)

S. R. C. declaravit : < Quod Archipresbyler quarta Dignitas Calhedralis Hieracen. ac simul Vicarius Generalis, quando vuli intervenire lamquam capitularis el dare volum in Capitulo, debet sedere el dare volum in suo quarto loco ». Et ila ad mslanliam Abbatis Apollinaris Pasqualini Decani et primae Dignitatis praedictae Calhedralis decrevit, et in poslerum servari mandavil. Die 20 Novembris 1677.

1603. **MEX1CANA.** (2844)

Pro parte Ludovici de Leon Presbyteri Cappellani, el Coriferi Metropolitanae Ecclesiae Mexicanae in Indiis supplicatum fait apud S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

1. Supposito Decreto S. R. C. in principio Breviarii posito circa Reliquias insignes § 2, per haec verba: « Hem vetuit et prohibuit celebrari per lotam Civitatem, vel Dioecesim, eliam de cuiuscumque Ordinarii auctoritate, Festum cum Officio, eo quod in loco adsil Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, vel aliqua Reliquia; sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seu ubi asservatur Corpus, aut insignis Reliquia, et non alibi ». Unde dubitatur: an haec prohibitio comprehendat Clericos tam Saeculares quam Regulares ipsius Civitatis el Dioecesi·;, ita ut non possint recitare et celebrare de Reliquia insigni, in Calhedrali matrice asservata, Clerici in ipsa Civitate degentes, praeter Choro addictos et ministros ipsius Ecclesiae?

2. An Clerici, qui non sunt Choro addicti, sed tamen in aliquo ministerio deserviunt tali Ecclesiae Calhedrali, possint celebrare et recitare de tali Reliquia?

3. An consuetudo in his huic Decreto contraria possit abrogare Decretum ?

4. An privilegium Ecclesiae Calhedrali concessum recitandi Officium de SSmo Sacramento Feria V non impedita cuiuscumque hebdomadae, comprehendat solos Cle-

(I) E. ad Dub. 2.

ricos Choro addictos et Ecclesiae ipsius ministros, vel extendi possit ad alios Clericos in Civitate degentes, el eliam Dioecesis? (1)

El S. B. C. respondit ad supradicta dubia, ut infra, videlicet :

Ad 1. « In Ecclesia lanium ubi asservatur Reliquia insignis, el prohibitio comprehendit Clericos tam Saeculares quam Regulares Civitatis el Dioecesis ».

Ad 2. « Affirmativo ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. « Solos Clericos Choro addiclos et ministros illius Ecclesiae ». El ila declaravit. Die 20 Novembris 1677.

1604. NOVARIEN. (2846)

Cum alias ad instantiam Patrum Barnabilarum S. Marci Civitatis Novariae S. R.C. declaraverit Officium super cadaveribus in Ecclesiis Regularium fieri debere ab ipsis Regularibus, non autem a Parochis defunctorum, non obstante contraria consuetudine: nunc vero iidem Patres, ad tollenda dubia el controversias, quae ex resolutione in dies insurgunt, iterum supplicarunt pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

1. Utrum renuentibus Parochis cadavera ad Ecclesias Regularium associare, possint Regulares ipsi cadavera de domo levare el ad Ecclesiam ducere et sepelire absque Parochi praesentia, nec possint a Parochis impediri ?

2. An Parochi, postquam cadavera associarunt usque ad ianuas Ecclesiae Regularium, teneantur ab ea recedere, vel saltem Stolam dimittere, et manere in loco distanti ab officiatura, nec in ea se ingerere? (2)

Et S. R. C. respondit ad supradicla dubia, ut infra, videlicel :

Ad 1. < Affirmative, seu posse vocatis Parochis et ipsis renuentibus intervenire vel alterum mittere, ul resolutum fuit in Senogallien. die 22 lunii 1675, ad 6 ».

Ad 2. «Teneri ab ea recedere, nisi adsit contraria consuetudo immemorabilis legitime probanda, vel saltem admitti posse, dimissa Stola ». El ila declaravit, et servari mandavit. Die 20 Novembris 1677.

1605. TAURINEN. (2847)

Supplicante in S. R. C. Ioanne Baptista do Marchis Parocho Ecclesiae Cathedralis Taurinen. pro declaratione : cum ex Rubricis Missalis el Decretis S. C. prohibitum sil cantare Missam sive votivam sive de requiem, nisi praesente cadavere vel ex gravi causa, in Eeslis duplicibus, infra octavam Epiphaniae, Paschalis, Pentecostes, Corporis Christi, ac in Iota Hebdomada maiori, Feria quarta Cinerum, Vigilia Pentecostes el Nativitatis Domini; quaeritur an Anniversarium Regis, vel Principis supremi, reputandum sil causa gravis, adeo ul si in aliquo ex supradictis diebus occurrat eiusdem Regis el Principis supremi Anniversarium , cantari possit Missa de requiem ?

El S. R. C. respondit: «Negative»; nempe, « Non posse cantari ». El ila declaravit. Die 20 Novembris 1677.

160G. TERULEN. (2848)

In Regno Aragoniae consuetum est, ul Episcopi, iuxta antiquitatem eorum erectionis Episcopatuum, in comitiis praeeminentium habeant. Episcopus Terulen. supplicavit apud S. R. C. pro declaratione : an in aliis functionibus idem servari debeat, vel potius tempus consecrationis dictorum Episcoporum sil attendendum?

El S. R. C. respondit : « Attendendum est tempus promotionis ». El ita declaravit. Die 20 Novembris 1677.

1607. LISBONEN. (2849)

Supplicante in S. R. C. Ioanne Serra Directore Calendarii Lusitani pro declaratione: cum ex concessione Aposlolica in Lusitania recitetur Officium sub ritu duplici SS. Verissimi, Maximae et Iuliae, prima die Oclobris, et cum in dicta die occurrat Festum S. Remigii Episcopi et Cortfessoris sub ritu semiduplici ad libitum, ex concessione etiam Aposlolica, eius autem Ofiicium alias lit sub ritu simplici de praecepto, ul in Calendario Breviarii Romani appositum est, dubitatur : an praefatum Festum S. Remigii transferendum sil in primam diem Festo novem Lectionum non impeditam sub ritu semiduplici, an de eo recitandum sub ritu simplici, die supradicla 1. Oclobris cum nona Lectione, et commemoratione in Oflicio SS. Verissimi, Maximae el Iuliae?

Et S. R. C. respondit: «In casu proposilo recitandum esse Officium de Sanctis duplicibus cum commemoratione el nona Lectione S. Remigii ». El ila declaravit. Die 20 Novembris 1677.

(i) E. Dub 5. — (2) E. Dub. 5

1608. CUSENTINA. (2888)

Alias ad instantiam el pro parle Promoloris Fiscalis Curiae Archiepiscopalis Cusenlinae fuit per banc S. R. C., Ponente Emo l». Albilio, resolutum sub die Hi mensis lanuarii proximi praeteriti anni 1677, in rtsponsione ad 3 dubium, uti licere Dignitatibus ei Canonicis Cathedralis Ecclesiae Cusenlinae superpelliceo supra rochetium, promiscue cum cappa supra rochellum in Processionibus et defnncloi um exequiis, lam aestivo quam hyemali tempore; el cum de praesenti modernus Archiepiscopus non cesset super resolutione praedicta suas excitare difficultates; proinde ad eas tollendas, praefati Dignitates el Canonici humillimi oratores supplicant EE. VY. pro resolutione subsequentis dubii:

An promiscue non solum aeslivo tempore sed eliam hyemali liceal eisdem in Processionibus publicis el defunctorum exequiis uti superpelliceo supra rochetium, ac eliam rochelto cum cappa saltem ex consuetudine?

Ex adverso 1'romotor Fiscalis exhibuit Memoriale tenoris sequentis, videlicel : Emi el Rmi 1)D., propositis per Promotorem Fiscalem Metropolitanae Cusenlinae infrisnipiis dubiis:

1. An Canonicis habentibus usum c.ippae magnae liceal, cessante consuetudine, in Choro et canonicalibus functionibus uti superpelliceo supra rochetium? et quatenus affirmative,

2. An liceal uti ad eorum libitum dicto superpelliceo supra rochetium promiscue cum cappa magna tam aeslivo quam hyemali tempore?

3. An hoc eliam in publicis supplicationibus, seu Processionibus el exequiis defunctorum?

4. An liceat Archiepiscopo censuris et aliis poenis cogere Canonicos ad observationem Caeremonialis Romani et Decretorum Sacrae Congregationis?

5. R. C., referente Emo D. Card.^Albitio, sub die 16 lanuarii 1677, respondit :

Ad 1. « Affirmative ».

Ad 2. < Tempore congruo ».

Ad 3. « Aflirmalive ».

Ad 4. « In casibus peculiaribus dabitur resolutio ».

Et successivo, mediantibus literis datis eidem Archiepiscopo sub die 27 Marin 1677, eidem S. C. tempus congruum declaravit, nempe : quod , « A ! Vesperis Vigiliae omnium Sanctorum usque ad Sabbatum Sanctum Paschae Resurrectionis, Canonici deferant cappam supra rochellum, el deinde postea cottam, seu superpelliceum ad instar Canonicorum S. Petri ».

Pro praedictorum omnium observantia cum \renie piscopus ediclum promulgasse!, imponendo transgressoribus poenam decem librarum cerae elaboratae locas piis applicandae, Canonici a tali edicto appellarunt; el perperam interpretantes diclam responsionem ad 3 dubium, praetendunt in Processionibus el exequiis aliisque functionibus extra Calhedralem promiscue uti ad proprium libitum cappa et superpelliceo, lam aeslivo quam ht emali tempore. Supplicat propierea Promoter Fiscalis pro opportuno remedio , ut Canonici dicto edicto pareant m functionibus, tam intra quam extra Ecclesiam Calhedralem. vel si placuerit ad omnem ambiguitatem removendam, infrascripta dubia resolvere:

1. An Canonicis Metropolitanae Cusenlinae habentibus indultum insignium ad instar Canonicorum S. Petri, m publicis supplicationibus extra Ecclesiam Calhedralem, nec non m Processionibus et exequiis defunctorum, seu aliis functionibus, liceal tempore aestivo uti cappa magna supra rochetium ?

2. An hoc liceal tempore hyemali? Et quatenus affirmative,

3. An dicto tempore hyemali possint extra Ecclesiam, ut supra, ad eorum libitum uti eliam superpelliceo supra rochellum ?

Et S. R. C., auditis iuribus ab utrisque partibus hinc inde deductis, relatis per Eihum Dnum Card. Albilium Ponentem, respondit: « In Decisis, et pareant ». Et ita decrevil et servari mandavit. Die 22 lanuarii 1678.

1609. GADICEN SEU GADITANA. (2836)

In Breviario Romano a fel. rec. Urbani Papae VIII auctoritate recognito in ordinario Primae Horae dierum non duplicium, el ordinario Completorii praecipitur, quod Hebdomadarius quotidie Confessionem recitet cum Choro, ut ibi disponitur; el simul, quod in fine alterutrius Horae, ad Primam nempe dicat et proferat *Dominus nos benedicat etc.* et *Henedical nos Omnipotens etc.* in line Completorii.

In Ecclesia Gadicen., quodam episcopali statuto seu consuetudine a centum viginli annis circiter absque ulla confirmatione,

examinatione seu approbatione recepto, el quotidie observato, disponitur ul non Hebdomadarius sed Praesidens Chori, qui est Decanus, el in eius absentia qui in ipsius locum substituitur, in suo habitu el ornamento praedictam Confessionem in Hebdomadarii praesentia, el personali assistentia, alta et aequali voce devote recitet el emittat.

In eadem Ecclesia disponitur eliam el statuitur, quod lam Canonici cum cappa chorali, quam Cappell.ini, versus Praesidentem Chori genufleclanl. Inierim ipse Praesidens Chori, posthabito Hebdomadal ii officio el obligatione alias competenti·, non sine aliquorum ipsius Ecclesiae Capitularium choralium renuentia, maiorem cultus rationem per externos actus ostendit, in praedicto casu Hebdomadarii oflitium exercet; unde (it ut quamplures in Choro exislentes vigore praedicti statuti maiori Altari eiusdem Ecclesiae, in quo SSmum Eucharistiae Sacramentum colitur, magna cum irreverentia terga vertere non erubescant. Quare infrascripla dubia ab hac S. R. C. resolvenda proponunt:

1. Utrum, stante praedicto Ecclesiae seu Chori statuto, praedictam Confessionem recitare debeal Hebdomadarius, an Praesidens Chori, qui esi in capile ipsius Chori, el Hebdomadarius ad lalus Chori?

2. Utrum omnes Choro inleressenles genullecterc debeanl ad Confessionem et Benedictionem quovis tempore, etiam Paschali atque diebus Dominicis?

3. Utrum omnes Choro inleressenles virlule didi statuti, specie el casu proposito teneantur facie ad faciem Praesidentem Chori intueri, terg.i SSmi Sacramenti Tabernaculo, directo vel ex obliquo, vertentes; an polius (aciem vertere ad Allue el Tabernaculum, el terga ac lalus ad Chori Praesidentem?

4. Iu Rubricis generalibus Missalis Til. V D< J/iisis *Defunctorum,* praecipitur, ul in prima die cuiuscumque mensis, non impedito Festo novem lectionum, Missa de Requiem celebretur; el quod si Festum simplex occurrat, duae Missae in Ecclesiis Cathedralibus, una de Festo el alia pro defundis, dicantur. In praedicta Ecclesia lon-gaevo tempore in Festo simplici Missae de Requiem celebrari in desuetudinem ibiil, licet eo mense feria, in qua Missa pro defundis dici polesl, non occurrat. Quaeritur nunc: an, non obstante consuetudinis introductione, celebrari debeanl duae Missae, iuxla Rubricas Missalis, vel potius eo mense Missa pro defunctis, virtute huiusmodi consuetudinis, valeat praetermitti?

K. In iisdem Rubricis Til. XV *De hora celebrandi Missam num. 2,* praecipitur ut Missa Conventualis dicatur post Tertiam m diebus duplicibus el semiduplicibiis, Dominicis atque octavis. In praedictae Ecclesiae statuto praecipitur, ut Capitula seu Congregationes Capitulates immediate post Primam celebrentur, el aliquando contingit quod ob multitudinem negotiorum vel eorum dilatam expeditionem Capitula protrahantur, ct horologii cursus per alicuius temporis spatium sistat; el impediatur quominus Tertia in Choro cum personis capitularibus recitetur, ei saepissime Hora Tertia inchoata, Convenluaiis Missa celebretur, Sexta el Nona perficiuntur delicientibus in Choro personis quae assistere deberent. Evenit etiam quod Canonicus Hebdomadarius ralione voti seu suffragii in determinationibus, el decisionibus capitularis Congregationis adhibendi, non recedit a Capitulo: quamobrem in Choro saepe dicuntur et recitantur Sexia el Nona ante Missam Convenlualem. Quaeritur: an debeal observari el execution! demandari Rubrica Missalis; an polius praedicta consuetudo tolerari in omnibus casibus relatis?

6. In Festo SSmi Corporis Christi dicitur Sexia el Nona anle Missam Conventualem, el posi-ill un fil generalis Processio. Quaeritur: an, iuxla Rubi icas, Missa Convenluaiis post Tertiam debeal celebrari, el posl Nonam Processio fieri?

7. In diebus infra octavam dicli Fesli el diebus duplicibus in ea occurrentibus Missa Convenluaiis dicitur post Nonam, el in dicta Ecclesia quotidie lil Processio infra eamdem octavam. Quaeritur: an Missa Convenluaiis celebrari debeal post Tertiam, et posl Processionem dici Sexia el Nona, an polius ante Missam?

8. In Missali Romano praecipitur ul posl nomina Apostolorum Petri el Pauli, in Oratione I *cunctis etc.,* dicatur nomen Patroni praecipui illius Ecclesiae seu Dioecesis. In Hispania esi praecipuus illius Regni Palronus B. Iacobus Apostolus, el ex concessione Aposlolica in Ecclesia et Dioecesi Gadicensi est Palronus specialis S. Torquatus B. Iacobi Apostoli discipulus, el eiusdem Ecclesiae el Civitatis primus Episcopus. Quaeritur: an in praedicta Oratione .1 *cunctis* debeal dici nomen B. Iacobi Apostoli, an B. Torquati?

El S. R. C., ad relationem Emi Corsini, respondit:

Ad 1. « Servandam esse consuetudinem ».

Ad 2. <JPaschali tempore excepto, nec non Dominicis exceptis, paiilei servandam esse consuetudinem ».

Ad 3. « Si Sedes Praesidii» Chori e regione Altaris exislit, semiversi maneant, ila ul nec Altari nec Praesidi terga vertant ».

Ad 4. « Cantandae sunt omnino duae Missae non obstante qualibet praeiensa consuetudine , quae potius abusus censenda est ».

Ad 8. « Observandam esse Rubricam Missalis, el celebrationem Capituli in aliud magis opportunum tempus reiiciendam esse, non obslanle statuto el consuetudine quacumque ».

Ad 6. « S. R. C. benigne induisit, ut m Festo SSmi Corporis Christi Missarum solemnia post Nonam peragantur».

Ad 7. < Infra octavam SSmi Corporis Christi, el diebus duplicibus infra eam occurrentibus, Missam post Tertiam celebrandam esse ».

Ad 8. « In Oratione .1 ‹ *unctis etc.,* posl nomina Sanctorum Apostolorum Petri el Pauli, nomen Torquati tamquam Ecclesiae Calhedralis Gadicen. Patroni dumtaxat ponendum esse ».

Et ila declaravit. Die 22 Ianuarii 1678.

1610. SARNEN. (2887)

Pro parte Civitatis el populi de Samo supplicatum fuit ut, pro observatione Rubricae Ritualis Romani Til. *De exorcizandis obsessis a Daemonio,* vers. *In Ecclesiam etc..* personae Nobiles infirmitatis seu aliis de causis possint exorcizari in domo etc., non obslanle prohibitione facia ab Episcopo per suum edictum seu decretum.

Et S. R. C. respondit: «Pareant Episcopo ». El ila censuit et servari mandavit. Die 22 Ianuarii 4678.

1611. URBIS. (2858)

Supplicantibus Choralibus Basilicae Liberianae S. Mariae Maioris de Urbe pro resolutione: an dicendum sil in line absolutionis mortuorum *Heguiescat* vel *Jlequiescant 1*

Et S. R. C. respondit: « Quando absolutio est pro uno defundo, in singulari; pro pluribus, m plurali. In Missa veru semper *llequiescant* ». El ila declaravit el servari mandavit. Die 22 Ianuarii 1678.

1612. LIMANA. (2860)

Exponente Francisco de Valladolid Canonico Limano, quod in sua Ecclesia Limana usus el consuetudo immemorabilis est, ul Canonici eiusdem Ecclesiae recipiant a Celebranto cinerem, candelas el palmas stantes; mine vero denuo Pensiunarii praedictae Ecclesiae eodem honore el praerogativa praesumunt gaudere: quare ad sedanda dubia el controversias, idem supplicavit pro declaratione, quid super hoc faciendum ?

El S. R. C. respondit: « Serretur Caeremoniale ». El ita decrevit. Die 12 Marlii 4678.

1613. PANORMITANA. (2861)

Supplicante losepho de Comizares Canonico Ecclesiae Panormitanae pro declaratione: An extra Dioecesim Panormitanam liceal oratori uli insignibus canomcalibus, si fuerit inibi invitatus ad aliquas functiones ecclesiasticas, puta ad condonandum, seu ad ministrandum de licentia Parochi Sacramentum Baptismi, vel assistendum Matrimonio, el similia?

El S. R. C., visis el consideratis iunbus allegatis, respondit: * Negative ». Die 42 Marlii 1678.

1614. CIVITATIS CASTELLI. (2863)

S. R. C. inhaerendo aliis in similibus resolutis, ad instantiam Parochorum el Confessu iorum Monialium Civitatis Castelli, iterum declaravit: «I Spectare ad digniorem illius Ecclesiae, ad quam Episcopus accedit, semper, et quocumque modo incedat, porrigere eidem Episcopo aspersonum ». Die 9 Iulii 1678.

16(5. TAGGEN. (2864)

Praepositus Taggen. humiliter supplicat pro declaratione inlrascnptorum dubiorum, nempe:

1. An die qua recitandum esi Officium defunctorum ex legato, obligatione Rubricae m Collegiala, depositione defuncti el pro anniversario, sil dicendum unicum Officium pro omnibus obligationibus, et satis sit: an vero unum recitandum, alterum vero transferendum '?

2. Et casu quo non possit transferri, puta die depositionis et prima die non impedita, quid agendum ?

3. Et in casu translationis, quodnam sil transferendum ?

4. Iu casu quod unicum tantum sit recitandum et inserviat pro omnibus, quale debeal dici, au illud quod praecipitur a Rubrica, an quod imponitur a legatario: an

praeferendum sil pro depositione defuncti, cum corpus sit praesens, el secundum determinationem praecedentiae dicere Orationem unicam pro omnibus, sicul unum Officium; an vero plures Orationes, iuxla plures obligationes?

fi. An in anniversario ordinato a testalore, stante consuetudine, possit recitari Ollicium defunctorum cum Invitatorio el uno lanium Nocturno, repetitis anliphonis ad Nocturnum el Laudes; an vero recitandi sint omnes 1res Nocturni iuxla Rubricam dicti Officii?

6. An in 111 Dominica mensis, in qua iuxla statuta ei consueludinem Societatis Corporis Christi lil Processio, cantata Missa solemni de Dominica cum commemoratione SSfni Sacramenti, Celebrans el Ministri debeant uli paramenlis coloris dictae Missae convenientis, non obstante quod sil violaceus, ul in Quadragesima el Adventu, et solum uli velo supra humeros albo: an v то post Missam exui violaceo, el albi coloris Sacramento convenientis indui, el ita in albis Processionem facere?

7. An pallium Altaris debeat esse colons Oflicio aut Missae convenientis, dum est expositum SSfiium Sacramentum, an vero lam pallium, quam conopaoum debeat esse albi coloris, non obstante quod illa die Ecclesia utatur alio colore?

8. El quid si pallium sil nigrum ob commemorationem defunctorum, aut anniversarium generale solemne?

9. Cuius coloris erunt paramenia Celebrantis el Ministrorum, si nigrum, aut violaceum debeal esse pallium, quando illud exponunt, aut reponunt?

S. R. C. ad supradicta dubia respondit ut infra, videlicet:

Ad 1. «Negative; sed vel bis recitandum Ollicium pro duplici obligalione, vel alterum recitandum, el alterum transferendum; si vero est anniversarium hoc est anticipandum ».

Ad 2 et 3. « Dicendum est de die depositionis, alterum transferri potest ad primam diem non impeditam ».

Ad 4. « Ex iam dictis respondetur: Unum non posse deservire pro omnibus, nisi ex mente fundatoris aliud constet; el eo casu praeferendum Ollicium pro depositione defuncti propter praesentiam Corporis, el addendas plures Orationes iuxla plures obligationes».

Ad K. « Servandas Rubricas Ritualis et Breviarii ».

Ad G. « Quando m casu proposito cantatur Missa de Dominica cum commemoratione Sacramenti, Celebrantem el Ministros uli debere paramenlis dictae Missae coloris convenientis; el etiam posse in Processione, sed albo utendum super humeros velo ».

Ad 7, 8 el 9. « Post expositum Sacramenlum, pallium el conopaoum colore albo esse debere, el numquam nigro colore utendum in expositione et processione Sacramenti ». El ita declaravit. Die 9 lulii 1078.

1616. AMPURIEN. (2805) PRAECEDENTIAE.

Eacta relatione per Emum Card. Sabellum Ponentem causae Ampurien. in S. R.C. de controversia super praecedentia in Processionibus, vertente inter Fratres Minores Observantes ex una, et Capuccinos parte ex altera, habentes ambo Conventum in oppido Nuivi in Sardinia Ampurien. Dioecesis;

S. R. C., auditis hinc inde partibus in voce el in scriptis pluries informantibus, el praecipue pro parte Minorum Observantium, declaravit: «Praecedentiam deberi Fratribus Minoribus Observantibus, ex quo Observantes sunt priores ordine qualitatis et approbationis Apostolicae, el Capticcini, licet priores in fundatione per quatuor annos in eodem loco, sunt tamen liliales ex eadem Religione Observantium, el longe posteriores in approbatione Aposlolica: quo casu non intrat Bulla Gregoriana de anleriorilale Conventus m eodem loco ». El ita decrevit el servari mandavit. Die 2G Novembris 1678.

1617. ARBOREN. (28GG)

Cum S. R. C. devenerit ad infrascriptain Decretum, cuius tenor est ul infra, videlicet: Pro parte Rmi Archiepiscopi Arboren. expositum fuit in S. R. C., quod in sua Metropoli Civitate Arboren., quae ulriusque Saecularis el Regularis Ordinis operariis abundat, in omnibus Regularium Conventibus, qui ibi Dominicanorum, Carmelilarum, nec non Convenliialium, et de Observantia S. Francisci existant, intolerabilis viget abusus, scilicet: quisque eorum Sacerdos in «lio Commemorationis omnium Defunctorum 1res celebrat Missas: verum cum id el scandalosum avaritiae nomen redolere valeat, el sacros.metae universali Ecclesiae Catholicae adversetur ritui; ideo orator praedictus supplicavit pro declaratione: an id eisdem liceat? F.l eadem S. C die II lanuarii 1676, respondii: «Non ii-

cere; el Archiepiscopus praefatus sub poenis interdicti, aliisque canonicis remediis, eliam nomine, eiusdem S. C., quatenus opus sit, praedictum abusum eliminare curet ». El Ha declaravit el decrevit.

Nunc vero eadem S. R. C., ad preces praefati Archiepiscopi Arboren: · Mandavit ul evtendalui praedictum Decretum eliam ad alius Regulares (nisi doceant de Privilegio) suae Dioecesis Arboren. ad formam Iuris Canonici ». Et ita decrevit. Die 26 Novembris 1678.

(618. IANUEN. FUNERUM. (2868)

Praetendentibus Canonicis Ecclesiae Metropolitanae S. Laurentii Maioris, Civitatis lanuae, in funeribus capitularibus inter ip«os et Bénéficiâtes seu Cappellanos de massa nuncupatos eiusdem Ecclesiae, interponere Crucem, et ea mediante, Beneficiates a reliquo corpore Capituli separare, prout de facto interponunt et separant contra dispositionem Caeremonialis; ideoque, cum super praemissis habitus fuerit recursus ad SSthum per D. Angelum Antonium Paganini Beneliciatum el Procuratorem Beneficiatorum eiusdem Ecclesiae, et de mandato Sanctitatis Suae commissa causa Emo D. Card. Columna ad effectum referendi in S. B. C.; idem Emus D. proposuit in eadem infrascriplum dubium resolvendum, videlicet :

An Canonici in deducendis funeribus capitularibus possint inter se ipsos et Be· nelicialos interponere Crucem, segregando ipsos Benelicialos a reliquo corpore Capituli? (1)

El S. B. C., audita ulraque parle him inde informante, respondit ul infra, videlicet : « Removendam esse Crucem, quae defertur inter Clerum el Canonicos, nec non aliam quam deferunt Cappellani massae, el lotum Clerum Metropolitanae debere inmcedere sub unica Cruce, quae immediate antecedat ipsum Clerum el Canonicos ». Et ita declaravit et servari mandavit. Die 2ti Novembris 1678.

1.619. MATHERANEN. (2869)

In Terra Ferrandinae Dioecesis Mathe raneii. e.xislil Collegiata Ecclesia, ut vocant, receplitia, cui inserviunt centum Presbyteri participantes massam communem; el in ea adsunt duae Dignitates, quarum una, quae, ul asseritur, pruna et principalis est Archipresbyler; altera non principalis est Canior. Sed (ptia mimera obeunda inter dictas Dignitates confunduntur, ideo

S. R. C. ad instantiam praedicti Archipresbyleri, inhaerendo resolutionibus alias in similibus emanatis, declaravit ut infra, videlicet:

1. « Convocationem Capituli ad Archipresbyterum spectare uti prunam Dignitatem ».

2. « Capsulam, in qua conservatur sigillum Capituli, duabus clavibus obsignandam esse, quarum altera sit penes electum a Capitulo, altera penes maiorem Capituli, nempe Archipresbyterum ».

3. « Facere tabellas Missarum et assignare Presbyteros per lurnum spectare ad Archipresbyterum ».

4. < Ea quae Chori regimen concernunt spectare ad Cantorem, ea autem quae pertinent ad facultatem concedendi licentiam .i Choro exeundi et ab eo abesse, I um alterius substitutione m servitio Chori, ad Archipresbyterum spectare ».

5. * Ille qui possidet Dignitatem, et legitimo impedimento detentus munera sibi incumbentia per m- ipsum adimplere nequit, neminem alium substituere potest, nisi eum qui immediate ei succedit ».

6. * Concessionem licentiae laborandi diebus festivis, urgente necessitate, quando ad Episcopum recursus haberi nequit, ad Vicarium Foraneum spectare ».

7. « Archipresbyler concedere potest hieras testimoniales super frequentatione Ecclesiae, nec non super exercitio functionum pro Ordinandis ».

8. « Nullo modo immiscere -e debet Archipresbyter in decernenda taxa solvenda ab haeredibus pro sepeliendis defunctorum cadaveribus, el huiusmodi sepultura omnino impediri et retardari non debet ob quemcumque praetextum, etiam compositionis super quarta funerali; sed ad dirimendas lites et evitanda scandala, quae hac de causa oriri solent, adeundum esse censuil eadem S. C. Archiepiscopnm Matheranen., qui, auditis partibus, certam aliquam laxam statuat ».

9. «Non albam, sed lanium superpelliceum adhibendum est m Processionibus, quando induuntur Planetae, vel Dalmaticae seu Tunicollae, iuxla dispositionem Caeremonialis Episcoporum, lib. I, cap. 15, § 6 ».

Et ita decrevit et servari mandavit. Die 26 Novembris 1678.

(I) Ji. Dub. Î.

1020. STRONGOLEN. (2870)

Pro parte Episcopi Strongolen. supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione: An Episcopo celebranti m Pontificalibus prima Dignitas Calhedralis, quae fungitur munere Presbyteri assistentis, teneatur super Altare sustentare librum?

El S. R. C. respondit: < Teneri ». Et ita declaravit. Die 26 Novembris 1678.

(621. ROSSANEN. (2877)

Pro parte Rmi Archiepiscopi Rossanen. supplicatum fuil pro declaratione : an liceal Concionalori salutare Magistratum el alios cives titulo Ulmi, praesente vel absente ipso Archiepiscopo, in concionibus contra soliium.

El S. R. C. respondit: « Non licere ». El ila declaravit. Die 18 Martii 1679.

(622. PAPIEN. (2880)

S.R.G., audita relatione Rmi Episcopi Papien., declaravit: «Confraternilalem SSïhae Trinitatis Terrae Basignanae Dioecesis Papien. posse continuare usum diebus festivis SSmae Trinitatis el S. Laurentii Titularis Oratorii faciendi canere Missam per suum Cappellanura, absque tamen assistentibus, eliam administrandi Sacramentum Eucharistiae, nec non qualibet tertia Dominica mensis exponendi SSmum Sacramentum cum sola iicenlia Ordinarii, eliam renuente el contradicente Parocho ». Et ita decrevit. Die 18 Martii 1679.

(623. BAREN. FUNCTIONUM. (288!)

S.R.C. ad relationem Enn Dili Card. Azzolini Ponentis, in causa Baren. Functionum vertente inter Archipresbylerum Berhal et Primicerios Ecclesiae Acquaevivae, ulraque parte hinc inde informante, declaravit : < Non licere praedicto Archipresbytero delegare alios in functionibus suo arbitrio, sed servandum esse Decretum emanatum sub die 7 Octobris 1646 ». Et ita decrevit. Die 6 Maii 1679.

1621. MEDIOLANEN. (2884)

S. R. C., audita relatione Vicarii Generalis Emi Archiepiscopi Mediolanen., una cuin iuribus exhibitis pro parte Capituli Modoetiae, declaravit: «Non licere Comiti lacobo Durino el fratribus eiusdem, tamquam feudalariis Modoetiae el eius districtus m statu Mediolani, piaelensa obsequia el praerogativas in Ecclesiis supradicli loci de Modoelia, quando interveniunt functionibus ecclesiasticis, nempe Sedem cum postergali, stratum et genullexorium cum tapete et pulvinaribus, el thurificalionem iribus ductibus per Diaconum, nec non in Missis lectis usum pulvinarium, et alia similia ». El ila decrevit. Die 6 Maii 1679.

1625. PLACENTINA. (288S)

Quaerunt Rectores Ecclesiarum parochialium Placentiae :

1. An Praebendariis Ecclesiae Calhedralis vel Collegialae intervenientibus in Processionibus funeralibus sub Cruce ipsius Ecclesiae Calhedralis vel Collcgialae cum Canonicis, liceat deferre almutias, quae appellantur *vaio* el praecedere processionaliler Rectoribus Ecclesiarum curatarum?

2. An iisdem Praebendariis intervenientibus in Processionibus funeralibus divisim uti singulis absque Canonicis, liceal deferre almutias et praecedere processionaliler Rectoribus Ecclesiarum curatarum?

3. An iisdem Praebendariis intervenientibus in Processionibus funeralibus coniunclim, sed absque Canonicis, el sub Cruce parochiali seu curala Ecclesiae Calhedralis, liceat deferre almutias et praecedere processionaliler Rectoribus Ecclesiarum curatarum , ul alias fuit decisum sub die 20 Iulii 1669, ad relationem bon. mem. Card. Gualterii? An potius servanda sil Constitutio Synodalis bon. mem. Card. Segae facta anno 1589, infrascripli tenoris, videlicet: Praebendarii quicumque ne soli umquam cum Cruce el almuliis (etiamsi mortuus Cathedrali vel Collegialae Ecclesiae subiicialur, vel in ea sepeliatur) ad funus accedant, sed adhibitis Canonicis Capitulum legitime repraesentantibus: Capitulum autem Calhedralis vel Collegialae insignis eo in casu per sex ad minimum Canonicos repraesentari debere, aliarum autem Collegialarum per quatuor, declaramus?

Et S. R. C., ad relationem Euii Domini Cardinalis Casanate, audita ulraque parte hinc inde pluries informante, respondit ut infra, videlicet:

Ad 1. « Licere ».

Ad 2. « Non licere ».

Ad 3. < Recedendum a decisis, el servandam Constitutionem Synodalem bon. mem. Card. Segae ». Ei ila decrevit. Die 6 Maii 1679.

1626. TRAGURIEN. (2886)

Exponenteloanne Andreis Episcopo Tragurien., quod ob debilitatem genuum, sibi

confici fecit, ni dicitur, *unii feggetla alla Hornana,* ad effectum faciendi se gerere in illa a suo palatio ad Ecclesiam, dum intervenit functionibus ecclesiasticis, et quia renuunt Canonici eidem praestare solitam associationem, ideo supplicavit pro declaratione, quod ipsi Canonici teneantur praestare m casu proposito praedictam associationem.

El S. R. C. respondit: < Lectum ». Die G Maii 1679.

1627. MACERATEN. (2890)

Exponente Archidiacono Ecclesiae Maceralcn. quod illius Episcopus sub die 11 Augusti 1675, decrevit: Archidiaconum Calhedralis Maceratae teneri, absente vel impedito ipso Episcopo, celebrare omnes Vesperas et Missas primae classis, nec non ad delationem SSiïii Corporis Christi, et S. Iuliani Titularis Ecclesiae in consuetis Processionibus, quod Decretum approbatum fuit a S. C. Concilii die 24 Septembris anni praeteriti; sed ipso asserente quod circa dictarum Missarum et Vesperarum celebrationem viget in dicta Ecclesia consuetudo, ul Archidiacono functiones huiusmodi facienti assistant duo Canonici, alter ordinis Subdiaconatus el alter Diaconatus, sacris indumentis parati; nunc vero Vicarius Episcopi, ad instantiam nonnullorum Canonicorum dictae Calhedralis, putans hoc esse contra dispositionem Caeremonialis lib. 2, cap. 3, § 1, vetuit Canonicis assistere dicto Archidiacono Vesperas celebranti; unde pro parte praedicti Archidiaconi supplicatum fuit tria infrascripla puncta decidere, tenoris sequentis:

1. An teneantur Canonici assistere ipsi Archidiacono lam in celebratione Missarum et Vesperarum, quam in Processionibus?

2. An Canonici volentes ex eorum beneplacito assistere, possint prohiberi ut non assistant ? (1 i

El S. R. C., auditis hinc inde partibus informantibus, respondit ad praedicta, ul infra, videlicet :

Ad 1. « Affirmative quoad Missam et Processionem SSmi Corporis Christi quoad Vesperas negative, et senetur solitum ».

Ad 2. « Posse prohiberi ».

El ita declaravit. Die 17 lunii 1679.

1628. NEAPOLITANA. (2891)

Pro parte Hebdomadariorum Ecclesiae Calhedralis Neapolis supplicatum fuit pro declaratione : an Canonici teneanlui aperire caput, cum anliphona intonatur ab uno ex Hebdomadariis; el illi de quadraginta nuncupati, sicut etiam Clerici seminarii, assurgere?

S. R. C. respondit: < SerTelur consuetudo Ecclesiae ». El ili decrevit. Die 17 lunii 1679.

1629. MMORICEN. (2892)

Pro parte Rmi Episcopi Maioricen. fuit expositum, quod in Ecclesia Maioricen. in Missa Sabbati Sancti ascendit ipse Episcopus una cum duodecim Dignitatibus el Canonicis in pulpitum prope Chorum causa canendi post Epistolam *Alleluia* tribus vicibus, respondente Celebrante, qui illam intonat in Altari secundum Rubricas Missalis Romani, elevando semper vocem ; unde idem Episcopus supplicavit negative declarari supradietum dubium non lanium pro se, verum etiam pro didis duodecim Dignitatibus et Canonicis, sed hoc faciendum relinqui Cantoribus, iuxta Caeremoniale, vel saltem ad libitum Canonicorum, si hoc fortasse facere desiderant.

Et S. R. C. respondit : « Servandum esse Caeremoniale Episcoporum lib. II. cap. 27, § 25 ». Et ila declaravit. Die 17 lunii 1679.

1630. SALERNITA NA. (2893)

Pro parte Collegii Medicorum Salerni expositum fuit, quod occasione cuiusdam *banni* publicati per Rmum Archiepiscopum Salernitanum de non praestando inramento diebus festivis, oria fuit dubitatio in eadem Civitate: an liceat praedicto Collegio Medicorum eiusdem continuare consuetudinem doctoiandi m diebus festivis, ex quo in Doctoralu praestetur iuramentum ?

El S. R. C. respondit: < Non esse prohibendum ». Et ita declaravit. Die 17 lunii 1679.

1631. DECRETA (2895)
DE LECTIONIBUS PROPRIIS SANCTORUM.

S. R. C., circa Lectiones proprias Sanctorum posthac concedendas, seu approbandas, infrascripta servari decrevit :

I. < Ul petitiones Regularium de Lectionibus propriis non admittantur, nisi fuerint specialiter decretae ab eorum Capitulo Generali, el de hoc tides authentica exhibeatur ».

(I) E. Dub. 3.

2. « Neque recipiantur petitiones Monialium viventium sub Ordinariorum inrisdictione, nisi eaedem petitiones coninnclim fiant ab ipsis Ordinariis locorum, el de huiusmodi petitionibus publicum exhibeatur instrumentum ».

3. « Ut eadem forma servetur in petitionibus Communitatum, quae non admittantur, nisi cum instantiis Ordinariorum, ut supra ».

i. « Ul posthac non examinentur Lectiones propriae Sanctorum ab Ento Cardinali deputato, nisi S. C., petitionibus ut supra exhibitis el propositis, decernat annuendum, et 1). Cardinali deputato revisionem committat; qui deinde Lectiones revisas referre debebit a S. C. approbandas ».

Atque ita in posterum inviolabiliter servari mandavit, m contrarium non obstantibus quibuscumque. Die 17 Iunii 1679.

1632. HISPANARUM. (2896)

Cum S. R. C. censuerit, si SSmo placuerit, indultum per s. m. Gregorium XV, motu proprio, die 30 Octobris 1621, concessum Clero Civitatis el Dioecesis Composlellanae recitandi singulis Feriis II, exceptis Adventus el Quadragesimae, atque Festo duplici vel semiduplici non impeditis, Oilicium S. lacobi Apostoli unici et singularis Hispnniarum Patroni, extendi seu concedi posse universo Clero Hispaniarum, el in vim praedicti Decreti concessae et expeditae fuerint Literae in forma Brevis: *In Suprema militantis Ecclesiae,* per fel. rec. Clementem Papam IX, sub die 23 Iulii 1667; quaesitum fuit pro parte Patris Fratris Petri a Iesu Maria Procuraturis Generalis Carmelitarum excalceatorum Congregationis Hispanae ab eadem Sac. Rit. Congr. declarari :

An praedictum Oilicium recitari debeal de praecepto, an potius ad libitum?

El S. R. C. respondit : « Ad libitum ». Die 17 Iunii 1679.

1633. NAULEN. (2897)

Exponente Rmo Episcopo Naiilen. quod quotannis die 16 Iulii in Civitate Nauli solitum fuit Processionem lien Cleri Saecularis ac Regularis proptei Festivitatem S. Eugenii, el quod in Processione, anno 1677, Officiales militiae armatae habuerunt praetensionem incedendi in medio inter Clerum el capsam Reliquiarum;

S. R. C. declaravit: « Non licere dictis Officialibus militiae armatae incedere in dicla Processione inter capsam el Clerum, interponendo se in medio Cleri et capsae, sed tantum a lateribus dictae capsae Reliquiarum ». El ila decrevit. Die 17 Iunii 1679.

1631. DISCALCEATORUM (2899/
SS. TRINITATIS
CONGREGATIONIS GALLICANAE.

Cum S.R.C., inhaerendo Decretis alias in similibus emanatis, et signanter in una Savonen. die 19 Decembris 1671, et altera Senogallien. 22 Iunii 1675, declaraverit deiuncloriim corpora in Ecclesiis Regularium tumulanda, esse deferenda recto tramite et per viam a Parocho declarandam ad Ecclesias ipsorum Regularium, non autem prius ad Parochialem, etiam haeredibus defunctorum contradicentibus, volentibus ad dictam parochialem Ecclesiam prius deferri ;

Herum eadem S. R. C. ad instantiam P. Fr. Ignalii a S. Antonio Procuratoris Generalis praedictorum Discalceatorum SSfnae Trinitatis Congregationis Gallicanae, mandavit: « Ul dicla Decreta servari debeant eliam a Parocho Terrae de Falcone Dioecesis Ebredunen., praetendente, quod cadavera sepelienda in Ecclesia Conventus praedictorum Religiosorum noviter erecti, antequam ad eorum Ecclesiam deferantur, debeant prius asportari ad Parochialem, et ibi ipsis dare ultimum vale». El ila decrevit. Die 2 Septembris 1679.

1635. IIYDRUNTINA. (2900)

Capitulo Ecclesiae Hydrunlinae supplicante pro declaratione: In Calhedrali Ecclesia adest antiqua consuetudo celebrandi octavam Visitationis B. M. V. absque eo quod sit Titularis vel sub hoc titulo Patrona, el absque solemni celebratione diei Festi de praecepto : concurrente autem octava Sanctorum Apostolorum Petri el Pauli cum octava praedicta, quaeritur utri earum debeatur praecedentia?

Et S. R.C. respondit : « Debetur octavae Sanctorum Apostolorum ». El ila decrevit. Die 2 Septembris 1679.

1636. NULLIUS. (2901)

Supplicatum fuit pro declaratione: An Presbytero, qui privilegium habet utendi pileolo in Missa, liceat eo uti in Missa solemni si ministret tamquam Diaconus vel Subdiaconus Celebranti, qui similiter privilegium liaben-, eo in Missa solemni utitur?

El S. R. C. respondit : « Negative ». Die 2 Septembris 1679.

(037. ORDINIS (2903) MINORUM CAPUCCINORUM.

Procurator Generalis supplicavit prose qiicnlium dubitationum declaratione, nempe:

1. An Missa, assignata Festivitati Conci· plionis Virginis Mariae pro Fratribus Minoribus, possit célébrai i in Sabbatis, ut votiva ?

2. An Festum duplex occurrens ante octavam non privilegialam, si est transferendum , transferri debeal in diem infra octavam, vel post octavam ? (!)

3. An in aspersione Aquae bi-nedn lae, quae apud Capuccinos fit a Sacerdote alba cl Stola induto, celebraturo immediate Missam Conventualem , Stola sit aptanda ante pectus in modum cruci', vel ad utrumque latus pendens a collo?

4. Solent Capticcini Sacerdotes in die Coenae Domini Sanctum Corpus Christi sumentes, deferre Stolam ante pectus in formam Crucis accommodatam: quaeritur, an debeant observare consuetudinem introductam, vel deferre Stolam a collo pendentem?

S. R. C., ad supradicla dubia respondit, ul sequitur:

Ad 1. < Negative ».

Ad 2. « Transferendum esse in diem mira octavam ».

Ad 3. < Stolam esse ante pectus ad modum crucis aptandam ».

Ad 4. « Posse utrumque observari ».

El ila declaravit. Die30Septembris 1070.

1G3S. M0N0P0LITANA. (2905)

5. R. C., inhaerendo Decreto alias pro Monopolitana Civitate emanato, iterum declaravit : * Cadavera defunctorum etiam Presbyterorum el Sacerdotum in Regularium Ecclesiis tumulanda, deferenda esse redo liamile ad Ecclesias Regularium, non autem prius ad Parochialem, sive ad alias Ecclesias, non obstante asserta contraria consuetudine immemorabili a Clero et ecclesiasticis eiusdem Civitatis Monopolis allegata, formiler et legitime probanda ». Die 16 Decembris 1679.

(<»39. S. AGATIIAE GOTHORUM. (2908)

Capitulum el Canonici Calhedralis Ecclesiae S. \g.ithie Gothorum exposuerunt, quod die Festo Assumptionis B. M. V. Episcopus solemniler celebrat Missam, ad quam, ad praestandam illi obedienliam, conveniunt omne- Dioecesis Ar. hipresbyleri qui omm-bus sacerdotalibus vestibus induti el parati i"i'liinl. Si in eadem Missa Illustris Ducissa eiusdem Civitatis utilis Domina aderit, supplicarunt declarare, quo veniat incen sauda loco, ad evitandas controversia» el s andala ?

Et S. R. C. respondit « Nihil; et servandum esse Caeremoniale Episcoporum ». Die 16 Decembris 1679.

1610. ORDINIS (2909) CARMELITARU.M DISCALCEATORUM CONI;REGATIONIS ITALIAE.

S. R. C. ad preces Patris Fr. Caroll Felici» a S. Teresia Procuratori» Generato Carmelilarum Discalceator um Congregationi.» Italiae porrectas per Eiiium el Rmum Dominum Cardinalem Allerium, inhaerendo Brevi fel rec. Urbani VIII dato die 24 Iulii 1641, el Decido eiusdem Sacrae Congregationis emanato die 4 Marlii 1673, ad favorem Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini gratiam benigne extendendo, concessit : « Ul in posterum corpora defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium Ordinis Carmelilarum Discalceatorum Congr eg itionis Italiae sepulturam sibi . legerunt, non esse prius ad Ecclesiam parochialem defe-renda, sed Paroi hum debere cadavera suorum parochianorum levare a loco ubi asset vanliir, et associare usque ad portam Ecclesiae praedictorum Regularium, eliam ipsis Regularibus non associantibus; nec Parochos se mgercre posse in faciendo super iisdem cadaveribus Officium in Ecclesiis praefatorum Regularium, sed hoc ad ipsus Regulares m propria Ecclesia spectare el perlinere. Et ila in omnibus el singulis Conventibus praedi, torum Regularium Carmelilarum Discalceatorum Congregationis Italiae ubique exi-stenlibus servari mandavil, quibuscumque Decretis eiusdem S. C., et aliis m similibus editis, in contrarium non obstantibus ». Die 27 Ianuarii 1680.

(61 (. ROMANA FUNERUM. (2910)

Cum Gonfratres \r. hiconfraternilalis *a MiTie* nuncupatae Urbis exposuerint, quod nonnulli RR. Parochi moderni Urbis nuper praetendere coeperunt, quod ipsi Confiat re» non possint in funeralibus earum Crucem elevare, etiamsi defuncti sepulturam m eorum Ecclesia elegerint, m eaque ipsorum cadavera tumulanda sint, recursum

I) E. Dub. 3, i, C, G el 7.

habuerunt praefati Contraires ad Sac. Congregationem Concilii, quae ad hanc Sac. Congregationem Rituum remisit huiusmodi decisionem : mox vero ad evitandas in posterum rixas, quae occasione funerum saepius inter Parochos el Confraleniilalcs laicorum excitantur, pro parte dictorum Parochorum Urbis, contra Confralernilatem saecularem *a Morte* nuncupatae, et alias Confraternitales saeculares Urbis supplicatum fuit pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

1. An Confralernilas *a Morte* nuncupata atque adeo quaecumque aliae Coufralernilates saeculares Urbis possint in funeribus erigere suam Crucem, quando defuncti a propriis diorum Parochis efferantur tumulandi ad ipsorum Ecclesias, in quibus sepulturam elegerint?

2. An eaedem Confrali i nilales possint suam Crucem erigere tam per viam, quam in Ecclesia parochiali, quando cadaver non effertur a proprio illius Parocho ad ipsarum Ecclesias sepeliendum, sed ad ipsam Ecclesiam parochtalcm?

3. An Rectores sive Sacristae aliive Cappellani earumdem Confraternilalum, quando non incedunt cum suis Confralernitalibus, sed seorsim ab illis, possint in funeribus ducendis Stolam deferre?

4. An iidem Rectores sive Sacristae, qui cum suis Confralernitalibus ad funus vocatis incedunt, post absolutum a Parocho officium funeris in sua Ecclesia parochiali, in qua cadaver delatum sepeliendum est, possint super dicto cadavere iterum funebre officium peragere? ^1)

El S. R. C., proponente Emo el Riiio D. Card. Carpineo, visis ac mature perpensis, atque discussis iuribus hinc inde deductis, tam pro parte Parochorum quam pro parle Archiconiialernilalis *a Morte* nuncupatae, respondit ul infra, videlicet:

Ad 1, 2 et 3. «Negative».

Ad 4. « Posse post Parochum sine Cruce et sine Stola».

El ita declaravit. Die 27 Ianuarii 1680.

I«+2. MECHLINIEN. (2011)

Archiepiscopus Mechlinien. et Primas Flandriae supplicavit declarari: An Episcopi dignitati suae praeiudicium inferrent, quando Archiepiscopo Primati suo ponlificaliler celebranti ad Altare inserviunt, pro maiori solemnitate Officii ?

El S. B. C. respondit : < Praeiudicium inferre, el non licere ». El ita declaravit. Die 24 Februarii 1(580.

1(í 13. MESSANEN. (2012)

Pro parte Parochorum Civitatis Messanen· supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

1. An Parochi Civitatis Messanae Officium defunctorum, Missamque, aliaqc funeralia celebranda in die obitus alicuius Parochi, seu annuali, vel alia die, vel suorum propinquorum, una insimul convenire possint : el an sedeant cum praecedentia ad reliquos simplices Presbyteros non Curatos?

2. An supradicli Parochi in Festis Tilularium, aliorumque Sanctorum uniuscuiusque parochialis Ecclesiae possint insimul convenire Vesperas Missasque cantare, aliisque functionibus ecclesiasticis assistere, cum habeant substitutum seu Vice-Parochum pro servitio suarum Ecclesiarum respective parochialium; el an ubi non adsunt sialla possint sedere in aliquo scamno oblongo cum postergali cooperto aliquo panno decentis coloris cum tapete ; et an sedeant cum praecedentia ad reliquos simplices Presbyteros non Curatos?

3. An in Missis et Vesperis solemnioribus, (piae celebrantur in ipsis Ecclesiis parochialibus, in incensalionc Celebrantis, Ministrorum el Parochorum qui intersunt, Celebranti triplex ductus, Diacono et Subdiacono el Parochis, qui intersunt Choro, duplex ductus debeatur?

4. An in Vesperis solemnibus praescriptis antiphonae post Çolebrantem ab eodem, ipit praeintonnl Celebranti, praeinlonandae sint praedictis Parochis, qui intersunt Choro secundum eorum praecedentiam in sedendo?

ii. An celebranti Parocho in sua Sede apponendus sil pulvinus pro sessione; et an possit habere ante se Lectorile, vel aliquem, (pii teneat librum ad Capitulum el Orationes ?

6. \n in dictis Vesperis el Missis solemnibus in didis Ecclesiis parochialibus decantandis, possit adhiberi aliquis Caeremoniarius pro directione caeremoniarum?

7. An Parochi celeras functiones parochiales obeuntes servare debeant in ipsis caeremonias Ritualis Romani?

8. An Prolonoiarii Aposlolici de numero non participantium supradiclao Civitatis pos-

(1) E Dub 5

sinl suis insignibus ornati in Vesperis Missisque, aliisque ecclesiasticis functionibus tam singuli quam coniunctim insimul intervenire, m convitentur a Rectore alicuius Ecclesiae, el an sedeant cum praecedentia ad reliquos Presbyteros ?

9. An Confralernilales seu Congregati alicuius Oratorii possint accedere ad funeralia non vocali; et an si fuerint vocali, in actu associationis possint erigere Crucem?

10. An Regulares, Contraires el Congregati alicuius Oratorii vel Ecclesiae, etiamsi cadavera in eorum Ecclesia propria erunt sepelienda, teneantur accedere ad Ecclesiam parocbialem defuncti, el ibi cum proprio Parocho el Clero insimul accedere ad domum, ex qua cadaver extrahendum erit, el inde discedere ad sepeliendum : an expectore Parochum per vias, vel ad domum defuncti, si talis urgeat consuetudo?

11. An possint Regulares, priusquam ad eorum Ecclesias corpora defunctorum efferantur tumulanda, ac etiam Cappellani Confralernilatum et Collegiatarum, aspergere in domibus ipsorum defunctorum super eadem cadavera, exclusis eorum propriis Parochis, vel soli Parochi proprii debeant hoc officium peragere?

S. R. C. respondit ul infra, videlicet:

Ad 1. « Affirmative de consensu Parochorum, in quorum Ecclesiis celebrandum est Officium el funus ; quo vero ad praecedentiam in sedendo, eliain affirmative ».

Ad 2. « Affirmative pariter de consensu Parochorum praedictarum Ecclesiarum ; et quoad scamnum el reliqua, etiam affirmative ».

Ad 3, 4, 5, G et 7. « Affirmative *.

Ad 8. < luxta privilegia eorum ».

Ad 9. « Negative quoad omnia ».

Ad 10. « Serventur Decreta ».

Ad I I. « Senetur Rituale Romanum ».

Et ita declaravit. Die 24 Februarii 1080.

N0\ \R1EN. (2914)

In causa Novarien. Praecedentiae vertente inter losephum Fortem el alios Sacerdotes antiquiores Terrae Orbae ex una, el loannem Baptistam Nigrum el alios Cappellanos in Ecclesia parochiali eiusdem loci partibus ex altera,

S. R. C. ad relationem Ertn et Rihi D. Card. Carpinei, censuit : « Praecedentiam deberi indistinclim Sacerdotibus in Ordine antiquioribus ». El ita declaravit. Dic 24 Februarii 1080.

1645. TINF.N. (2916)

Supplicante Episcopo Tinen. in Insula Archipelagi, ut in posterum S. R. C. concedere dignaretur quod in praedicta Insula prima .Missa nocte Nativitatis Domini celebrari possit circa 1res horas noctis post Vesperum et Matutinum, sicut lit in Candia el aliis Civitatibus Status ,

S. R. C. respondit: «Non licuisse, neque licere ». El ita declaravit. Die 24 Februarii 1680.

1646. LAUDEN. (2918)

Episcopus Lauden. a S. R. C. declarari postulavit :

1. Quomodo excipiendi et tractandi sint ab Episcopo Generales Religionum?

2. Aspersorium Aquae benedictae a quo porrigendum sil Episcopo, cum ad aliquam Ecclesiam accedit ?

El S. R. C. inhaerendo Decretis alias editis, respondit :

Ad 1. «Generales Ordinum tractandos esse ab Episcopo tam in eis comitandis, quam in aliis functionibus honorariis, pariformiler ac Praelatos, quorum Dignitati aequipaianlur, ul disponit Gaeremoniale Episcoporum lib. 1, cap. 13, § 12 ».

\d 2. « \sperscnum aquae benedictae esse Episcopo a prima Dignitate Ecclesiae tam Regularis quam Saecularis, ad quam accedit, etiamsi adsit aliquis Canonicus vel Dignitas Calhedralis, dummodo non adsit capitulariler, nec non cum indumentis canonical!bus; tunc enim huiusmodi munus ad primam Dignitatem Calhedralis spectare, sicut alias resolutum fuit ». Et ita declaravit. Die 6 Aprilis 1680.

1617. SUTRINA. (2920)

Relato Causa controversiae per Emum et Rihum D. Card. Columna in S. R. C., ortae inler Capitulum et Canonicos Cathedralis Sutrinae ex una, el loannem Baptistam Nesulam Parochum S. Silvestri eiusdem Civitatis de el super iure delationis Crucis m funeralibus;

S. R. C., utraque parte informante, cenSuil (inhaerendo Decretis alias in similibus resolutis): « Cadavera defunctorum debere associari cum unica tantum Cruce, quae esse debet illius Ecclesiae, ad quam corpus defuncti defertur, dummodo non interveniat Capitulum Calhedralis, sub qua omnes incedere debent funus associantes, non obstante asserta inanulenttone a praedicto Pa-

rocho praelensa deferendi eius Crucem ». Et ila declaravit. Die 6 Aprilis 1680.

16-18. AVENIONEN. (2921)

S. H. C. mandavit, iuxta formam Caeremonialis lib. I, cap. 23, § 30, cl Decreti Riiii Archiepiscopi Ordinarii die 21 Novembris 1(579 emanati: « Consules et Assessorem Civitatis Avenionensis incensari debere immediate post Canonicos in Festis solemnibus et functionibus publicis ecclesiasticis, non obstantibus oppositionibus Beneficialorum ». Die 22 Iunii 1680.

1619. NULLIUS. (2923)

Pro parte Sacerdotis Caroli Consueti supplicatum fuit declarari, utrum liceat Missas votivas aut pro defunctis decantare (exceptis tamen diebus festivis) infra octavas Epiphaniae, Paschalis, Pentecostes et Corporis Christi, in quibus octavis ex Decretis Sac. Congregationis prohibitum est easdem Missas privatas celebrare.

Et S. R. C. respondit: « Serventur Rubricae ». Die 31 Augusti 1680.

1650. SQU1LLACEN. (2925)

Pro parte Riiii Episcopi Squillacensis supplicatum init per S. R. C. declarari:

1. An Canonici Calhedralis possint uti pileolo dum in circulo recitant cnm Episcopo *Gloria. Credo, Sanctus, etc.*

2. An possint uti eodem pileolo, dum porrigunt Episcopi», pontificaliler celebraturo, vestimenta sacra ?

3. An Canonici assistentes possint eodem pileolo uti, stante Episcopo, vel legente *Introitum, Epistolam, Evangelium* et *Postcommuniol*

4. An porrigens aspersorium Episcopo in ingressu Ecclesiae possit uti pileolo, el cum eodem pileolo aspergi cum celeris Canonicis ?

5. An Canonici confluentes in Festivitatibus extra Ecclesiam Calhedralem, sine habitu canonical·, debeant incensari?

6. An asserla consuetudo utendi pileolo, el incensandi, sii servanda?

El S. R· C. respondit : < In omnibus negative ». El ila declaravit atque decrevit. Die 31 Augusti 1(580.

1651. DECRETUM GENERALE. (2927)

De non apponendis in posterum m Martyrologio Romano nisi S. Canonizatis.

Cum bon. mem. Card. Bellarininus in Congregatione Sac. Rituum habita die 30 Iulii I(»I(5, proposuerit : nonnullos impressores librorum capere de novo Mariyrologium Romanum imprimere, el m eo addere Sanctos illos et Beatos, qui post ultimam editionem seu impressionem dicli Maiiyrologii fuerunt canonizat) seu declarati Beati ; et eadem S. C. declaraverit iuxta mentem et ordinationem SSihi D. N. Papae: « In Martyrologio Romano de novo imprimendo addendos esse Sanctos illos tantum, qui furunt canonizati, non autem qui declarati fuerint Beati post ultimam impressionem dicli Marlyrologii ». --- .

Nunc vero iterum eadem S. R. C. iussil: « Ut servetur imposleium praedictum Decretum de non apponendis in Martyrologio Romano, nisi Sanctis Canonizatis ». El ita decrevit el servari mandavit. Die 31 Augusti 1680.

1652. TARENTINA. (2929)

S. R. C., inhaerendo aliis resolutionibus alias in similibus factis, iterum declaravit: < Sacerdotes simplices non participantes de massa capitulari Collegiatae Ecclesiae Terrae Mariinae Tarentinae Dioecesis, non posse per Ordinarium cogi et compelli ad interessendum in Choro cum colla diebus festivis, nec non ad Processiones el alias functiones fieri solitas ab illis qui gaudent emolumentis el distributionibus quotidianis in praedicta Ecclesia ». Et ila decrevit. Die 7 Decembris 1680.

1653. BAREN. FUNCTIONUM. (2930)

Proposita per Eihum el Binum D. Card. Azzolinum causa Baren. Functionum verlenle inter Primicerium Antonium Polignanum ex una, et Canonicum Iacobellnm Vicarium Archipresbyleri Aquaevivae parte ex altera ;

S. R. C., audita utraquo parte hinc inde informante, declaravit : * Functiones, in casu de quo agitur, distribuendi palmas, candelas el cineres spectare ad Primicerium, non autem ad Vicarium qui omnino pareat ». El ita decrevit el servari mandavit. Die 11 Ianuarii 1(581.

1051. GRAVINEN. (2931)

Supplicantibus Dignitatibus Ecclesiae Cathcdralis de Gravina pro declaratione : an oratores teneantur faci re aspersorium aquae benedictae per Ecclesiam diebus solemnibus, quando ipsi oratores celebrant?

S. R. C. respondit: * Servandum esse solitum, non obstante decreto illius Vicarii

Generalis m contrarium disponent·' ». Et ita declinavit. Die II Ianuarii 1(581.

1655. NULLIUS. (2935)

Supplicatum fuit pro resolutione infrascriplorum dubiorum, nempe:

1. An Episcopus in habilu episcopali processionaliter comitans Sanctissimum Sacramentum valeat incedere sub eodem baldachino cum Sacerdote illud deferenle; vel si non incedat sub eodem baldachino, possit in ipsa Processione sibi deferre facere particularem umbellam?

2. Utrum Episcopus processiônaliler per se ipsum gestando Sacratissimam Synaxim sub baldachino, possit eliam sub eodem baldachino uti particulari umbella extensa, el delata a suo famulo?

El S. R. C. respondit: « In omnibus negative ». Die 11 Ianuarii 1681.

1656. PLACENTINA. (2936)

Herum pro parte Praebendariorum Calhedralis el Collegiatae S. Antonini Civitatis Placentinae adversus Parochos eiusdem Civilalis, proposita causa Placentina almuliae el praecedentiae per Eriium el Riiium D. Card. Casanale, supplicantium ex noviler deductis recedi a decisis die 6 Maii 1679; S. R. C., visis et auditis hinc inde, el partibus plene informantibus : « Stetit m decisis, el mandavit servari Decretum sub die (5 .Maii 1(579 emanatum ». Et ila declaravit. Die 11 Ianuarii 1681.

1657. TAURINEN. (2937)
PROCESSIONIS.

Cnm expositum sil quod duo adsunt Parochiales in Oppido Ripularum Taurinen. Dioecesis, altera sub invocatione S. Mariae de Stella, spectans ad Capitulum Collegiatae in eadem Ecclesia erectae; altera sub invocatione S. Martini, et haec est Plebania; in solemnitale SSmi Corporis Christi Capitulum dictae Collegiatae facere solet Processionem, el in die Dominica infra octavam illam facit Plebanus S. Martini. Cumque annis elapsis Capitulum praetenderet dictum Parochum seu Plebaniim S. Martini non facere Processionem, Rinus Archiepiscopus Taurinen. ei impertitus fuit licentiam illam faciendi ; sed Capitulum non acquiescens habuit recursum ad Rihum Nuntium, qui protulit sententiam ad favorem Plebam S. Martini faciendi Processionem dicto die Dominico, etiam extra limites suae Parochiae. Devoluta causa ad S. R.C. pro declaratione: an Rmus Archiepiscopus el Nuntius bene processerint, decernendo licuisse el licere eidem Plebano S. Martini facere Processionem ?

S. R. C., ad relationem Emi el Riiii 1). Card. Casanale, utraqu·· parte hinc inde audita el informante, censuit: < Posse Episcopum concedere licentiam ingrediendi limites alienae Parochiae pro ea tantum parte, quam ad decentem circuilionem Processionis iudicavent expedire ». El ita declaravit atque decrevit. Die II Ianuarii 1681.

1658. URBIS ET ORBIS. (2938)

S. R. C., ad relationem Emi el Rmi D. Card. Columna, instantibus Caeremoniarum Magistris Basilicae Principis Apostolorum, declaravit et decrevit: < Occurrente Festo Purificationis B. M. V. in Dominicis Septuagesimae, vel similibus aliis privilégiais, ita ul illius Officium ex hoc. contingat transferri; non esse ob id protrahendam etiam recitationem anliphonae : .I/nm *Redcmptoris etc.,* sed die secunda Februarii post Completorium, illa dimissa, iuxta dispositionem Rubricae el eiusdem laudabilem observantiam in Basilica Yalicana, sumendam esse anliphonam: .1er *Regina coelorum etc.,* subIaloque quolibet alio asserto difformi quarumcumque Ecclesiarum usu sive consuetudine, ita ab omnibus, qui Romano Breviario utuntur, pariformiter servari mandavit ». Die 11 Ianuarii 1681.

1659. SARNEN. <2939)

S. R. C., proponente Emo et Rmo D. Card. Columna, audita relatione Rmi Episcopi Sarnen., censuit : < Spectare ad Canonicum pluviah indutum, in Processione accedentem, recitare preces in Processionibus publicis S. Marci el Rogationum, m casu proposito pro parte Capituli Calhedralis et Rectoris et Canonicorum Ecclesiae Collegiatae et pirochialis S. Matthaei Civitatis Sarni, de communi consensu supplicantium pro huiusmodi resolutione ». Et ita declaravit. Die II Ianuarii 1(581.

1660. SIPONTINA (2940)

Exponente Emo el Rriio D. Card. S. Xisti de Ursinis, quod pro Chrismate ab Episcopo conficiendo 1er. V in Coena Domini praescribit Pontificale Romanum ul, ultra Ministros Altaris, parent se duodecim Presbyteri, septem Diaconi el septem Subdiaconi, omnes vestibus albi coloris Ordini suo congruentibus ; nunc vero cuidam Archie-

piscopo sequentia insurrexerunt dubia circa quae nec Pontificale praedictum, nec Caeremoniale Episcoporum quidquam determinant; quare supplicavit S. 11. C. responderi :

An praefati Subdiaconi, Diaconi el Sacerdotes super collam et amictum debeant Tunicellam, Dalmaticam el Casulam respective induere ad instar Canonicorum, qui sic parati assistunt Episcopo Missam solemnem pontificalem celebranti, ul ex eodem Caeremoniali Episcoporum lib. I, cap. 15, § 0; vel super amictum, albam, cingulum, et Stolam item respective accipere Tunicellam, Dalmaticam et Casulam? el quatenus dicti Ministri debeant super albam, amictum, cingulum el Stolam respective Tunicellam, Dalmaticam el Casulam deferre; an cum manipulis, vel sine, attento quod huiusmodi Sacerdotes, Diaconi el Subdiaconi non inserviunt Altari, sed tantum sunt Ministri pro confectione sacri Chrismatis?

Et S. R. C., proponente Emo et Rrno D. Card. Casanate, respondit: < Septem Subdiaconos parandos amictu, alba, cingulo, manipulo el Tunicella; septem Diaconos amictu, alba, cingulo, manipulo, Stola transversa et Dalmatica; duodecim Presbyteros amictu, alba, cingulo, manipulo, Stola directa el Planela ». El ita declaravit. Die 11 lanuarii 1081.

1661. CAESENATEN. (2941)

Pro parle Eihi et Rmi D. Card. S. Xisti de Ursinis expositum fuit, quod ex Decreto S. R. C. die 15 Martii 1608 ad 9, relato a Cavanto, habetur, quod Canonici assistentes Episcopo in Pontificalibus, debeant esse induti aliqui pluvialibus, alii Planetis, alii Dalmaticis et alii Tunicellis; quatenus, etsi non sint distinctae praebendae, liat tamen distinctio per paramenia. Hinc est quod quidam Episcopus habens in sua Cathedrali Dignitates el Canonicalus omnes Pi esbylerales, supplicavit pro declaratione ul infra, videlicet :

1. Utrum idem Episcopus possit statuere, quod, ultra Presbyterum assistentem cum pluviali in Throno, alii duo in scamnis assistentium habeant pluviale; et ultra duos Canonicos assistentes cum Dalmaticis in Throno, et dnos alios ad Altare m habilu diaconali et snbdiaconali, respective habeantur m dictis scamnis assistentium ultimi quatuor Canonici, duo induti Dalmaticis, el duo Tunicellis?

2. Et quatenus affirmative : utrum in tali Cathedrali, ubi non sunl distinctae praebendae, possit Episcopus statuero, quod ex prioribus Canonicis sint determinati illi, qui debent assistere pluvialibus induti; subséquentes in ordine sint illi, qui Planetis; hi sequentes Canonici assistentes in qualitate Diaconorum in Throno; his proximior die, qui ad Altare exercebit munus Diaconi Evangelii; inferiores huic illi duo qui in scamnis assislenliae indui debent Dalmaticis; subsequens hisce ille, qui ad Altare Subdiaconi Epistolae munere fungitur; et demum ullum duo Canonici ad scamnum assislenliae erunt subdiaconalibus indumentis induti. El licet in Caeremoniali Episcoporum lib. 1, cap. 8, S I> praescribatur de Canonicis assislenliae in Throno in qualitate Diaconorum: « *Quod* si *forte in aliqua Ecclesia nec Dignitates, neque Ordines distincti essent, tunc erunt primi duo Canonici,* re/ *Dignitates immediate sedentes post primam Dignitatem vel prunum Canonicum* »; tamen videtur assenlicndnm huic petitioni, quia si primi Canonici debebunt inservire in qualitate Diaconorum, non habentur qui in scamnis assislenliae erunt pluvialibus induti, vel si alii induantur, indecens erit inferiores habilu deccnliori quam superiores decorari, et subsequenter in iisdem scamnis non habebitur decens distinctio paramenloruni, ul decisum est ab eadem S. C.?

3. Utrum dicti quatuor Canonici, qui ultimi sont, figuramque faciunt Diaconorum et Subdiaconorum, debeant in sedendo, in thurilicando el in pacem dando tractari, ut disponit Caeremoniale Episcoporum de Canonicis vere Diaconibus el Subdiaconibus?

El S. R. C., proponente Eminentissime el Reverendissimo D. Card. Casanate respondit ul infra :

Ad 1. « Affirmative ».

Ad 2. « Primum locum deberi iribus Canonicis assistentibus in throno: secundum locum deberi Canonicis assistentibus in Presbyterio cum pluvialibus : tertium assistentibus cum Planetis : quartum assistentibus m figura diaconali cum Dalmaticis, el Diacono Evangelii assumendo ex Iribus per liimum : quintum assistentibus in figura snbdiaconali, el Subdiacono Epistolae pariter assumendo ex iribus per lur-.num ».

Ad 3. « Affirmative ». El ila declaravit. Die 11 lanuarii 1681.

1662. REATINA. (2942)

In Cathedrali Reatina dum in Choro peraguntur divina solemnioribus Festis, absente

Dignitate, praetendit primus Canonicus, qui Dignitas non est, intonare Oflicium contra ius, quod habet ipse Hebdomadarius ex diversis Decretis; ideo pro paite Theologi dictae Cathedralis supplicatum fuit pro declaratione: ad quem spectet?

El S. R. C. respondit: < In casu proposito spectare ad Hebdomadarium ». Et ita declaravit. Die I Martii 1681.

1663. CONGREGATIONIS CANONICORUM REGULARIUM LATERANENSIUM. (2943)

Pro parte Procuratoris Genendis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium supplicatum fuit pro declaratione sequentium dubiorum :

1. An Officia Sanctorum proprii Ordinis, quae ex concessione Summorum Pontificum, et praecipue s. m. Pii V, recitantur a Canonicis Regularibus Lateranensibus sub rilu duplici minori, sine solemnilate, in occuhu cum alio duplici minori de Calendario, fieri possint a dictis Canonicis suis propriis diebus, quos habent assignatos in proprio octavario, transferendo Oflicium Sancit de Calendario, praecipue cum Sancli Ordinis sint magis antiqui, quam maior pars eorum posterius positi in Calendario Ecclesiae universalis? (1)

2. An dies octavarum Assumptionis, Nativitatis, aliarumque Festivitatum B. M. V. octavas habentium, concurrentes cum Officio duplici minori habere debeant integras Vesperas, ul videtur disponere Rubrica ex ordine huius S. C. ultimo posita in Officio octavae Conceptionis, si concurrat cum S. Lucia, quod erit anno proxime venturo 1G82?

3. Pro Festo S. Malitiae Apostoli decisum fuit quod in anno Bissexlili propria dies est 25 Februarii, quae alias est 24, ila ul si habeatur assignata dicta dies 25 pro aliquo Sancio minoris ritus particularis Ordinis, iste sit transferendus illo anno in proxime sequentem diem non impeditum. Nunc quaeritur: An idem inlelligi debeat de aliis Sanctis seu Officiis occurrentibus in iribus sequenlibus diebus Febinarii, ut habent dicti Canonici Regulares, rilu duplici in proprio octavario; scilicet: die 25 S. Felicis Papae, 27 S. Leandri Episcopi et 28 secundae Translationis S. Augustini, ila ut Oflicium S. Felicis, quod habet proprium pro die 25, in anno Bissexlili sil proprium pro die 26; Officium S. Leandri, quod est assignatum pro die 27, sil proprium pro die 28; et sic de Translatione S. Augu-lini: qtiod videtur comprobari ex lectione Marlyrologn, secus daretur quod legeretur Mari)rologium de Sancto, de quo iam facium fuisset Officium, quod esset improprium el praeter ordinem lectionis Martyrologii.

4. Die 29 Decembris «licti Canonici Regulares faciunt officium de S. Tlioma Canluariensi rilu duplici minori. Quaeritur, an occurrente Dominica, facere debeant Officium Sancti cum commemoratione Dominicae, et dic 30 facere Officium de die infra octavam Nativitatis ; an vero facere lanium de Sancto, el transferre Offi< ium Dominicae in diem 30?

Et S. R. C., ad supradicta dubia respondit el declaravit, ul infra, videlicet :

Ad 1. « Transferendum Officium de Calendario, el recitandum Oflicium Sancti proprii, dummodo sil antiquior, el ex concessione, ul supponitur ».

Ad 2. « Affirmative ».

Ad 3. < Affirmative ».

Ad 4. < Recitandum Officium de Sancio cum commemoratione Dominicae, el die 30 Decembris recitandum Officium de die infra octavam Nativitatis ».

Et ita declaravit. Die I Martii 1681.

1664. NULLIUS ALTAMURAE. (2944)

Pro parte Dignitatum el Canonicorum Collegiatae Ecclesiae Matricis Allamurae Nullius Dioecesis supplicatum fuit pro declaratione infrascriptorum dubiorum:

I. Cum in Choro Collegiatae Matricis \llamurae sedeant in cornu Evangelii Archidiaconus, Primicerius el duodecim Canonici ; m cornu autem Epistolae Canior, Thesaurarius et duodecim Canonici, quonam ordine sunl thurilicandi ? Dignitates ue et Canonici ex parte Hebdomadae prius, el deinde Dignitates et Canonici stantes ex altera? an vero, primo Archidiaconus, inde Cantor: deinde Primicerius, inde Thesaurarius ; et laudem Canonici, quod lit thurilicando se revolvendo modo ad dexteram, modo ad sinistram ? (2)

2. Cum in Festivitate Titularis el Protectoris concurrant in Ecclesia maiori Cantor, Primicerius el Thesaurarius Ecclesiae Collegiatae Sancli Nicolai, qui ex more sedent post Canonicos Ecclesiae maioris, an

(I) E. Dub. 2. i. δ. «

(2) E Dub. 2.

sini thurificandi post omnes Canonicos utriusque partis; an immediate post Canonicos qui sedent supra ipsas Dignitates?

3. Celebrant·· Praesule in Solemnitale Corporis Christi, quisnam debeat accipere de manu celebrantis Sanctissimum Sacramentum, et deponere super Altare, an scilicet Canonicus cantans Evangelium indutus alba, Stola el Dalmatica, el solitus ministrare in Altare, an vero Diaconus assistens in Throno indutus lanium Dalmatica?

4. An Dignitates thurificari debeant duplici ductu, prout celeri Canonici, el prout thurilicanliu praesente Praesule ; an vero triplici, prout Ihurificantur absente Praesule?

5. An celebrante Praesule, quando 1res Dignitates assistunt in Throno, et quarta Dignitas in stallo, quae est Thesaurarius, quinam sint prius thurificandi, dicla Dignitas an Canonici parati assistentes in circulo?

El S. It. C., respondit ad praedicta ul infra, videlicet :

Ad 1. « Thurificandas esse Dignitates el Canonicos ex parte Hebdomadae, el deinde Dignitates et Canonicos stantes in altera parte ».

Ad 2. < Thui dicandos esse Cantorem, Primicerium et Thesaurarium Ecclesiae Collegiatae S. Nicolai post Canonicos, qui supra praedictas Dignitates sedent ».

Ad 3. « Diaconus assistens a dexteris tradere debet SSiiium Sacramentum Praesuli celebranti, et ab illo illud recipere ».

Ad *i.* * Dignitates thurilicari debent duplici ductu, prout ceteri Canonici. Secus si adesset consuetudo de triplici ductu, absente Praesule, quae autem debet esse immemorabilis el formiler probanda ».

Ad !i. < Thesaurarius et Dignitas thurificari debet ante Canonicos ; ceterum non intelhgunlur illa verba: Assistentes *in circulo,* nam quando Canonici sunt parati, nuniquam accedunt ad circulos. Caeremoniale Episcoporum Lib. I, cap. 21, § 5 ».

Et ila declaravit. Die 1 Martii I(>8I.

1065. CAESENATEN. (2946)

Pro parte Emi el Rmi D. Card. S. Xisli de Ursinis Episcopi Caesenalensis supplicatum fuit quatenus S. R. C. dignaretur declarare infrascripla dubia super Pontificalibus exercendis in Sabbato Sancio el in collatione Ordinum.

I. Cum Caeremoniale Episcoporum Lib.2. cap. 27, Sabbato Sancto Episcopo celebrante, de solita assistentia duorum Diaconorum non loquatur, nisi postquam ipse Episcopus missalia paramenia accepit, tempore (pio Prophetiae cantari debent, quaeritur: an praedicti Diaconi praebere possint assistenliam, cum ignis incipit benedici, el cantatur *Exuitel?* El quatenus *Negative,* cum quibus Episcopus manebit in Throno, praecipue dum cantatur *Exuitel;* quo tempore Diaconus el Subdiaconus sunt impediti in cantando Paschale Praeconium ? Quatenus etiam *Negative:* an possint dicti Diaconi assistentes accedere, terminata Nona, cum Episcopus accipit a Subdiacono sandalia et consuetam praeparationem legit I an vero cum solo Diacono Evangelii illam recitare debeat ; cum in Caeremoniali, loco dicto, non loquatur de Diaconibus assistentibus, nisi parato Pontifice missalibus paramentis, nI iam dictum est: quando alias cum illis duobus Diaconibus etiam Presbyter assistens admittitur, ul in eodem Caeremoniali lib. 1, cap. 27. Quatenus vero *Affirmative:* An accessus Diaconi Evangelii el Subdiaconi, el eorum assistentia ad Episcopum ab eodem Caeremoniali praescripta, dum dicilur Nona, procedant ubi non est consueta duorum Diaconorum praedicta assistentia ; at ubi sit consueta, an loco Diaconi el Subdiaconi, debeant assistere duo Diaconi solitae assistentiae ?

Causa huius dubii, quia Caeremoniale indefinite loquitur, quod accedant Diaconus Evangelii el Subdiaconus Epistolae pro Nona dicenda.

2. Idem Caeremoniale Episcoporum in eodem capilulo de Sabbato Sancio praescribit, quod Episcopus ipsemet Fontem baplismalem benedicturus, deposita Planela, pluviale accipiat violaceum: quaeritur: an cum Planela deponenda pariter sint Dalmalica el Tunica? Quatenus *Negative:* quid agendum cum perventum fuerit ad solemnem Baptismi functionem ab Episcopo faciendam ; assumendum ne Stolam, albam el pluviale eiusdem coloris super Dalmatica et Tunica violaceis: an lanium pluviale album cum subter Tunica violacea, iiem violacea stola sil, posito quod inrongruum videatur duas Stolas simul el semel tenere? Quatenus *Affirmative,* quaeritur

d) In regressu a Fonte baptismal! cum pluviale el Stola albi coloris, cum quibus reperilur, si Episcopus Baptismum contulit, iuxta Rituale Romanum, an m depositione pluvialis albi ante Litanias, sil pariter deponenda Stola alba; cum Caeremoniale loquatur tantum de pluvialis diinis-

sione? et quatenus Stola violacea non esset assumenda, dubitatur

A) Curn pervenitur ad versiculum *Iuc-ratores* in Litaniis, quaenam sunt illa paramenia violacea quae deponuntur, de quibus loquitur Caeremoniale? El quatenus esset loco Stolae albae reassumenda ante Litanias Stola violacea; quando pervenitur ad versiculum *Peccatores* in Litaniis, non velificarentur verba Caeremonialis asserentis quod essent tunc deponenda paramenia violacea in plurali, cum Stola tantum nequeat dici paramenia?

3. In regressu a supradiclo Baptisterio ad Altare ad Litanias inchoandas Caeremoniale ibidem praescribit, quod Episcopus, deposito pluviali cum mitra, procumbit ante Altare etc., interposita linea inter verba *mitra* et *procumbit.* In aliis vero Caeremonialibus linea ponitur ante verba *cum mitra,* ita ul contrarium sensum componat. Quaeritur ergo quid hac de interpunctione sentiendum? Et posito, quod stare debeat Episcopus sine mitra (licet Pontificale Romanum in Litaniis pro Ordinandis praescribat contrarium, nempe Episcopum debere procumbere cum mitra) quo pacto Episcopus se gerere debeat in benedictione Ordinandorum intra ipsas Litanias, si solemnes in Sabbato Samio Ordinationes habuerit?

4. In collatione Ordinum Pontificale Romanum, antequam dicantur Litaniae, Subdiaconandos collocat coram Pontifice genullexos, et postea Diaconandos contra cornu Epistolae, Presbylerandos vero contra faciem Pontificis ad medium Altaris: Quaeritur: an accedentibus Presbyterandis, Subdiaconandi alium debeant petere locum?- Quatenus *Aflirmalive,* an hic locus debeat seu possil esse contra cornu Evangelii ? Quatenus *Negative,* an Presbylerandi procumbere debeant ante vel post Subdiaconandos, cum omnes isti ante Pontificem et non contra cornu persistere debeant?

Quaeritur ulterius, cum habeatur ex Pontificali Romano, quod pro Litaniis, omnes Ordinandi prosternunt se: an per hoc verbum *omnes* intelligatur de omnibus Diaconibus et Presbyteris, de quibu·. ibi supra; an eliam de Subdiaconibus de quibus superius in eiusdem Pontificalis Rubrica; cum non desint, ex Amalario lib. 2, c. G, lilt. A, *De Ecclesiasticis Ofliciis.* Auctores docentes Snbdiaconandos non debere procumbere ex doctrina S. Ambrosii?

fi. Tandem: In Ordinatione solemniler facienda Pontificale Romanum non explicat quinam debeanl esse Ministri parati Episcopo servientem, sed indistincte loquitur de Ministris: Quaeritur: an accedente Episcopo a Sede ad Altare pro Ordinibus conferendis, duo Diaconi assistentes debeanl illi inservire, cum haec actio non sil pars Missae; an vero Diaconus Evangelii el Subdiaconus, quia Episcopus in Altari habet Ordinationes?

Et S. R. C., ad snpradicla respondit ut infra, videlicet:

Ad 1. < Posse maxime ad Praeconium, prout elicitur ex Caeremoniali Episcoporum in Sabbato Sancio ».

Ad 2. « Aflirmalive, quia Dalmatica et Tunica sunt indumenta missalis, el non deferuntur cum pluviali, et ita usus communis Ecclesiarum ».

Ad primam instantiam respondit, quod « Episcopus, baptizatis baptizandis, depositis indumentis albis, resumit violacea, idest Stolam el pluviale huiusmodi coloris, cum quibus ad Altare revertitur, ibique ante gradus, deposito pluviali, procumbit. Ne tamen contingat Episcopum lolies vestiri el spoliari vestibus, satius esset el convenientius, prout eliam magis usitatum, si benedictionem ignis non per se, sed per aliquem Canonicum fieri praevenlive mandaret, cum illa non sit tantae solemnitalis, sicut reliquum Officium ».

Ad secundam instantiam respondit : < Verifican verba Caeremonialis Episcoporum, eliam in sola Stolae mutatione , quia verbum *paramenia* respicit duplex caput, videlicet, deponit violacea, sumit allia: eo amplius quod cum depositione Stolae, mutatur pallium ad Altate, operimentum faldislorii et similia ».

Ad 3. respondit: « Errorem esso librariorum, el iuxta legitimam interpretationem lineam esse ponendam ante verba *cum milia,* quod el sensus ipse indicat ».

Ad 4. respondit: < Posse Snbdiaconandos statui contra cornu Evangelii ».

Ad quaesitum respondit: < Verbum *omnibus* intelligi tam de Presbyteris el Diaconis, quam de Subdiaconis ».

Ad fi. « Convenientius ministrari per Diaconum Evangelii el Subdiaconiim, quia ipsi sunt qui ministrant, alii vero Diaconi solummodo dicuntur assistentes ».

El ita declaravit. Die 19 Aprilis 1981.

1666. SENEN. (2947)

S. R. C. quampluries declaravit: * lu omnibus Ecclesiis, maxime vero in Cathe-

dralibus, iublalo qaocumquo contrario usu sive consuetudine, prout ordinatum fuit a sa. niem. Innoccnlio Papa X cura sua Huila, in explendis sacris functionibus, caeremonias et ritus a Caeremoniali Episcoporum praescriptos, iuxla illius modum el normam in quibuscumque actibus exercendos el observandos esse ; ideoque, instante Abbate Peiruccio Canonico Metropolitanae Senen. m celebratione Vesperarum servanda esse ad unguem praescripta m Caeremoniali Episcoporum Lib. 2, cap. 3, super discessu Hebdomadarii cum aliis paratis posl *Fidelium animae,* cum non debeant remanere ad assistendum Completorio, et sic m futurum servari mandavit in supiadicta Ecclesia Senen., tam in hoc quam in aliis quibuscumque sacris ritibus el caeremoniis ab eodem Caeremoniali Episcoporum praescriptis m explendis sacris functionibus, sublato quolibet alio diverso, sive contrario usu, seu consuetudine ab eiusdem Caeremonialis dispositione el forma praescripta difformibus ». Die 19 Aprilis 1681.

1667. SORANA. (2948)

S. R. C. declaravit : « In primo ingressu ianuae Terrae Arpini per modernum Episcopum Soranum faciendo, spectare ad digniorem eidem Episcopo dare ad deosculandam Crucem et incensum in ingressu primae Ecclesiae ». Die 19 Aprilis 1681.

1GG8. V1G1LIEN. (2960)

Canonicis Collegiatorum S. Nicolai et S. Matthaei unitarum Civitatis *Bisceglie* exponentibus, quod in diclis duabus Collegiatis extant duae Dignitates cum titulo Abbatum, quae in Processionibus uniuntur simul, propterea supplicarunt pro declaratione: an in absentia unius ex praedictis, altera debeat se associare cum ultimo Canonico?

El S. R. C. respondit : < In casu proposito debet se associare cum ultimo Canonico ». Et ila declaravit. Die 7 Iunii 1681.

1GG9. FANEN. (2951)

Cnm sit consuetudo in Civilale Fani, quod Capitulum el Canonici Cathedralis in publicis Processionibus, nempe in Litaniis maioribus die S. Marci el m minoribus Rogationum, cum loto Clero saeculari et regulari transeant per Ecclesiam S. Paterniani Protectoris Canonicorum Regularium S. Salvatoris; quaesitum futi per dic'os Canonicos a S. R. C. declarari: an P. Abbas debeat porrigere aspersorium aquae benedictae Riho Episcopo, .m Canonicus celebrans indutus paramenlis sacerdotalibus et cum pluviali?

El S. R. C. respondit: « In casu proposito spectare ad Abbatem ». El ila declaravit. Die 7 Iunii 1681.

1670. FERRA1UEN. (2952)

Supplicantibus Patribus Ecclesiae S. Iosephi Ordinis Augustinianorum Discalceatorum Civitatis Ferrariae pro declaratione: An ipsi oratores recitare possinl Officium duplex Sanctorum Martyrum ratione Reliquiarum, attento quod Reliquiae praedictorum Sanctorum sint baplizalae?

El S. R. C. respondit : < Negative ». Et ita declaravit. Die 7 Iunii 1681.

1671. AESERNIEN. (2954)

Cum pro parte Dioecesis Aesernien. expositum sil, quod cum Rubricae Missalis el ipsum Caeremoniale, quoad distributionem candelarum, cinerum et palmarum, disponant eas per digniorem Sacerdotem de Choro distribuendas esse Celebranti, qui deinde slatim distribuat digniori praedicto; quaesitum fuit pro declaratione: Quid si in Choro adesi Vicarius Generalis, qui non sil de gremio? au scilicet eidem competat distribuere Celebranti, vel potius digniori praedicto? El quid si contingat Vicarium ipsum non esse in sacris?

El S. R. C. respondit: < In casu proposito spectare ad digniorem de Capitulo ». El ila declaravit. Die 7 Iunii 1681.

1672. MAIORICEN. (2955)

Iterum proposita causa ad instantiam Arcliidiaconi et aliarum Dignitatum Cathedralis Maioricae adversus Episcopum Oropen. Canonicum eiusdem Ecclesiae super declaratione Decreti die 16 Decembris 1679, ad favorem praedicti Episcopi, circa modum nempe praecedendi el sedendi;

S. R. C., visis iuribus ab utroque parte informante, him inde deductis, respondit: < In decisis quoad Episcopum; quo vero ad Archidiaconum, praecedat aliis Dignitatibus el occupet locum post Episcopum Maioricensem immediate ». El ila declaravit el servari mandavit. Die 7 Iunii 1681.

Decretum autem de quo superius, sequens est:

S. R. C. die 16 Decembris 1679, audita instantia Rmi Epifaopi Maioricen., respon-

till: « Episcopus Oropen<is, qui ubtinei Canoniraluin in Calhedrali Maioiii viisi, praecedere debut supra omne- Dignitates el Canonicos eiusdem Cathedralis ». El ila declaravit.

1673. SANCTI MINIATI. (2958)

Pro parle Vicarii Capitularis Saucii Mimali supplicatum fuil pro declaratione, ul infra :

1. Au liceat Regularibus in eorum propriis Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publice adorandum exponere pro causa publica, vel magnae devotionis, quae tamen prius non fuerit approbata ab Ordinario? El si fecerint, an poenas incurrant synodales?

2. Si praedicta publica causa el magnae devolionis fuerit semel vel plui ibus vicibus approbata, debeat quolibet anno, recurrente anniversario, iterum ab Ordinario approbari, si petatur?

El S. R. C. respondit lam ad primum, quam ad secundum : < Non posse sine licentia Ordinarii ». El ila declaravit. Die 7 Iunii 1681.

1674. SAVONEN. 2959)

S. R. C., audita relatione Riiu Episcopi Savouen., et iuribus deductis lam pro parte 1'romoloris fiscalis Curiae episcopalis, quam ad instantiam Chrislophuri Gallesii Praepositi Collegialae Ecclesiae S. Blasii Pinarii Dioecesis SavoDen., declaravit : «Non licere praedicto Praeposito celebrare .Missas $oleinnes cum duobus Diaconis, el duobus Subdiaconis et Presbytero assistente parato cum pluviali. Ideoque mandavit servari praescriptum Vicarii Generalis super huiusmodi causa eidem Praeposito sub do· I'i Novembris 1680 facium el praesenlalum ». El ila decrevit. Die 7 limit 1681.

1675. AVEN10NEN. (2960)

Itorum per Elbum et Riiium D. Cardinalem Azzolinum proposita‹ ausa Avenionen. Thin ilic.ilionis, pro parle el ad instantiam Beneficialorum Metropolitanae Ecclesiae Avenionensis et aliarum Collogialarum dictae Civitatis, contra Consules et Assessorem dictae Civitatis;

S. R. C., iilraque parte hinc inde informante, censuit : < Servandum esse decretum Riiii Archiepiscopi, el iuxla dispositionem Caeremonialis, Lib. I, cap. 23, § 30, Consules esse thurificandus immediate post Canonicos ». El ila declaravit el servari mandavit. Die 9 Augusti 1681.

1676. ALTAMURAE. (2962)

Cum expositum sil per Archipresbyierum Allamurae, quod ibi anno praeterito decessit vir quidam uobilitale et auctoritate praecipuus, hunc cum celeri nobiles inusitato aliquo ac peculiari honore prosequi voluissent, apprehensis per quatuor ρπη-cipales viros extremi panni limbi' feretrum operientis ad locum usque sepulturae, funus duxerunt. Decedente posimodnm Sacerdote etiam nobili eodem ferme modo, quo cum laicis consueverant, m Sacris vestibus a Sacerdotibus elato, fimbrias itidem huiusmodi opertorii detulerunt. Quapropter supplicatum fuit pro ǧdeclaratione an id sit prohibendum?

El S. R. C. respondit: « Prohiberi Ecclesiasticis lanium ». El ila decrevit. Die 20 Septembris 1681.

1G77. BRICTINORIEN. (2963)

Pro parte Praepositi primae Dignitati' Ecclesiae Bnclinonen. supplicatum fuit pro declaratione: an Capitulum et Canonici teneantur canere duplicem Missam m diebus Quadragesimae, Quatuor temporum el Rogationum, ubi in ipsis aliquod Festum duplex incidit: elan praefati teneantur assistere ad utramque Missam?

El S. R. C., audita relatione Episcopi, respondit: < Senentur Decreta synodalia, et Canonicos teneri ad assislenliam ». Ei ila declaravit. Die 20 Septembris 1681.

1678. GELSONEN. (296i)

S. R. C. declaravit: « Non licuisse eligere in Patronas Sacras Spinas Coronae Domini Nostri iesu Christi; et ideo mandavit scribi Episcopo Celsonen., qui doclararet nullilaiem electionis factae ab Universitate Casin Tarragae Celsouensis Dioecesis, el doceat de exacutione ». Die 26 Septembris 1681.

167». GRAVINEN. (2965)

Cum sub die II Ianuarii proxime praetenti supplicantibus Dignitatibus Ecclesiae Cathedralis Gravinensis pro declaratione: An oratores tenerentur per se ipsos, vel per alium facere aspersorium iqnae benedictae per Ecclesiam diebus Dominicis, aul aliis snlemnibus, quando ipsae celebrarent ? S. R. C. consuerit, *seri nndnni tsw sohlum, non obilaule ib'crulu* iZ/iim *licinii Generali' i/i*

contrarium disponente: nunc vero iterum proposito dubio ad instantiam Canonicorum eiusdem Ecclesiae, el partibus hinc inde auditis;

S. R. C., recedendo a praedicto Decreto, censuil: « Tam Dignitates quam Canonicos celebrantes in dictis diebus Domi nicis, vel aliis solemnibus, teneri Tacere aspersorium per se ipsos ». Et ila declaravit et servari mandavil. Die 20 Septembris 1681.

1680. MELITEN. (2966)

Emi et Rmi Domini: Cum anno proxime venturo 1682 Dominica Septuagesimae occurrat die 25 Ianuarii, ideoque Dominica 111 post Epiphaniam, iuxla Rubricam IV de Dominicis num. 6, ponenda sit ante dictam Septuagesimam in die non impedita festo novem lectionum, quae dies una tantum esse potest, nempe 19 Ianuarii, in qua cadit festum simplex Sanctorum Marii etc., el semiduplex ad libitum S. Canuti Mari.; idcirco oritur dubium : An pro anticipatione dictae Dominicae tertiae post Epiphaniam, el recitatione Responsoriorum secundae Dominicae, quae alias m antecedenti hebdomada Festis duplicibus et semiduplicibiis impedita non possunt poni, debeat hoc anno omitti Festum S. Canuti ad libitum: vel potius salis sil, ut ab iis qui eiusmodi Officium recitare voluerint in Sabbato ante dictam Septuagesimam, legatur nona lectio de Ilomilia Dominicae tertiae, et de ea liat commemoratio in Laudibus cum anliphona et Oratione propriis, prout ab eadem Rubrica de Dominica num. 4 sancitum fuit, si Iota hebdomada impedita sil festo novem Lectionum?

Quamvis enim doceat Gavanlus sed. 3, cap. 10, num. 16, Officia concessa ad libitum cedere aliis de praecepto, vel ex vi Rubricarum recitandis; tamen cum aliter sentire videatur Guietus Lib. 4, cap. 7, quaesi. 3, § 4, el casus isle sil novus ob dictum Festum S. Canuti paucis ab hinc annis a Sede Apostolica indultum ; Magister Caeremoniarum Calhedralis Ecclesiae Meliten. humilitet supplicavit ul EE. VV. dignentur declarare quidqmd debeat servari. Quam Deus etc.

El S. R. C. respondil: < Polesl Officium S. Canuti Martyris ad libitum recitari die 19 Ianuarii, el eo casu , Sabbato ante Dominicam Septuagesimae legenda esi in Officio nona lectio de Romilia Dominicae tertiae posi Epiphaniam, cum eiusdem commemoratione ad Laudes cum anliphona el Oratione propriis». Die 20 Septembris 1631.

1681. SPOLETANA. (2967)

Cum nonnulli ex Canonicis Calhedralis Ecclesiae Spolelanae ob praerogativas praetensas per Dominicum Maurum uli Priorem el primam Dignitatem eiusdem Ecclesiae, ultra expeditionem Monitorii coram A.C. superobservatione Decretorum huius S. R.C., recursum eliam habuerint ad Eniuin eiRihuin Dominum Cardinalem Facchinellum illius Episcopum, qui per suas literas consuluit eamdem S. R. C.; supplicatum fuit pro resolutione infrascriplorum dubiorum, quae sunt contenta in literis Emi Cardinalis Facchinelli, videlicet:

1. An Prior praedictus possit celebrare Missam privatam cum qualuor candelis accensis?

2. An in Missa solemniler cantata possit uti Canone, el in elevatione sex intorliliis?

3. An valeat ul eidem Assistentes superimponant biretum el pileolum?

4. An in Missis privatis possit sumere sacra indumenta prope Altare, non autem in Sacristia, ut celeri Canonici, et in Cappella, ubi celebrat, ante el post Sacrificium abluere manus ?

5. An possit anteferri Calicem in Altari, illumque ante expletum Sacrificium removeri facere ?

6. An in Offertorio possit sibi ministrari Patenam el Calicem cum vino el aqua, non a se ipso sed a serviente?

7. An, expleta Missa in Cappella, ubi certis temporibus recitatur Officium, possit sacris indumentis expoliari coram Capitulo el non in Sacristia?

8. An uli possit pulvinari in cantandis Litaniis?

9. An possit penes se m propria domo relinere Libros Baptismatis, contra antiquam consuetudinem ?

1(1. An uli valeat mozzetta et rochello, cum habitu Prolonolarii ?

El S. R. C., traque parle him: inde informante, respondil « Negative in omnibus, non obstante quacumque consuetudine ». El ila declaravit atque decrevit. Die 20 Septembris 1681.

1682. S. ANGELI DE LOMBARDIS. (2968)

S. R. C. inhaerendo aliis resolutionibus, iterum declaravit :« Inter plui es ordinatos ad Presbyteratum eodem tempore, ab eodem Episcopo, illum praeferendum esse in

Choro, in Processionibus el alus actibus Capitularibus, qui prius descriptu», vocatus el ordmalus fuit, non autem qui prius Missam celebraverit ». Die 22 Novembris 1(181.

1683. LUCANA. (2909)

S. R.C., inhaerendo resolutionibus, circa celebrationem trium Missarum in Nocte Natalis Domini, alias editis, el signanter sub die 7 Decembris 1641, iterum declaravit: « Non esse permittendum usum introductum a nonnullis Canonicis el Presbyteris Ecclesiae Calhedralis Lucanae, celebrandi 1res Missas privatas immediate post decantatam Missam solemnem in nocte Natalis Domini, sed omnino prohibendum ». Die 22 Novembris 1681.

1684. THELESINA (2970)
SEU CERRETANA.

Propositis in Congregatione Sacrorum Rituum per Eihum el Rffium Dominum Card. Casanale infrascriptis quaesitis inter Ecclesiam Calhedralem Thelesinam translatam in Ecclesiam S. Leonardi de Cerrelo Thelesinae Dioecesis, el Ecclesiam Collegiatum Parochialem S. Martini eiusdem Oppidi Cerceti ;

S. R. C. ad singula, ulraque parte informante, respondil ut infra :

1. An et cui liceat facere Processiones in Festo SSihi Corporis Christi, Episcopo absente vel nolente, m oppido Cerreti?

2. An Canonici Cathedralis Ecclesiae possint in eodem oppido facere Processiones quocumque anni tempore, invito Parocho, eliam infra octavam Corporis Christi?

3. An Canonici Ecclesiae Collegiatae parochialis S. Martini possint in Sabbato Sancio pulsare Campanas antequam pulsentur ab Ecclesia S. Leonardi?

4. An Canonici Ecclesiae Calhedralis possint solemniler celebrare Missas et adimplere onera Missarum, aliaque munia peragere in Ecclesia S. Mariae Lauretanae sita intra limites Parochiae 8. Martini?

5. An Canonici Ecclesiae Cathedralis, invitati ad ducendum funds ad Ecclesiam S. Leonardi, possint percipere alia emolumenta ultra sextam, quae pro funere persolvitur a Parocho eiusdem oppidi Cerreti?

ti. An possint Regulares facere Processiones intra limites Parochiae, Parocho invito, vel irreqnisilo ?

7. An Presbyteri extraordinarii possint adimplere onera Missarum in Ecclesiis silts intra limites Parochiae, an vero haec onera sint adimplenda per Archipresbylerum el Canonicos S. Martini?

8. An udem Canonici Ecclesiae Parochialis possint facere Processiones extraordinarias, licentia Episcopi non petila?

9. An emolumenta funeralia defunctorum Episcoporum, Canonicorum et Presbyterorum Cathedralis Ecclesiae pertineant ad Capitulum ipsius Cathedralis, an vero ad Archipresbyterum S. Martini, ut Curatum ?

10. An Clerus debeat m Processionibus incedere sub Cruce Parochialis Ecclesiae S. Martini, an vero >ub Cruce Calhedralis?

11. An in Processionibus Rogationum, Episcopo absente vel nolente, in oppido Cerreti precum decantatio pertineat ad Archipresbyterum Ecclesiae S. Martini, an vero ad Canonicos Ecclesiae Calhedralis?

12. An Sacramenta Episcopo aegrotanti ministranda sint ab eodem Arcnipresbylero, ul Parocho, an vero a Canonicis Ecclesiae Calhedralis?

13. An commorantes in oppido Cerreti adimpleant praeceptum Paschale, sumendo Sacram Synaxim in Ecclesia S. Leonardi, an vero teneantur id adimplere in parochial) Ecclesia S. Martini?

El S. R. C. respondit:

Ad 1. « Dilata »,

Ad 2. « Affirmative, obtenta licentia Episcopi, el invitatis Canonicis ».

Ad 3. « Negative simpliciter ».

Ad « Ad S. Congregationem Concilii ».

Ad ii. < Ad S. Congregationem Concilii ».

Ad (>. « Negative, nisi de licentia Episcopi ».

Ad 7. « Ad S. Congregationem Con· ilii ».

Ad 8. < Negative ».

Ad 9. < Ad S.Congregationem Concilii ».

Ad 10. « Clerus Collegiatae sub sua Cruce ad formam concordiae ».

Ad II. « Perlinere ad Dignitates el Canonicos Calhedralis ».

Ad 12. < Spectare ad digniorem Capituli Calhedralis ».

Ad 13. « Ad S. Congregationem Concilii ». El ita declaravit. Die 22 Novembris 1(181.

1685. DECRETUM GENERALE. (2976)

De non transferendis Officiis Sanctorum ad libitum.

Dum alias S. R. C. decrevit Officia Sanctorum ad libitum non esse transferenda, quando dies eorum Festivitatum sunt iin-

pediti die Dominico, aut aliquo alio die Festorum mobilium; quaesitum fuit declarari: Quae regula servanda sil quando occurrunt eodem die cum Officiis Sanctorum Calendarii proprii, vel translatis, vel demum semel per hebdomadam, vel per mensem recitari concessis?

Et S. R. C. respondit : « Praedicta Officia Sanctorum ad libitum, eliam duplicia, occurrentia in diebus Dominicis ul Nalaliliis Sanctorum alicuius Religionis vel Dioecesis ex vi Calendarii proprii a Sede Aposlolica approbati, quamvis sub ritu semiduplici de praecepto celebrandis, non esse transferenda, sed omitti debere ; si autem occurrant eodem die in quo alias aliquod Festum translatum poni deberet, tunc liberum fore declaravit eadem Officia ad libitum recitare, el Officium translatum ulterius ad aliam diem non impeditam transferre. Item Officium semel per hebdomadam aut per mensem ex Aposlolico induito concessum, in casu omitti, decrevit. El ila ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, servari mandavit ». Die 24 Ianuarii 4082.

1686. AGRIGENTINA. (2979)

Pro parte Collegialae Ecclesiae de Tino Dioecesis Agrigentinae supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione, ul in supplici libello, cuius tenor est, ut sequitur: < Cum hoc anno Dedicatio Ecclesiae Collegialae Tinensis in Agrigentina Dioecesi incidat in maiorem Hebdomadam, exoratur S. R. C. ul declarare dignetur, an lumina quae ante cruces parietum accendi solent, ipso Dedicationis die ardere debeant, an potius illo die in quem transferenda est, nempe post octavam Paschae?

El S. R. C. respondit: < Accendenda sunt lumina ante Cruces positas in parietibus ea die, ad quam transierint celebratio Officii Dedicationis Ecclesiae ». El ila declaravit. Die 28 Februarii 1682.

1687. HYDRUNT1NA. (2981)

Exlal consuetudo apud Dioecesim Hjdrunlinam, quod Archiepiscopus singulis annis convocat Capitula, el totum Clerum ad praestandam sibi obedienliam, cum hoc tamen respectu, quod a Sacerdotibus, Diaconis el Subdiaconis exigit osculum manus, sive annuli Archiepiscopalis; a Clericis vero Osculum genu. Hodie vacat Sedes praefata, et praetendit Vicarius Capitularis exigere respective eaindem obedienliam ; sed quia ipse succedit Ianium in iis quae sunt lunsdiclionis, non autem Ordinis et Dignitatis, videtur praestandam illi non osse huiusmodi obedienliam, quae soli competii Ordinario ob eminentiam gradus. Quare pro resolutione dubii et responsione ad praedictam controversiam recurritur humiliter ad hanc S. R. C., et supplicatur pro opportuna quaesiti resolutione.

El S. R. C. respondit : « Negative ». Die 18 Aprilis 1682.

1688. MAIORICEN. (2982)
PRAEEMINENTIARUM.

Herum Dignitates et Canonici Cathedralis Ecclesiae Maioricensis ex noviler deductis supplicarunt apud S. R. C. pro recessu a decisis sub diebus 16 Decembris 1679, el 7 Iunii 1681, el declaratione, quod ad formam Statuti confecti usque ab anno 1505, el consuetudinis Ecclesiae Valenlinae allegatae, Episcopus Titularis Oropensis, ratione suae dignitatis, nullum superiorem gradum, nullamque praeeminentium el decentius slallum habeat nec in Choro nec in Capitulo supra alias Dignitates el Canonicos dictae Cathedralis Ecclesiae, sed suum Ianium locum canonicalem occupet, si velit in Capitulo el Choro cum aliis inservire : aut saltem in omni casu demandare ut quaelibet ex Dignitatibus gradaliin sedeat, ila ut Archidiaconus, qui de praesenti secundum oblinet locum, relrotrahalur ad tertium ; Sacrisla, qui tertio ponitur, transferatur ad quartum, el sic deinceps, donec ipse Episcopus vivit el Canonicalum retinebit.

Et S. R. C., proponente Emo el Rmo D. Card. Pamphilio, cui huiusmodi causa fuit commissa, partibus hinc inde auditis et informantibus, censuil: «Standum esse in decisis sub diebus 16 Decembris 1679, el 7 Iunii 1681 ». El ila decrevit el servari mandavit. Die 18 Aprilis 1682.

1689. MONOPOLITANA. (2983)

Cum in controversia orta inter Primicerium Ecclesiae Cathedralis Monopolitanae el Archidiaconum eiusdem Ecclesiae, super modo excipiendi ab ipso An hidiacono pacem in Missis solemnibus, declaratum fuerit, quod accedant ad limen slallurum canonicalium ad pacem excipiendam ab Archidiacono vel alio ministro, ii qui primum locum hinc inde in lateribus Chori occupantes, pacem ab eo excipere debent in Missa solemni,. proul hactenus in eadem Ecclesia consuetum el servatum fuit ; di-

clumque Decretum postea Archidiaconus die 17 Ianuarii praesentis anni per citationem, ul asseritur, ila declarari obtinuerit, ut accipientes pacem a lateribus Chori exeant ab ordinibus stalloruin et extra eos excipiant pacem ab Archidiacono vel alio Ministro in Missa solemni; Primicerius animadvertens, quod huiusmodi interpretatio potius destruat quam declaret praedictum Decretum, ideo supplicavit dictam declarationem reformari.

El S. R. C., proponente Emo el Rmo D. Card. Columna, utraque· parte hinc inde audita, respondit: * Primicerii vel primo sedentes hinc inde in Choro debent recedere a proprio slallo, el in limine ingressus ad slalla stantes excipere ministrantem Celebranti ad osculum pacis ». El ila declaravit el servari mandavit. Die 18 Apritis 1682.

1690. ANNEGIEN. (2984)

Cum expositum sil a nonnullis Canonicis Ecclesiae Anneciensis, quod ipsi ab immemorabili in solemnilate Festivitatis Corporis Christi mitram in capite deferre consueverunt; dubitetur vero an mitras huiusmodi, quas tamquam ornamentum in capite deferunt, in Processione huiusmodi deferre possint; humiliter petunt ut Sacra Rituum Congregatio id eis Jicere benigne declarare dignetur.

El S. R. C. respondit: « Non posse, el abusum esse tollendum ». El ila declaravit atque decrevit. Die 13 Iunii 1(182.

1691. ARETINA. (2985)

Supplicante Capitulo el Clero Ecclesiae de Asciano sub titulo S. Agalhae Dioecesis Aretinao, pro declaratione: An Hebdomadarius pluviali el Stola indutus debeat cedere locum digniorem el primarium Praeposito dictae Ecclesiae incedenti cum simplici mozzctla el absque alio parainenlo ecclesiastico ?

S. R. C. censuil : < In casu proposilo ratione paramentornm deberi praecedentiam Hebdomadario, non autem Praeposito». Et ila declaravit. Die 13 Iunii 1682.

1692. MONTIS FALISCI. (2987)

S. R. C. declaravit : «Gubernatori Montis Falisci, quando cum habitu talari intervenit functionibus ecclesiasticis, deberi thurificalionem, absente eliam Magistratu ». El ita decrevit et servari mandavit. Die 13 Iunii 1682.

1693 SABINEN (2989)

S. R. C. declaravit: < Canonico Hebdomadario Collegialae Ecclesiae Collis Veleris Sabinen. Dioecesis, ratione Stolae, digniorem locum m Officio et aliis functionibus ecclesiasticis peragendis, non autem ad Archipresbjterum eiusdem Ecclesiae spectare ». El ila declaravit et servari mandavit. Die 13 Iunii 1682.

1691. BRICTINORIEN. (2990)

Cum in S. R. C. habita die 20 Septembris 1681, ad instantiam Praepositi primae Dignitatis Ecclesiae Cathedralis Bnctinonen., supplicatum fuerit pro declaratione : An Capitulum el Canonici tenerentur canere duplicem Missam in diebus Quadragesimae, qualuor Temporum et Rogationum, ubi in ipsis aliquod Festum duplicis Sancti incidit; et an praefati tenerentur assistere ad utramque Missam; S. R. C. declaravit: * Servanda esse Decreta Synodalia, el Canonicos teneri ad assistenti im »; nunc ilerum proposita causa per Eiîtum et Rmum D. Cardinalem de Lauraea pro parte Capituli et Canonicorum eiusdem Cathedralis, supplicatum fuit recedi a prediclo Decreto ex noviter deductis.

El S. 11. C., ulrjque parte audita el informante, censuil: «Standum esse in decisis ». El ita decrevit et servari mandavit. Die 22 Augusti 1682.

1695. FUNDANA. (2991)

Pro parte Archipresbyleri et Capituli de Vallecorsa Fundanae Dioecesis expositum fuil apud S. R. C., quod extal Ecclesia sub titulo S. Rochi Confessoris extra moenia dictae Terrae; el quii dubitatum fuit, quomodo celebrari debeat Officium in secundis Vesperis Assumptionis in Ecclesia S. Rochi : an de Assumptione B. M. V., an vero de S. Rocho? ideo praefati supplicarunt pro huiusmodi declaratione.

Et S. R. C. respondit * Totum de Assumptione B. M. V. cum commemoratione S. Rochi ». F.l ita declaravit. Die 22 Augusti 1682.

1696. HIIRTANA. (2993)

S. R.C., audita relationi Rmi Episcopi Hortani, declaravit non licere facere functiones parochiales Cappellano eonfi atrum societatis Ecclesiae S. Blasii in Iicia Ecclesia, sila intra limites parochialis Ecclesiae S. Silvestri eiusdem Civitatis Hortanae, in

praeiudicium Praepositi ei Parochi eiusdem S. Silvestri, ideoque censuil: « Id praedicto Cappcllano esse prohibendum, prout prohibuit ». Die 22 Augusti 4682.

1697. BRICTINORIEN. (2997)

S. R. C., proponente Eiîio et Rmo D. Card, de Lauraea, Utraque parte audita hinc inde et informante, declaravit: « Functiones maiores ad Episcopum spectantes, ipso absente vel impedito, spectare el perlinere ad Praepositum primam Dignitatem Cathedralis Ecclesiae Brictinorien., non autem ad alias Dignitates el Canonicos eiusdem Ecclesiae m hebdomada eis assignata ». El ita decrevit et servari mandavit, allegata consuetudine m contrarium non obstante. Die 26 Septembris 4682.

1698. BONONIEN. (2998)

Pro parte Francisci Gagliardi Curati in Dioecesi Bononien. supplicatum luit pro dispensatione, el concessione facultatis consecrandi el elevandi Hostiam consecratam, el dandi benedictionem, et faciendi alias functiones cum manu sinistra, attento quod eius dextera sil impedita ab apoplexia.

El S. R. C. respondit: « Abstineat ». Et ita decrevit et servari mandavit. Die 2G Septembris 1682.

1699. NEAPOLITANA. (3000)

In causa controversiae celebrationis Missarum vertente inter Canonicos Metropolitanae Ecclesiae Neapolis ex una, el Hebdomadarios eiusdem Ecclesiae partibus ex altera, proponente Emo el Riiio D. Card, de Lauraea in S. R. C. dubium : An Dominicis aliisque anni diebus, quibus, iuxla assignationem iam faciam, Hebdomadarii tenentur celebrare Missam convenlualem, si iisdem diebus Archiepiscopus Divinis intéresse contigerit, speciet (non obstante eiusdem Eiiii Archiepiscopi praesentia) ad ipsos Hebdomadarios, vel ad Canonicos?

S. R. C., audita relatione Emi el Riiti D. Archiepiscopi, el iuribus hinc inde deductis ab ulraque parte informante, censuil: < Spectare ad Hebdomadarios in casu, de quo agitur ». El ita declaravit. Die 26 Septembris 1682.

1700. TRANEN. (3001)

Pro parte el ad instantiam Guardian') el Fratrum Minorum Convenlualmm Oppidi Baruii Dioecesis Tranen. supplicatum fuit apud S. R. C. pro resolutione infrascnplorum dubiorum :

1. Utrum Regulares oppidi Baruii Dioecesis Tranen., ubi residet Archiepiscopus Nazarenus (cui deberi gonullexorium cum strato el pulvinari Decreto eiusdem S. C. statutum fuit) possint eidem Archiepiscopo in eorum Ecclesiis, occasione alicuius Solemnilatis ad audiendam concionem, baldachmum erigere, absque licentia Ordinarii, quin hoc ad iurisdiclionem pertineat, cuius exercitium in locis exemptorum ipsimel Ordinario reperitur interdictum?

2. Utrum dicti Regulares Baruii baldachinum erigentes praefato Archiepiscopo Nazareno absque dicta licentia, possint ex hoc capite censuris ecclesiasticis, el eorum loca interdicto subiici ab Ordinario Tranen., cum hoc non videatur esse in iure expressum?

El S. R. C. ad praedicta dubia respondit ut infra: 'i

\d 1. « Non potuisse Regulares erigere baldachinum ».

Ad 2. « Spectare ad Sacram Congregationem Episcoporum el Regularium ». El ita declaravit. Die 26 Septembris 1682.

1701. MAIORICEN. (3006)

Praetendentibus Canonicis Cathedralis Ecclesiae Maioricen. quod, Episcopo assistente, el non celebrante Missam in Sabbato Sancto, Subdiaconns, lecta Epistola, priusquam accedat ad Episcopum ad osculandam manum et dicat verba illa: *Riïie Palet etc.* dicat ipsis: *\nnuntio vobis gaudium magnum;* pro parte Episcopi Maioricen. supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione :

1. An dicta verba prius Episcopo, ul supra, assistenti et noir celebranti, vel Canonicis a Subdiacono dici debeant, cum hoc per Caeremoniale Romanum cautum non reperialur?

2. An Episcopo non celebrante, el absente m illa die, Subdiaconns Canonicis dicta verba dicere debeat?

Et S. R. C. ad praedicta dubia respondit ul infra, videlicet: « Post cantatam Epistolam et osculationem manus Episcopi, Subdiaconns dicat verba : *(nnuntio elc.* Absente vero Episcopo, non liai annuntiatio ». El ita declaravit. Die 28 Novembris 1682.

1702. ARET1NA. (3010)

S. R. C.j inhaerendo aliis decretis in similibus editis, iterum declaravit: « Vacante Sede Episcopali Ecclesiae Arelmae

Vicarium Capitiilarem in Choro, sessionibus, ceterisque ecclesiasticis functionibus digniorem locum dimittere debuie primae Dignitati Capitulum ropraesenUiuli ». El Ha decrevit el servari mandavit. Die 23 lanuarii 1683.

1703. CONIMBRICEN. (3012)

S. R. C. declaravit: « In Ecclesia loci de Travansigna, in qua adest erecta Coniralernilas SSmi Sacramenti, el in Ecclesia S.F.ulaliae dicti loci Conimbru en. Dioecesis, in Festis principalioribus, el aliis SSnn Eucharistiae Sacramenti, nullo modo posse celebrari cum paramenlis rubeis, <ed lanium in paramenlis albis, iuxla ritum Romanum. El ita iussil el servari mandavit, quibuscumque in conlrarium non obstantibus ». Die 23 lanuarii 1683.

1701. RAVENNATEM. (3013)

In causa Ravennalen. supplicante Riiio Archiepiscopo declarari: An Monachi Monasterii S. Vitalis Ravennae leneanlui accedeie ad Processiones pro bono publico?

S. R. C. proponente Emo el Riiio D. Cud. Columna, partibus hinc inde informantibus, respondii: « Teneri ». El ita declaravit. Die 23 lanuarii 1083.

1705. BAREN. (3015)

S. R. C. declaravit: « Non licere Vicano Generali ielinere Sedem cum pulvinari m Presbyterio Ecclesiae Cathedralis Bareu. pro audienda concione ». Et ita decrevit. Die 20 Marlii 1683.

17OG. BAREN. (3016)

Pro parle el ad instantiam Cleri et Populi Ecclesiae Collegialae Oppidi Aquaevivae Baren. Dioecesis, supplicatum fuit, quatenus S. R. C. dignarelui Vigiliam S. Matthaei \posloli, quoad commemorationem in Oflicio et ieiumum, transferre ad praecedentem diem 10 Septembris, attento quod in die 20 celebratur ibidem festum S. Eustachii Titularis, ac principalis Patroni eiusdem Oppidi, cum Oflicio sub ritu dupl. primae classis.

El S. R. C. ad relationem Eiin el Riiii D. Card. Casanate, « Gratiam desuper petilam benigne concessit ». Die 20 Martii 1683.

1707. FANEN. (3018)

Cum Patei Abbas S. Patermani Fani Canonicorum Regularium SS. Salvatoris exposuerit se esse in possessione ponigendi aspersorium aquae benedictae Episcopo transeunti per Ecclesiam dicti Abbatis, una cum Capitulo Cathedralis eiusdem Ecclesiae, el Clero Saeculari et Regulari in processionibus S. Marci el Rogationum, el hoc iuxla praxim el Decreta S. R. C. in simili casu emanata, el viceversa praetendentibus Canonicis Calhedralis Fani, non ab ipso Abbate, sed a Canonico degenti cum pluviali in dictis processionibus porrigendum esse aspersonum Episcopo, adducendo ad eorum favorem Decretum ipsius S. C. editum die 6 Aprilis 1680 in una Lauden. fundatum super consuetudine adducla a Canonicis Lauden.; quapropter idem Abbas supplicavit pro huiusmodi declaratione.

El S. R. C. respondit: < In casu proposito spectare ad Abbatem, non autem ad Canonicum pluviali indutum ». El ita declaravit. Die 20 Martii 1683.

1708. ORDINIS MINORUM DE OBSERVANTIA. (3019)

Emi el Riiii Patres: Frater Antonius a Campobasso Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, Procurator Generalis, ad uniformitatem in Divini Officii recitatione firmius stabiliendam, et ad excludendas omnino confusiones, el opinionum discrepandas m loto Ordine Minorum ulnusqne sexus, tam de regulari, quam de striction observantia, supplicat humiliter EE. Vestras ut pro earum benignitate dignentur sequentia dubia declarare:

1. An dicti Religiosi praeter Officia Patroni Principalis loci el Titularis Ecclesiae Cathedralis (ad quae recitanda ipsos teneri tam declaratum esi) possint uli Calendario Dioecesano quoad reliqua Officia, quae in Calhedrali vel Civitate vel Dioecesi respective recitantur?

2. Au possint et debeant recitare officia, ad politionem Regum el Principum réciiai i concessa in aliquibus Regnis, Pros in cds, Ditionibus etc., a loto Clero, tam Saeculari quam Regulari m diebus fixis: ex. gr. de H. M. V. de Monte Carmelo die 16 Iulii, de S. Rosa Virgine Limana die 30 Augusti, de B. Ferdinando Rege Castellae die 30 Maii, et aliis in Regnis Hispaniarum, et sic de similibus in alus Ditionibus?

3. An in o. › urreniia dictorum Officiorum et· propi.is nostri Calendarii, servandi ‘ή Rubrica de Translatione Festorum in di'pan ritu, vel dignitate? (1)

4. Cum ex declaratione istius Sacrae Congregationis Regulares teneantur recitare de Ihirono Principali loci; an sub verbo *loci* I i.mprehendaiur eliam Palronus principalis Regni, vel Provinciae, de quo concessum e·: ab Apostolic.» Sede, ul a Clero tam Saeculari quam Regulari in dictis locis recitetur?

5. Disponendo item, quod Regulares ad oriavrn Patroni principalis non tenentur: an verba *non tenentur* excludant etiam libitum, ita ul Regulares non possint de dicta octava recitare si velint?

β. Cum dies 19 Novembris in nostro Calendario impediatur a Festo duplici secundae classis S. Elisabeth Viduae, ac proplerea in ea fieri non possit de die octava S. Didaci, supplicat idem Procurator Generalis, dignentur EE. VV. concedere, ul leciiones propriae secundi Nocturni, quae recitabantur in dicta die Octavae, cum concludant vitam S. Didaci, possint in novis Breviariis reponi in die 16 eiusdem mensis, quae est ultima, in qua recitatur de dicta octava.

Et S. R. C., ad relationem Emi el Rmi Dni Card, de Alleriis, ad praedicta dubia respondit ul infra, videlicet:

Ad I. < Regulares non posse uli Calendario Dioecesano, sed tantum teneri ad recitationem Officii proprii Patroni Principalis el Titularis Ecclesiae Calhedralis, nec non Protectoris Civitatis ».

Ad 2. < Affirmativi·, ubi concessio extenditur eliam ad Regulares ».

Ad 3. « Affirmative ».

Ad 4. « Comprehendi etiam dictos Patronos, si liquido constet de concessione Aposlolica ».

Ad !>. « Non posse, nisi id specialiter ip'is indultum fuerit ex vi concessionis Aposlolicae, vel constitutionis Religionis ab Apostolica Sede approbatae ».

Ad 6. < Concedi ». El ila declaravit. Die 20 Marlii 1683.

1709. RUBEN. ^3021)

S. R. C., proponente Emo et Riiio 1). Card, d»· Lauraea causam pro parte el ad instantiam Archidiaconi ei diarum Dignitatum Calhedralis Ecclesiae Rubensis conlra Rmum Episcopum Ruben, el eius Vicarium Generalem, el audita relatione eiusdem Episcopi, censuit: « Non potuisse Episcopum nominare Censores pro directione Chori sed hoc ius pertinere ad primam Dignitatem ». Quo vero ad Sedem: < Non licuisse neque licere Vicario Generali sedere in Sede Episcopali, immo monendum eumdem Vicarium, quod locum illum usurpaverit ». Atque ila declaravit el decrevit. Die 20 Marlii 1683.

1710. AQUILANA. (3024)

S. R. C. ab Emo et Rrho D. Card. Columna in causa Aquitana aspersorii vertente inier Archidiaconum el Clerum Ecclesiae Calhedralis Aquilae ex una, et P. Abbatem el Monachos Congregationis Coeleslinorum Monasterii Montis Madii eiusdem Civitatis parte ex altera, proposita fuerunt infrascripla dubia ab eadem Sacra Congregatione resolvenda, videlicet: 1’

1. An, accedente Episcopo ad Ecclesiam praefati Monasterii, Archidiaconus, seu potius Abbas, el in defectu Prior valeat aspersorium porrigere?

2. Utrum,absente Episcopo, debeal idem Abbas, el in defectu Prior porrigere aspersorium Archidiacono, isteqne consecutive Clerum et populum inibi intervenientem aspergere?

El S. R. C., visis el discussis iuribus hinc inde allegatis ab ulraque parte informante, ad praedicta dubia respondit ut infra :

Ad I. « Spectare ad Abbatem vel digniorem Monasterii ».

Ad 2. < Negative ». El ila declaravit. Die 24 Iulii 1683.

1711. ALB1NGANEN. (3025)

Ad instantiam loannis Lombardi Praepositi Collegialae Ecclesiae de Taggia Albinganen. Dioecesis, supplicatum fuit a S. R. C. declarari infrascripla dubia, videlicet: “n

1. Utrum post Processionem Reliquiarum, impertiri populo debeal benedicto cum Reliquiis?

2. Utrum in Missa de Requiem conveniat communionem fidelibus ministrare, vel po<l illam, el in casu convenientis administralionis post Missam cum paramentis nigris, utrum conveniat dari benedictionem; an vero benedictio omittenda?

(i) E Dut» i, 5, 6 el 9.

3. Ulrum in dicta Ecclesia, ubi insli-lula repetitur Societas B. M. V. de Monte Carmelo, vulgo *del Caimine,* possit in fine Litaniarum adiungi S. *Maria de Monte Carmelo ora* pro *nobis,* proul lit in Ecclesiis Carmelilarum?

Ulrum in Missis Festorum solemnium, ultra Diaconum el Subdiaconum, possint eliam pro maiori decore adhiberi aliqui Sacerdotes pluvialibus induli qui una cum Celebrante, Diacono el Subdiacono faciant confessionem, el maior eorum Celebranti praeinlonel: *Gloria in Excelsis,* proul huc usque ex antiquissima consuetudine el traditione observatum esi, el ul servari in Gallia indicat Michael Bauldry in suo Caeremoniali, el observatur Bononiae, Florentiae, aliisque mundi partibus? El in casu, quo non possint adhiberi, vice illorum dictus Praepositus supplicat pio benigna concessione Presbyteri assistentis, quando in Festis solemnibus celebrat ipse tamquam prima Dignitas.

5. Utrum Patena osculanda sii a Celebrante cum dicitur *Da pacem Domine in diebus nostris* in medio, aut in extremitate partis superioris, aut in qua parte, cum Rubrica de Ritu celebrandi Missam Til. X, num. 2, id non explicet?

6. Utrum Celebrans alios vel rem aliquam, v. g. Oblata, benedicens, debeal manum semper extensam tenere, aut manum inflectere: Rubrica enim de ritu celebrandi Missam cap. III, num. 5, unicum tantum modum benedicendi praescribit?

Et S. R. C. ad supradicla dubia respondit, ut infra :

Ad 1. < Posse, nullam tamen adesse obligationem ».

Ad 2. « Non esse conlra Ritum ; si tamen administretur communio post Missam, omittendam esse benedictionem ».

Ad 3. « In Litaniis nihil addendum, nisi doceatui de Privilegio, seu licentia S. R. C. ».

Ad 4. « Servandas Rubricas Missalis el Caeremonialis pro Missis solemnibus. Quoad vero concessionem Presbyteri assistentis primae Dignitati solemniler celebranti, negative ».

Ad fi. < Palenam in extremitate, seu ora Patenae congruentius osculanda ».

Ad 6. « In benedictionibus congruentius iuxta Rubricas el Ritum, videri modum benedicendi manu recta, et digitis simul unitis el extensis ». El ila declaravit. Die 24 Iulii 1Ü83.

1712. PISANA. (3026)

In Sacra Rituum Congregatione per Efliim el Rmum Dom. Card. Columna Ponentem in causa Pisana Caeremoniarum, pro Rmo Dom. Archiepiscopo, Capitulo el Canonicis primalialis Ecclesiae Pisarum, conlra Praepositum et Canonicos insignis Collegialae Ecclesiae Liburni, proposita fuerunt infra dicenda dubia ab eadem S. C. resolvenda, videlicet:

1. An occasione solemnis visilalionis, Canonici teneantur associare el reassociare Rmum Archiepiscopum processionaliier cum Clero et Cruce?

2. An teneantur accedere ad habitationem Rmi Archiepiscopi, quando vult pergere ad Ecclesiam sob-mniier celebraturus?

3. An, quatenus teneantur accedere, debeanl processionaliier cum toio Clero el elata Cruce?

4. An teneantur iu huiusmodi associatione anteire Rmum Archiepiscopum, aut polius subsequi?

8. An, posl peracia solerania, leneaniur Canonici comitari Rmum Archiepiscopum usque ad eius habilalionem, aul polius usque ad fores, seu alrium Ecclesiae?

(5. An leneaniur lolies quoties Riiius Archiepiscopus intendit ad praedictum effectum se conferre in eundem Ecclesiam, aul polius diebus solemnibus lanium?

7. An el quando Archiepiscopus sacris vestibus indutus procedit e Secretario ad Altare celebraturus, Crux Archiepiscopalis deferenda sil anle ipsum immediate, an potius anle Canonicos paratos?

8. An Riiius Archiepiscopus possit inhibere Canonicis, quin inchoem divina Officia anle ipsius adventum, el ipso perveniente post illa incoepta, leneaniur Canonici repetere?

9. An in Processione Augustissimi Corporis Christi, Crux Archiepiscopalis deferri debeat per Subdiaconum paratum ante Beneficiates paratos? (1)

10. An quoties Pisis celebratur Synodus, debeanl omnes Canonici ad eamdem Civitatem accedere?

El S. R. C., visis ac discussis iunbus liiiic inde allegatis ab ulraque parte informante, ad supradicla dubia respondit, ut infra:

(1) E Dub. 10 el 11.

Ad I. < Affirmative ».

Ad 2. « Affirmative ».

Ad 3. « Affirmative ».

Ad 4. < Anteire ».

\d 5. « Affirmative eliam cum Clero et Cruce usque ad domum ».

Ad 6. « Affirmative, si pontificaliler accedit ».

Ad 7. « Ante Canonicos, iuxta Caeremoniale lib. I, cap. 15, § 8».

Ad 8. « Negative, el dentur Decreta ».

Ad 9. « Affirmative ».

Ad 10. « Dentur Decreta S. Congregationis Concilii». El ila declaravit. Die 24 Iulii 1083.

1713. SARNEN. (3027)

S. R. C. censuil : < Non licere in die solemnitalis Corporis Christi per Parochum Terrae de Valentino Sarnen. Dioecesis celebrare Missam in Cappella Ducis dictae Terrae, et ibi inchoare Processionem ; sed praedictam inchoari el celebrari debere in Ecclesia Matrice el Parochiali dicti loci, quocumque usu in contrarium non obstante, quem abusum esse declaravit ». El ila decrevit. Die 24 Iulii 1683.

17U. RUREMONDEN. (3029)

Nomine Episcopi Ruremundao quaesitum fuit a S. il. C. declarari:

1. An Invitatorium: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda oestra:* tempore Passionis in Quadragesima debeat cantari siculi alia Invitatoria extra tempus Passionis, scilicet sexies integre, et 1er imperfecte hoc modo post versum : *Quadraginta minis proximus fui etc. Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra,* et iterum repetatur integre: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Vide Gavanlum Comment. in Rubricas Breviarii sect. 5, cap. *'j.1*

2. Au quis peccet legendo Missam de Requiem die qua occurrit Festum duplex, aut infra octavam quae excludit Festum duplex, aut est Dominica?

3. An Sacerdos legendo Missam de Requietu in die privilégiais, quae occurrit in Festo duplici, aut infra octavam Festum duplex excludentem, lucretur Indulgentias Altari privilegialo concessas?

4. An in Altari privilegialo Ecclesiae vel Cappellae ubi est instituta Confralernitas Fidelium defunctorum, diebus, ul stipi a, possit legi aut cantari Missa de Requiem?

6. An in veslilione aut professione Sanctimonialium die Dominica vel Festo duplici (ubi est ea consuetudo loci) liceal cantare Sacrum Solemne de Spiritu Sancto, an vero ista consuetudo tamquam abusus abroganda, el cantandum Sacrum de die currenti, secundum filus ordinarios?

6. An votiva in cantu fundata, uli de SS. Sacramento in Feria V., de B. M. V. in Sabbato, sic de aliis votivis aliarum dierum, possit de iis cantari Missa, quando est Dominica, vel Festum duplex, aut infra octavam excludentem duplex, ubi hactenus talis fuit consuetudo?

El S. R. C. respondit ad supradicla, ul infra, videlicet:

Ad I. «Omissis *Gloria Patri,* el *nolite obdurare corda vestra,* repoli debere integre Invitatorium *Hodie* ▮».

Ad 2. « Missas privatas pro defunctis, seu de requiem, in casu proposito, a quibuscumque Sacerdotibus, tam Saecularibus quam Regularibus cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis el Instituti, eliam necessario exprimendi, nullatenus esse celebrandas, proul s. m. Alexander VII approbando Decretum eiusdem S. Congregationis Sacr. Rituum, die 5 Augusti 1667 districte praecepit, ac insuper mandavit ul locorum Ordinarii in eos qui contra facere ausi fuerint, tam Saeculares quam Rfegulares, pro modo culpae animadverterent ».

Ad 3. «Quoad Altaria seu in perpetuum, seu ad septennium, seu ad aliud brevius vel longius tempus, sive pro omnibus, sive pro aliquo vel aliquibus hebdomadae diebus privilegiala, in quibus ex obligatione, vel ex sola fidelium devotione etiam in duplicibus celebrandae sint Missae de Requiem, per celebrationem Missarum de Festo currenti cum applicatione Sacrificii, iuxta mentem benefactorum, satisfieri dictis obligationibus, el suffragari cum iisdem Indulgentiis, perinde ac si essent celebratae Missae de Requiem ad formam privilegiorum, iuxta declarationes super his ab eadem S. G. alias editas, el respective approbatas a (el. rec. Paulo V, die 19 Maii 1614; Alexandro VII, die ii Augusti 1862, el Literis in forma Brevis desuper expeditis die 22 Ianuarii 1667 aliisque a Clemente IX, die 23 Septembris 1669 ».

Ad 4. < Non posse: Missam autem cantatam ex dispositione testatorum in die anniversaria ipsorum obitus, etiam in duplici maiori contingentis, nec in expressis, nec in aliis Ecclesiis seu Cappellis prohiberi, ul

alias declaratum Iuit dictis Literis Alexandri VII, 22 Ianuarii 1067 ».

Ad δ. < Esse abusum omnino abrogandum ».

Ad 6. < Esse pariter abusum ; ideoque, iuxta dictum Decretum editum die 19 Mail 1614, loco Missarum votivarum, celebrandas esse Missas de Festo currenti, el cum applicatione sacrificii satisfieri, et benefactorum mentem impleri ».

Ac ila omnino servari mandavit. Die 24 Iulii 1683.

ARETINA. (3030)

Ad instantiam Praepositi Collegialae Ecclesiae de Asciano Aretinae Dioecesis iterum supplicatum fuit ex noviter deductis, recedi a Decreto 13 Iunii 1682, ad favorem Hebdomadarii super praecedentia controversa emanato, in quo resolutum fuit: « Hebdomadario parato pluviali el Stola deberi praecedentiam tam in Choro quam in Processionibus, non autem Praeposito ».

Et S. R. C., referente Emo et Ilniu Dno Card, de Lauraea : < Stetit in decisis ». Die 2 Octobris 1683.

MANTUANA. (3033)

S. R.C. ad instantiam Promoloris Fiscalis Mensae episcopalis Mantuanae respondit : « Monachi Cassinenses Monasterii Omnium Sanctorum eiusdem Civitatis, quamvis sini in parvo numero sex Religiosorum, tenentur accedere ad Processionem in Festo solemnitalis SSiiii Corporis Christi, quaciimque consuetudine in contrarium non obstante ». El ila declaravit. Die 1 Octobris 1683.

(7(7. MEDIOLANEN. (303i)

In causa Mediolanen. iiirium parochialium vertente inter Collegium Parochorum Ecclesiae S. Babilac ex una, el Capitulum el Canonicos eiusdem Ecclesiae partibus ex altera, proposita per Eiïium el Riiium D. Card. Pamphilium m S. R. C. fuerunt discussa infrascripla dubia :

1. An spectet ad Parochos privative expositio, repositio, processionalis quaecumque delatio SSiiii Corporis Christi, tam in Feria V in Coena Domini, quam in octava eiusdem SSiiii, in tertia Dominica el occasione quadraginta horarum; nec non exercitiorum spiritualium, el alterius cdiuscumque functionis?

2. An canere Missam votivam, el Festivitates Confraternilalum m Ecclesia S. Babilae celebrare ex alicuius devotione, sub obligatione Confraternilalum erectarum, vel erigendarum in eadem Ecclesia, spectet privative ad Collegium Parochorum, extra l imen horas pro Officiis Collegialae destinatas?

El S. R. C., visis cl auditis iuribus ab ulraque parte deductis, et informatione, respondit, ul infra :

Ad 1. < Spectare ad Parocho» ».

Ad 2. < Melius informent ».

El ita declaravit. Die 2 Octobris 1683.

1718. SPULETANA. (3030)

Pro parte el ad instantiam Felicis Tosii Parochi S. Andreae de Caesis Dioecesis Spoletinae supplicatum fuit a S. R. C. declarari: Utrum in dicla Terra Caesarum, ubi adsuni duo Parochiae, conveniente- Parochi ad aliam functionem ecclesiasticam, verbi gr. : Funeris seu Processionis, possint ambo in eadem functione deferre Stolam, nec ab ullo possit eisdem prohiberi, neque a Parocho, per cuius Parochiam fit transitus ?

Et S. B. C. respondit: < Non posse prohiberi ». El ila declaravit. Die 8 Octobris 1683.

17(9. VALENTINA. (3038)

Capitulum el Canonici Ecclesiae Metropolitanae Valenlinae suppluaninl a S. 11. C. declarari infrascripla dubia, quae eis occurrunt circa recitationem Officiorum particularium , ab eadem S. II. C. concessorum; quibus dubiis propositis per Euium el Riiinm Dom. Cardinalem de Lauraea, ac discussis, respondit ul infra :

I. Hispaniarum Regnis concessit fel. rec. Alexander PP. VII, die 28 Iulii 1656, ul altera Dominica Novembris ab Ordinario loci designanda celebretur Fusium Patrocinii B. M. V. In huius Decreti exacutionem, Ordinarius Dioecesis Valenlinae designavit Dominicam secundam Novembris, sed quia in hac quibusdam annis occurrit dies octava Festi omnium Sanctorum , quae iuxta Rubricas Breviarii dictum Festum Patrocinii excludit; ideo supplicarunt, ut Festo Patrocinii, dicla Sacra Congregatio assignai e dignetur Dominicam primam occurrentem mense Novembris post Octavam omnium Sanctorum, quo cessabit inconveniens.

Et S. H. C. respondit: < Assignetur Ierim Dominica ».

2. SSiiius Dom. Noster Innocentius 1'1 XI Hisp.ini.tnnn Regnis concessu, 15 Februarii 1680, Festum B. Mariae de Mercede celebrari Dominica proximiori Calendis Augusti, in qua nonnullis annis occurrit dies ot tara Festi S. la. obi Apostoli Hispaniarum Patroni, de quo , iuxla Rubricas (illo alio Festo omisso) recitandum est : Quaerunt, utrum illis annis, in quibus sic Festa ista occurrant, Festum B. Mariae de Mercede in sequentem Dominicam pariter non impeditam transferendum sit, aut quo die erit celebrandum ?

Ei S. R. C. respondit: < Celebretur in alia Dominica non impedita ».

3. Quaedam Festivitates B. Mariae Virgini·., utpote de Mercede, Desponsationis et aliae Hispaniarum Regnis concessae, célébrai i praecipiuntur sub rilu duplici, sed nun exprimitur in Decreto, quod udebrenlur sub ritu duplici maiori quemadmodum exprimitur m aliis Festis B.M. V., nempe in Festis Rosarii, Patrocinii et B. Mariae de Monte Carmelo eisdem Regnis Hispaniarum concessis. Quaeritur utrum omnes Festivitates B. M. V. sint sub ritu duplici maiori, quamvis haec maiorilas in Decreto concessionis talis Festi non exprimitur?

Et S. R. C. respondit: « Celebretur sub ritu duplici minori ».

4. In Hispania olim recitabatur die 23 lanuarii de S. Ildofonso ; modo SSihus Dom. Noster Innocentius XI pro eodem die concessit Hispaniarum Regnis Festum Desponsationis B. M. V.,sub die 18 Martii 1680. Rogant proinde, ul S. C. dignetur eidem b. Ildeionso alium diem proprium assignare, qualis omnino esse potest dies 3 Fehmarn, qui est septimus infra octavam S. Iuliani, aut certe dies sextus, nonus, vel decimus eiusdem mensis Februarii, eo quod impediti non sunt Officio novem lectionum, et proximiores occurrant post Festum S. Ildelonsi.

Et S. R. C. respondit: * Festum S. Ildefonsi non transferatur, sed transferatur Festum Desponsationis ». (1)

5. Cum (el. rec. Clemen-. X, sub die 26 lanuarii 1671, cuncesseril Hispaniarum Regnn Officium d< Nomine Mariae, recilandum die 17 Septembris, eo die ex concessione \posiidica Valentiae el aliis in locis, ubi est Tribunal SSfnav Inquisitionis, celebratur Festum B. Petri do Arbues Martyris; de precantur Sacram Congregalionem, ul piaediclo B. Petro diem lixum el proprium assignare dignetur, qualis esse potest dies 22 aut 24 dicli mensis, nani dies illi proximiores sunt dicto Festo, nec sunt impediti Uflicio novem lectionum.

Et S. R. C. respondit: « Festum B. Petri transferendum in diem 22 dicli mensis ».

El ila declaravit. Die 2 Octobris 1683.

1720. BISACIEN. (3039)

S. R. C. ad instantiam Promoloris Fiscalis Mensae episcopalis S. Angeli Bisacien. Dioecesis, declaravit; « Non licere Regularibus in eorum Ecclesiis parare genuflexorium cum stratu et pulvinaribus, quando ad illas accedunt germani fratres Baronis pro audiendis Missis el aliis divinis officiis ». El ila decrevit et servari mandavil. Die 20 Novembris 1683.

1721. LAUDEN. (3040)

Pro parle Hint Episcopi Lauden. supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione infrascripiorum dubiorum :

1. Quid agendum sil, quando quotannis occurrit eodem dio de Sani lis ad libitum celebrandis cum Officio Sanctorum Landen. celebrandorum ex vi illius Calendarii, ïam ab Aposlolica Sede approbati, nempe: an omitti semper debeant, vel potius iisdem Officiis ad libilnm assignari debeal certa dies, in qua ipsa celebrari possint? (2)

2. An Officia Desponsationis, seplem Dolorum, Rosarii B. M. V., de Mercede el Patrocinii eiusdem B. M. V. per induila Aposlolica el Decreta eiusdem S. R. C. in omnibus Regnis el ditionibus Catholico Regi subieclis, rilu duplici fieri posse concessa, intelligenda veniant sub rilu duplicis maioris iuxla doctrinam Gavanli, vel lanium duplici per annum?

3. Quid agendum quando Festa B. M. V. de Mercede, Rosarii ac Patrocinii B. M. V., quae in Dominicis decernuntur celebranda, impediuntur aliquo Feslo duplici primae vel secundae classis, vel duplici maiori, vel de oclava ?

El S. R. C. ad praedicta dubia respondil, ul infra:

Ad 1. « Servandum Decretum 24 lanu.irii 1682, el pro assignatione alienus diei recurrendum ad S. R. C. ».

(I) E. Dub. 5 el 7. — (i) E. Dnl». 2, 5, ti et 7

Ad 2. « Quando non explicatur qualitas ritus, an sil duplicis maioris vel minoris. Decreta intelligenda esse de duplici mitiori per annum, ul ex Decreto 2 Octobris 1683, in una Valentina, el alibi ».

Ad 3. « Eo anno omittenda ea Officia, si Festis expressis impediantur, vel recurrendum pro assignatione alienus Dominicae ad S. R. C. ».

El ila declaravit. Die 20 Novembris {683.

TOLETANA. (3041)

Instante Vicario Generali Enii Archiepiscopi Toletani S. R. C., proni m similibus, declaravit: < Non licuisse neque licere recilare Officia de Sanctis non canonizatis, nec descriptis in Martyrologio Romano, neque intuitu insignium Reliquiarum, nisi constet de identitate earumdem, quae scilicet sint de corpore illorum Sanctorum, de quibus ea die habetur mentio in praefato Martyrologio Romano, el non aliorum eiusdem nominis ». Ac ita m Civitate ct Dioecesi Toletana observari mandavil. Die 20 Novembris 1683.

ORIEN. (3043)

I'ro parle Patrum Carmelilarum de Francavilla expositum et supplicatum fuit, ut in supplici libello tenoris sequentis :

In Ecclesia adnexa Conventui Patrum Carmelilarum, qui in *Fruncavilla* Oriae Dioecesis degunt, adest Cappella S. Annae dicata quam mulla devotione populus prosequitur, et in dictae Sanctae honorem a pluribus annis infrascriplas recilare consuevit Litanias, quae in praefatae Religionis libris inscriptae sunt, Pragae et Parisiis editis. Dubitantes dicli Patres, num in iis recitandis recte se gerant, cum do earum approbatione non constet : nihilominus S. R. C. exorant ul eas approbare dignetur ; cum in iis tituli Sanctae convenientes inveniantur, ot iam ipsae recitatae fuerint cum magna populi devotionei ac concursu.

Litaniae autem sio se habent:

Kjrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater de Coelis etc.
Fili Redemptor etc.
Spiritus Sancte elc.
S. Trinitas etc.
S. Mater Anna: ora etc.
S. Mater Mariae: ora elc.
S. Anna Avia Chi isti: on etc.
S. Anna Sponsa loa< him : ora elc.
S. Anna Socrus S. loseph: ora elc.
S. Anna Refugium peccatorum: ora elc.
S. Anna Auxilium Christianorum: ora elc.
S. Anna Consolatrix Afflictorum: ora etc.
S. Anna Auxilium omnium ad te clamantium : ora elc.
S. Anni Laetitia Angelorum: ora elc.
S. Anna Gloria Sanctorum el Sanctarum : ora elc.
S. Maria Filia S. Matris Annae: ora elc.
Agnus Dei elc.

Et S. R. G. declaravit: « Non licere recitare suprascnplas Litanias ». Die :» Februarii 1684.

AVEMONEN. (3044)
TIHRIFICATIONIS.

In causa Avonionen. Thurificationis vertente inter Consules et Assessores Civitatis Avemonen. ex una, el Bénéficiâtes Metropolitanae Ecclesiae nec non Ecclesiarum Collegiatorum S. Agricolae et S. Petri eiusdem Civitatis partibus ex allen ; Rmus Archiepiscopus Avemonen., servata forma Caeremonialis, mandavit dictos Consules eonunqite Assessorem esse incensandos immediate post Canonicos, et ante Benelifi.ilos; praefata causa deinde m gradu appellationis Sac. Hit. Congr. devolata, iliaque ab Emo el Rmo I). Card. Azzolino, sub die 22 Iunii I68Ü, propositi, Iuit rescriptum iuxla formam Caeremonialis el Decreti dicli Archiepiscopi, Consulem ei Assessorem mcensjri debere immediate post Canonicos; dubioque reproposito sub die 9 \ugusti 1681, eadem S. C. stetit in decisis. Post huiusmodi Décréta non acquiescentes praedicti Beneficial! recursum habuerunt ad eaindem Sacram Congregationem, et petierunt Remissoriam id probandam immemorabilem consuetudinem super praecedentia m incensationu ; eaque concessa, el processu remissoriali in actis praesentato : demum ab eodem Effio \zzolino ad instantiam praedictorum Beneficialorum propositum fuit dubium : An sit recedendum a decisis oχ noviler deductis el contentis in dicto processu ?

El S. R. C., discusso dubio, ac iuribus lunc inde allegatis pro ulraque parte informante, censuil: « Non constare de immemorabili, idooque standum esse m de

super decisis ». El ita declaravit atque decrevi!. Die 11 Marlii 1684.

1725. CAESARAUGUSTANA. (3046)

Pro parle Rfni Dora. Archiepiscopi, nec non Capituli ei Canonicorum Ecclesiae Metropolitanae Civitatis Caesarauguslanae supplicatum fuit apud S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum, ad tollendos nonnullos abusus introductos per aliquos ex Rectoribus el Beneficialis Ecclesiarum parochialium dictae Civitatis de el super diversis materiis ecclesiasticis, pendente lite inter Ecclesias Sancti Salvatoris et H. Mariae *del Pilar,* super iure Metropolilico et Cathedralico.

1. An Rectores et Beneficiaii possint in Processionibus intra limites Parochiae, vel in Ecclesia deferre gremiale?

2. An iidem Rectores et Beneficiaii possint collocare septimum candelabrum in Altari maiori in Festivitatibus solemnioribns?

3. An iidem Rectores el Beneficiaii tempore, quo solemniter vel privatim celebrant, uti possint instrumento vulgo nuncupato in Italia *Ihigia,* et in Hispania *Palmat(trial* (i)

El S. R. C., proponente Emo et Rnio Duo Card. Casanale, ad supradicta dubia respondil : « Negative ». Die 11 Marlii 1684.

1720. HYDRUNTINA. (3047)

Pro parte Capituli el Cleri oppidi de Minervino Ilvdrunlinae Dioecesis supplicatum fuit a S. R. C. declarari: an Dux Dominus dicli loci, (piando assistit in solemnilalibus, sit thurifieandiis per Diaconum assistentem, ul alias ab eadem S. C. resolutum fuit?

El S. R. C. respondil: « Servetur oonsuclndo dictae Ecclesiae ». El ita declaravit. Die H Martii 1684.

1727. MEDIOLANEN. (3048)

Cum in causa Mediolanen. unium Palocbialium vertente inler Collegium Parochorum Eccloiae S. Bibilae Mediolanen. Dioecesis ex una, el Capitulum el Canonicos eiusdem Ecclesiae partibus ex allera, ad duo dubia proposita per Enium el Rmuin Dominnm Cardinalem Pamphiliiim in S.R.C. habita die i Octobris 1683, eadem Sacra Congregatio, uliaqne parte audita el informante, responderit: Ad primum: «Spectare ad Parochos »; quo vero ad secundum: « Melius informent ». Iterum modo per eumdem Eihum Pamphiliiim, proposita causa super infrascriplis dubiis resolvendis, videlicet :

1. An canere Missas votivas ex alicuius devotione Offerentis eleemosynam, el Festivitates Sanctorum, in specie Sanctarum Apolloniae et Luciae, quae celebrantur in Ecclesia S. Babilae ex oblationibus a populo fieri solitis in dicla Ecclesia, nec non Festivilales Confraternilatum erectarum in eadem Ecclesia, extra tamen horas destinatas pro Officiis Collegiatae commissis in erectione, spectet ad Collegium Parochorum eiusdem Ecclesiae privative?

2. Dato, quod Capitulum Canonicorum inleressela licui funerali, $eu Officio pro mortuis etc.: An spectet ad Parochorum Collegium, seu Parochorum Hebdomadarium, Officium peragere el functiones super cadavere exercere, nec non Stolam privative deferre ac Capitulo praecedere?

S. R. C., visis el auditis iuribus hinc inde deductis ab utraque parte informante, ad supradicta dubia respondil, ut infra :

Ad 1. < Spectare ad Parochos in casu de quo agitur ».

Ad 2. « Spectare ad Parochum Officium facere el Stolam deferre ». El ita declaravit. Die i! Martii 1684.

1728. PANORMITANA. (3062)

Cum nonnullae ortae sint controversiae inler Panormitanae Calhedralis Ecclesiae Canonicos circa usum mitrae iam pridem eis concessum a fel. record. Clemente IX, iuxta eius diploma datum Romae octavo idus Augusti 1668; ideo ad statuendam perpetuo normam el modum, ubinam ei quando illa uti impostorum eis liceret; pro parte el ad instantiam Rihi D. Archiepiscopi Panormitani, accedente etiam consensu Capituli el Canonicorum eiusdem Ecclesiae, supplicatum fuit, quatenus S. R. C. declarare dignaretur mfrascripla tredecim dubia.

El S. R. C., comm'ssis didis dubiis Eiho et limo Domino Card, de Lauraea, el ab eodem propositis in eadem atque discussis, censuil el declaravit ut sequitur :

I. An toti Capitulo uti liceat mitra, Episcopo non celebrante, sed absente, aut etiam Sede vacante?

El S. B. C. respondit: « Affirmative ad formam indulli ».

2. An singulis Canonicis extra Ecclesiam invitatis, non praésenle tolo Capitule, liceat uti mitra?

El S. R. C. respondil: < Negative ».

3. An Canonicus celebrans uti possit sandaliis, pulvino ad pedes, palnialoria, trina in line Missae benedictione, ac Dignitas etiam baculo?

El S. R. C. respondil : « Negative ».

4. An Canonicus debeat incensari, el manus abluere coopertus mitra, prafesenle sive absente Archiepiscopo?

El S. R. C. respondil: « Affirmative, sï Canonicus solemniter celebrat ».

fi. An Canonicus celebrans debeat, dum Archiepiscopus induitur vestibus sacris aut ascendit Solium, stare coopertus mitra?

Et S. R. C. respondil : « Negative ».

G. An Canonicus Diaconus cantaturus Evangelium allero Canonico celebrante debeat el simul ipse uti mitra?

El S. R. C. respondil: < Negative ».

7. Casu quo Diaconus mitra etiam uti debeat, an ipsi debeat levare milram idem minister, qui Presbytero; an alter, el quo nam tempore?

El S. R. C. respondit: « Ex resolutione sexti, non indigere responsione ».

8. An qui ministrant mitram solemniter celebranti, uti debeant almntia?

Et S. R. C. respondil: « Ministrare mitram celebranti solemniter spectare ad Diaconum celebrantem ».

9. An Acolythus etiam debeat adhibeii ad tenendam mitram, isque cum oloserico velo ad collum pendente?

El S. R. C. respondit: «Affirmative, in casu quo Canonicus solemniter celebret ».

10. An mitra debeat esse, uti hactenus, ex serico damascene, an ex oloserico *utmefiiio,* el cum fimbriis aureis?

Et S. R. C. respondil : « Ex tela ».

11. An Canonicus defunctus debeat m loculo efferri el tumulari cum mitra?

El S. R. C. respondit : « Negative ».

12. An in funerali seu anniversario Canonici defuncti, super lumulo ligneo erigi solito, debeat mitra superimponi?

El S. R. C. respondil: « Negative ».

13. An ad sepulchrum Canonici defuncti debeal ad lholum mitra suspendi?

El S. R. C. respondit : « Negative ».

El ila decrevit el servari mandavit. Die 22 Aprilis 1684.

1729. BAREN. (30.»53)

Archiepiscopus Barensis Ruffo S. R. C. humiliter exposuit, archiépiscopal! Sede vacanto ob modem praedecessoris sui, Priorem S. Nicolai Civitatis Barensis quandam invexisse novitatem, in Ecclesia S. Nicolai Thronum erigendo iribus cum gradibus el baldachinum cum Sede episcopali ex lamina aurea, quae magis elevata esi quam ipsa Sedes archiépiscopal» cum fimbriis more Episcoporum. Cum autem sacri Canones id prohibeant, maxime Sede vacante, qua perdurante ml licet novi inducere in episcopalis dignitatis praeiudicium; oralor humiliter exorat S. R. C., quae praecipere dignetur, nt praefata Sedes, quam Prior posuit, amoveatur, el potestatem eidem Archiepiscopo faciat, qua Priorem cogat Decreto S. C. obtemperare : post quod, si velit, poterit Prior rationes suas apud sacrum hunc Ordinem deducere.

Et S. R. C. respondil: « Non licere, et Archiepiscopo, qui cogat removeri auctoritate S. C., eliam cum censuris; el Nuntio, qui assistat, quatenus opus sit ». El ita declaravit atque decrevit. Die 17 Iunii 1684.

1730. DECRETUM GENERALE. (3034)

Officium SS. Nominis B. Mariae Virginis.

Cum SSmus Dominus noster Innocentius Papa XI per universam Ecclesiam celebrari praeceperit Festum SSiTti Nominis B. M. V. Dominica infra octavam Nativitatis eiusdem B. Mariae V., cum Officio el Missa propriis sub ritu duplicis maiori? : quod Festum iam ante ex induito Apostolico nonnullis in locis eum Indulgentiis pro chrislifidelibus Missae solemni interessentibus die 17 Septembris celebrabatur cum Officio el Missa propriis, instiium fuit a S. R. 6. declarari:

1. An cessare debeat in dictis locis tam Olficium quam Festum Sanctissimi Nominis Mariae, iam'ante a Sede Apostolica approbatum, ila ut idem Festum dicla die 17 Septembris cum dicto Officio et Missa propriis non possit ampliu> celebrari?

2. An dictae Indulgentiae etiam censeantur cessare: an vero inlelligantur translatae ad dictam Dominicam infra octavam Nativitatis Beatae Mariae Virginis?

3. An dictum Olficium et Missa de Nomine B. Mariae Virginis pro dictis locis, aut Ordinibus Regularibus, possint amplius reiinpiimi, ac illi posthac possint iisdem

El S. H. C. respondit ad praedicta dubia ni infra, videlicet :

Ad 1. « Cessare debere ».

Ad 2. < Indulgentias pariter cessare pro illo die, et pro translatione supplicandum esse Sanctissimum ».

Ad 3. « Non licere ».

El ila declaravit el servari mandavit. Die 17 Iunii 4684.

1731. VENETA. (3059)

Pro parle el ad instantiam Parochorum el aliorum Ecclesiasticorum status Veneti supplicatum fuit a S. R. C. declarari :

1. Au in solemni Processione SSmi Sacramenti Eucharistiae, tam in die Corporis Christi, quam in maiori hebdomada, deferre liceat Instrumenta SSihue Passionis Salvatoris Nostri lesu Christi, scilicet fragmentum SSmae Crucis, vel Spinae? Et hoc, stante quod a Gavanlo, <le *Processionibus* num. 35, expresse non prohibeantur, asserente Ianium : non desumuntur, eo casu, Sanctorum Reliquiae.

2. Quae Oralio el qualis Missa celebranda in privatis, el in solemni cantanda in die S. Ursulae Virg. el Mari, die 21 Oclobris ad Altare eidem Virgini et Martyri dedicatum, el in quo asservantur el exponuntur decem ex sociis eiusdem Virginis capita? cum non clare et in terminis decrelum sil a fel. rec. B. Pii Papae V, el in Gavanlo.

El S. R. C. respondit:

Quoad 1. < Negative ».

Quoad 2. « Servandas esse Rubricas ».

El ila declaravit. Die 17 Iunii 1684.

(732. SPOLETANA (3062)
PRAEEM1NENTIAE.

S. R. C., proponente Emo el Rmo Domino Card. Ludovisio Praefecto, ad instantiam Magistratus el Civitatis Spoleli, contra Vicarium Aposlolicum eiusdem Civitatis, discussis iuribus hinc inde deduclis, declaravit·. «Eidem Vicario Aposlolico in omnibus Ecclesiis el ecclesiasticis functionibus deberi Ianium illas praerogativas, quibus gaudebant Vicarii Generales Episcopi; lilulum vero /Ilusti isjtmi dicio Vicario Aposlolico non deberi, nec non praeceptum Nolanis facium abolendum esse cl poenas comminatas non allicere ». El ila decrevit. Die 12 Augusti 168-4.

1733. iMOLEN. (3063)

Pro parle et ad instantiam Capituli el Magistratus Civilalis Imolae contra Vicarium Aposlolicum, discussis iuribus hinc inde deduclis ;

S. R. C. respondit : « Praefato Vicario Aposlolico in omnibus Ecclesiis el ecclesiaslicis functionibus deberi tantum illas praerogativas, quibus gaudebant Vicarii Generales Episcopi ». El ila declaravit alque decrevit. Die 12 Augusti 1684.

1734. BITECTEN. (3064)

S. R. C.: « Mandavit scribi Episcopo Bileclen., ut omnino amoveri facial baldachinum Baronissae Dominae Civilalis Bilecli in Ecclesia Cathedrali erectum ». Die 23 Septembris 1684.

1735. CIVITATIS CASTELLI. (30615)

Exposuit Episcopus Civilalis Castelli, ipsum ad instantiam Academicorum Illuminatorum eiusdem Civilalis, in Festo S. Illuminati praefatae Academiae Protectoris, Missarum solemnia in Cathedrali Ecclesia peregisse: Canonicos vero praedictae Cathedralis ipsum a domo excipere, el ad Ecclesiam comitari el deducere renuisse. Insliiil propterea a S. R. C. declarari : .m sibi, cum ad eamdem Ecclesiam in huiusmodi Festo solemniler celebraturus, vel divinis solemnibus Officiis adslilurns accesserit, consueta obsequia associationis ac deductionis a praefato Capitulo debeantur?

El S. R. C.: < Caeremoniale Episcoporum lib. 1, cap. 15, § i : et lib. 2, cap. 34, § 2, servandum esse » respondit. Die 23 Septembris 1684.

173«. CIVITATES. (3066)

Pro parte Civilalensis Ecclesiae in Hispania, supplicatum fuit pro declaratione infrascriptorum dubiorum, videlicet:

I. Moris fuit in dicta Civitalensi Ecclesia in diebus quibus do Festo duplici lit Officium, ul die Fusio S. Ambrosii, S. Leocadiae el aliis diebus, quibus de Feslo duplici prohibetur, velul pridie SSmae Trinitatis, Missas de Requiem cum Nocturno defunctorum celebrare, pro adimplenda voluntalc leslalorum vel fundatorum. Sed quoniam praedictae Missae prohibitae sunl tam ex Rubricis, quam ex Summorum Pontificum el S. R. C. Decretis; asserunt aliqui debere cantari Missam de Festo et Nocturnum defcjnclorum ; nam dictum Noctuinum non inlelligitur prohibitum, sed Missae defunctorum dumtaxat?

2. An honeslum sil Sacerdotes privalim Celebrantes super sepulcra cum Pia-

neta seu Casula responsoria pro defunctis reciiare ?

3. An Responsoria solemnia pro defundi·., post Missam de Festo, cantari debeant cum pluviali coloris Festi vel nigro?

Et S. R. C. respondit: « Praedicta nullo modo licere, el ab Ordinario esse prohibenda ». El ila declaravit atque decrevit. Die 23 Septembris 1684.

1737. MAT1IERANEN. (3067)

Supplicantibus Presbyteris Capitulorum Sanctorum Petri et Pauli et S. bannis Baptistae Civilalis Matherae pro declaratione: an teneantur reciiare Oflicium de octava Visitationis B. M. V. Titularis Metropolis, nt magis dignae in persona, cuius festivitas occurrit infra octavam Sanclornm Apostolorum Petri <4 Pauli, et S. loannis Baptistae: an vero praedictorum Sanctorum Tilularium eorum Ecclesiae, cum commemoritione B. .M. V.?

S. R. C. respondit : « Doceant qua auctoritate Oflicium Titillaris celebratu· cum octava extra Ecclesiam Metropolitanam, contra dispositionem Decreti generalis super abusibus, die 28 Octobris (628 ». Die 23 Septembris 1G84.

1738. ABELLINEN. ET FR1GENTIN. (3008)

Exposuit apud S. R. C. Episcopus Civilalis Avellini et Erigenti in Regno Neapolis, quod nonnulli Barones ex ipsis Dioecesibus praetendunt in Ecclesia pro se eorumque coniugibus gennllexornim cum strain et pulvinaribus in medio Ecclesiarum, ad instar Cardinalium sive Episcoporum in suis Dioecesibus ; el quia praedicta tamquam abusum in visitatione facta ‹ uni suo Decreto prohibuit, aliqui eorum in spretum dicti Decreti, relidis Ecclesiis iurisdiclionis Episcopi, se conferunt ad Ecclesias Regularium, ubi inveniunt paratum gennllexornim in medio dictarum Ecclesiarum una cum pulvinaribus et stratu magno, ul supra ; ideoque supplicavit pro opportuno remedio.

Et S. R. C., ad relationem Eiiii et Riiii Domini Card, de Lauraea, inhaerendo Decletis pluries in similibusedilis, et signanter m Mediolanen. die G Maii 1679, ilerum declaravit : « Praedicta nullo modo esse permittenda, sed servandum esse omnino Decrelum Episcopi, etiam per Regulares, el procedendum per Episcopum conlra inobedientes, etiam auclorilate ipsius Sacrae Congregalionis ». Et its decrevit. Die 23 Septembris <084.

1739. DECRETUM GENERALE. (30<>9)

Officii SS. Nominis B. M. V.

Inslitum init ut, ad tollendas discrepantias ac rituum varietates m recitatione Officii SSmi Nominis Beatae Mariae Virginis, S. R. C. declarare dignaretur:

1. An m Festo eiusdem SSmi Nominis Beatae Mariae Dominica infra Octavam Nativitatis praedictae Bmae Virginis, facienda sit commemoratio de Octava?

2. Et an in <ecnndis Vespens Nativitatis cadentis in Sabbato, facienda sii commemoratio de SSmo Nomine B. Manae?

El S. R. C. respondit : « Praedictas commemorationes non esse faciendas ». Die 23 Septembris 1R84.

1740. 1I.LERDEN. (3070)

Exposuit Runis Episcopus Illerden.. quod B. Pius V mdul<it Hispaniarum Regnis, ut in omnibus Missis tam saci ulanum, quam regularium Presbyterorum, fieret peroratio, seu collecta tam ante, quam post communionem, addita m ultima Oratione hi' verbis; « Et famulos tuos Papam nostrum N., Regem nostrum, Reginam et Principem cum Prole Regia, populi? sibi commisso et Exercitu suo, \ntis(item nostrum N-, el nos Λ|) omm adversitate custodi: pacem, el salutem nostris concede temporibus, el ab Ecclesia tua eundam repelle nequitiam: genu s paganorum, haereticorum dexterae tuae potentia conterantur : et fructus terrae dare et conservare digneris. Per Dominum Nostrum etc. »; ul referi loannes de Bustamante in Truelatu de Caeremoniis Missae cap. 5, num. It>. Comperti vero idem Episcopus Illerden. hanc formulam perorationis seu collectae variari a Cappellanis Monialium S. Hierosolymitanae Religionis in Illerdensi Dioecesi, quatenus, audiente populo, pijetermillaut onire pro Antistite Dioecesano, uno et pro Rege, addentes haec verba : < Et famulos tuos summum Pontificem N., Magnum Magistrum, Priorissam, Religionem et Conventum nostrum, el nos ab omni etc.»; clinique Moniales ipsae mullolies monitae, prout etiam earum Cappellani, adhuc in sua contumacia persistant, praefatus Episcopus supplicavit a S. R. C. declarari ei decerni non licere huiusmodi variationem in Missis, palam audiente populo, lien, sed omnino adhibendam esse orationem pro Episcopo

Dioecesano, etiam a Regularibus exemplis et in eorum Ecclesiis, praetermissa oratione publica pro Superioribus Regularibus el Religione seu Conventu.

El S. R. C., proponente Emo el Rmo Domino Card. Azzolino, respondit: «Non licere, tribula facultate Episcopo prohibendi ». El ita decrevit. Die 2 Decembris 1684.

1741. ROMANA (3071)
GENUFLEXIONS.

Proposita per Emuin cl Rmum Dominum Card. Azzolinum in S. R. C. Causa Romana genuflexionis pro Capitulo el Canonicis Sacrosanctae, Basilicae S. Mariae Maioris, contra Beneficiates el Clericos Beneficialos eiusdem Basilicae, super infrascriptis dubiis resolvendis:

1. An, celebrante pontificaliler in Vesperis Episcopo in diebus solemnioribus, teneantur Beneficiali ministrantes genullectere, quoties Episcopus salutat Altare sive Crucem, videlicet pluvialibus parati, induti coitis sive cappLs, in accessu ad Altare, in recessu ab eodem, el respective in Ihurificaiione, et quoties Episcopus salutat Crucem, el dum in Processione salutantur Altaria ?

2. An, celebrante cum pluviali Canonico in Vesperis sive Laudibus, quoties Celebrans salutat Altaria sive Crucem, ac eliam in thurificatione, Beneficial! assistentes cum pluvialibus teneantur genufleclere. El quid respectu Beneficialorum, qui cum cappis sive collis post binos Canonicos incedunt in Processione?

El S. R. C., audilis el discussis iuribus hinc inde deductis, ulraque parte informante, respondit ad praefata duo dubia : < Tenen Beneficialos ad genufleclendum, celebrante Episcopo vel Canonico, tam paratos quam non paratos ». El ila declaravit, decrevit el servari mandavit. Die 2 Decembris 1684.

1742. SANCTI MINIATI. (3072)

S. R. C. ad relationem Emi et Riiii Domini Card. Spinulae, inhaerendo Decretis alias editis, iterum declaravit.: « Quod, quando invitatur Capitulum Calhedralis Ecclesiae S. Miniati ad funera el capitulai iler incedendo procedit cum sua Cruce, omnes associantes, eliam Regulares, ad quorum Ecclesias cadavera deluuclornm deferuntur ad sepeliendum, sub unica lanium Cruce eiusdem Capituli Calhedralis incedere debent, quacumque consuetudine contraria non obstante ». El ila decrevit. Die 2 Decembris 1684.

1743. CONGREGATIONIS (3073)
CANONICORUM REGULARIIJM
LATERANENSIUM.

Pro parle P. Procuratoris Generalis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium supplicata fuit S. R.C. pro declaratione sequentium dubiorum :

1. An Regularis recitans Officium do Sancio, cuius Reliquia insignis veneratur in propria Ecclesia, si celebret tali die Festi extra propriam Ecclesiam omittere debeal *Credo* ?

2. Per Decretum huius S. C. concessum fuit Congregationi Canonicorum Regularium Lateranensium, ul licite dicta Congregatio recitare possit el valeat Officia Sauciorum Basilicae Lateranensis, quorum insignes Reliquiae in eadem Lateranensi Basilica existant, siculi ad praesens eadem recitantur a Canonicis Saecularibus eiusdem Basilicae: nunc quaeritur: an in Missis dictis, Officiis conformibus a dicta Congregatione Canonicorum Regularium Lateranensium in propriis Ecclesiis celebratis, dici debeal *Credo,* siculi lit a Canonicis eiusdem Basilicae Lateranensis, el praecipue in Festo Sancti loannis Baptistae infraque eius octavam?

3. Praescribit Rubrica Missalis dicendum *Credo* in Missis votivis, quae pro re gravi aut publica Ecclesiae causa celebrantur; proplerea quaeritur: an dicendum sit m Missis privatis tam de Sacramento, quam de Sancto duplici (cui aliter non competit), quae celebrantur in Ecclesiis, ubi adest SSmum Sacramentum expositum occasione quadraginta horarum ?

4. Quaeritur: an in Missa privata de Sancio duplici vel semiduplici, de quo (ali die lit Officium, facienda sit commemoratio de SSiiio Sacramento, exposito occasione quadraginta horarum ?

Ii. Quaeritur: an, durante expositione SSmi Sacramenti occasione quadraginta horarum, in tali Ecclesia celebrari possit Missa privata de Requiem, quando alias dies ipsa eam admittit? El quid de Missa cantata de Requiem, pio adimplenda mente testatoris, sive anniversario satisfaciendo? (1)

6. An qui in Sabbato recitat Officium

(1) E. Dub. 6, 7, 9, 10, 13 ol 11.

th· B. Maria, volens celebrare Missam de aliquo Sancto, teneatur dicere *Gloria etc.,* et Praefationem de Beata Maria propriam illius diei: an vero Praefationem communem sine *Gloria*l

7. An post absolutionem, quae lit super cadaver in die obitus, vel super tumulum m die anniversario, aut super lecticam seu castrum doloris in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, dicto versiculo, *Requiescant in pace,* snbiungi debeal: *Annua eius, et animae omnium [ide-Hum defunctorum pci misericordiam Dei requiescant in pace,* cum dc hoc nullam mentionem fecerint Gavanlus el alii Caeremoniales, quod lanium legitur in Ril. Horn, de Exeqniis in line?

8. In Cap. 15 primae partis Constitutionum Congregationis Regularium Lateranensium legitur: §. < De Sanctis vero Titillatibus Ecclesiarum et Monasteriorum nostrae Congregationis, fiat Officium sub ritu semiduplici in lota nosira Congregatione, nisi aliter secundum Rubncas Breviarii fieri contingat ». Quae Constitutiones conditae, et confirmatae fuerunt auctoritate fel. rec. Martini V, ul videre est in piincipio earum; verum quia diversimode intei prelantur a nonnullis Canonicis eiusdem Congregationis illa verba: *nisi aliter secundum Rubricas Hreiiarii fieri contingat ;* ideo ad maiorem uniformitatem eiusdem Ordinis in recilalione divini Officii, supplicatur pro declaradone : An occurrente aliquo ex. dictis Sanctis Tuularibus in die Dominico, seu alio die impedito ab Officio duplici, vel semiduplici de praecepto, transferri possit iuxta Rubricas Breviant ? Ei quid inris, si aliquis eorum occurrat cum duplici, aut semiduplici ad libitum ?

Et S. R. C. ad sttpr.idicla dubia respondit el declaravit, ul infra, videlicet :

Ad I. « Omittendum ».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. < Negative ».

Ad 4. < Posse, sed omittendum in Festis primae el secundae classis ».

Ad 5. « Regulariter negative».

Ad 6. « Dicendum sine *Gloria,* el cum Praefatione communi ».

Ad 7. « Servetur Rituale: at m Commemoratione omnium fidelium defunctorum nihil superaddendum ».

Ad 8. « Transferendum Officium Titularis; et si occurrat cum Officio ad libitum, faciendum de Titulari ».

Et ita declaravit. Die 2 Decembris 1084.

17 H. ANTI'ERPfEN. (3075)

Pro parte Ccffifraternilalii SSmi Sacramenti , erectae in Ecclesia Calhedrali Anluerpien., supplicatum fuit apud S. R. C. pio declaratione infrascriplomm dubiorum :

1. An hceal Confraternilali Suffragii erectae in eadem Calhedrali exponere SSnium Eucharistiae Sacramentum cum parameniis nigris, et in Processione illud deferre cum vexillis nigri coloris?

2. An eidem Confralemiiaii liceat similem expositionem facere in Missa et Officio defunctorum, cum paramenlis pariter nigri coloris?

El S. R. C. respondit tam ad I. quam ad 2.: < Non licere ». El ila declaravit atque decrevit. Die 10 Februarii 1685.

1745- CAESARAUGUSTANA. (3077)

Cnm in S. R. C. die H Martii proximi praeteriti proposita fuerint, ad instantiam Rmi Archiepiscopi, nec non Capituli et Canonicorum Ecclesiae Metropolitanae Civitatis Caesarauguslanae, nonnulla dubia resolvenda, ideal I. An Vicarius el Bénéficiait Ecclesiae parochidis S. Pauli eiusdem Civitatis deferre posstnl gremiale in Processionibus, quas facere solent intra limites eorum Ecclesiae et Parochiae? 2. An iidem Vicarius et Bénéficiait collocare possint septimum Candelabrum in AI(iri maiori eorum Ecclesiae in Festivi tjttibas solemnibus? Et demum : « An iidem Vicarius el Beneficial! tempore quo solemniter el privatim celebrant, uti possint instrumento vulgo nuncupato in Italia *Rugia,* et in Hispania *Palmatoria f* El S. R. C. super omnibus supradtetis dubiis, referente Eiiio et Riho D. Card. Casanale, respondit: < Negative ». Nunc vero dentio reproposita causa ab eodem Etho Casanale ;

S. R. C., discussis iuribus hinc inde deductis, et allegatis ab utraque parte informante : «Stetit in decisis, et iniunxit ul Vicarius el Beneficial·, docto de pariltone et purgatione attentatorum, recurrant ad ipsam ». El ila decrevit. Die 10 Februarii 1685.

1746. VERCELLEN. (3079)

Nonnullis Canonicis Calhedralis Ecclesiae Vercellen. supplicantibus declarari: an Ineat Episcopo Vercellen. relinere (ultra Sedem retineri solitam in Choro) aliam Sedem cnm baldachino extra Presbyterium cum assistentia duorum Canonicorum Dia-

conorum antiquiorum, pro audiendis concionibus ?

S. R. C. respondit : « Posse quoad bald.nInnuin , quo vero ad assisteniiam Canonicorum audiatur Episcopus ». Die 10 Februarii 1085.

1717. REGNI SARDINIAE. (3080)

Episcopi SnITraganei in Regno Sardiniae supplicarunt a S. R. C. declarari: « An, quando ipsi Episcopi SiiiTr.iganei accedunt ad Ecclesiam TurnIanam Metropolitanam in functionibus solemmbus, aut pro audiendis concionibus etc. possint sedere in Sede cum poslergali, el sibi pulvinar el pannum coloris violacei sternere in qualibet parte Ecclesiae praefatae, aut saltem in aliqua Cappella privata, citra praejudicium Archiepiscopi Metropolitani ?

El S. R. C., proponente Emo el Riiio I). Card. Casanalu, respondil: «Deberi, ul in precibus, locum el Sedem ». El ila declaravit. Die 10 Februarii 1085.

1748. GNESNEN. IN POLONIA. (3083)

Cum pro parte Promotoris Fiscalis Gnesnen. instituai fuerit coram Riiio Nuntio Apostolico Polomae, ul cogerentur Regulares Terrae Cassiliae ad desistendum ab abusu introducto de non reassociando SSihum ad Ecclesiam Collegialam, el Matricem S. Mariae dicti loci, die Festivitatis Corporis Christi, el oblenio Decreto ab Auditore praefati Nuntii remissivo ad S. R. C., eadem commisit causam Emo el Riiio Domino Card. Pamphilio, auditis prius Rmo 1). Pancialico el R. 1 Procuratore Generali Minorum Convenlualium S. Francisci. Citatis itaque supradiclis el aliis intéresse habentibus, et pet eumdcin Eurum Pamphilium proposito ac discusso dubio : An Regulares existenles in curia Cassiliensi teneantur in Festo Corporis Christi ad Ecclesiam Matricem reassociate SSihum, ibique permanere usque ad benedictionum ?

El S. R. C. respondil: « Teneri ». El ila declaravit el servari mandavil. Die 24 Martii 1685.

1741). FIRMANA. (3084)

Cum alias die 18 Iulii 1671 conquereutibus Prioribus Magistratus Oppidi S. Victoriae Firmanae Dioecesis super eo, quod Ai - cliiepiscopus nolit in aclu visitationis dicti oppitli admittere eorum comitatum immediate post sua lerga, sed velit 00s incedere mle eius Crucem·, S. R. C. declaravit: « Dictos Priores debere incedere ante Crucem, ut praescribit Caeremoniale ». Herum eadem S. C. pro parte el ad instantiam Emi el Itmi Domini Card. ‹ «innet1l hodierni Archiepiscopi Firmani, mandavil: « Praedictum Decretum in casu proposito servari debere non solum in oppido S. Victoriae >ed eliam in oppidis S. Elpidii ad mare el Civitatis novae, nec nun in omnibus alus el singulis locis Dioecesis Firmanae per eorum Priores el Magistratus, quibuscumque in contrarium non obstantibus». El ila decrevit. Dic 24 Mai Iii 1685.

1750. ARET1NA. (3085)

Expositum fuit quod carceres Civitatis Aretii sunt contiguae el adnexae Palatio Commissarii, qui gubernat dictam Civitatem pro Serenissimo Domino Magno Duce Etruriae : intus vero dicla^ carceres adest quaedam Cappella, in qua celebratur Missa ab immemorabili, ob commoditatem carceralorum, absque ulla notitia privilegii vel concessionis; sed quia in eadem Cappella exlal fenestra cum crate ferrea, quae correspondel in sala dicti Palatii, idem Commissaiiib supplicavit a S. R. C. declarari: An ipse cum sua Familia, audiens ex dicta fenestra huiusmodi Missam, satisfaciat praecepto Ecclesiae ?

El S. R. C. respondil : « Negative ». El ila declaravit. Die 2 Iunii 1685.

1751. NEAPOLITANA. (3086)

Expositum fuit quod in Ecclesia Cathedral· Civitatis Neapolis, prima Dominica Man cuiuslibet anni, celebrari solet Translatio Sacrarum Reliquiarum Corporis el Sanguinis S. Ianuarii principalis Patroni eiusdem Civitatis el Regni ; el in primis Vesperis Iil Processio generalis cum interventu Cleri Saecularis et Regularium, cum delatione Reliquiae Sanguinis dicti Sancti ab uno ex Canonicis praedictae Calhedralis, ad effictum illum sistendi coram Capite eiusdem Samii, quod asportatur processionaliler de mane ab uno ex sex Sedibus, ad quod spectat per Iurnum, ubi se coniulil Exi mus Dommib Vice-Rex; Archiepiscopus autem, quando intervenit, accedit ponlilicaliler, el thurilicatur post dictas Reliquias a Sacerdote cum pluviali induto ex illis Ecclesiis, pei quas transit dicta Processio. Occurrit in praesenti anno, quod D. Vice Rex associavit dictam Processionem, el in reditu ad Ecclesiam S. Pauli Ordinis Patrum Theatinorum, collocatis dicti·. Reliquiis in Altari in-

xla -oliliiin erecto, ħnu ex dictis Patribus pluviali ǎmictu Ihuiilii avii dicla- Sacras Reliquias, et postea cum iisdem indumentis sani- limi iticavil D. Vl< e-Regem. Verum, quia cum talibus indumentis ecclesiasticis non videatur licitum incensare personam saecularem seu laicalem ; ideo supplicatum fuit a S. R. C. declarari : An id licitum luerit ?

El S. R. C. respondil: « Non licuisse ». Die 2 Iunii 468».

1752. PARMEN. (3087)

Гio parle el ad instantiam Abbatissae el Monialiurn Monasterii S.Basilidis Mai lyris Civitatis Parmensis supplicatum fuit a S.R.C. declarari :

1. An ipsae Moniales, quae ex concessione eiusdem S. C. recitant cum Breviario Romano Officium de Sanctis dias Ordini Benediclino el Cislerciensi induitis, debeant recitare in 2 Nocturno lectiones proprias, vel de communi ?

El S. R. C. respondil : < Debent recilare de communi, quatenus non adsint Lectiones propriae in Breviario Romano, quo utuntur ».

2. An praedictae possint recilare Officium S. Benedicti feria 3 infra annum in vim concessionis factae Religioni Cislerciensi ?

Et S. R. C. respondil: « Negative, quia concessio est pro Monachis tantum, non auleui pro Moni.ilibus ». El Ha declaravit. Die 2 Iunn 168».

1753. RAGUSINA. (3088)

Pro parte et ad instantiam Capituli, Dignitatum et Canonicorum Ecclesiae Meliopolitanae Civitatis Ragusae , expositus fuit apud S. R. C. supplex libellus, tenori- sequentis :

Cum S. R. C., habita controversia inter praefatos Canonicos el Abbati--, respondisset : * Praecedentiam deberi Canonicis capitulai iter incedentibus contra Abbates praedictos infulis indutos»; nunc controversia iterum exorta, sequentia dubia eidem Sacro Tribunali proposita sunt :

I. Utrum Abbatibus Benediclinis, qui vigore Caeremonialis lib. I, cap. 13, § 9, A«-*benlcs usum initiai-* c/ *baculi, hubebunl* /<>-*cum i oiidi cruleni, pro iudicio el piudeiitia Episcopi, dummodo non supra ncc infra Canonicos,* permittatur ul eorum Sedis eorumque ministri stent ante subsellia canomcalia, ila ut terga vertentes impediant Canonicis oratoribus quominus Chorum videant ?

2. Utrum iisdem Abbatibus conveniat ministris uti, qui mitram iis imponam el auferant; sicque tam Canonicos quam alios Regulares eo die Missam cantantes, humeris suis a functione videnda impediant, eliam praesente Archiepiscopo?

3. Utrum iisdem Abbatibus competat usus mitrae pretiosae, pastoralis el pulvinari-, sive praesente Archiepi-copo sive absente ?

4. Ulrum dicti Abbates possint, iuri-praecedentiae vitandi causa, mcensalioneni vel a sui- Monachis vel ab aliis ministris oratorum propriis recipere, eodem tempore quo hi thurdicanlur a Diacono, ac tertio thunbulo, dum allero thunbulo thu- adolelur Principi saeculari ?

5. Ulrum Dignitalibu- in casu competat pulvinaribus uli m proprii- Chori subselliis, Archiepiscopo praesente el cuiusnam qualitatis? Ulrum idem ius Celebranti competat, el quonam loco?

El S. R. C. ad relationem Enti el Rmi Domini Cardinalis Brancalii de Lauraea, cl audita pariter attestatione Vicarii Generali- Ragusini cum suis hieris die 26 Septembri- 1684, scriptis super praemonitione facta P. Praesidenti Iotius Congregationis Melitensi- el Abbati Sancli Iacobi, ad deduceu dum iura sua, el nemine comparente, ad supradicla dubia respondit, ul infra:

Ad 1. < Servetur Caeremoniale ».
Ad 2. « Non competere ».
Ad 3. < Non competere ».
Ad 4. « Negative ».
Ad 5. « Negative ».

Et ila declaravit et servari mandavil. Die 2 Iunii 168».

(754. ROMANA (3090)
GENUFLEXIONS.

Cum S.R.C. 2 Decembris 1684, in causa : proposita pei Eihum el Rffium Dominum Cardinalem Azzolinum pro Capitulo et Canonicis Basilicae Sanctae Manae Maioris contra Beneticialos et Clericos Benelicialos eiusdem Basilicae decreverit : « Teneri Bénéficiâtes ad genuflectendnm, celebrante Episcopo vel Canonico, tam paratos quam non paratos »;

Eadem S. R. C. « Idem Decretum extendit et servari mand ivit eliam in Sacrosancta Basilica Sancti Ioannis Laterani de I ibe ». Die 28 Iulii 168».

1755. BERGOMEN. (3005)

Pro Primicerio Bergomensi supplicante pro opportuno remedio super usu in Dioecesi Bergotnen. introducto assignandi certam et perpetuam diem, auctoritate ordinaria et Episcopali, Sanctis illis et Officiis, tum dictae Dioecesis tum Romani Calendarii, qui contingunt omnibus annis transferri, ex suppositione cuiusdam asserti Decreti a S. R. C. die 22 Novembris 1659 emanati ; nec non super usu in eadem Curia Episcopali introducto concedendi Officium el Missam Sanctorum, quorum Reliquiae insignes in dies Roma deferuntur, el auctoritate ordinaria recognoscuntur, sub ritu duplici non solum pro prima vice, sed eliam pro solemnilale perpetua el anniversaria, illa die, qua earumdem Reliquiarum contigit translatio solemnis m illum locum, seu die in qua assignatur ab eodem Oi dinar io solemnilas ipsa Translationis, qui ul plurimum solet deputare diem Dominicam immediate post ipsam Translationem.

S. R. C. respondit: < Neutrum licere, et scribendum esse Episcopo pro observantia Rubricarum et Decretorum eiusdem S. C. ». Die 15 Septembris 1685.

1756. FUNCHALEN. (3096)

In Funchalensi Dioecesi insulae Maderae die prima Maii fit Officium separatim de S. lacobo Maiore eiusdem Civitatis Patrono, et Festum S. Philippi transfertur in diem quartam eiusdem mensis, iuxta specialem Rubricam, quae sic habetur: < die 4 Maii fit Officium S. Philippi Apostoli, nisi occurrat Dominica, quia tunc transfertur in seuentem diem ». Quaesitura fuit a S. R. C. eclarari : utrum sil hoc Festum S. Philippi translatum in quartam diem Maii in perpetuum, an sil absolute translatum in primam diem non impeditam, el consequenter in ipsa quarta die debeat fieri Officium Sanctae Monicae ?

Posito deinde quod Festum S. Philippi sil absolute translatum in primam diem non impeditam, et similiter sii forle transferendum Festum S. Marci a die 25 Aprilis; quaesitum fuil quodnam ex his duobus debeat prius celebrari, cum sini eiusdem mus: Apostoli ne an Evangelislae ? dignioris, an antiquioris? valeat ne in iranslalis in nostro rasu personarum inaequalitas, an aequalitas ritus c

Et£S. R. C. in casu proposilo respondit: < Festum S. Philippi non es^e celebrandum die 4 Maii, m qua recitandum esi Officium S. Monicae, sed transferendum ad primam diem non impeditam. In concurrentia autem translationis cum S. Marco Evangelista, servandas esse Rubricas Breviarii Romani Til. X *I)f Translatione 1'esloiuin* nmu. 7 ». El ita declaravit. Die 24 Novembris 1685.

1757. NULLIUS, SEU TULLEN. (3097)

Expositum fuit pro pario mfrascriptorum Canonicorum, quod in Oppido de Remiremont in Lotharingia exlal Ecclesia saecularis et Collegiata immediate Sedi Apostolicae subiecta Nullius, seu Tullen. Dioecesis , cui Ecclesiae inserviunt ad divina Officia peragenda Moniales Canonicissae ex nubilissima familia, sub regimine unius Abbatissae el alterius Decanae. Insuper sunt etiam Ecclesiastici eidem Ecclesiae inservientes, inter quos sunt octo Canonici Sacerdotes, qui yicissim per hebdomadas tenentur celebrare Missas horis statutis: diebus Festis solemnioribus cantatur Missa solemnis cum Diacono el Subdiacono el aliis officialibus assistentibus. In huiusmodi Missis solemnibns, lit ut plurimum Offertorium a dictis Monialibus; el Abbatissa a decem aut duodecim annis per abusum sibi usurpavit, ul Diaconus et Subdiaconus, relicto Sacerdote celebrante, veniant ad Sedem suam el comilenlur eam ad locum, ubi fieri solet Offertorium, distantem a Sede dictae Abbatissae quadraginta vel amplius passus, fimbriam illius Pallii elevantes a dexteris el a sinistris, el inde eadem caeremonia reducant et recomilcnlur eam ad Sedem suam- Exigit praeterea dicta Abbatissa, ul Subdiaconus deferat ipsi librum Evangcliorum ad osculandum, postquam deosculatus est Sacerdos celebrans; Instrumentum pacis, quo uti solet ad dandam pacem, quod Subdiaconus de manibus Diaconi recipit, el Corporale panier ad deosculandum, postquam Subdiaconus reposuit Calicem cum velo supra armarium. Quibus abusibus praefati Canonici enixe supplicarunt apud S. R. C. pro opportuno remedio el declaratione.

El S. R. G. declaravit: « Desuper exposita el narrata non licere, el tam praedictam Abbatissam, quam Canonicos respective, a talibus abusibus se abstinere debere ». El ita decrevit el servari mandavit. Die 24 Novembris 1685.

1758. AQUAEPENDEN. (3099)

Exposuit Riims Episcopus Aquaependen., quod Slagislralus illius Civitatis in proxime

praeterita solemnilale SSihae Nativitatis Domini sc abstinuit intervenire el associare ipsum Episcopum in solitis functionibus Pontificalibus, ob praelensionem, quam habet, quod Gubernator dictae Civitatis thurilicelur triplici ductu; et in associatione Episcopi, ipse Magistratus habere debeat locum immediate post Episcopum ante Capitulum el Canonicos Cathedralis, quasi dicta praelensio non sil contra dispositionem Caeremonialis Episcoporum, lam quoad thurificalionem quam quoad associationem ; ideo idem Episcopus supplicavit pro opportuno remedio el declaratione.

El S. R. C. respondit: < Thurilicelur Gubernator duplici ductu, el Episcopus cogat Magistratum ad observantiam Caeremonialis ». El ita declaravit atque decrevit. Die 26 Ianuarii 1686.

1759. MEDIOLANEN. (3102)

In controversiarum causa vertente inter Abbatem el Monachos S. Ambrosii ex una, el Capitulum et Canonicos eiusdem Ecclesiae parte ex allera, propositis in S. R. C. perEmum atque Rmum D. Card. Azzolinum dubiis, ul infra :

1. An receptio Magnatum venientium ad Ecclesiam tempore quo alterum ex Collegiis celebrat, fieri debeat ab utroque Collegio vel a Celebrante dumtaxat?

2. In casu talis adventus an spectet ad Monachos, quando actu celebrant, parari facere genullexorium ?

Et S. R. C., ultaque parte audita el informante, discussis supradiclis dubiis, respondit :

Ad 1. « Receptionem esse faciendam ab ambobus Collegiis ad formam Concordiae cap. 21 ».

Ad 2. « Apparatum genufiexorii spectare ad Canonicos ». El ila declaravit. Die 26 Ianuarii 1686.

1760. NOLANA. (3103)

In causa Nolana Praeeminendarum vertente inter Rmum Episcopum Nolanum eiusque Vicarium Generalem ex una, el Capitulum el Canonicos Ecclesiae Cathedralis eiusdem Civitatis parte ex altera, suppli-catum fuit a S. R. C. declarari infrascripta dubia proposita et relata ab Emo el Rmo Domino Card, de Lauraea : auditis iiiribus hinc inde deductis el allegatis ab utraque parte informante, videlicet :

1. An Episcopo, in pulpito c.oncionanli, teneantur duo Canonici assistere ?

S. R. C. respondit: « Teneri, si Episcopus pontificaliter indutus, idesl cum pluviali el mitra, condonetur m Calhedrali ».

2. An Episcopo extra Calhedralem, sed in Civitate, pontificaliter celebranti, Canonici leneantur assistere?

S. R. C. respondit : < Tres Ianium Canonici, praeter Diaconum el Subdiaconum, tenentur assistere ».

3. An Episcopo exlra Civitatem ordinationes et alias functiones exercenti, Canonici leneantur assistere?

El S. R. C. respondit : « Non leneri ».

4. Au Episcopo pontificaliter ad Ecclesiam venturo Capitulum teneatur ad aulam Palalii Episcopalis accedere ad eum recipiendum el associandum, et m reditu teneantur usque ad eumdem locum reassociare ?

5. R. C. respondit: « Quoad primam partem leneri ad aulam accedere, accipere el associare ; in reditu vero teneri solum ad reassociandum usque ad atrium, seu portam palatu episcopalis ».

5. An Capitulum sine licentia Episcopi possit in aliquo casu recitare divina Oûîcia extra Chorum in aliqua parte Ecclesiae?.

5. R. C. respondit : « Sine licentia Episcopi non posse ».

6. An Vicarius Generalis m Choro el Processionibus oblinere debeat primum locum, el m Choro uti pulvinaribus?

S. R. C. respondit : « Dandas esse hinc inde Remissonales ad effectum probandi consuetudinem quoad ulrumque; interim vero abstineat Vicarius ab usu pulvinarium ». El ila declaravit el servari mandavit. Die 23 Martii 1686.

1761. SENEN. (3105)

Cum alias S. R. C. decreverit, prout refertur, non licere in nocte Nativitatis Domini posl Missam decantatam alias duas Missas successive celebrare, nec communionem exhibere deposcentibus, Procurator Curine Archiepiscopalis Senen. instat declarari, ul mandata ab omnibus pariter serventur, an Decretum liget omnes Regulares tum Ordinum Mendicantium, tum Congregationum Monachalium, tum eliam Patres Societatis lesn, ceterosque omnes cuiusctimque alterius Instituti, eliam speciali mentione nominandi ?

Et S. R. C., ad relationem Erili el Rmi Domini Card, de Lauraea, respondit: « Ligat omnes non habentes privilegium in contrarium ». Et ila declaravit. Die 23 Martii 1686.

(762. TIBURTINA. (3106)

In causa controversa inter Capitulum·, Canonicos el Dignitates Cathedralis Ecclesiae Tiburtinae ex una, el Canonicum Archangeliiui Masium Protonotariiim Aposlolicuin de numero non participantium eiusdem Cnthedr.ilis parte ex altera, idem Canonicus Masius supplicavit declarari infrascripia quaesita:

1. Qui locus eidem incedenti cum habitu Prolonolarii assignandus sil in Calhedrali, tempore divinorum Ofiiciuium, lam assistente quam non assistente Episcopo?

2. Qui locus eidem assignandus sil, assistente Episcopo diclis divinis Ofiiciis in Throno Presbv terii ?

3. Qui locus eidem assignandus sil in Processionibus et aliis functionibus, lam praesente quam absente Episcopo?

Et S. R. C., àd relationem Eihi el Rihi Domini Cardinalis Casanate Ponentis, visis el auditis iuribus hinc inde deductis, el allegatis ab utraqne parle informante, censuil: « Canonico Masio incedenti in habitu Prolonolarii deberi locum posl omnes Canonicos, el non posse percipere distributiones ». Die 23 Martii 1686.

1763. ASUULANA. (3107)

Pro parte Rihi Pandulphi Episcopi Asculani supplicatum fuil a S. R. C. declarari infrascnpta dubia :

1. An ad exercentem Ufliciuni Presbyteri assistentis apud Episcopum in Pontificalibus celebrantem, sive Missae solemniler assistentem, spectet, postquam ipsum Episcopum thurilicavil, tburificaie etiam Praelatum Gubernatorem?

2. An liceat viris nobilibus, qui Magistratus officio funguntur et gerunt habitum el publica Dignitatis signa, dum sacris Caeremoniis in Missae Sacrificio solemniler intersunt, cooperire capita cum pileis, eoddeac pari modo, quo Clerici ei Presbyteri em gentes el assistentes in Choro birelis se contegunt, tempore quo decantatur *Gloria,* Epistola et *Credo;* et quid etiam servandum sil in decantatione Officiorum divinorum el Vesperarum etc.?

El S. R. C. respondit :

Ad 1. « Non spectare ».

Ad 2. « Non licere ». Elaita dei laravil. Die 23 Martii 1686.

1764. ARBOREN. (3108)

Pro parle Rihi Archiepiscopi Arboren. supplicatum fuit apud S. R. C., quatenus dignaretur demandaro cum speciali Decreto, el censuris quatenus opus sii, quod renovando pro Archiepiscopo caeremonias sui primi ingressus in Civitate Orislanae, servetur a Magistratu et aliis illius Civitatis caeremonia solita associandi et ducendi praefatum Archiepiscopum sub baldachiniini a iauua Civitatis usque ad Ecclesiam Calhedralem, non obstanto asserta epistola Philippi II Regis Ilispaniarum in contrarium disponente.

El S. R. C. mandavit : < Servetur Caerimoniale Episcoporum lib. 1, cap. 2, /Λ· *ingressu Episcoporum.* El si Magistratus habet aliquid in contrarium, deducat iura sua in ipsa S. C. ». Die 4 Mail 1686.

(765. AR1MINEN. (3109)

Expositum fuit a loanne Matthaeo Gén» lilini, quod in Oratorio SSiiii Sacramenti Cathedralis Ariminen. quotannis feria 2, 3 el 4 maioris hebdomadae lit solemnis Processio el expositio quadraginta horarum, lam in expositione quam in depositione Sacramenti in paramenlis albis per Processionem. Sed quia quarumque hora intermedia conlhiunl ad orandum Parochi el Cappellani respective processionaliler cum Cruce el Stola cum propriis parochianis ol Confratribus, ideo supplicavit pro declaratione:

1. Cuiusnam coloris debeat esse Stola, albi ne, an violacei ?

2. An liceat per viam in accedendo ad Oratorium adhibere Stolam violaceam, et infra ipsum Oratorium coram SSiho Sacramento accipere albam ; et tempore ct hora qua orant, vel semper tam in eundo quam in orando, adhibere violaceam vel albam?

Et S. R. C., lam ad primum quam ad secundum respondit : « Utatur coloro tempori convenienti ». Et ila declaravit. Die 4 Maii 1686.

1766. MELITEN. (3112)

Exponentibus Dignitatibus, Canonicis et aliis de Capitulo Cathedralis Ecclesiae Meliten., quod licet Canonici Collegialartfm, Parochi el Presbyteri simplices non possinl incedere parati in Processionibus, sicut Canonici Cathedralis, ut alias contra Canonicos Collegiatorum declaravit S. R. C., et praecipue in Placentina sub die 19 Maii 1607. attamen Parochus el Presbyteri simplices Ecclesiae Abbalialis lurisdiclionalis SSiiiae Trinitatis Meliten. Nullius praetendunt incedere parati in solemninribus, praesertim in solemnilale SSiiii Corporis Christi, eodem

modo et forma, quibus solent incedere Dignitates et Canonici dictae Cathedralis, cum pluvialibus el casulis, ul de iure tenentur; udem Dignitates el Canonici supplicarunt declarari non licere praedictis Parocho el Sacerdotibus Ecclesiae SSiiiae Trinitatis (el alu.s Dioecesis Melitensis) incedere in Processionibus cum pluvialibus, non obslanle quacumque praelensa contraria consuetudine ;

El S. R. G., audita i «datione Episcopi Meliten., declaravit: < In concursu cum Calhedrali non licere ». Die 'i Mail 1686.

1767. PAPIEN. (3113)

Primicerius, Consiliarii et Presbyteri Consortii S. Syri Civitatis Papiae supplicarunt pei S. R. C. declarari: An illis diebus, quibus cadunt Festa duplicia per annum etiam translata, el per eorum octavas, el m diebus octavis, possinl celebrari anniversalia cum Missa cantata de Rcquie, ad quae tenentur ex instituto antiquissimo dicli Consortii pro adimplendis oneribus, iuxla disposita per testatores, respective pro singulo mense : quia etiamsi iuxla consuetum singulo die non impedito duu anniversaria celebrentur, nihilominus omnia adimpleri non possunt in anno ;

El S. R. C. respondit : « Servetur Decretum Novarien., die 22 Novembris 1064, emanatum, in quo s. m. Alexander PP. VII declaravit: Anniversaria el Missas cantatas de Requie relictas ex dispositione testatorum quotannis in die ipsoium obitus, etiam in duplici maiori contingentis, posse celebrari, nec esse comprehensas m Decreto dio 5 Augusti 1662 edito, prohibente huiusmodi Missas in duplicibus ». Et ita declaravit. Die 't Maii 1686.

1768. PORTUIÎALLIEN. (3H4)

Exponentibus Canonic is Regularibus Sancti loannis Evangelistae Portugallien. qualiter Rmus Episcopus Lisbonen. praetendit, quod, quando oratores volunt condonati, prius recipiant ab eodem Archiepiscopo benedictionem genuflexi, el non stantes, contra antiquum solitum et dispositionem alii gali C.aei «'ĩĩĩoıuĩ' Mı. ħı,.«·lı B Illidi i cap. 9, «le Canonic, ollie, num. 4, supplicantibus proplcrea de opportuno remedio el declaratione ;

S. IL C. respondit : < Servetur Caoremoniale ». Et ila declaravit. Die 4 Mail 1686.

1769. DUBIUM. (31 ES)

Gum anno proximo venture 1687, Festnili Exaltationis SSftae Crucis occurrat m Dominica infra octavam Nativitatis B. M. V., m qua celebrandum esset de praecepto Festum Nominis eiusdem B. M. V., quaesitum fuil declarati: Quomodo regulanda »int Dili» ia eorumdem Festorum cum ambo >inl sub ritu duplici maioris?

El S. 11. C. respondit: < In casu proposito officium Numinis B. M. V. transferendum esse ad primam diem Festo novem lectionum non impeditam ». El ita declaravit el servari mandavit. Die 20 lulii 168lÎ.

1770. MATHERANEN. (3118)

Supplicante Capitulo Cathedralis Ecclesiae Malhvninensis a S. R. C. declarari: an regulares ăccedente ad ŧublica Processiones teneantur associare praedictum Capitulum nedurn in accessu, quo dirigitur Processio, verum etiam in suo ŧece ad ipsam Metropolim, in qua revertitur?

El S. R. C., audita relatione Riin Archiepiscopi, respondit : « Teneri, non obslanle contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit ». Die 20 lulii 1686.

1771. SENEN. (3119)

Magistri Caeremoniarum Ecclesiae Senen. supplicarunt apud S. R. C. pro declaratione infrascriplorum dubiorum :

I. An in celebratione Missae privatae Dignitates el Canonici, lain Cathedralis quam Collegiatarum, sive alius quilibet Sacerdos Episcopo inferior, possint adhibere in Missa ultra duas candelas in Altari, et habere ministrum inservientem qui Missali assistat ac (olia vertat, Calicem mundet, vinum et aquam infundat, ŧpmque Calicem infra actionem palla cooperiat el discooperiat iuxla opportunitatem, nec non eumdem Calicem tergal post communionem, ŧque ornamentis instruat?

2. An in .Missis solemmbus decantandi» praeter Episcopos el Praelalus inferiores, dum actu Pontificalia exercent, liceat quibuscumque Dignitatibus vel Canonicis Cathedralis, vel Collegiatarum, seu alio charactere praeditis, nec non Regularibus, ultra Diaconum el Subdiaconum adhiberi ITesbylerum cum pluviali assistentem?

El S. It. C. respondit : « Ad ulrumque negative ». Et ita declaravit. Die 20 lulii 1686.

1772. ANGEL0P0MTANA. (3120)

Pro parte Capituli el Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Angelopolitanne in Iudiis, supplicatum fuit S. R. C. pro concessione el resolutione infrascriplorum :

1. Quod Officium Desponsationis B. M. V. cum S. Iosepho transferatur, attento quod dies vigesima tertia Ianuarii, qua concessa est illius recitatio, est impedita Officio S. Ildefonsi, cuius Festum est solemnissimum, accedente eliam quadam dolatione facta per Rmum Episcopum D. Alphonsum de la Mola el Escobar in Ecclesia eiusdem Sancti, ad quam ingens multitudo Cleri et populi concurrit.

El S. R. C. respondit: < In casu proposilo transferatur officium Desponsationis ad primam diem non impeditam alio Officio novem lectionum ».

2. Quod recitetur die prima Martii Officium S. Angeli Custodis, stante antiqua consuetudine vigente ab anno 1008, el iu casu subsistentiae Decreti, quod adesse aiunt, ubi adest consuetudo recitandi dictum Officium die 1 Martii, ea observetur. El quatenus necesse sit, oralores supplicant pro illius confirmatione.

El S. R. C. respondit : < Obstant Decreta Pauli V et Clementis X ».

3. Quod Officium Sanctorum Iusti el Pastoris transferatur, attento quod ea die celebratur Transfiguratio Domini.

Et S. R. C. respondit: « Officium Sanctorum Iusti el Pastoris transferatur ad diem nonam Augusti; ila decrevit cl imposterum servari mandavit in Hispania, ad instantiam Ordinis Discalceatorum SSihae Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniae ».

4. Quod recitetur Oflicium SSihae Conceptionis Dominae Nostrae die Sabbati, el SS. Sacramenti Feria V, dummodo non occurrat Fesium duplex vel semiduplex,quemadmodum concessum est Calhedrali Ecclesiae Mexicanae intra Chorum: ea ratione, quia Titularis huius Ecclesiae est Conceptio II. M. V., el in praefata Civitate Angelopolilana specialissima devolio habelui erga hoc grande Mysterium, el Festa, quae anno quolibel in illa celebrantur, secumferunt magnum apparatum, gaudium et sumpluosilalem per vias igneis plausibus, Altaribus et ornatibus munificentia concomitante, et minor non esi devolio in SSinum Sacramentum, praesertim Confralernilalis in dicta Civitate fundatae sub hoc titulo, ubi illini celebratur tertia Dominica cuiuslibet mensis magna solemnitate et Processione.

El S. R. G. respondit : < Negative ». (1)

b. Quando in Missa solemni concinnator post salutationem salutat Ministros Altaris, seu facit reverentiam: quaeritur, an debeant Celebrans el Minislri correspondere discooperiendo caput, an non?

El S. R. C. respondit: < Non esi iucongruum si Ministri Altaris el ipse Celebrans salutationi concinnatoris correspondeant ».

Ii. In Calhedralibus, cantata Missa conventual) respondente Officio, et satisfacto obligationi principali diei in diebus solemmbiis, quaeritur: an possil cantari alia Missa votiva ex volo seu devolione, nec ne, cum iam cum illa prima satisfactum sil obligationi?

Et S. R. C. respondit: « Melius se explicent in casibus particularibus ».

7. In Natali Domini in iribus Missis, quaeritur: an post sumptionem Sanguinis eundo el redeundo ad medium Altaris, sil facienda genuflexio; el num vertendo se Celebrans ad *Dominus robiscum*, vel ad dandam benedictionem , debeat renes vertere ad Altare, cum (ul creditur) species vini non sini desiccalae in Calice. Quid ergo lieri debet?

El S. R. C. respondit : « Serventur Rubricae Missalis Romani de ritu servando in celebratione Missae Til. XI, n. 1 ».

Et ita declaravit el servari mandavit. Die 20 Iulii 1080.

1773. ALTAMURA (3121)

NULLIUS

PROVINCIAE BAREN.

Quatuor in Aliamurana Ecclesia Collegiala extant Dignitates, praeter Archipresbylerum Ordinarium pontificalibus insignibus decoratum, videlicet Archidiaconus, Cantor, Primicerius el Thesaurarius, cum viginli qualuor Canonicis, lolidemque Cappellanis: tum vero Dignitates, excepto Archidiacono, tum Canonici, non habent ullum Ordinem Sacrum adnexum , quia Ecclesia non est Calhedralis, el hodie Thesaurarius quarta Dignitas est Clericus sexdecim annorum circiter; imo quamvis foret in Sacris constitutus, non haberet locum ad Thronum

(i) E. thib. 5 et C.

Archiprusbylari ; sed assistant ibi Archidiaconus indutus pluviali, Cantor el Primicerius Dalmaticis, remanente semper Thesaurario in suo stallo cum colla el almutia, nisi, absentibus vel impeditis Dignitatibus ad assistendum destinatis, suppleat locum absentis vel impediti. Hoc statu Ecclesiae ila praesupposito m certo, Capitulum et Canonici unanimiter implorarunt Sacrae Congregationis. oraculum, humiliter ac suppliciter instantes responderi ad infrascripla septem quaesita : unde citato Procuratore Dignitatum, partibus hinc inde informantibus, el Eiilo D. Card. Casanale referente, S. It. C. ad eadem septem quaesita respondit ul infra, videlicet:

1. Cum non liccal Thesaurario Clerico supplere assistenliam ad Thronum cum pluviali, vel Dalmatica, el suppleat Canonicus in Sacris ; An Thesaurarius m suo stallo ihurilicandus sil prius quam thurificctui Canonicus assistens in Throno?

S. R. C. respondit : < Thurificandum prius Canonicum assistentem ».

2. An intervenientibus Canonicis cum habitu Ordinis Sacri, prout in die SSrhi Corporis Christi, debeatur praecedentia Thesaurario Clerico incedenti cum almutia super colla ?

S. R. C. respondit: «Negative».

3. Cum Chorus sil divisus in duos ordines slallorum, adeo ul a cornu Evangelii sedeant Archidiaconus, Primicerius el duodecim Canonici , a cornu vero Epistolae Canior, Thesaurarius el reliqui duodecim Canonici; an thurilicalio facienda sil Dignitatibus singulatim, an vero prius loti ordini Dignitatum el Canonicorum a cornu Evangelii, deinde alteri ordini a cornu Epistolae, sine differentia personarum ?

S. 11. C. respondit: « Thiirificalionem faciendam toti ordini a latere dextero, et deinde toti a latere sinistro ».

4. An Dignitates in slollis thunficandae sint semper duplici ductu prout Canonici, an voro triplici, saltem dum abest Archipresbyter a Choro?

5. 11. C. respondit : « Thurilicandas duplici ductu lanium ».

5. An in die Purificationis B. M. V., Feria IV Cinerum, Dominica Palmarum, Fena V in communione generali et VI maioris Hebdomadae aliqua praeeminentia vel praecedentia debeatur Dignitatibus assislonlibus cum cotta et almutia supra Celebrantem vel Ministros servientes Altari pro Diacono et Subdiacono Dalmaticis indutos?

S. R. C. respondit: « Nullam deberi Îraeeminentiam Dignitatibus, sed in singulis unctionibus servandum Caeremoniale ».

6. An liceat Dignitatibus se indnere colla et almutia in stallis Chori, an vero debeant 'e induere in sacristia, el processionaliter cum Canonicis accedere ad Chorum?

S. R. C. respondit : < Induendos in Sacrislia ».

7. Cum in singulis qualuot hebdomadis per Iurnum obligati sint Choro una Dignitas, sex Canonici el totidem Cappellani; an liceat Dignitatibus sive divisim sire comunrlim arbitrio sno condonare in diebus Dominicis el Festis pandaturas pro Canonicis el Cappellani', qui pro ea hebdomada in diebus ferialibus obligati non sunt?

S. R. C. respondit: « Non licere ».

Atque ila omnibus et singulis quaesitis respondendo, eadem S. R. C. servari mandavit. Die 20 Iulii 1680.

1774:. TRIDENTINA. (3<22)

Clerus Tridentinns humiliter supplicat per S. R. C. declarari : (1)

1. Qnomodo regulari debeant Vesperae si concurrant duo Pontifices Martyres, vel Pontifex Martyr cum Martyre non Pontifice; vel Martyr cum Confessore, vel duo Confessore Pontifices aut non Pontifices, vel Pontifex cum non Pontifice; vel duae Virgines Martyres, aut Martyres non Virgines, vel Virgines non Martyres vel Virgo non Martyr cum Martyre non Virgine. Si utrumque Fesium occurrens sit duplex per annum maius, an Vesperae debeant dividi, et lien a Capitulo de sequenti, cum commemoratione praecedentis, vel semper habenda sit ratio dignioris, ita ul de eo fiant integrae Vesperae cum commemoratione alterius?

2. Etsi semper habenda sil ratio dignioris, quomodo attendenda sit huiusmodi dignitas, si concurrant duo Martyres Pontifices vel duo Martyres non Pontifices, vel duo Confessores Pontifices vel duo non Pontifices, vel duae Virgines Martyres vel duae Virgines non Martyres, vel duae Mai tyres non Virgines; ad hoc, ut satisfiat Tabellae de concurrentia, si ulraque sint duplicia per annum maiora?

El S. R. C. respondit ad suprascripta dubia, prout infra :

(!) E. Dub. 1.

\d 1. < Dignitas personarum attendenda est in solis eorum Festis, quae expressa sunt in eadem Rubrica num. 2, vers. *Inta Fata ».* ,

Ad 2. < Ideo in casibus propositis nullam habendam esse praeferentiam, sed Vesperas fore dividendas ».

Et ita declaravit. Die 20 Iulii 4086.

(775. CONIMBRICEN. (312(5)

S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus editis, declaravit : « Canonicos Regulares Congregationis S. Augustini de S, Cruce Conimbriae in Regno Lusitano, teneri genuffectere in accipienda benedictione ab Ordinariis, antequam concinnentur, contraria consuetudine allegata non obstante ». Die 5 Octobris 1686.

1776. ANÎOERPIEN. (3128)

Rmus Episcopus el Capitulum Ecclesiae Calhedralis Antuerpiensis supplicarunt apud S. R. C. pro resolutione infrascripli dubii, videlicet :

Quidam Abbas seu Praelatus praetendit in Misais solemnibus Confr.iternilatum, quibus invitatus, nec tamquam officiaris, nec aliter quam m ordinario suo habitu interest, sibi competere et deberi Sedem brachiatam seu maiorem ct pulpitum sive suggestum ante se velo violaceo vel purpureo coopertum et positum in facie Altaris cum pulvinaribus eiusdem coloris; idque in quibusdam Sacellis silis in ipsa Cathedrali Ecclesia, quorum nullum est indepundens a Choro, et in .illero eorum actu residet Episcopus.

Quaeritur : An omnia el singula supra memorata competant alieni Abbati aul Praelato, et qua ratione in huiusmodi occasionibus ipsi permittendum sil sedere? el quid, si eliam talis casus sese offerat extra Ecclesiam Cathedralem ?

Et S. R. C. respondit : « Non licere ». Ei ila declaravit. Die 23 Novembris 1686.

1777. BAREN. (3129)

Cum Archipresbyler terrae Casacmaximae Dioecesis Baren, introduxerit, ut expositum fuit, in Choro et intra Presbyterium illius Ecclesiae quatuor Sedes Coraminis, in quibus tempore quo celebrabantur divina Officia, assistebat Dux dictae terrae una cum maire, coniuge el fratre germano, cum lapelibii' el pulvinaribus, recipiendo pacem et faciendo se incensare triplici ductu; Rihus Archiepiscopus Baren, in execulionem Decretorum S. R. C. mandavit praedicto Archipresbytero ul removeret dictas Sedes, prout fecit. Cumque hodie Baro dicti loci praetendat supradiclas Sedes pro se et mulieribus praedictis eis debere permitti, ex quo illae a tempore immemorabili ibi fuerint appositae, quamvis id non subsistat ex iusiilicationibus exhibitis, idem Archiepiscopns supplicavit ab ipsa S. C. declarari: an possit praedictus Archipresbyler reponere dictas Sedes in eodem Choro el Presbyterio, et an subsistat praelensa consuetudo immemorabilis allegata?

Et B. R. C. respondit : < Non licere, et ideo Sedes non esse reponendas, el Baronem cum aliis supradiclis non esse thurilicandum triplici ductu ». El ila declaravit. Die 22 Februarii 1687.

177.8. SIPONTINA. (3130)

Supplicarunt Capitulum el Canonici Calhedralis Ecclesiae Sipontinae, super controversiis ortis inter ipsos ei Patres Dominicanos eiusdem Civitatis, pro resolutione infrascriplorum dubiorum :

1. An dictis Patribus liceat facere Processiones extra claustra, el ultra muros suae Ecclesiae ?

2. An, occasione processionum, liceal introducere mulieres processionem comitantes, intra claustra ?

3. An, stante consuetudine, ul ad pulsationem salutationis Angelicae populus genulleclatur, liceal dictis Patribus signum dare, el pulsare campanas ante Cathedralem ?

4. El quatenus affirmativo : an liceal ipsis signum dare ante 24 horam pulsatam?

El S. R. C., ulraque parte audita et informante, respondit:

Ad 1. el 2. « Serventur Decrela favore Fratrum ».

Ad 3. « Affirmative ».

Ad 4. « Lectum ».

El ila declaravit. Die 22 Februarii 1687.

1779. ARIMINEN. (3131)

Pro parte loannis Matthaei Cenlilini Rectoris infrascriplae Congregationis exposilum fuit, quod in Civitate Ariminen. exial Congregatio casuum el triginta Sacerdotum >nb invocatione Suffragii, in qua, praeter Rectores aliosque Presbyteros Dioecesis, aggregati eliam sunl Canonici Ecclesiae Calhedralis, a quibus, statuta die quae esi prima non impedita Maii, in Cathedrali lit generalis Congregatio, in qua post Missam conven-

lualem el completis divinis Officiis, assistentibus omnibus Confratribus cum supcrpelliceis el Capilulo in propriis siallis, extra Presbyterium aptatur locus pro Rectore, Priore et aliis Officialibus repraesentantibus corpus lotius Congregationis, et canitur, Missa pro electione novorum Officialium, de B. Virgine, assistentibus omnibus, ut supra: quaesitum fuil a S. R. C. declarari :

An posl incensalos Canonicos ad Offerlorium duplici duclu, debeanl eliam incensari duplici duclu Officiales illi, qui in loco aplalo repraesentant corpus totius Congregationis ?

Et S. R. C. respondit : « Thurilicenlui Officiales unico duclu,». El ila declaravit. Die 19 Aprilis 1687.

1780.' COMEN. (3132)

Pro parle Rmi Episcopi, Capituli el Canonicorum Calhedralis Comensis supplicatum fuil pro confirmatione et approbatione concordiae super associatione Episcopi inilae inter praedictos sub die 13 Ociobns 1686, tenoris in eadem concordia exhibiti.

El S. R. C. censuil: « Non esse annuendum petitioni Rmi Episcopi, eximendo Capitulum el Canonicos ab associatione débita suo Pastori, sed mandavit servari ad unguem Decreta edita favore Dignitatis Episcopalis ». Die 19 Aprilis 1687.

(781. MAIORICEN. (3134)

Pro parte Rmi Episcopi Maioricen. supplicatum fuit a S. R. C. declarari: an sibi liceal delegare Benedictionem Campanarum, omissa unctione, personis ordine Episcopali non insignitis, ul eius praedecessores consuevisse asseritur?

El S. R. C., referente Emo D. Card. Colloredo, declaravit : « Non licere ». El ila decrevit. Die 19 Aprilis 1687.

1782. CREMONEN. (3138)

In causa Cremonen. Pontificalium pro Rmo Episcopo Cremonen. conlra Praepositum S. Agalae praedictae Civitatis el Praepositum *Pizziyhetlonr* eiusdem Dioecesis.

S. R. C. ulraque parte audita el informante, referente Emo el Rmo Domino Card. Colloredo, respondit el declaravit, ul infra:

1. < Circa baldachinum pretiosum: non lirer·· Praeposito S. Agalhae uti, nisi simplici, ad formam Decreti Alexandri VII ».

2. ‹¢ Circa candelas in Allan, cum privalim celebrat : ad mentem Eihi Ponentis, quae esi posse tolerari usum quatuor candclarum ».

3. < Quod non possit se facere associare neque anle neque post celebrationem Missac : praeter quam sil intra septa Ecclesiae ».

4. < Non posse uli mitra pretiosa, et teneri baculum pastoralem cooperire velo albo: ct eidem non licere, in Processionibus extra suam Ecclesiam et inrisdiciionem faciendis, sibi facere deferre mitram baculumque pastoralem, iuxla tenorem Bullae Pii IV ».

5. < Non posse eundo per Ecclesiam benedictionem impertiri ».

6. < Posse suppellectilem suae Ecxlesiae benedicere, non autem aliarum Ecclesiarum sibi subieclarum, nisi habeat indiillnm ».

7. < Non posse desumere paramenia ex Altari, dum privalim celebrat ».

Quo vero ad Praepositum *Pissighetlonr* censuil : < servandum esse Decretum s. m. Alexandri VII., circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum, a S. C. emanatum die 27 Septembris 1659 ».

El ila decrevit el servari mandavit. Die 14 Iunii 1687.

1783. PORTUGALLIEN. (3139)

Emi el Rmi Domini : Cum modernus Episcopus Porlugallien., Eminentiarum Vestraram devotissimus Orator, Synodum Dioôcesanam quantocius celebrare cogitet, illamque rile el recte facere cupiat: ne in sessiombus el congressibus lites oriantur, supplicat humiliter EE. VV. pro resolutione et declaratione infrascriptorum dubiorum:

1. An Dignitates el Canonici Praebendati Ecclesiae Porlugallien. debeanl, lam in locis el sessionibus, quam in Processiouibus et reliquis Synodi actibus, praecedere Abbates thiara utentes (Mitratos, ul dicitur) qui, ratione Ecclesiarum parochialium illorum Abbatiis adnexarum, Synodo intervenire tenentur, adhaerendo Caeremoniali Episcoporum , quod in Synodis Dioecesanis, in quibus non interveniunt Episcopi comptounciales., dat primum locum post Episcopuin Dignitatibusel Canonicis (Lilt. I,cap.31, n. 16)?

2. Quia idem Caeremoniale loco citato (η. II), ordinat Abbates in Synodis Provincialibus tiliaris seu mitris simplicibus uli; quaeritur, an in Synodo Dioecesana iidem thiaris simplicibus ini debeanl?

3. Eo quod in omnibus Synodis in Regno Lusitani· celebratis, post pacem Secrelarius

Synodi sedebit inIrâ Cappellam maiorem Ecclesiae super scamnum cum trapeza panno serico obtecta; quaeritur: an eadem consuetudo in Synodo, de qua agitur, servari debeat?

I. Siquidem Vicarius Generalis in actu Synodi, ul index postulationum seu querelarum, assistere debet, quaeritur: An intra Cappellam maiorem parte dextera in scamno cum trapeza, sicut de Secretario dicitur, sedere debeat? ut docet Gavantus in praxi Synod, pari. 15, cap. 9, num. 7.

Et S. R. C. ad supradicla dubia respondit ul infra, videlicet:

Ad 1. < Servandum esse Caeremoniale ».

Ad 2. « Pariter servandum esse Caeremoniale ad tenorem cap. *üt Aposlolicae* de Privileg. in G ».

Ad 3. « Posse servari consuetudinem ».

Ad 4. < Affirmative, nisi obstet contraria consuetudo ».

El ita censuit et declaravit. Die 14 lunii 1687.

1784. FANEN. (3141)

Pro parte et ad instantiam Francisci Bartozzi moderni Parochi ac Plebani Ecclesiae Sanctorum Petri el Pauli Terrae de Cartoceto Dioecesis Fanen. S. R. C. mandavit : « Ul tam in Processione SSiiii Sacramenti fieri solita qualibet tertia Dominica mensis post Missam cantatam, quam in Processione die solemnitalis Corporis Domini, el in aliis in quibus SSmum Sacramentum defertur, benedicatur populus cum SSmo Sacramento super Altare in Ecclesia, et non in ianua, contraria consuetudine non obstante, quam abusum esse declaravit ». Die 19 lulii 1(587.

1785. FOROSEMPRON1EN. (3144)

Pro parte el ad instantiam Hippolyti Manasangue Plebani Parochialis S. Apollinaris de *Hellaguarda* Forosempronien. Dioecesis, supplicatum fuit pro resolutione: An in Missis \olivis Beatae Virginis, quae canlaniur in Officiis ruralibus conventualibus nuncupatis, dum per gyrum in Parocbialibus Dioecesis celebrantur, canendum sil *Credo, ex* deducti, el allegatis in supplici libello?

El S. 11. C. respondit: « In casu proposito Rubricas de Missis votivis servandas esse ». Et ila censuil et declaravit. Die 30 Augusti 1687.

1786. EISBONEN. (3146)

Pro parle nonnullorum Ecclesiasticorum Cleri Lisbonen. supplicatum fuit pro declaratione: quaenam Missa debeat celebrari in Dominica palmarum, et aliis tribus diebus sequentibus in illis Ecclesiis, ubi fit oratio quadraginta horarum, quae socalur laus perennis, cum solemni expositione SSiiii Sacramenti, cum concursu fidelium?

Et S. R. C. respondit : « Servandas esse Rubricas et Decreta S. C. ; nempe, in diebus in quibus prohibetur fieri de Festo duplici, non posse dici Missas votivas ». El Ha declaravit. Die 30 Augusti 1687.

1787. LAUDEN. (3147)

Pro parte Riiii Episcopi Lauden. supplicatum fuit a S. R. C. declarari:

1. An duobus Canonicis assistentibus Episcopo ad Sedem Episcopalem liceal, eo tempore quo assistunt, recitare privalim Officium ?

2. An praedicti Canonici assurgere possint et debeant, ac tollere biretum dum perlranseunl alii Canonici ?

3. An, assistente Episcopo horis Canonicis, in communi confessione, quae filalternatim, debeat dici: *Vobis Fratres,* seu potius: *Tibi Paler?*

Et S. R. C. respondit: « Servetur in omnibus Caeremoniale ». Die 20 Septembris 1687.

1788. TRIDENTINA. (3149)

Nomine Cleri Civitatis Tridentinae institum fuit a S. R. C. declarari: an ipsa die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, praesente cadavere, debeant cantari el celebrari Missae omnium defunctorum de eodem die, vel ul in die obitus.

Et S. R. C., iuxta alias resoluta in Lisbonen. 14 Aprilis 1646 respondit: < Ultra Missam de communi defunctorum, cantandam esse Missam ul in die obitus praesente cadavere defuncti; Missas autem privalas dicendas esse de communi ». Die 20 Septembris 1687.

1789. VERCELLEN. (31150)

In causa Vercellen. praecedentiae inter Confralres SSrni Sacramenti luci Robii ex una, el Confralres SSmae Trinitatis eiusdem loci Vercellen. Dioecesis parte ex altera, S. R. C., referente Erno et Riïio D. Card. Columna, ulraque parle audita et informante in voce el in scriptis, censuil: < Indulgendum, ul Societas SSrhi Sacramenti praecedat in Processionibus lanium in quibus SSnmni Sacramentum defertur, dummodo eadem accedat ad alias Processiones iuxta

ordinem antianilalis ». El declaravit, decrevit et servari mandavit. Die 20 Septembris 1(587.

1790. BARC1N0NEN. (3152)

Pro parte Monialium primi Monasterii Capuccinarum Hispaniae Civitatis Barcinonensis pro securitate earum conscientiae supplicatum fuit a S. il. C. declarari:

1. An praedictae Moniales gaudeant privilegiis, quibus Fratres Capuccini fruuntur, etiamsi Ordinario subiicianlur, el non Capuccinis?

2. An ex quo b. m. Leo Papa X concessit Religionibus omnibus, proni refertur a Brunone Casaiud in suo Tract, de Privilegiis Regularium Trad. 8, cap. 3, Proposit. 5, quod Ministri Provinciales in suis Capitulis Provincialibus respective possint, de consilio Definitorum, nominare duos vel 1res Fratres, qui sic nominati curent ordinare et instituere unum Calendarium Sanctorum, Feriarum et Dominicarum pro loto anno, cum regulis necessariis, ita ut semper in quacumque Provincia, lanquam Moniales illarum Provinciarum respective, idem Officium el de eodem Sancio, vel Festivitate, vel Feria faciant; ne varietati vel discordiae locus detur, dum tamen non multum discrepet a Calendario Romano, praedictae Moniales, etsi Ordinario el non Religiosis Capuccinis snbieclae sint, debeanl se conformare cum Calendario sic formalo a Patribus Capuccinis?

Et S. R. C. referente Emo et Rmo D. Card, de Lauraea, respondit :

Ad I. « Adeant Sacr. Congregationem Episcoporum et Regularium ».

Ad 2. « Posse uti Calendario Patrum Capuccinorum ».

El ila declaravit. Die 24 lanuarii 1(588.

1791. ASCÜLANA IN APULIA. (3153)

Cum pro parle Ducissae Civitatis \seuli in Provincia Beneventana expositum fuerit, ipsam esse quasi in possessione in Ecclesiis praedictae Civitatis , excepta Cathedrali , ulendi genullexorio cum strato el pulvinari, el anno praeterito mola lite coram A. C. super manuientiono contra Patres S. Francisci eiusdem Civitatis, el pendenle ita non decisa, illius Episcopus reassumerc fecerit huiusmodi causam a S. R. C., quae modo ad instantiam ipsius Ducissae supplicata fuit vel illam remittere ad A. C., vel declarare Oratricem manulenendam esse in dicla possessione ex iuribus exhibitis atque deductis.

El S. R. C. respondit : < Nihil de remissione causae; ei non licere uti genullexono el strato in Ecclesiis Regularium, el Episcopus prohibeat, eliam iuris remediis ». Et ita declaravit atque decrevit. Die 13 Martii 1(588.

1792. DECRETUM GENERALE. (3156)

Cum pluries S. R. C., inhaerendo Decretis alias editi-, declaraverit: Nullo modo dandum esse Evangelium ad osculandum saecularibus, eliam Praesidi, m celebralione Missarum; nec non ipsis prohibuerit usum Baldachini, ac insuper denegaverit assistenliam in Presbyterio;

Eiiii el Rmi Domini S. R. praepositi mandarunt , ul < Decreta prohibentia personis saecularibus osculum Evangelii, usum baldachini el assistenliam in Presbyterio, renoventur, et exempla illorum transmittantur Archiepiscopis el Episcopis Regni Neapolis, eisdemque iniungendo, ul illa intimari faciant Superioribus Ecclesiarum suae Dioecesis, tam Saecularibus quam Regularibus, el in casu transgressionis, procedant, etiam contra Regulares, auctoritate eiusdem S. C., ad poenam interdicti ». Et ila decreverunt el in Ecclesiis Regni Neapolis omnino servari iusserunl. Die 13 Martii 11588.

1793. DUBIUM. (3158)

Cum alias s. m. Alexander VII, de consilio S. R. C., sub Brevi dato die 5 Augusti 1667 declaraverit, ul in diebus impeditis a Festo duplici, quibus Missae de Requiem celebrari non possunt, celebrando Missas de Festo currenti in Altaribus Pnvilegialis quotidianis perpetuis, eadem Indulgentia lucretur, ac si Missa de Requiem secundum Privilegiorum formam celebrarelur: el deinde cum eadem declaratio, praecedente etiam voto eiusdem S. C., a s. m. Clemente IX, alio Brevi sub die 23 Septembris 1669, extensa fuerit omnibus Altaribus pnvilegiatis non perpetuis, nec quotidianis; ita ut, favendo privilegio, suffragetur celebratio Missae in illis de Festo currenti ; nunc ortum est dubium : An supradiclae declaration» s Alexandri VII el Clementis IX intelliganlur eliam m diebus Dominicis el infra octavas Paschalis, Pentecostes et Corporis Christi? fuit a SSmo Domino Nostro remissum ad S. R. C. pro volo; quod relatum fuit ab Emo el Rmo Domino Card. Colloredo;

Et S. R. C. respondit: < Supradictas declarationes intelligendas esse pro omnibus

©

diebus, quibus, iuxla Rubricas, non potest dici Missa de Requiem ». Die 3 Aprilis 1688.

1791. MEDIOLANEN. (3160)

Supplicante Galealio de Vicecomitibus de Aragonia nobili Mediolanensi pro declaratione sibi et successoribus deberi Sedem in primo loco post Ecclesiasticos cum genuflexorio et lapete extra presbyterium, et honorem thuris et pacis post Ecclesiasticos, privative quoad omnes alios seculares, in terris, oppidis et locis, de quibus est Dominus el Patronus Feudalarius, et signanter in oppidis de Oleggio el Iuvorio superiori in Dioecesi Novation., locis antiquissimis suae domus, ad instar concessionis alias factae comiti Ferranti Cavenego Mediolani sub die 15 lanuarii 1661, 17 Iunii 1073 el 11 Ianuarii 1676;

S. R. C., referente Emo I). Card. Carpineo, pro Eiiio 1). Card. Chisio Ponente, respondit: < Servetur Caeremoniale ». Et ita declaravit. Die 3 Aprilis 1688.

£795. CORDUBEN. (3161)

Pro parte et ad instantiam Exili el Rmi D. Card, de Salazar Episcopi Corduben. supplicatum fuit apud S. R. C. declarari infrasciipta dubia, videlicet:

1. An assistentes qui ministrant Episcopo ponlificaliler celebranti, ac in actu lavandi pedes pauperibus Feria V in Coena Domini, sedere debeant in scamnis, an vero in scabellis?

2. An supradic.tis assistentibus, qui reperiunlur ab aliquibus annis in quasi possessione sedendi supra scamna, videntibus Episcopis antecessoribus el tacentibus, possit permitti continuatio in dicta quasi possessione, seu potius abusu?

3. Cum Episcopus ponlificaliler celebret in Vesperis et in Matutinis ad nonani Lectionem, an unus ex assistentibus debeat sustinere librum, el si renuat possit el debeai ei praecipi?

4. An pro eximendis dictis Canonicis ab observantia praescriptorum in eodem Caeremoniali, sufficiat dicere quod id non sil receptum in Ilispaniis?

5. An Episcopus, etiamsi sil Cardinalis, debeat inter Ordinationum solemnia permittere Canonicis el Rationariis, qui ab eo promovendi sunt ad Ordines sacros, quod super sellas sedeant, donec alii inferiores ordinentur? Nam si illis hoc non permittitur, nolunt accedere ad suscipiendos Ordines; el quatenus Episcopus ad hoc non teneatur, quaeritur .m eisdem possit id concedere ex indulgentia vel urbanitate, sine praejudicio dignitatis Cardinaliliae et Episcopalis ?

EI S. R. C., referente Eiiio et Riiio Domino Card, de Aguirre, respondii nt infra:

Ad 1. « Assistentes in scabellis nudis sedere debere, iuxla dispositionem Caeremonialis lib. 1, cap. 8, § 2 ».

Ad 2. « Consuetudinem in oppositum esse abusum, ideoque corrigendum».

Ad 3. « Servari debere regulam Caeremonialis, ut assistens Presbyter sustineat manibus librum, dum Episcopus ponlificaliler celebrat; inde autem consequens est, ul Episcopus ipse opportunis remediis compellere possit ad id exequendum ».

Ad 4. « Non sufficere ».

Ad 5. « Potest Episcopus, quamvis sil Cardinalis, id permittere ex aequitate el indulgentia quadam, dummodo tamen sellae pro Canonicis el Rationariis sint inferiores quam sella Episcopi ». EI ita declaravit, decrevit el servari mandavit. Die 3 Aprilis 1688.

£796. SARNEN. (3162)

Cum Sacrae Congregationis Decreto liceat Regularibus in eorum propriis Ecclesiis SSmum Eucharistiae Sacramenlum publice adorandum exponere ex causa privata. dummodo SSfiium Sacramenlum e tabernaculo non extrahatur, el velalum remaneat, ita ul ipsa Hostia videri non possit; Episcopus Sarnensis declarandum proposuit ul infra, videlicet:

1. An pro tabernaculo inlelligi tantum debeat id quod in maiori, aut allero alicuius Cappellae Altari fixum est, ut inibi servetur continuo SSilia Eucharistia ? Et quatenus affirmative.

2. An liceat Regularibus uli tabernaculo amovibili vel porlalili, illudque ad eorum libitum in quocumque Ecclesiae propriae Altari collocare, ac ibi exponere sacram Pixidem, e solo tabernaculo fixo extractam ?

Et S. R. C., referente Eiho el Riiio Domino Gard. Colloredo, respondit: « Licere de consensu Episcopi ». EI ita declaravit. Die 10 Iulii 1688.

£797. BITUNTINA. (3164)

In causa Biliinlina Stolae el praecedentiae vertente inter Sacerdotes participantes Cathedralis Ecclesiae Civitatis Bilunlinae ex una, et Parochos eiusdem Civitatis parte

ex altera, propositis in S. R. C. ac discussis infrascriplis dubiis,

1. An m functionibus non Parochialibus, cl praecipue in Processionibus el Choro, liceat Parochis deferre Stolam? -

2. An in Choro, Processionibus el reliquis functionibus, debeant Bénéficiai! Cathedralis capilulariter inservientes praecedere Parochis?

Et S. R. C., referente Emo et Rmo Doni. Card. Colloredo, ulraque parte hinc inde audita el informante in voce el in scriptis, respondit :

Ad 1. « Affirmative, nempe Parochis licere deferre Stolam ».

Ad 2. « Negative, nempe competere Parochis praecedentiam ».

Et ila declaravit atque decrevit. Die 21 Augusti 1688.

1798. BURGI S. DONNINI. (3165)

In controversiarum causa vertente inter Franciscum de Asie Archipresbyterum Allaevillae ex una, et loannem Baptistam Venturinum Rectorem seu Parochum Villae S. Crucis parte ex altera, Dioecesis Burgi S. Donnini, propositis dubiis a praedicto Rectore seu Parocho S. Crucis formatis illisque discussis, nempe:

1. An Parochus S. Crucis cum suo populo teneatur accedere ad Processionem SS. Corporis Christi in Ecclesia Allaevillae?

2. Posito, quod dictus Parochus non teneatur accedere ad dictam Processionem Allaevillae ; an possit in sua propria Ecclesia parochiali dictam Processionem facere eadem die?

3. An dictus Parochus teneatur personaliter accedere ad benedictionem sacri Fontis in die Sabbati Sancti lici i solitam in dicta Ecclesia Allaevillae ?

4. Posito, quod dictus Parochus non teneatur personaliter accedere ad dictam Ecclesiam Allaevillae occasione dictae functionis Sacri Fontis: an possit mittere Sacerdotem ad accipienda Olea sacra, et in propria Ecclesia parochiali Sacrum canere?

5. R. C., referente Eiiio el Rmo Dom. card. Colloredo, visis el auditis iuribus hinc inde deductis ab ulraque parte informante, respondii :

Ad l et 2 : < Ad mentem (Mens est ul scribatur Episcopo, quaenam ex distantiae mcnsuralionibus factis sit conformis usui regionis) ».

Ad 3 et 4: < Ad indices suos ». Die 21 Augusti 1688.

1799. AGRIGENTINA. (3168)

Emi el Rmi Domini, Capitulum Cathedralis Ecclesiae Agrigentinae antiquitus constabat qualuordecim Capitularibus distributis ab anno 1554 per Praesulem Octavianum, ultra Dignitates, in Canonicos Presbyteros, Diaconos et Subdiaconos.

Anno 1567, confirmata per Aloisium dicta distributione, supradiclis qualuordecim Capitularibus adiuncli fuerunt alii sex, 1res videlicet Ordinis Presbyteralis, duo Diacon.dis et unus Subdiaconalis; islique ratione posterioris erectionis contenti fuerunt semper praecedi ab aliis qualuordecim antiquioris erectionis tam in Choro, quam in Processionibus, .diisque actibus Capitularibus.

Inter dictos primos qualuordecim antiquiores, el istos moderniores omnes, ut supra, distributos in 1res ordines Presbyterorum , Diaconorum el Subdiaconorum emersit controversia: utrum m peragendis functionibus spectantibus ad Ordinem Presbyteralem, deficientibus Presbyteris primae erectionis, succedere debeant Presbyteri secundae, vel potius istis prius anteferri debeant Diaconi, el Subdiaconi dictae primae? Et eodem modo in peragendis functionibus diaconatibus an si deficiant Diaconi antiquae erectionis, sint admittendi Diaconi erectionis modermons, vel istis potius praeferendi veniant Subdiaconi dictae antiquioris erectionis?

Ad sedandam huiusmodi controversiam el pro bono pacis dictae Cathedralis, omnes Capitulares supradicli tam antiquioris quam modernioris erectionis coniunclim supplicant huic S. C. pro resolutione infrascriplorum dubiorum:

1. An deficientibus Presbyteris antiquioris erectionis, munus Presbyteri Assistentis Riho Episcopo, ac eidem subministrandi incensura, expleri debeat ab uno ex Presbyteris siipradictae modernioris erectionis; vel potius, istis posthabitis, a Diaconis el Subdiaconis dictae antiquioris erectionis?

2. An, in canendis Missis, quae vel ad praescriptum Caeremonialis, vel de consuetudine dictae Cathedralis, cani debent a Dignitatibus, seu Canonicis Presbyteris, deficientibus iisdem Dignitatibus et Presbyteris supradictae primae erectionis, admitti debeant Presbyteri secundae erectionis, vel potius praeferendi sint Diaconi et Subdiaconi dictae antiquae erectionis?

3. An infra octavas in quibus canere

Missas debent Canonici, postquam eorum turnum expleverunt Presbyteri antiquiores, succedere debeant in canendis huiusmodi Missis immediate Presbyteri moderniores, vel potius Diaconi el Subdiaconi supradictae primae erectionis?

4. An, delicientibus Diaconis primae erectionis, adsistere debeant Riim Domino Episcopo Diaconi secundae erectionis; vel potius, istis postpositis, Subdiaconi dictae primae erectionis?

B. An, simili modo delicientibus Diaconis dictae antiquioris erectionis, canere debeant Evangelium in Pontificalibus Diaconi erectionis modernioris; vel potius, istis posthabitis, subintrare debeant Subdiaconi primae erectionis?

Et S. R. C., referente Emo et Riiio D. Card. Colloredo, respondit in omnibus supradictis dubiis: «Delicientibus Canonicis antiquioribus, admittantur novi Canonici eiusdem Ordinis ». El ila declaravit atque decrevit. Die 21 Augusti 1688.

1800. CAIETANA. (3169)

S. R. C. audita relatione Rihi Episcopi Civitatis Caietanae, cui scriptum fuit pro informatione, el ad instantiam Magistratus illius Civitatis, nec non visis el auditis iuribus hinc inde deductis, declaravit : «Non licere dicto Magistratui incedere capite cooperto quando defert hastas baldachini in Processionibus cum asportatione insignis Reliquiae Ligni SSriiae Crucis, et Statuae et Reliquiae brachii S. Erasini Protectoris eiusdem Civitatis ». Et ila decrevit et servari mandavit etiam ab universo Clero, el aliis saecularibus praedictas Processiones comitantibus. Die 25 Septembris 4688.

1801. MUTINEN. (3170)

Capitulum et Canonici Calhedralis Ecclesiae Mulinen. supplicarunt a S. R. C. declarari: an in Missa Rogationum in Festo S. Marci, quod hoc praesenti anno 1688 incidit in Dominicam in Albis, dicendum fuerit Credo, nec ne? Cum dubitandi occasionem praebuerit qualitas diei, nimirum Dominicae in Albis, cuius ralione dicendum erat, el circumstantiam Rogationum, cuius intuitu erat omittendum.

El S. R. C. respondil: < Negative, nempe non dicendum *Credo,* quia est Missa ferulis ». El ila declaravit el servari mandavit. Die 28 Septembris 1688.

(802. SALERNITANA. (317t)

Quidam Canonici Calhedralis Ecclesiae Salernitanae exposuerunt, qualiter eorum Episcopus repentur brachio destitutus et pede ob apoplexiae infirmitatem, ila ul non possit in Throno assistere divinis Officiis cum cappa, aliisque sacris paramentis, sed quandoque assistit in ipsa sella gestatoria cum zimarra, el collocatus in planitie Throni vult osculari Evangelium, benedicere incensum cl facere alias functiones, quas faciunt Episcopi sacris paramentis induti. El quia haec est res insolita, petierunt dicti oratores declarari: An sil licitum el decens?

El S. R. C. respondil : « Non licere ». Et ila declaravit. Die 2B Septembris 1688.

(803. COMEN. (3(74)

Canonicorum Collegium Ecclesiae Calhedralis Comensis S. R. C. humiliter proponunt :

1. An Emo Card. Episcopo pergente ad Ecclesias seu saeculares seu regulares, vel celebrandi vel alias functiones persolvendi causa, dum a duobus vel pluribus Canonicis associatur Calhedralis Ecclesiae, aut habitu canonical! aut civili indutis, ad ipsos speciet, vel ad Rectores Ecclesiarum Monialiumque Confessorios eidem Episcopo porrigere aspersorium ?

2. Cuinam pariter competat aspersorium porrigere, quando solemnes aguntur supplicationes in praedictis Ecclesiis, cum interventu lotius Capituli habitu canonical! induti?

El S. R. C. inhaerendo Decretis alias in similibus editis, el signanter in Messanen. 11 Iulii 1643 el in Lauden. 6 Aprilis 1680, respondil :

Ad 1. « Spectare ad Rectorem, seu digniorem illius Ecclesiae, ad quam Episcopus accedit ».

Ad 2. « Ad primam Dignitatem, seu digniorem de Capitulo Calhedralis ».

El ita declaravit et servari mandavit. Die 25 Septembris 1688.

(SOI. BAVAR1EN. (3175)

Ex parte Procuratoris Generalis Capnccinorum Provinciae Bovariae expositum fuit, quod cum eadem die occurrant Festa Dedicationis eorum Ecclesiae et Sanctorum Angelorum Custodum, proinde dubitatum est de quo Festo deberet fieri translatio?

Et S. R. C. « Festivitatem SSrum Angelorum Custodum transferendam esse consuit ». El ita decrevit. Die 4 Decembris 4688.

1805. SEGOVIEN. (3177)

Proposito Presbyterorum et Clericorum dubio in S. R. Congregatione, videlicet :

Cum in Calhedrali Ecclesia Segovien. nonnulla recitentur Officia particularia Sanctorum, etiam cum octavis eorum, quaeritur an praedicti oratores, qui in dicla Ecclesia non officiant, teneamur se conformare in omnibus tum Officiis particularibus el oclavis huiusmodi ?

S. R. C. declaravit : « Clericos Civitatis et Dioecesis Segovien., nulla gaudentes praebenda in Ecclesia Calhedrali diclae Civitatis, seu peculiari illius Chori servitio non addictos, non posse se conformare cum dicla Calhedrali in recitatione Officii seu Officiorum eius Calhedralis, prout alias responsum fuit ». El ila decrevit. Die 4 Decembris 1G88.

1806. CAESARAUGUSTANA (3178) CAEREMONIARUM.

Alias, nempe sub die II Martii 1684, instantibus DD. Archiepiscopo Caesaraugustanen. et Decano, Capitulo et Canonicis illius Metropolitanae, S. R. C., ad relationem Eiiii et Riiii Domini Card. Casanate, declaravit : Non licere Vicario el Beneficialis parochialis Ecclesiae S. Pauli deferre gremiale in Processionibus, intra limites eorum Parochiae fieri solitis ; neque collocare septimum candelabrum in Altari maiore diclae eorum Ecclesiae, dum solemniter vel privatim celebrant ; et demum ipsos non valere uti instrumento in Italia nuncupato *Hiujid,* et in Hispania *Palmatorni;* quae declaratio, visis iuribus hinc inde deductis, fuit postea per eaindem S. C. confirmata, nempe sub die 10 Februarii 4685, et deinde perSSmum, medianto Brevi speciali sub die 31 Octobris 1687. Sed cum in pluribus aliis Ecclesiis eiusdem Civitatis, tam Saecularium quam Regularium, el signanter in illa Monasterii S. Engraliac Ordinis S. Hieronymi, quae, licet exstat in dicla Civitate, tamen est Dioecesis Oscen., invaluerint similes abusus ;

S. R. C., referente eodem Domino Cardinali, el ad instantiam eorumdem Dominorum Archiepiscopi, Decani, Capituli et Canonicorum, censuil : «Prohibitionem dictarum praeemineniianim extendendam fore, et esse ad omnes alias Ecclesias ipsius Civitatis, el nommalim ad illam S. Engraliae, iniungendo Archiepiscopo ul contra transgressores, etiam exemptos, procédai auctoritate S. C. ». El ila declaravit. Die 22 Ianuarii 1689.

1807. REGIEN. (3480)

Habito recursu ad S. R. C. per Ecclesiasticos S. Prosperi Region. Civitatis super resolutione dubii, nempe : Utrum attenta dispositione Ludovici Maioli instituentis haeredem Communem magnam S. Prosperi diclae Civitatis, cum onere celebrandi quotidie Officium defunctorum in dicla Ecclesia pio animalius ipsius testatoris eiusque antecessorum, ab iisdem Ecclesiasticis recitari debeat praedictum Officium defunctorum ante vel post Horas canonicas cunctis diebus, vel in casu quo recitari non possii ob aliquod impedimentum in dicta die, transferri possii ad aliam non impeditam, cum onere iniuuclo Sacerdotibus diclae Communis pro die impedito faciendi commemorationem in eorum Missis pro animabus ipsius testatoris el antecessorum ; denique quomodo, el pro quibus diebus facienda sit dicta translatio?

S. R. C., ad relationem Emi D. Card, de Lauraea Ponentis, censuil : « Praedictos Ecclesiasticos teneri recitare dictum üflicium omnibus diebus, excepto limen triduo maioris Hebdomadae el Festis primae ot secundae classis; in his autem teneri facere commemorationem in Memento mortuorum ». El ila decrevit. Die 22 Ianuarii 1689.

1808. GERUNDEN. (3182)

Proposita in S. R. C. instantia Riiii Episcopi Gorunden. et Capituli eiusdem Calhedralis super infrascriptis dubiis, videlicet:

1. An Magistratui el Iui alis Civitatis Gerunden., tam in dicla Calhedrali quam in aliis Ecclesiis eiusdem Civitatis, licitum sit habere locum in Presbyterio?

2. An Capitulum ac Canonici eiusdem Ecclesiae potuerint Magistratui el Iutatis per viam concordiae, non tamen auctoritate Aposlolica coniti matae, permittere sive concedere locum in dicto Presbyterio, ila ul ob huiusmodi concordiam per tempus viginli innorum observatam, aliquod ius ad illum acquirere valuerint?

3. An prohibendum sit Magistratui el Iuratis no utantur Sedibus el pulvinaribus cum tapete, tam in Ecclesiis quam in alio

quocumque loco, in quo debenl concurrere sive assistere Episcopo vel Canonicis repraesenianies Capitulum ?

Et supplicantibus pro eorum resolutione ad formam Decreti per Sacram Congregationem Concilii emanatam sub die 10 Novembris 1657, ad instantiam Praecentoris Maioris Calhedralis Ecclesiae Gerunden., declarantis : non licere Ecclesiis Collegiatis concedere Officialibus laicalibus locum in Presbyterio, conlinnati ab eadem S. C. Concilii sub die 31 Augusti 1658, nec non iuxla tenorem Decreti Generalis huius S. R. C. sub die 13 Marlii 1688, el alias resoluta:

S.R.C.,supradictis Decretis inhaerendo, respondit :

Ad 1. < Non licere >.

Ad 2. < Non potuisse, et transactionem non sustineri ».

Ad 3. < Prohibendum ».

Et ita decrevit et servari mandavit. Die 12 Martii 1689.

(809. BOVEN. (3184)

Capitulum el Clerus Boven. Civitatis petiit declarari a S. R. C. sub quo rilu debeat celebrari Missa et recitari Officium S. Rochi m Ecclesiis litularibus eiusdem Sancti, tanquam titularis, qui penes omnes rhristifideles in maxima veneratione semper est habitus : attento quod concessum fuerit eiusdem Missa el Oilicium celebrari in iis lanium locis, ubi adsunt Ecclesiae in eius honorem ?

El S. R. C. respondit : « Iuxla Rubricas litularibus competentes ». Die 18 Iunii 1689.

18(0. CAIETANA. (3185)

Alias S. R. C., in una Firmana die I Decembris 1657, decrevit : Sacerdotes deferentes in Processione Reliquias, capile delecio incedere; die vero 25 Septembris 1688, Herum in eadem Caielana declaravit: non licere Magistratui incedere capile, cooperio, quando defert hastas baldachini in Vrocesstonibus cum asportatione insignis Reliquiae Ligni SSmae Crucis, el Statuae ac Reliquiae Brachii S. Erasini Prolecloris ; insuper neque saecularibus et universo Clero comitantibus. Nunc vero iterum proposito praedicto dubio, eadem S. C.: < Omnes laicos delecto capile incedere debere consult, iuxla superius resoluta ». Die 18 Iunii 1689.

(811. CASSANEN. (3186)

S. R. G., attenta Episcopi relatione, censuil: « Fratribus Minoribus Morani Cassanen. Dioecesis licere in die Corporis Christi celebrare Missas lectas in propria eorum Ecclesia, el per octavam, ante completam Missam solemnein et Processionem consuetam ». Et ita declaravit. Die 18 Iunii 1689.

(812. ROMANA (3189)
GENUFLEXIONS.

Cum alias a S. R. C. emanaverit Decretum sub die 2 Decembris 1G84 tenoris sequentis : proposita per Eiiium Dominum Gard. Azzolinum elc., ul supra sub dicla die ; El cum insuper sub die 28 Iulii 1685, decreverit ut infra, videlicet: Cum S.R.C. elc., ul supra sub indicata die; hinc est quod, referente Emo et Rmo D. Card. Pamphilio Ponente,

S. R. C. censuil el declaravit : < Praefatos Beneficialos et Cappellanos, Clericosque Beneficiates et ceteros his inferiores, exceptis Canioribus eiusdem Sacrosanctae Ecclesiae Lateranensis, non solum in praenarratis supra casibus, verum eliam in quibuscumque Missis solemnibus ad Confessionem cum suo psalmo, teneri ad genulle‹ lendum iuxla praeceptum Rubricae Missalis cap. 17, *De ordine genu/lectendi,* num. 5, quacumque consuetudine etiam immemorabili, (piae allegari possel, non obstante, quam abusu in esse el corruptelam S. C. declarat; cum consuetudines contra Rubricas Missalis sini sublatae per Decretum eiusdem S. C. a (el. rec. Urbano PP. VIII confirmatum, el in principio Missalis Romani appositum ». Ei ila decrevit, el imposterum omnino a supradictis servari mandavil. Die 18 Iunis 1689. rd|

18(3. NOVARIEN. (3190)

Cum alias S. R. C. decrevisset nihil innovari per Episcopum Novarien. super iure solemnis ingressus per eumdem Episcopum faciendi; nunc, attenta ipsius relatione super expositis a Capitulo el Canonicis Collegiatae Ecclesiae S. Gaudenlii Civitatis Novarnc, quod praefatus Episcopus supradictain Ecclesiam, Digniiaies el Canonicos visitare, ibique el alibi celera iura episcopalia exercere non possit ante dictum solemnem ingressum in eiusdem Episcopi adventu ad didam Civitatem Novarien. el Ecclesiam S. Gaudenlii, et nisi ibi paramenlis pontificalibus per manus praefatorum

Canonicorum induantur, iuxla antiquum stilum aliorum Episcoporum antecessorum, antequam ipse Episcopus ad Ecclesiam Cathedralem perveniat.

S. R. C., instantibus praedicto Rmo Episcopo ex una, Capitulo el Canonicis dictae Collegiatae S. Gaudenlii Civitatis Novarien. ex altera partibus, islisque impugnantibus praedictam visitationem, referente I.iho el Riiio D. Card. Casanale Ponente, auditisque prius iuribus hinc inde deductis, utraque parte informante, tam in voce quam m scriptis, censuil el declaravit : < Episcopum praefatum Novarien. posse ad visitationem dictae Ecclesiae S. Gaudenlii procedere, non obstantibus quibuscumque ». Ei Ha decrevit el servari mandavil. Die 30 Iulii 1G89.

1814. ORDINIS (3191)
CAPUCCINORUM.

Institum fuit a S. R. C. declarari: an in Missis votivis B. M. V., quae celebrantur in Sabbato, dicendus sil Hymnus *Gloria in excelsis Deo* ?

El S. R. C., inhaerendo Decretis alias editis, iuxla Rubricas Missalis Romani, respondit : « Affirmative, etiamsi non liat Officium de ea ». El ila servari praecepit. Die 30 Iulii 1G89.

1815. CAESENATEN. (3192)

Propositis in S. R. C. dubiis, videlicet :

1. An Abbates Congregationis Cassinensis, Canonicorum Regularium Lateranensium S. Augustini, el Coeleslinorum teneantur interesse Processionibus, quae fiunt a Calhedrali in die Corporis Christi, S. Marci, Rogationum, nec non aliis temporibus, dum pro re gravi ab Episcopo eiusmodi Processiones indicuntur ; et si eisdem intéressé recusent, an et quas poenas incurrant ?

2. An iidem Abbates paramenia sacra ad usum suarum Ecclesiarum minime spectantia, non solum Ecclesiarum exemptarum, sed eliam iurisdictioni Episcopi sublectarum, benedicere indiscriminatim possint ?

3. An in Ecclesiis in quibus asservantur Reliquiae insignes Sanctorum Martyrum, quorum nomina mutuata fuerunt ab aliis, quod eorum propria ignorarentur, recitari possit Officium de iisdem, et in Oratione proferri nomen quod illis impositum fuit?

Eadem S. R. C. respondit :

Ad I. < Adeundam esse Congregationem Sacri Concilii ».

Ad 2. « Abbates non posse uti privilegio benedicendi sacram supellectilem, nisi pro usu suorum Monasteriorum, iuxla alias resoluta, el in conlrafacienles Episcopos posse animadvertere, iuxla Decretum Generale circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum de mandato s. m. Alexandri VII editum, el alterum Decretum declarativum eiusdem ad instantiam Cassinensium ».

Ad 3. < Non posse recitari Officium, nisi constet de identitate Corporis sive Reliquiae insignis illinsmet Sancti descripti in Martyrologio Romano, prout in similibus respondit S. C. ». Et ila servari mandavit. Die 30 Iulii 1089.

181G. DECRETUM. (3193)

Supplicante Fratre Laurentio a Zibello Provinciali Capuccinorum Provinciae Longobardiae pro definitiva responsione : Utrum m praesentium bellorum emergentis, diri debeal in Missa Collecta Turearum et Haereticorum, ul in Rituali, vel potius Paganorum tantum, sicut in Missali?

S. R. C. respondit: « In Missa dicendaesse Orationes quae habentur in Missali Rosmano, ut in similibus respondit eadem S. C., iuxla Constitutiones B. Pii V, Clementis VIII et Urbani VIII, in eodem Missali editas ». Et ila declaravit el servari mandavit. Die 30 Iuhi 1089.

1817. NEAPOLITANA. (319»)

Quaesitum fuit a Presbyteris Cappellanis Ecclesiae S. Mariae de Constanlinopoli nuncupatae : An in Missis votivis de B. Maria, quae in qualibet Feria III m eadem Ecclesia ex legato cantantur, possint dici *Gloria* el *Credo* ?

S. R. C. respondit: «Negative, iuxla Rubricas Missalis Romani, quas omnino servari mandavit ». Die 30 Iulii 1089.

1818. URBIS. (3198)
S. PETRI IN VATICANO.

Exponentibus S. R. C. Capitulo et Canonicis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, a Magistro Caeremoniarum Lateranensis Basilicae, contra inveteratam consuetudinem in praetentis Processionibus S. Marci, praelensum fuisse minime spectari Beneliciato vel Clerico Acolytho praedictae Vaticanae Basilicae aspersorium tradere Diacono, a quo Rmo Domino Vicesgerenli Basilicam ingredienti, universum populum cum aqua benedicta aspersuro, prae-

beatur; sed per ipsum Caeremoniarum Magistrum a dicto Acolytho, Beneficial·) vel Clerico Beneficiato prius recipiendum esse, postea propriis ipsius inanibus Diacono, parato Episcopo ministranti, tradendum.

S. R. C., re mature perpensa, inhaerendo similibus Decretis alias emanatis, consuit: < Non licere, nec ullo modo licuisse praedicto Lateranensi Caeremoniarum Magistro a manibus Acolythorum Vaticanae Basilicae aspersorium recipere, sed per eosdem Diacono Episcopo assistenti esse tradendum ». Et ila decrevit et imposlerum servari mandavit. Die 30 Iulii 1689.

18(9. AQUILANA. (3199)

Supplicatum fuit a loanne Baptista Xaverio Pandulpho Abbate Collegiatae et parochialis Ecclesiae Civitatis Aquilanae per S. R. C. declarari infrascripla dubia in supplici libello allata, videlicet :

1. An, Abbate solemniter celebrante, Diaconi et Subdiaconi officio fungi debeant Canonici, vel Cappellani ipsius Collegiatae?

2. Quonam habitu induti assistere in Choro debeant, utrum videlicet talari veste, superpelliceo et birreto ?

3. Utrum, cum agatur de Ecclesia Collégiale, quae quinque habet Canonicos sexque Cappellanos, adsit obligatio Missam conventualem quotidie celebrandi, praeter aliam pro legatorum onere canenda? Elan m Festis de praecepto teneantur illi cantare Missam solemnem?

El S. R.C., relatione Episcopi attenta, ac inhaerendo Decretis alias editis, respondit:

Ad 1. «Abbati solemniter celebranti Canonicos pariter m officio Diaconi el Subdiaconi inservire debere ».

Ad 2. « Canonicos, ceterosque divinis Officiis in Choro assistentes, decenti habitu talari, nec non superpelliceo ac birete indutos esse debere, ei contrarium abusum omnino abrogandum ».

VI 3. « Missam Conventualem singulis diebus celebrandam esse, nec ob Missam votivam, seu aliam ex Legalo praescriptam, omitli posse, ul Canonici licite possint lucrari distributiones ».

Ac ila in Collegiala S. Silvestri Civitatis Aquilanae servari mandavit. Die 30 Iolin 1689.

1820. COLLEN. (3200)

Exposito in S. R. C., quod in declaratione facta ab Episcopo Collen. sub die 10 Martii 1673, super Episcopalibus el Parochialibus functionibus faciendis ab Archipresbytero, uti prima Dignitate el Parocho diclae Ecclesiae Calhedralis, adest inter celera sequens particula, videlicet: Functiones super cadavera defunctorum intra limites Parochiae vel extra, quae ad Calhedralem asportantur, ad Parochum pertineant, dummodo Canonicorum haud sint neque a Capitulo associentur, quo casu ad Hebdomadarium spectent, qui eas in Ecclesia peragat, cum pluviali, ut moris est, absque eiusdem Parochi eleemosynarum praeiudicio.

Quaesitum fuit: An quando cadavera Canonicorum dictae Parochiae Calhedralis ad eamdem Ecclesiam tumulanda deferuntur, exequiae super eisdem cadaveribus sint explendae ab Hebdomadario vel a praefato Archipresbytero, uti Parocho eiusdem Calhedralis, qui Sacramenta iisdem defunctis ministravit ?

El S.R. C. respondit: « Quando cadavera Canonicorum Parochiae Calhedralis cum interventu Capituli ad eamdem Ecclesiam tumulanda deferuntur, Officium facere super eisdem cadaveribus ad Archipresbylerum, cui adnexa est cura animarum praedictae Calhedralis, spectare, attenta maxime relatione Episcopi, declaravit». Die 30 Iulii 1689.

1821. HISPALEN. (3201)

Lectis ab Emo el Rmo D. Card. Columna Ponente Dubiis olim intimatis Procuratori Capituli ad instantiam Rmi Archiepiscopi, nec non aliis a Capitulo productis, aliisque ab eodem Emo Ponente (auditis Procuratoribus ulriusque partis) reformatis, Eihi Patres existimarunt respondendum dubiis reformatis Ianium. Ideo rescripserunt:

Ad 1. An ad Archiepiscopum, adhibito tantum consilio Capituli, pertineat praefinire quo, quando el qua dirigendae ac deducendae sint Processiones tam ordinariae quam extraordinariae? Respondit: « Affirmative ».

Ad 2. An ad Archiepiscopum pertineat Processiones consuetos transferre ex causa pluviae, vel alia causa suo indicio legitima? Idque sine vel cum Capituli consilio aut consensu? An vero spectet ad Capitulum sine consensu Praelati ? Respondit : « Spectare ad Archiepiscopum cum consilio lautum Capituli ».

Ad 3. An ad Vicarios Generales Archiepiscopi, tam ipso praesente quam absente, speciet indicere, dirigere et gubernare,

eliam circa modum incedendi, Processionem SSmi Corporis Christi, el decidere discrimina, (piae in ipsa forte evenirent? ilcspojudil: « Spectare ad \i chiepiscopum, el de eius mandato ad suos Vicarios circa iiirisdiclionalia ».

Ad 4. An, celebrante Archicpiscopo seu solum assistente, vel eliam ipso absente, liceat Stibdiacono associanti Crucem Capituli, nec non Sacerdoti celebranti ac Diacono el Stibdiacono ipsi assistentibus in Processione SSiiii Corporis Christi adducere facere post se scabella seu Sedes ornatas Inachiis, quas *impel idles* vocant, in quibus, quando Processio delinetur, solent assidere? Respondit : * Negative, etiamsi deferantur ad ornalum tantum ».

Ad 'i. An possit et debeal Archiepiscopus prohibere, ne in Festivitate el oclava Corporis Christi fiant in Ecclesia Calhedrali saltus, seu *tlanze,* a mulieribus el viris personatis pileo coopertis ante SSiimin Sacramentum, non obstante consuetudine introducta? Respondit: « Posse el debere ».

Ad 6. An in Calhedrali, in Festivitate el oclava Conceptionis B. V. M., liceat uti parainentis coloris caerulei? Respondit: «Ad mentem Emi Ponentis ». Et mens est, « ul ipse procuret habere meliorem el secretam informationem ».

Ad 7. An tempore Quadragesimae Diaconus el Subdiaconus assistentes Celebranti teneantur deferre Planetas complicatas ad praescriptum Caeremonialis ? Respondit : < Ad inenlem ». El mens esi. «quod si Planciae sint ad formam originalis impressi, curet Rmus Archiepiscopus suaviter illas reduci facere ad usum Ecclesiae Romanae ».

Ad 8. An liceat permittere, quod Acolythi, inservientes ad portandos cereos el thuribula in Festivitatibus et Missis solemnibus, induantur albis el dolmalicis benedictis aut non benedictis; el Acolythi pueri, quos *Seises* vocant, portantes sceptra el canentes versiculos et responsoria in Processionibus, quae fiunt intra Ecclesiam, induantur pluvialibus benedictis vel non benedictis supra superpelliceuin ? Respondit : « Quoad pluvialia et Dalmaticas negative : quoad albas pro meliori informatione ». Die 21 lanuarii 1690.

1822. DECRETUM GENERALE. (3202)

Cum Sabbato Sancto proxime futuro occurrat Festum Annuntiationis B. M. V., dubitatum fuit: An debeant celebrari Missae privatae ad effectum, ut chrislilideles commode satisfacere possint praecepto audiendi Missam ?

El S. R. C., ad relationem Efti el Rmi Dni Card. Colloredi, re mature perpensa, censuit : < Praedictum Festum Annuntiationis, una cum praecepto audiendi Missam el vacandi ab operibus, in Ecclesia universali transferri debere ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, protractis omnibus aliis Festis ad aliam diem iuxta Rubricas Breviarii Romani. Celebrationem quoque Missarum dicta die Sabbati Sancti omnino prohibendam in quibuscumque Ecclesiis el Oratoriis privatis, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, et unicam Missam Conventualem una cum Officio eiusdem Sabbati Sancti celebrandam fore praecepit, si SSiiio Duo Nostro placuerit ». Die 11 Februarii 1690.

El facio de praedictis per me Secretarium verbo cum SSfiio, Sanctitas Sua benigne annuit, « Sensum S. C. approbavit, ac praesens Decretum edi el imprimi mandavit ». Die 12 Februarii 1696.

(823. LUSITANA. (3203)

Canonici Regulares S. Augustini Regni Lusitani humiliter institerunt apud S. R. C. manuleneri in possession·· ad instar Canonicorum saecularium circa ritus et caeremonias ecclesiasticas, et praecipue petendi inclinatos benedictionem seu licentiam a Parochis, ante concionem ab ipsis peragendam in Ecclesia ipsorum Parochorum, non autem flexis genibus.

S. R. C. censuit : « Parochis non competere facultatem benedicendi; neque licentia petatur Hexis genibus ». Die 11 Februarii 1696.

1824. BAREN. (3205)

Patres Ordinis Praedicatorum Civitatis Barii institerunt in S. R. C. declarari : au ipsis oratoribus liceat consuetam Processionem SSiiii Rosarii in prima Dominica Octobris cuiuscumque anni peragere exlra eorum ambitum, accedente dumtaxat Archiepiscopi consensu, el irrequisitis Capitulo et Canonicis Calhedralis Barensis; vel competat Archicpiscopo praefato una cum Capitulo el Canonicis dictam licentiam concedere?

S. It. C., ulrisque partibus auditis, referente Emo el Rmo Diio Card. Colloredo Ponente, respondit: < Spectare ad Archiepiscopum tantum ». Et ila decrevit el servari mandavit. Die 11 Martii 1690.

1825. FIRMANA (3206)
PRAEEMINENTIARUM.

Relatis ab Emo el Rrîio D. Card, de Lauraea Ponente dubiis ex parle Capituli et Canonicorum Collegiatae S. Laurentii terrae Pedonae Firmanae Dioecesis, in controversia excitata cum Parocho Sanctorum Iacobi el Quirici eiusdem terrae, videlicet:

1. An Processiones generales el aliae pro tempore ab Ordinario indicendae fieri debeant ab Archipresbylero el Canonicis, incipiendo tamen ab Ecclesia Collegiala, ibique terminando? (1)

2. An interveniente Capitulo Collegialiter ad funus associandum, sub quanam Cruce incedi debeat? sub unica tantum Cruce Capituli, an vero sub Cruce etiam Parochi proprii defuncti ?

3. Ex praesupposilo, quod incedi debeat sub unica lanium Cruce Capituli, quaeritur : in quanam Ecclesia convenire debeat Clerus ad funus associandum? in Ecclesia Collegiala an in Ecclesia Parochi ipsius defuncti ?

4. An interveniente solo Archipresbylero ad funus associandum el Curato Sudam deferente, cui danda sit per viam praecedentia ?

β. An omnes functiones quas exercere solebat Parochus et Prior Sanctorum Iacobi et Quirici, tamquam Caput Cleri, modo spectent ad Archipresbylerum el Canonicos, veluli existantes in digniori titulo?

5. R. C. respondit el declaravit :

Ad 1. < Spectare ad Collegiatam ».

Quoad 2. « Sub unica Cruce Parochi eius Ecclesiae, m qua tumulatur defunctos ».

Quoad 3. < Debent convenire in Ecclesia proprii Parochi defunctorum ».

Quoad *i.* < Curato habenti Stolam ».

Quoad δ. « Dilata ».

Et ita decrevit el servari mandavit. Die II Martii 1690.

1820. CAMERINEN. (3207)

Prior el Canonici Collegiatae Ecclesiae S. Martini terrae S. Analoliae Camerinen. Dioecesis exposuerunt S. R. C., quod Magistratus ipsius terrae praetendens se thurificari triplici ductu, sub praetextu assertae ib ipso consuetudinis, recusat functionibus Ecclesiasticis, praesertim .ul quas tenetur, intervenire ; supplicaverunt propterea Canonici supradicti pro opportuno remedio.

S. R. C., inhaerendo aliis resolutionibus in similibus emanatis, el praecipue in Nepesina 4 Augusti 1063, rescripsit: « Etîius Episcopus cogat Magistratum ad interessendum functionibus Ecclesiasticis debilis temporibus, iuxta solitum, el mandet illum thurificari duplici ductu lanium, quacumque consuetudine non obstante ». Die 11 Mattii 1690.

1827. GALLIARUM. (3208)

Ad infrascripla dubia, videlicet :

1. An in Ecclesiis a iurisdiclione Episcopi Dioecesani exemplis, in sacro Canone dicenda sint verba, *cl Antistite Nostro* Λ'.: el similiter in *Memento,* ab Abbatibus el Praelatis Regularibus Ordinis S. Benedicti Galliarum?

2. An in benedictione Candelae Paschalis, dicendum sil loco Antistitis, nomen Superioris Ecclesiae immunis, aul nomen Episcopi Dioecesani ?

3. An Superiores Ecclesiarum exemptarum huiusmodi, qui non sunt in Episcopos consecrati, et qui facultatem habenl utendi mitra et baculo pastoralibus, possint el debeant, cum Olliciis divinis publicis intersunt in diebus ordinariis, benedictionem dare Diacono antequam Evangelium dicat in Missa solemni? an possint el debeant benedicere thus privalim, quando Sacerdos celebrat, benediclionemque solemnem dare populo adstanli in fine Missae? el denique, an Superiores Ecclesiarum huiusmodi exemptarum pontificalibus vestimentis induti, licet minime sint consecrati, possint et debeant, cum Missam privalim celebrant, Crucem pectoralem portare ; el *Pax vobis,* non autem *Dominus robiscum* dicere ante primam Orationem Missae; el in fine Missae, benedictionem dare adstanli populo, dicendo: *Sit nomen Domini benedictum etc.* ut consuetum est apud Episcopos?

Et S. R.C. respondit: Ad 1. el 2. < Nomen Episcopi Dioecesani exprimendum est, iuxta Doctrinam Gavanti part. 1, lit. 8, num. 2; lit. N. et non aliorum».

Ad 3. < Servanda sunt Decreta circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessum Decreto s. m. Alexandri VII, sub die 27 Septembris 1659 el alio sub die 12 Iunii 1660, super declaratione praefati Decreti ».

El ita servari mandavit. Die 8 Aprilis 1690.

1828. CAESARAUGUSTANA. (3209)

Quaesitum fuit: utrum seplem Diaconi, septem Subdiaconi cl duodecim Presbyteri, qui m Oleorum consecratione (Feria V in Coena Domini) Rmo Archiepiscopo inserviunt, Sacrosanctam Eucharistiam debeant suscipere ante Capitulum, Dignitates el Canonicos in habilu Clericali e Choro egredienles: an posl Capitulum, el ante Porlionarios ?

Et S. R. C. respondit : < Omnes paratos ratione paramenlorum sacrorum debere refici SSma Eucharistia anle omnes de Choro non paralos ». El ila decrevit el servari mandavit. Die 8 Aprilis 1690.

1829. BALNEOREGIEN. (3210)
PRAEEMINENTIARUM.

Vertente controversia inter Priorem primani Dignitatem Ecclesiae Collegiatae Civitatis Balneoregien. ex una, el Canonicum Hebdomadarium ex altera partibus, circa functiones exercendas, sub praetextu ab eodem Hebdomadario allegato, quod immediatus Praedecessor Prioris quandoque ipsi permiserit delationem SSmi in Dominica infra Octavam Corporis Christi, celebrationem Missae, celerasque huiusmodi functiones in maiori Hebdomada obire, quamvis Episcopus declaraverit talem permissionem tamquam facultativam eidem non suffragari; attenta vero ipsius Episcopi relatione, eiusque Decreto in visitatione emanato, quod functiones praedictae Festorum mobilium, scilicet Quadragesimae, Cinerum, Palmarum, Resurrectionis, Pentecostes, Ascensionis, Feriae V in Coena Domini, Dominicae primae Adventus, Purificationis, Nativitatis Domini, Epiphaniae, extractionis el ostensionis Reliquiarum S. Bonavenlurae , el aliae in Festo S. Nicolai Patroni et Titularis, a dicto Priore peragi deberent , eoque impedito a Canonico antiano ; in aliis vero diebus observari solitum, et morem Ecclesiae;

S. R. C., auditis pariter iuribus hinc inde deductis, referente Eiîio et Rmo I). Card, de Lauraea, censuit: « Servari praedictum Decrelum Episcopi in visitatione factum ». El ila decrevit el exequi mandavit. Die 22 Aprilis 1(190.

1830. BAREN. (3211)
PRAEEMINENTIARUM.

Relatis in Sacra Rituum Congregatione per Eiïiηιη el Rrntiin D. Card, de Aguirre dubiis, videlicet :

1. An osculum pacis mtelligalur prohibitum Magistratui, etiam cum instrumento argenti el quid accedente consuetudine?

2. An Magistratus sil thurificandus, el quotuplici ductu?

3. An per ordinem S. R. C. editum die 13 Martii 1688, mandantis non posse Magistratum saecularem tenere Sedes et pulvinaria una cum stratu inlra Presbyterium, inlelligatur prohibitum illa retinere extra Presbyterium; et quid, stante consuetudine:

. S. R. C. respondit :

Ad 1. < Negative, servata forma Caeremonialis lib. 1, cap. 24, § 6 ».

Ad 2. < Ailirmalive, el serventur Decreta ».

Ad 3. « Negative, sed sine suppedaneo; el hoc locum habere quando Magistratus accedit ad Ecclesiam in habitu Magistrali solemni ». Et ita decrevit et servari mandavit. Die 22 Aprilis 1690.

1831. DECRETUM GENERALE. (3212)

S. R. C. die 22 Aprilis, referente Emo et Rmo D. Card. Columna Ponente: < Stetit in decisis die 13 Martii 1688, el quoad baldachina, non tantum illorum usum, verum etiam retentionem tam in Presbyterio, quam extra, in eodem Decreto comprehendi declaravit. El ad effectum, ul memoria pateat simili abusus, mandavit ut iniungalur Aтı hiepiscopis el Episcopis regni Neapolitani, quod hastas, gradus, suppedanea et quaecumque alia signa baldacliini, ab Ecclesiis suarum Dioecesum, tam Saecularium quam Regularium, removere faciant ; el quoad Ecclesias Regularium, procedant ad interdicta, et contra inobedienles ad censuras, auctoritate S. C. ». Die 22 Aprilis 1690.

El facto de praedictis verbo cum SSmo per me Secretarium, Sanclilas Sua annuit. « Sensum Congregationis approbavit el laudavit, ac praemissum Decretum exequi et publicari praecepit ». Die 22 eiusdem mensis el anni 1690.

1832. GERUNDEN. (3213)

Cum dias a S. Congregatione Concilii emanaverit Decretum sub die 10 Novembris 1607, in quo declaratum fuit: non licere Ecclesiae Collegiatae S. Felicis concedere locum in Presbyterio Officialibus laicis inratis, seu Magistratui Gerunden., ad effectum ibi standi el sedendi, quando Oflicia celebrantur; et successive confirmatum sub die 31 Augusti 1668; et sub die 28 Augusti 1660 resolutum non licere etiam in

Ecclesiis Regularium; nec non S. R. G. diei 12 Martii 1689 praemissa approbaverit;

Instantibus modo Regularibus eiusdem Civitatis Gerunden. m hac S. C. pro declaratione infrascripiorum dubiorum, videlicet :

1. An praedicta Decreta locum habeant in Ecclesiis Regularium? El quatenus affirmative,

2. An sint concedendae Remissoriales in casa etc.?

S. R. C., auditis pariter ex adverso Episcopo et Capitulo Ecclesiae Cathedralis Gerunden., ulraque parte lam in voce quam in scriptis informante, ommbusque hinc inde perpensis ac mature consideratis, proponente Eiiio et Riiio D. Card. Colloredo, respondit :

Ad 1. < Affirmative ».

Ad 2. < Negative; el quoad attentata, servetur Decretum Signaturae Justitiae ».

El ila omnino servari mandavit. Die 22 Aprilis 1690.

NOVARIEN.
PRAECEDENTIAE.

Relata in S. R. G. per Eihum el Rmum D. Card, de Lauraea Ponentem Causa Novarien. Praecedentiae inter Canonicos Coadiulores Praepositi Collegialae de Borgomainerio in ordine Sacerdotali constitutos, Curatos nuncupatos, et reliquos Canonicos inferioris Ordinis, videlicet : Diaconalis el Subdiacon dis eiusdem Collegialae, praetendentes non competere dictis Coadiuloribus praecedentiam, nisi in functionibus el actibus capitularibus ad curam animarum spectantibus, eo quia sunt Coadiutores perpetui Praepositi curam animarum exercentes; attentis tamen informationibus el iuribus, tam in scriptis quam m voce, deductis a dictis Coadiuloribus instantibus declarari, quod ipsis debeatur praecedentia super Canonicis adversariis inferioris Ordinis in omnibus functionibus Ecclesiasticis el actibus Capitularibus tam publicis quam privatis, lam in Choro quam extra, iuxta tenorem Bullae fundationis dictae Collegialae;

S. R. C. censuil: « Tubus Coadiuloribus m omnibus functionibus praecedentiam deberi ». El ila decrevit el servari omnino mandavit. Die 22 Aprilis 1691).

1834. URBIS (3215)
S. PETRI !N VATICANO.

Instante Capitulo Sacrosanctae Ecclesiae Lateranensis, pro revocatione Decreti alias emanati sub die 30 Iulii I(I«9., ad favorem Capituli Sacrosanctae Basilicae Principis Apostolorum , in quo resolutum fuit: non licere, nec nilo modo licuisse Lateranensi caeremoniarum Magistro a manibus Acolythorum Vaticanae Basilicae aspersorium recipere, sed per eosdem Diacono Episcopo assistenti praedictam Basilicam ingressuro, tradendum in Processionibus S. Marci peragendis, iuxta inveteratam consuetudinem;

S. R. C. auditis iuribus ex ulraque parte deductis el lam in scriptis quam in voce allegatis : < Stetit in decisis ». Die 22 Aprilis 1G90.

URBIS. (3216)

Propositum fuit dubium in S. R. C., An Canonicus Palriarchalium Urbis Diaconi munus exercens in Missa solemni, post petilam benedictionem Evangelii , teneatur osculari manum Celebrantis, etiamsi ipso Celebrans non sil Canonicus, neque in aliqua alia ecclesiastica Dignitate constitutus;

El S. R. C. respondit: « Teneri ». Die 22 Aprilis 1690.

1836. ABBREVIATORUM (3217)
DE PARCO MAIORI.

Cum quaesitum fuerit in S. R. C. utrum Abbreviator maioris praesidenliae Episcopali dignitate insignitus, quamvis posterior in provisione, praecedere debeat extra Parcum Abbreviatorem non Episcopum, licet anteriorem in sua provisione ?

S. R. C. respondit: « Affirmative ». Die 11 Maii 1690.

1837. CAMER1NEN. (3218)

Reassumpla causa a S. R. C. inter Franciscum Nicolaum Passaro Plebanum loci S. Genesii ex una, et Magistratum eiusdem loci Camerinen. Dioecesis ex altera partibus, ac proinde propositis infrascriplis dubiis, videlicel :

1. An sil salutandus praedictus Magistratus ante el post celebrationem Missae a Sacerdote, detecto capite?

2. An possit cogi dictus Magistratus per Rffium Ordinarium ad inleressendum functionibus ecclesiasticis debilis temporibus iuxta solitum? ,

S. R. C. auditis el visis iuribus hinc inde deductis tam in voce quam in scriptis, ulraque parte informante :

Ad 1. respondit: «Negative».

Ad 2. < Rmus Episcopus, quatenus opus sil, auctoritate S. C. cogat Magistratum ad

inleressendum omnino functionibus Ecclesiae, iuxta solitum ».

Et ila servari el exequi mandavit, quibuscumque non obstantibus. Die 10 Iunii <090.

1838. BONONIEN. (3224)

Relata in S. R. C. causa Bononien. Praeeminendarum ab Emo ct Riiio I). Card. Columna Ponente inter, Presbyteros *communales* Ecclesiae S. Blasii Terrae Cenli ex una, el Capitulum et Canonicos ipsius Ecclesiae ac Magistratum dicti loci partibus ex altera, super exortis dubiis, nempe :

1. An liceat Magistratui habere locum el sedem in Presbyterio?

2. Λη liceat dictis Presbyteris sedere in pari scamno cum Canonicis?

3. An liceal Canonicis *commuualibus* uli eorum insignibus canonicalibus, et praecedere in omnibus actibus el functionibus perlinentibus ad solos Presbyteros *communales f*

S. R. C., auditis iuribus hinc inde deductis, lam in voce quam in scriptis, ulraque parte informante, respondit :

Quoad 1. < Removeatur Magistratus a Presbyterio ».

Ad 2. < Aequaliter sedere debent, sed post Canonicos ».

Ad 3. « Negative ».

El ita censuil, declaravit el servari mandavit. Die 10 Iunii 1090.

1839. TRANEN. (3225)

Capitulo Metropolitanae Ecclesiae Tranen. supplicante a S. R. C. declarari an licitum sil in Processione S. Nicolai Peregrini Protectoris, cuidam saeculari Vexillum deferenti inter Clerum et capite pileo coopertum incedere, vel potius prohibendum?

S. R. C., attenta Rmi Archiepiscopi relatione eiusque volo, respondit : « Non licere Vexillifero capite cooperto Vexillum deferre, nec inter Capitulates, sed detecto capite incedere debere inter laicos: el contrarium abusum omnino prohibendum ». Et ila servari mandavit. Die 10 Iunii 1090.

1840. BAREN. (3229)
PRAEEMINENTIARUM.

Iterum reproposilis in S. R. C. dubiis per Eihum ei Rriium D. Card, de Aguirre Ponentem in causa Baren. Praeeminendarum, inter Riiiuin Archiepiscopum Baren, el Magistratum Civitatis eiusdem , ulraque parte audita el informante, alias resolutis; eadem S. C. omnibus hinc inde mature perpensis ac diligenter consideratis, censuil: < Recedendum esse a decisis die 22 Aprilis proximi praeteriti, quoad Sedes: el concedendum esse Magistratui Baren, scamnum, sive sedile ligneum sine suppedaneo, panno coopertum, tam in Ecclesia Calhedrali quam in aliis Ecclesiis Saecularium el Regularium, extra Presbyterium; el in reliquis servandum Decretum ». Et ila declaravit, quibuscumque non obstantibus. Die 2 Septembris 1690.

1811. CAIETANA. (3230)

Referente Emo et Riiio D. Card. Homodeo m S. R. C. causam Caietanam vertentem inter Magistratum et Indices eiusdem Civitatis ex una, el Capitulum Cathedralis el Clerum totius praedictae Civitatis ex altera partibus, super infrascriptis dubiis, videlicet :

1. Ulrum respectu Cleri a prius resolutis sub die 25 Septembris 1688 recessum fuerit per Decretum editum die 18 Iunii 1689?

2. \n Magistratui in Processionibus in quibus non gestantur Reliquiae insignes, incedere liceat capite cooperio ad instar Cleri ?

3. An eidem Magistratui taldachini hastas deferenti in Processionibus, in quibus Reliquiae non portantur, sed aliqua Statua vel figura alicuius Sancti, liceal cooperire caput, quatenus Presbyteri sub eodem baldachino incedentes caput cooperiant?

4. Denique, an Magistratus Missis solemnibus aliisque ecclesiasticis functionibus adstans possit assurgere, sedere, caput legere et delegere, prout facit Clerus, qui pariter interes! ?

5. R.C., auditis iuribus ex utraque parte, tam in scriptis quam in voce deductis, declaravit :

Quoad I. « In Processionibus, in quibus defertur SSmum Christi Corpus vel SSmae Crucis Lignum, tam Clerus quam saeculares delecto capite incedere debeanl. in aliis vero Processionibus, in quibus deferuntur Reliquiae vel Statuae Sanctorum, tunc saeculares el ecclesiastici, qui eas deferunt, delecto capite; alii voro Clerici possint incedere lecto capite cum birelo ».

Quoad 2. « Affirmative, quando non gestentur Reliquiae ».

Quoad 3. « Negative, tam quoad Magistratum quam quoad ecclesiasticos sub baldachino incedentes ».

Quoad 4. < Negative quoad capitis cooperitionem ».

Et ila decrevit et servari mandavit. Die 2 Septembris 1690.

1812. FUNDANA (3231)
PRAEEMINENTIARUM.

Relata in S. R. C. instantia Venerandi Laurelli Archipresbyteri Ecclesiae S. Martini Terrae Vallis Cursae Fundanae Dioecesis, contra Constantinum Cimarolum Rectorem Ecclesiae filialis S. Angeli eiusdem Terrae, per Erhum et Rriium D. Card. Spinula Episcopum Lncen., super declaratione infrascripiorum dubiorum, videlicet:

1. An benedictio palmarum cum Processione, ac functiones Sabbati Sancti, novarumque Reliquiarum expositio ac retentio per Cimarolum facta in sua Ecclesia S. Angeli sint revocandae, tamquam peractae contra solitum el in s'prelum praecepti Rnii Episcopi Caielani a Sacra Rituum Congregatione delegati ?

2. An in posterum possit el valeat idem Cimarolus peragere functiones praedictas, el retinere novas Reliquias m propria Ecclesia, vel potius eaedem peragendae el relinendae sini respective per Archipresbylerum solum in dicla Ecclesia S. Martini, iuxla solitum semper servatum usque ad tempus motae litis? Idemque sit observandum, prout observatur in aliis functionibus, stante quod Ecclesia S. Martini sit maior el dignior aliis Ecclesiis S. Angeli el S. Mariae?

S. R. C., auditis iuribus, tam in voce quam in scriptis, ab uiraque parte informante deductis, respondit :

< Quoad purgationem attentatorum, constare de attentis; et benedictionem palmarum spectare ad Archipresbyleruni privative. Quoad pulsationem Campanarum, non posse fieri in die Sabbati Sancti si non praecedat pulsatio Campanae Ecclesiae Arcbipresbyteralis. Quo vero ad expositionem Reliquiarum, Archipresbylero non competere ius privativum, sed in omnibus Ecclesiis esse licitum eas exponere ». Et ila declaravit atque decrevit. Die 2 Septembris 1690.

1813. PANORMITANA. (3232)

Quaesitis infrascriplis a Rnio D. Archiepiscopo Panormitano eiusque nomine in S. R. C. allatis, videlicet:

1. An in Missa votiva, quae celebratur ob particularem devotionem alicuius privatae personae, et canitur cum Altaris apparatu el magno musicorum concentu, din debeat hymnus Angelicus el Symbolum?

2. An in Missa Festiva, quae cx Rubrica solum habet hymnum Angelicum, -i canitur proni supra, debeat dici Symbolum ?

3. An in Festo, Symbolum ex Rubria habente, quod quidem ab Ecclesia celebratur sine octava, possit nihilominus dici Symbolum infra octo consequentes dies, si aliqua de causa celebretur extra diem propriam, puta ob musicorum defectum vel Mia de causa ?

4. An haec Missa possil quocumque die celebrari, etiamsi in eo aliquod Officium duplex celebretur, vel sil Dominica?

5. Apud Regulares iam consuetudo inolevit praeveniendi Festum eorum Fundatoris per novem praecedentes dies, quas Novenam vocant. Quaeritur: quaenam Missa canenda in t.ili Novena, si in ea duplex per annum, duplex maius, duplex secundae vel primae classis aut Dominica occurrerit?

6. An in Missa, quae hac in Novena celebratur, vel sil de Sancio, cuius solemne Fesium praevenitur, vel de Festo occurrente, possil ex hoc praecise capite, nempe eo quod talis Novena solemnizalur, dici hymnus Angelicus et Symbolum?

S. R. C. respondit:

Ad I el 2. « Negative, nisi sil pro re gravi, vel pro publica Ecclesiae causa, iuxta Rubricas Missalis Romani ».

Ad 3 et 4. « Festa Sanctorum celebranda sunt eo die quo cadunt : verum, si incidant in diem impeditam, transferenda sunt in aliam diem non impeditam, iuxta Rubricas Breviarii Romani: neque immutari possunt de licentia Ordinarii, ut pluries decrevit S. R. C., et signanter in Siracusana 7 Decembris 4630 ».

Ad b et 6. « Assertas Missas novemdiales esse votivas, el in illis servandas esse Rubricas praedicti Missalis Romani ».

El ila declaravit. Die 2 Septembris 1600.

1814. EÜGUBINA. (3233)

Orta controversia inter Capitulum el Canonicos Calhedralis Eugubinae ex una , el Capitulum cl Canonicos Collegiatae S. Chrislinae eiusdem Civitatis ex altera partibus; ac proinde excitatis infrascriplis dubiis m S. R. C.:

I. An sint purganda attentata per Capitulum el Canonicos dictae Collegiatae commissa in erectione Crucis el confectione particularis Processionis?

2. An sii inhibendum inhibitione poenali, ne audeat praedicta Collegiate aliquam Processionem facere nec erigere Crucem ?

3. An sil danda opportuna cautio, ul Collegiala praedii la S. Chnslinae continuet m Processionibus sub Cruce Capituli?

4. An sil abolendus titulus *Intignis* a Collegiala, propria auctoritate sibi attributus?

5. R. C., referente Euio el Riho 1). Card. Casanale Ponente, auditis iuribus hinc mde ab ulraque parle informante deductis, inhaerendo Decreto alias sub die C» Decembris 1683 in huiusmodi causa emanato, declaravit :

Ad 1. « Constare de attentatis, el loco purgationis, circumscribenda omnia \cla post appellationem ».

Ad 2. « Serventur Decreta Sacrae Congregationis ».

Ad 3. < Quod Episcopus cogat remediis Canonicis ».

Ad 4. « Non licere Collegiatae praefatae S. Chrislinae uli titulo Insignit ».

Et ila censuil, decrevit el inconcusse sonari mandavit. Die 2 Decembris 1690.

1845. AD1ACEN. (3234)

Ad componendas controversias iam orias el quae in dies oriri possum inter Vicarium Generalem Episcopi el Capitulum Calhedralis Ecclesiae Adiacen. propositis nonnullis dubiis in S.' R. C. videlicet :

1. Cuinam ex praedictis competat praecedentia, Vicario ne Generali, an Canonicis ubicumque paratis, et signanter in Processione SSfm Corporis Christi? Et an aliquid afficiat in eo casu quod Vicanus sit de corpore vel extra corpus Capituli?

2. Quo habitu incedere in Processionibus, el in quo loco sedere debeat in Choro Vicarius Generalis non Protonotarius neque alia praefulgens dignitate, ad hoc ut, et non aliter, excipiatur in Processionibus el admittatur in Choro?

3. \n, praesente Episcopo in Choro extra Sedem seu solium Pontificale, sedere debeat Vicanus Generalis in Choro, vel extra m alio loco ?

Quibus omnibus bene consideratis, S. R.C. respondit :

Ad I.« Vicario Generali numquam (scilicet neque in Choro neque in Processionibus) competit praecedentia supra Canonicos sacris vestibus indutos; nec usus sacrarum vestium, nisi sit de gremio Capituli : et eo casu stare debet in loco suae receptionis, iuxta alias resoluta ».

Ad 2. < Vicarialem habitum esse subtenant cum mantello talari et bireto; et Vicanum n«n Protonotarinm nullo modo posse uli snbtana cum cauda et manlelklta, ul pluries declaravit S. Congregatio; ac Vicanum Generalem praedicto vicariali habitu indutum, tam m Choro quam in Processionibus, incedere debere el praecedere omnes Canonicos: si vero Canonici sint parati, abstinere debere ».

Ad 3. « Sedere debere in loco consueto, iuxta Ecclesiae consuetudinem ».

Et ila per praedictum Vicanum Generalem m praefata Ecclesia Calhedrali Adiacen. exequi el servari mandavit. Die 2 Decembris 1690.

184«. SENOGALLIEN. (3236)

In controversia inter Archipresbytenim et Canonicos Collegiatae Montis S. Vili Dioecesis Senogallien., el Magistratum eiusdem Terrae super usu duorum thuribulorum pro simultanés ihuriGcalione introducto; instantibus in S. R. C. eodem Archipresbylero el Canonicis, dictum abusum removeri a praedicta Collegiala, el mandari ut impostorum cum unico lanium thuribulo thurilicenlur primo ipsi Oratores el aln de Choro et postea inurificelur dictus Magistratus, iuxta Caeremoniale et ali is resoluta per S. C. el consuetudinem Calhedralis dictae Civitatis Senogallien.

S. R. C., attenta maxime relatione Rffii Episcopi Senogallien., cui scriptum fuit pro informatione, respondit: « Servetur Caeremomale, el amplius ». El ila decrevit et in dicla Collegiala S. Vili omnino servari mandavit. Die 16 Decembris 1690.

18 47. VERULANA. (3237)

Proposilo in S. R. C. infrascriplo dubio, videlicet : an supposita consuetudine thurilicandi etiam Canonicos non paratos el in Choro existantes, ante Vicanum non Prolonolarium Aposlolicum, idem servandum sit quoad Vicanum Prolonolanum Aposlolicum mantallella el rochetlo incedentem?

S. R. C. respondit : < Serventur Decreta ». Die 16 Decembris 1690.

1848. ANGLONEN. (3238)

Instante Rnio Episcopo Anglonen. in S. R. C. pro declaratione seu assignatione loci competentis Canonicis et Assistentibus paratis, quoties Episcopus Vesperis el Missis

soîemnioribus assistit in throno Episcopali intra Presbyterium a cornu jEvangelii constructo, prout in Calhedrali Tursen., adeo ut Vicarius Generalis debeat occupare proprium slallum, et Canonici parati sedere a dexteris Episcopi per circulum in faciem Altaris iuxla Caeremoniale Episcoporum :

S. R. C., referente Emo et Rnio I). Card, de Lanraea, respondil : « Instantiam Episcopi Anglonen. esse consentaneam rationi et conformem usui Cappellae Palatii Pontificii, quae est exemplar omnium Ecclesiarum ; et ideo, quando Chorus est in medio Ecclesiae ante Altare, Canonicorum Sedes seu stalla esse debere ad dexteram Episcopi in forma quadrata, prout sunt sedilia Emorum Dominorum Cardinalium Presbyterorum in dicla Cappella Palatii, qui locus est dignior loco a sinistris Sedis Episcopalis ; locum vero pro Vicario Generali posse destinari a sinislris extra gradus Solii Episcopalis ». Et ila censuil et declaravit, et in dicla Calhedrali servari mandavit. Die 20 I.urnarii 1091.

184:9. ANDRIEN. (3240)

S. R. C., instante Episcopo Andrien., censuit : « Magistratui eiusdem Civitatis Andrien. non competere Sedem neque in Presbyterio neque extra Presbyterium, nec etiam usum pulvinarium; ideoque non esse illi permittendum, nisi sedile ligneum panno coopertum absque suppedaneo, el extra Presbyterium ». El ila decrevit el omnino servari mandavil. Die II Augusti 1(591.

1850. AQUEN. (3242)

S. R. C. ad instantiam Caroli Antonii Zibalderi Sacerdotis Beneficial!, seu Cappellani Beneficii sub invocatione S. Slephani, eredi in Ecclesia Collegiala et parochiah doc.i *Fubine* Aquen. Dioecesis Provinciae Mediolanen., inhaerendo Decreti' alias in similibus editis, declaravit : < Quod Sacerdos Bcneûcialus, uti Beneficiatus, in Ecclesia in qua nulla adest Collegiala habere debet praecedentiam in functionibus ecclesiasticis, tam in sessione quam in incessu, supra alios Sacerdotes non Benelicialos sed simplices Presbyteros, eliam primo ordinatos in Ordine sacerdotali et anlianos». El ita servari mandavit. Die II Augusti If»91.

1851. VERCELLEN. (3243)
SALUTATIONIS.

Ad instantiam Canonicorum Calhedralis Vercellen. proposito S. R. C. infrascripto dubio: An Concinnator debeat prius salutare Canonicos Cathedralis in apparatu chorali, absente Episcopo, capilulariler sedentes, vel Gubernatorem saecularem ?

S. R. C. respondit : < Salutandos esse prius Canonicos el deinde Gubernatorem ». Et ila decrevit, et in Calhedrali praedicta omnino impostorum servari mandavil. Die 11 Augusti 1(191.

1S52. DECRETUM GENERALE. (3248)

Cum iu dies nonnulla Sanctorum Officia sub praetextu, quod a S. R. C. concessa fuerint cum Lectionibus et Orationibus propriis, et aliquando etiam cum Hymnis, Responsoriis el Antiphonis, et passim sub maiori forsan ritu per universalem Ecclesiam aut loca particularia recitanda, impressa conspiciuntur, quamvis S. C. aul ea non concesserit, aut in aliquibus tantum peculiaribus locis, non autem in universa Ecclesia ea recitari posse induisent ;

Eadem S. R. C., huiusmodi attentatis provida sollicitudine consulere volens, mandavil : < Ut diclae Officiorum concessiones, Lectiones, Orationes, Anliphonae et Responsoria respective aliaque huiusmodi impostorum a Typographo Camerati dumtaxat imprimantur; inhibendo omnibus Impressoribus seu Typographis, tam in Urbe quain extra, ubivis locorum, dicla Officia imprimi sub quovis praetextu, causa el quaesito colore, nisi facultate in scriptis accepta ab Inquisitoribus haereticae pravitatis, si inibi fuerint, sin minus a locorum Ordinariis, qui quidem facultatem huiusmodi non prius concedant , quam Originale Sacrae eiusdem Congregationis, vel exemplar Typograplu Cameratis authenticum manu Secretarii ipsius Sacra»· Congregationis (innatum el sigillo obsignatum ipsis exhibeatur; quod exemplar in nihilo prorsus immutatum, mhilque ei addilum sive detractum in eo imprimi debeat. Ei si quae ausu temerario contra praesentis Decreti tenorem extra Urbem impressa inermi, ultra poenas ab eadem S. C. infligendas, omni piorsus lide carere voluit el declaravit ; mandans proplerea omnibus el singulis praedictis haereticae pravitatis Inquisitoribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis, ul in sua quisque Dioecesi vel Provincia sedulo pervigilent, ne qnidquam contra superius disposita liat vel attentetur ».

Ulqne praesens Decretum, ac omnia el singula m eo contenta ad omnium eliam,

quorum specialiter interest aul intéressé poterit notitiam, ac certam scientiam deducantur; el ne aliquis de illius ignorantia excipere possit, voluit pariter ac iussil illud imprimi ac typis mandari, et pro omnimodo illius implemento, ut praefati locorum Ordinarii, in locis consuetis, sub poenis el censuris contra transgressores infligendis, publicari curent. Die Ii Augusti 1(191.

El facta de praedictis SSmo Domino Nostro Innocentio Papae XII per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua praemissum Decretum approbavit, ac debitae execution! demandari praecepit. Die 19 Octobris 1691.

1853. DECRETUM GENERALE. (3246)

Cum S. R. C. innotuerit quamplures abusus irrepsisse circa recitationem Officii, sub praetextu Decreti ab eadem Congregatione evulgati anno 1630 el in Breviario Romano impressi, in quo permittitur posse in Ecclesia recitari Officia el Missas celebrari de illis Sanclis, quorum Corpora aut Reliquiae insignes in ea asservantur; Emi PP. S. R. C. praepositi, eisdem abusibus evellendis praecipue intenti, inhaerendo Decretis alias in similibus editis, declararunt: « Praedicta Officia Sanctorum, ratione Corporis seu insignis Reliquiae recitanda, intelligi debere de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, el dummodo constet de identitate Corporis seu Reliquiae insignis illius Sancti, qui reperitur m Martyrologio Romano descriptus ; de celeris aulem Sanclis in praedicto Martyrologio non descriptis, aut pro quibus a S. Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari et Missas celebrari vetuerunt, non obstante quod ipsorum Corpora vel insignes Reliquiae in Ecclesiis asserventur : quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis, debitam fidelium venerationem (prout hactenus servatum est) exhibendam esse consuerunt, sed absque Officio et Missa, sub poenis de non satisfaciendo praecepto recitandi Officium, aliisque m Constitutione B. Pii V contentis». Die 11 Augusti 1691.

El facta de praedictis SSmo per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua huiusmodi Decretum approbavit, ac, ut debitae execution! demandetur, locorum Ordinariis iniungendum esse praecepit. Die 19 Octobris 1691.

1854. L1CIEN. (3247)

Cum in Rubrica Missalis Romani Tit. XI De *Symbolo* circa finem habeatur, quod in Festo Patroni alicuius loci vel Titularis Ecclesiae debeat dici *Credo,* supplicatum fuit a Iosepho Godnlo Sacerdote participante Ecclesiae Calhedralis Licien. per S. R. C. declarari: an illud verbum *Patroni* sit inlelligendum de Patrono principali loci, vel extendatur eliam ad Patronos minus principales, ila ul in Missa praedictorum Patronorum minus principalium dicendum sit *Symbolum,* siculi in Missa Patroni principalis.

Et S. R. C. respondit: < Illud verbum *Patroni* esse inlelligendum de Patrono principali tantum ». Et ila declaravit. Die 15 Septembris 1691.

1855. SARNEN. (3248)

Quaesitum fuit in S. R. C. ab Episcopo Samen, declarari: Ulrum Dignitates et Canonici Calhedralis Sarnen. teneantur in Missis solemuibus el Conventualibus, quae ab ipsis per gyrum cantantur, praecipue in diebus Festis ex obligatione Capitulari, assistere sibimetipsis gradatim in ministerio Subdiaconi el Diaconi, non obstante antiqua consuetudine , quam praetendunt sufficiendi sibi simplices Sacerdotes non de gremio Capituli ad exercendum officium Diaconi et Subdiaconi in huiusmodi solemnium Missarum celebratione, etiam assistente Episcopo: an vero hoc munus obire teneantur, eodem Episcopo dumtaxat ponlificaliler celebrante?

Et S. R. C., inhaerendo Decretis alias pluries in similibus emanatis, referente Eὼo el Riho Domino Cardinali Ursino, respondil et declaravit: < Canonicos semper el quandocumque leneri ». El ila decrevit, atque omnino in Calhedrali praedicta servari mandavit, non obstantibus quibuscnmque. Die 15 Septembris 1691.

1856. PORTUGALLIEN. (3249)

Quaesitum fuit a moderno Episcopo Portugallien. declarari per S. R. C.: qui locus in Choro Calhedralis, praesente vel absente Episcopo, eius Vicario in spiritualibus et temporalibus de iure pertineat?

S. R. C., inhaerendo Decretis alias saepe in similibus editis, respondil : « Vicario Generali in habitu vicariali, tam praesente quam absente Episcopo (nisi tamen consueverit sedere in Sede el loco separato) semper et ubique deberi praecedentiam supra omnes do Capitulo, dummodo hi sacris vestibus non sint induti. Si vero Vicarius Generalis sil de gremio Capituli, sedere debet in loco

suae receptionis, si vult distributiones lucrari ». Die 15 Septembris 1691.

185T. ALIPHANA. (3250)

Instantibus Dignitatibus el Canonicis Cathedralis in S. R. C. pro declaratione mfrascripti dnbii, videlicet :

An Canonicus eiusdem Cathedralis, cui fuerit commissa cura animarum, debeat, uti Parochus, Stola amicius, praecedere Canonicos, aut stare el sedere in loco suae receptionis sine Stola, illamque potius deferri a prima Dignitate aut Canonico?

El S. R.C. respondit; < Quod Canonicus, cui collata est cura animarum, si velit incedere in funeribus cum Stola el gerere personam Parochi, locum non habet inter Canonicos; sed incedere debet uti Parochus ante Capitulum Cathedralis posl ceteros Presbyteros. Si autem velit intéresse uti Canonicus, stare debet loco suae receptionis, sed sine Stola, deferenda hoc casu per digniorem dc Capitulo ». Et ila declaravit, et servari mandavit. Die 24 Novembris 1691.

1858. BERGOMEN. (3251)

Proposito in S. R. C. dubio Dominici Roncelli Sacerdotis, Parochi Ecclesiae S. Blasii Terrae de Albengo Dioecesis Bergomen.:

An in dicta Ecclesia parochiali, ubi adest Altare Pnvilegialum pro defunctis, celebrari possit a Sacerdotibus confluentibus Missa de Requiem in die alicuius Sancti duplicis ad libitum, quando eius Officium a dicto Parocho recitatur?

S. C. respondit : < In casu proposito, cum Officium sil ad libitum, quamvis sub riiu duplici, posse Sacerdotes confluentes celebrare Missam de Requiem ». El ila declaravit. Die 24 Novembris 1091.

1859. 1USTIN0P0L1TANA. (3252)

Expositum fuil ab Episcopo Inslinopolilano S. R. C., quod cum m Civilale praedicta Paires Dominicam soleant ducere Processionem singuli·, annis per quasdam consuetas vias, el ipse, ex rationabilibus causis sibi benevisis, intendat mulare ambitum eiusdem Processionis, illamque per diversas vias inIroduceie, supplicat declarari: An idem Episcopus hoc praecipere possit, etiam invito Parocho, per t mus vias transitus fieri debeat ?

El S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus pluries editis, respondit ; « Affirmative ». Die 24 Novembris 1691.

1860. MAIORICEN. (32B&)

Cum ex parte Episcopi Maioricen. proposita fuerim in Sacra Rituum Congregalione duo dubia, videlicet :

1. An per Rectores el Administratores Hospitalis Generalis Maioricen., praetextu assertorum privilegiorum, possit fieri expositio SSnii sine licentia Episcopi?

2. An, quatenus non liceat, et de facto fiai expositio absque dicla licentia , possit Episcopus procedere contra dictos Rectores ad censuras aliaque iuris remedia?

S. R. C. respondit.

Ad 1. « Non licere absque licentia Episcopi, ul alias resolutum init ».

Ad 2. « Posse Episcopum in casu contravenlionis procedere ad censuras el alia iuris remedia, quibuscumque privilegiis non obstantibus, dummodo mira quindecim dies, poslquam m ipsius manus pervenerit huiusmodi Decretum, non fuerit ex parte Rectorum deducium ullum Privilegium, quo expresse el absque ambiguitate, illis a Sede Apostolica concedatur facultas exponendi SSmum absque licentia Ordinarii ». El ila servari mandavit. Die 24 Novembris 1(191-

1861. IÎRBANIEN. (3255)

Relato in S. R. C. dubio Episcopi Urbanien. el Capituli eiusdem Cathedralis in supplici libello porrecto, videlicet :

An Episcopus possit, quando deferuntur Sacrae Imagines in publicis Processionibus, cogere Capitulum anleire diclis Imaginibus, cum habeatur consuetudo ab exordio Ecclesiae, quod praecedant dictae Imagines?

El S. R. C. respondil: « Servandam esse consuetudinem, dummodo Episcopus cum pluviali el mitra non incedat ». El ita declaravit c-l servari mandavit. Die 24 Novembre 1691.

1862. BONONIEN. (3250)
MANUTENTIONS.

Relata in S. R. C. ab Emo et Rmo D. Card, de Abdua Ponente controversi i inter Capitulum el Canonicos S. Petronii ex una, et Capitulum ct Canonicos Metropolitanae Ecclesiae Bononien. ex altera partibus, super competentia assislentiae Episcopo solemniler celebranti in Ecclesia praedicta S. Petronii ;

S. R. C., visis el auditis iuribus ulriusque partis, lain m scriptis quam in voce deductis, inhaerendo Decretis alias in huiusmodi causa editis: < Stetit in decisis, ac

declaravit : Archiepiscopo in praefata Ecclesia S. Petronii solemniler celebrante, Sraecedenliam el assislenliam deberi ibieui Canonicis dictae Cathedralis, dummodo ipsi ad Ecclesiam S. Petronii capitulante! accedam ». El ila servari el exeqiii mandavit. Die 15 Decembris 1691.

1863. SAGONEN. IN CORSICA (3258) THURIFICATIONIS.

Expositum fuit S. R. C. ab Episcopo Sagonen.quod cum in Civilale Calvii non adsit Cathedralis, sed Ecclesia parochialis lanium, in qua Episcopus ex Apostolico induito Sedem habet el Pontificalia statis temporibus exercet; quibus in Presbyterio desuper genuflexorio a plano soli duobus circitet palmis elevato, cum Sede desuper collocata, intéresse solet Commissarius praedictae Civitatis, qui est Generali Gubernatori illius insulae subordinatus, qui allegans consuetudinem ihurificalur immediate triplici ductu post Episcopum, deinde Magistratus, cuius Caput similiter triplici ductu thurificalui, reliqui vero duplici. Ideoque supplicatum fuil pro declaratione :

An haec asserta possessio habendi Sedem cum genuflexorio etiam serico panno strato et pulvinaribus sil toleranda una cum thurilicalionibus numero expressis, antequam Assistentes thurilicenlur?

Et S. R. C., inhaerendo Decretis alias in similibus editis, respondit: «Servandum esse in omnibus Caeremonialc Episcoporum ». El ila declaravit ct servari mandavit, quibuscumque non obstantibus. Die 15 Decembris 1691.

1864. ANGLONEN. (3260)

Proposita per Eiiium el Rnium D. Card, de Lauraea in S. R. C. controversia saepius orta in Dioecesi Anglonen., videlicet :

An sedere in primo loco in Choro, celebrare in solemmoribus, functiones ecclesiasticas obire el omnia, quae pertinent ad Archipresbylerum, spectent ad Oeconomum ab Episcopo constitutum per absentiam vel obilnin dicli Archipresbyleri, qui in Ecclesia parochiali habet curam animarum el occupat primum locum; vel ea competant Cantori, qui secundum locum post Archipresbylerum obtinet ?

Et S. R. C. respondit : « Omnia supradicla, exceptis iis quae curam animarum respiciunt, spectare ad Cantorem ». Et ita declaravit. Die 19 Ianuarii 1692.

1865. IANÜEN. (3261)

Cum loannes Thomas Baraltinius, olim Coadiulor quondam loannis Thomae Salinerii Canonici Ordinis Presbyleralis in Calhedrali lauuen., hodie post obitum coadiuli petierit declarari sibi debeii stallum in Choro in Ordine presbyterah, supra omnes alios Canonicos eiusdem Ordinis provisos de Canonicalibus post assecutionem suae Coadiuloriae, vel saltem sibi competere ultimum locum Ordinis Presbyleralis supra omnes alios Canonicos Ordinis Diaconalis vel Subdiaconalis ;

S. R. C., visis el auditis iuribus, lam in voce quam in scriptis, tam ex parte Capituli dictae Cathedralis quam ex parle dicti Barallinti deductis, referente Emo et Rmo D. Card. Barbanmo: < Attento quod in dicla Calhedrali Ordines, videlicet Presbyleralis, Diaconalis el Subdiaconalis, non sini adnexi certo el determinato Canonicalui el Praebendae, sed iuxla anlianilalem a die, qua quilibet provisus efficitur verus Canonicus, ascendere debeat gradatim ab ultimo loco inter Subdiaconos, etiamsi Canonicus defunctus (cuius praebendam et Canonicalum assequitur Coadiulor post obitum) fuerit tempore obitus m ordine Diatonorum vel Presbyterorum, censuit dicto loanm Thomae Baraltinio competere stallum ultimum inter Subdiaconos a die obitus Coadiuti ». Et ila declaravit, quibuscumque non obstantibus. Die 19 Ianuarii 1692.

1866. ORDINIS CAPUCCINORUM. (3262)

Fraler Fortunatus a Bononia Guardian» Capuccinoruni Castu S. Pelri Dioecesis Bononien., supplicavit S. R. C. pro declaratione infrascriptorum dubiorum:

1. An in Ecclesiis sui Ordinis possinl sepeliri cadavera saecularium eadem sepultura, in qua reconduntur cadavera Religiosorum?

2. An liceat Sacerdotibus Capuccims celebrare Missam absque usu bursae corporalis, uti requirit ritus S. Romanae Ecclesiae?

Et S. R. C. respondit :

Ad 1. « In casu pauperis derelicti, vel alicuius conspicuae personae a Superiore dispensatae (quod raro el non sine iusta causa censuit esse faciendum) posso huiusmodi cadavera sepeliri in Ecclesia dicti Ordinis, sed in loco sep irato ab illo, in quo tumulantur Religiosi ».

Ad 2. respondit: « Omnino negative ». Die 19 Ianuarii 1692.

1867. ORDINIS MINIMORUM. (3263)

Cum Frater Antonius Tronus, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, petierit a S. R. C. declarari :

An Provinciae Longobardiae eius Religionis ex vi Decreti facti Parmae in Capitulo, ut ipsi vocant, Definitorio anno 1673, liceat recitare in quacumque Feria V Officium SSriii Sacramenti, et in qualibet die Sabbati Officium Conceptionis R. Mariae Virginis? et an qui ea recitant, satisfaciant praecepto recitandi illis diebus Officium divinum? (1)

S. R. C. respondit: « Quod neque ex Decretis alicuius Capituli Delinilorii vel Provincialis vel Generalis, neque ex praetensa participatione Privilegiorum aliarum Regionum, liceat Provinciae Longobardiae, vel cuicumque Religioni, aut Regulari recitari Officia praedicta SSmi Sacramenti in quacumque feria V, el Conceptionis Bmae Virginis in Sabbatis, vel huiusmodi, absque expresso el speciali Sedis Aposlolicae induito; et qui absque eo ausi fuerint recitare, S. C. declarat quod non satisfaciant praecepto de recitando Officio Divino ». Die 19 Ianuarii 1692.

1868. SPOLETANA. (3264)

Cum Magistratus Civitatis Spoleti exposuerit S. R. C., quod in casu quo Episcopus pontificaliter celebrat, in ea parte Altaris Maioris Ecclesiae Calhedralis quae vergit erga Chorum, el ipse in situ, in quo solet assistere, non potest audire neque intueri divina Mysteria, ideo supplicaverit pro facultate collocandi eius consueta sedilia a latere praedicti Altaris Maioris, el cum debita distantia ab eodem; et Efitus Card. Ducalius Episcopus, cui scriptum fuit pro informatione et volo, fuerit in sententia quod in eo tantum casu, in quo Episcopus exercet Pontificalia in parte Altaris praedicti erga Chorum, possit Magistratui concedi petila facultas, quia tunc locus, in quo Magistratus exoptat assistere, non potest dici comprehensus in Presbyterio;

S. R. C., referente Emo et Riiio Domino Card, de Abdua, re mature perpensa, et inspecta diligenter ichnographia, attento consensu Capituli, eiusdem Calhedralis: « Gratiam petilam concessit, iuxta votum Enii Card. Duralii Episcopi ». Die 9 Febr. 1692.

1869. PENNEN. (3265)

Super abusu porrigendi ad deosculandum Evangelium Auditori Generali Status (quem in Aprulma Provincia possidet Serenissimus Parmae Dux) inter Missarum solemnia.

S. R. C. mandat: « Episcopo, ut impostorum curet omnino, ne in Missis publicis vel privatis quidquam tale amplius attentetur, el si aliquis attentaverit, eliam sub censuris delinquentes ad observantiam Decretorum S. R. C. compellat ». Die 9 Februarii 1692.

1870. CAESENATEN. (3269)

Relata in S. R. C. ab Emo et Rmo D. Card. Colloredo instantia Promoloris Fiscalis Curiae Episcopalis Caesenalensis, super declaratione loci in quo incedere debeat Magistratus saccularis eiusdem Civitatis, associans Episcopum ad Ecclesiam Cathedralem accedentem, el ab illa ad palatium revertentem ;

S. R. C., visis el auditis iuribus ab ulraque parte informante, tam in scriptis quam in voce deductis, decrevit: « In associatione, de qua agitur, omnino servandum esse Caeremoniale Episcoporum lib. 1, cap. 15, § 2, nempe: Magistratum saecularem incedere debere immediate ante Episcopum ». El ila exequi mandavii, m contrarium non obstantibus quibuscumque. Die 26 Aprilis 1692.

1871. FANEN. (3270)

Supplicatum fuit a S. R. C. declarari: An m Processionibus pro Synodo Dioecesana habendis Canonici Collegialae Terrae Constantii Fanen. Dioecesis incedere possint sacerdotali Planeta induti, ad instar Canonicorum Calhedralis ipsius Civitatis, vel potius debeant intéressé superpelliceo el almulia lanium induti, ul distinguantur a praefatis Canonicis Calhedralis?

El S. R. C., ut alias, praesertim in Placentina 19 Maii 1607, respondit : « Non convenire, ut Canonici Ecclesiae Collegialae in Processionibus incedant parati, proul incedunt Canonici Calhedralis ». El ita omnino servari mandavii. Die 26 Aprilis 1692.

1872. MAZAR1EN. (3272)

Cum alias saepe a S. R. C. declaratum fuerit: Vicariis foraneis per Dioeceses

(i) E. Dub *i.*

constitutis nullam praeeminentium aut praerogativam in sessionibus, Processionibus, Choro aul aliis functionibus sacerdotalibus, occasione huiusmodi Officii, competere, nisi tantum in Congregationibus, quae singulis mensibus de mandato Episcopi fiunt, in quibus Vicarius foraneus tamquam Episcopi Delegatus intervenire solet : ac propterea, viso memoriali pro Laurentio Mauricio Archipresbylero loci Salemis Civitatis nuncupatae Dioecesis Mazarien. contra Vicanum forancum porrecto;

S. R. C. decrevit: «Dictum Vicarium extra dictas Congregationes loco sibi alias iuxta suam receptionem inter ceteros Sacerdotes assignato contentum esse debere, neque primam Sedem in Choro praesertim Ecclesiae matricis, neque pacem aul thurilicationem ante alios, neque praecedentiam in Processionibus el funeralibus praetendere, neque in anliphonis el Psalmis intonandis, divinis Officiis ordinandis et aliis iuribus, praeeminenliis el praerogativis ad dictum Archipresbyterum aliosque ipso digniores, seu antiquiores Presbyteros speclanclibus, ex eo solum quod Vicarius foraneus existil, ingerere posse; sed debere stare, sedere el incedere in loco suae receptionis sive anlianilalis cum aliis Canonicis seu Presbyteris, prout slaret, sederet el incederet, si Vicarius foraneus non esset >. El ila per dictum Vicarium focaneum omnino servari mandavii, non obstantibus quibuscumque. Die 26 Aprilis 1692.

1873. SENEN. (3274)

Relata ia Sacra Rituum Congregatione ab Emo et Rmo Domino Card. Colloredo Episioln Rmi Archiepiscopi Senensis, eadem Sacra Congregatio declaravit : « Prohibitionem Missarum privatarum in Sabbato Sam io iuxta Decretum editum anno 1(590, sub dio 12 Februarii, non fuisse pro illo lanium anno, in quo occurrebat solemnilas Annuntiationis Biïlae Virginis M.itris Dei, sed servandum singulis annis iinposlerum, iuxta priscam Ecclesiae praxim et doctrinam ». DÎ0 26 Aprilis 1692.

1874. LICIEN. (3276)

Cum Episcopus Licien. petierit a S. R. C.: An Décréta prohibentia saecularibus, eliam Provinciarum Praesidibus, in celebratione Missarum osculum Evangelii debeant intelligi eliam de Missis publicis seu privatis, quas Praeses Licien. celebrare facit in Cappella palatii in quo residet, el ubi adesi Tribunal cum auditoribus el aliis administris?

S. R. C., inhaerendo Decretis pluries editis, declaravit; « Eliam in praedicta Cappella non licere, el esse omnino prohibendum ». Die 17 Maii 1692.

1875. HISPANIARUM. (3277)

Expositum fuit in S. R· C., quod in Hispania, ex indnlto Apostolico recitatur Ofcium de Feslo S. Juliani Episcopi Conchensis die 28 Ianuarii cum octava : sed quia anno futuro 1693, incidil Feria IV Cinerum in diem octavam, et secundum Rubricam Breviarii Romani Til. VII *De octavis,* adveniente Quadragesima, cessat quaecumque octava; propterea dubitatur: An in feria 3 praecedenti cessare debeat octava ad Nonam, aut ad Completorium eiusdem diei?

El S. R. C., referente Emo el Rmo D. Card. Colloredo, respondit : « In proposilo dubio Oflicium recitandum esse de die infra octavam usque ad Nonam, Vesperas autem debere esse feriales». Die 17 Maii 1692.

(876. ' DUBIUM. (3279)

Quaesitum fuit a S. R. C. declarari:

An Praelati et reliqui de Choro teneantur genullectere in Missis Vigiliarum, quae ieiunanlur, exceptis excipiendis, el in Missa defunctorum, etiam ad confessionem, iuxta Rubricam ;> Missalis de ordine genuflectendi?

S. R. C. proposilo dubio respondit: < Servandam esse Rubricam Missalis Romani, in qua Til. XVII, n. S, disponitur, quod Praelati in Choro ad Confessionem in Missa solemni genufleclere non tenentur: tenentur tamen ad Orationes in Missis Feriarum Adventus, Quadragesimae, quatuor Temporum el Vigiliarum quae ieiunanlur, exceptis excipiendis, el pariter in Missis defunctorum, dummodo non adsit contraria consuetudo ». Die 17 Maii 1092.

1877. FOROSEMPRONIEN. (3280)

Parochis Ecclesiae Forosempronien. S. R. C. supplicantibus pro facultate continuandi in celebratione Missarum B. M. V. in diebus furialibus, iuxta immemorabilem consuetudinem, singulis mensibus, cum *Gloria* el *Credo;*

S. R. C., audita relatione Episcopi, cui pro relatione scriptum fuii, censuit rescribendum : « Servandas esse Rubricas, qua-

cumque consuetudine non obstante ». Die 17 Man 1692.

1878. BITÜNT1NA. (3281)

Cum S. C. R. super nonnullis controversiis ortis inter Canonicos Cathedralis Bituntinae ediderit Decretum, videlicet: In Missis solemnibus Canonicos, et non inferioris ordinis Praebendalos, teneri inservire in Officio Diaconi et Subdiaconi Dignitatibus et Canonicis, secus vero in Vesperis ceterisque floris canonicis,. iuxla dispositionem Caeremonialis lib. 2, cap. 3, § 1; ol cum huius Decreti vigore, Canonici celebrantes in Calhedrali praetendant assistenliam eliam in Dominicis semiduplicibus infra annum: ex parte Canonicorum Diaconorum et Subdiaconorum fuerunt proposita sequentia dubia, nempe:

1. An, el quae sint Missae solemnes in quibus tenentur Canonici Oratores inservire in Officio Diaconi et Subdiaconi Dignitatibus el Canonicis celebrantibus?

2. An, Episcopo solemniter celebrante, pertineat ad Canonicos Diaconos ct Subdiaconos, vel potius ad Canonicos Presbyteros inservire in officio Diaconi el Subdiaconi in Evangelio et Epistola?

3. An, attenta distinctione Praebendarum el inveterata consuetudine quae vigei in Calhedrali Bitumina, quod Canonici, sive sint Presbyteri, sive Diaconi el Subdiaconi, praecedant in slallo Chori, spectato solo ordine anlianitatis; debeat hodie admitti praelensio Canonicorum Presbyterorum indistincte praecedendi in slallo Chori Canonicos Diaconos el Snbdiaconos, dicta contraria consuetudine non obstante?

Et S. R. C., omnibus bene perpensis el mature consideratis, inhaerendo Decretis pluries editis, el signanter in Samen. 15 .Septembris 1691, respondii:

Ad 1. «Iu omnibus el singulis diebus, in quibus Missae cantantur per Dignitates seu Canonicos, Canonicos pariter debere inservire m Officio Diaconi el Subdiaconi, non obstante quacumque contraria consuetudine ».

Ad 2. « Ad Canonicos in Ordine Diaconali et Subdiaconali constitutos, iuxla Caeremoniale Episcoporum lib. I, cap. 9, § 1; el cap. 10, § 1 ».

Ad 3. « Ordinem ecclesiasticae Ilverarchiae ita servandum esse ul m Choro, Processionibus ceterisque ecclesiasticis functionibus, sive peragamur iu paramenlis sacris, Mve in habitu chorali, primum et digniorem locum obtineant Canonici Presbyteri, secundum Diaconi, tertium Subdiaconi, licet Diaconi vel Subdiaconi ante Canonicos Presbyteros sui Canonicalu? possessionem acceperint; non obstanto quacumque contraria consuetudine, quam abusum declaravit ». Die 14 Iunii 1692.

1879. PISAUREN. (3284)

Cum in Civitate Pisauren. inoleverit mos exponendi quolibet die festivo SSmuni Eucharistiae Sacramenlum in omnibus lamSaecularium quam Regularium Ecclesiis, eo dumtaxat temporis spatio, quo fidelibus benedictio impertiatur, unde lil, ul ex tam multiplici el perfunctorio benedictionum numero oriatur facile confusio, el devotio tepescat;

S. R. C., perlecta et mature considerata relatione Riiii Episcopi, statuit: « Eidem esse committendum, ul talem imposlerum pro sua prudentia in expositione SSmi Sacramenti praescribat formam, ul omnibus praedictis abusibus prospicialur, dummodo praedictas benedictiones de nocte fieri expresse prohibeat ». Die 2 Augusti 1692.

1880. POLICASTREN. (3286)

Quaesitum fuit a S. R. C. an liceat thurilicare Marchionem Terrae Camerolae Dioecesis Policastrensis, Divinis assistentem, ante Sacerdotes el per Diaconum paratum, sub praetextu assertae consuetudinis, non obstante prohibitione Episcopi.

Et S. R. C. respondii: « Servandum esse Caeremoniale ». Die 2 Augusti 1692.

1881. CONGREGATIONIS' BENEDICTINAE. (3287)

Expositum fuit S. R. C. nonnulla Officia Sanctorum in Regno Bohemiae in Congregatione Benediclina, inconsulta Sede Aposlolica, elevata esse ad ritum alliorum eo, qui est praescriptus in Calendario Romano aut in concessionibus a S. Sede factis, el alia recitari de quibusdam, de quorum Canonizatione non constat. Idcirco quaesitum fuit:

1. An legitime id fieri possil?

2. An Monasteria teneantur ista colere, el publico cultu in Ecclesia, tam in Choro quam in Missa?

3. An in futurum tales ritus servandi suit a Monachis, qui a Praeside Congregationis instituuntur?

4. An ius habeat Provinciale Capitulum hoc statuendi?

El S. R. C. respondii: « Negative in omnibus, et omnino servandum esse Decretum editum die 8 Aprilis 1028, et Constitutiones Pii V, Clementis VIII el Urbani VIII, inilio Breviarii el Missalis Romani impressas ». Die 30 Augusti 1092.

1882. LAMACEN. • (3288)

Quaesitum fuit a S. R. C., an praesentibus in Choro Decano qui est prima Dignitas post Pontificalem in Ecclesia Lamaccn. et Canlore qui secunda est; cui illorum in principio Horarum venia petenda sil, et quis mandare incipere, dare ictum ad incipiendas Lectiones Nocturnorum el facere signum exeundi de Choro debeat

Et S. R. C., iuxla alias resoluta, respondit: « Ad primam Dignitatem praesentem in Choro spectare dare signum incipiendi el inchoandi divinum Ollicium, et a Choro exeundi: reliqua vero munia, ad regimen Chori spectantia, ad Caniorem perlinere declaravit ». Die 30 Augusti 1092.

1883. DECRETUM GENERALE. (3289)

Cum anno proxime venturo occurrat Festum S. Iosephi in Feria V Maioris Hebdomadae, exortum fuit dubium, attenta universali consuetudine Ecclesiae celebrandi eo die unam tantum Missam; an una cum Officio ipsius S. Iosephi transferti debeat anno praedicto eliam obligatio audiendi Missam ac vacandi ab operibus servilibus? dubioque huiusmodi in S. R. C. proposito, eadem Congregatio, ad relationem F.iin el Rihi D. Card. Albani, re mature discussa, censuil: «Officium transferendum esse ad aliam diem, iuxla Rubricas Breviarii Romani et Decreta ipsius Congregationis; ceterum praeceptum audiendi Missam et vacandi ab operibus praedictis non esse transferendum, sed servandum esse praedicta Feria V Maioris Hebdomadae, adeoqne per Ordinarios locorum accurate providendum, ul eo die aliquae quidem Missae privatae, ante celebrationem solitae Missae Conventualis, celebrandae pro praecepti implemento non desint; sed tamen proptorea antiquus mos communionis Cleri in Missa solemni eius diei, quo Ecclesia SSmi Eucharistiae Sacramenti institutionem et memoriam recolit, summa religione hactenus retentus, nullatenus omittatur». Et ita declaravit, ac Decretum huiusmodi publican et imprimi mandavit. Die !3 Septembris 1692.

1884·. CAESARAUGUSTANA. (3291)

Quaesitum fuit a Hieronymo Luca Hernando Redore Ecclesiae Villae de *Fornoles* Caesaraugustanae Dioecesis: An occurrente FesIO simplici tempore Passionis el infra octavas Paschae et Pentecostes, dicenda sil in Missa tertia Oratio?

S. R. C., inhaerendo Decretis in similibus alias editis, respondit: «Negative». Die 13 Septembris 1092.

1885. 11ISPALEN. (3298)

Magister Caeremoniarum Metropolitanae Ecclesiae Hispalensis supplicavit humiliter pro resolutione el responsione sequentium dubiorum, nempe :

1. Anno sequenti 1693 occurrit Festum S. Iosephi in Feria V Maioris Hebdomadae; el Officium debet transferri, iuxla regulas Iuris. Quaeritur modo : an cum Officio debeat transferri eliam abstinentia ab opere servili el obligatio audiendi Missam, proui ab hac S. C. fuit resolutum in Festo Annuntiationis B. M. V., occurrente in Sabbato Sancio vel Feria VI in Parasceve? (1)

2. Quaeritur: An in Officio Sanctorum Gabrielis et Raphael» (quorum alter die 18 Marlii, alter vero 24 Octobris in Hispania celebratur) ad octavam Benedictionem dici debeat: *cuius Festum colimus,* vel *quorum Festum colimus,* ul Iit in Festo S. Midi'dis?

El S. R. C. respondit:

Ad I. « Iuxi» Decretum generale in praesenti Congregatione sub hac eadem die 13 Septembris 1692 editum ».

Ad 2. « In Officio Sanctorum Michaelis Archangeli et Angeli Custodis dicendum : *Quorum Festum colimus;* quia est Festum omnium Angelorum, quemadmodum clare palet ex ipsis Lectionibus, el in Oratione omnium Angelorum patrocinium imploratur. In Officio autem S. Gabrielis, eius Festum colitur, el in Oratione eius auxilium et patrocinium invocatur: prout quoque tit in Officio S. Raphaelis, sicuti apparet in Oratione quae dicitur in eorum Officiis; ideo dicendum esse : *Cuius Festum colimus etc.* » Ei ita declaravit. Die 13 Septembris 1692.

(1) E Dub. 2, 3 et i.

I8SG. AQUAEPENDEN. (3296)

Instante Episcopo Aquaependen in S.R.C. pro resolutione infrascriptorum dubiorum, videlicet :

1. An Vicario Generali, qui non sit de gremio Capituli, debeatur in Choro sial·lum in quo residet Archidiaconus prima Dignitas?

2. Quatenus affirmative : quinam locus dandus sil Archidiacono, ita ul vel teneatur descendere inferius post Vicarium in eodem cornu dextero, vel transire ad stallum Archipresbyteri in cornu sinistro?

3. An primus locus pro Vicario debeal semper manere fixus el vacuus?

S. R. C., referente Emo Domino Card. Sacchelto, respondit :

Ad 1. < Vicario deberi primum el digniorem locum a pario dextera, in casu de quo agitur ».

Ad 2. « Dicto Archidiacono primae Dignitati deberi primum locum a parte sinistra ».

Ad 3. < Stallum Vicarii debere manere fixum, nec ab aliis unquam, eo absente, occupandum ». Die 20 Decembris 1692.

1887. HISPALEN. (3297)

Praetendente Sodalitate seu Confratermlale laicorum sub invocatione S. Crucis erecta in Cappella S. loannis intra Ecclesiam Sanctae verae Crucis, Conventus, el Fratrum tertii ordinis S. Francisci, Oppidi Civitatis de *Jerez ile la Frontcra* Provinciae Hispalen., celebrari facere Missam solemnem in dicta Cappella Feria V Maioris Hebdomadae, el consecratis duabus Hostiis, alteram ex eis asservare in diem sequentem Feriae VI Parasceve, loco intra eamdem Cappellam ad id instructo, vulgo nuncupato *Monumento ;* non obslanle quod Fratres praedicti Conventus ipsa eliam Feria V solemniler celebrent in antedicta eorum Ecclesia, atque in alio separato loco apud Altare maius praeparato et ornato SSriium Eucharistiae Sacramentum pariter ad sequentem diem asservent, iuxla generalem Ecclesiae consuetudinem.

Ortis proinde controversiis super huiusmodi duplici celebratione el asservalione Sacrosanctae Eucharistiae, diebus praedictis, in una eademque Ecclesia, habitus fuil recursus ad S. R. C. pro parte dictorum Conventus et Fratrum, el propositis infrascriptis dubiis, videlicet :

1. An Confratribus S. Crucis liceat celebrare, seu celebrari facere Missam solemnem in Cappella S. loannis Feria V Maioris Hebdomadae?

2. An eadem die possint iidem Contraires *Monumentum* instruere in dicta Cappella, et m eo asservare SSmum Eucharistiae Sacramentum in sequentem diem Feriae VI Parisceve ?

S. R. C., audita relatione Riiii Archiepiscopi, cui scriptum fuil pro informatione el volo, rescripsit : « Negative in omnibus ». Die 20 Decembris 1692.

1888. VIGLEBANEN. (3299)

Expositum fuil in S. R. C., qtiod in Cathedrali Viglebanen. ab immemorabili usque hactenus consueverunt, absque ulla interruptione, celebrari cum Officio et Missa sub ritu duplici quinque Festa infrascripla, videlicet: die 19 Ianuarii de S. Bassiano Episcopo el Confess., die 23 Aprilis de S. Georgio Mart., die 15 Iunii de S. Vito Mart., die 16 Augusti de S. Rocho Confessore, el die 4 Decembris de S. Barbara Virg. el Mari.; nec non ex eadem consuetudine Sacerdotes Saeculares omnes dictae Calhedralis beneficio seu servitio adscript! celebrantes, in line Missae, lecto secundo Evangelic, stantes ante medium Altaris consuevisse recitare anliphonam *Salve Jlegina etc.,* tempore vero Paschali *Regina Coch etc.* cum vers, et Orationibus convenientibus; el praxim illius Ecclesiae semper fuisse, quod, dicto *Henedicamus Domino* in Choro post Tertiam, etsi immediate sequatur Missa Convenluaiis, dicatur: *Fidelium animae etc.*

Demum ex parte Dignitatum el Canonicorum dictae Calhedralis allatum fuil : Caniorem diclae Calhedralis, qui esi quinta Dignitas, praetendere nonnullas praerogativas, videlicet usum pluvialis pretiosioris, Indumentum pontificale in Choro el in associando Episcopo; in functionibus distributionem duplicem cerae, necnon praecedentiam thurilicationis, osculi pacis et aquae lustralis ante omnes alias Dignitates, aliaque huiusmodi in supplici Libello exposita :

Quibus omnibus ab Emo et Rmo D. Card. Colloredo relatis, auditis informationibus Episcoporum pro tempore diclae Civitatis,

S. R.C. respondit : « Quoad ritus posse continuari; quo vero ad alia, citetur pars ». Die 20 Decembris 1692.

1889. LICIEN. (3300)

Supplicante Francisco Antonio Sanctorio Trivultio Licien. Calhedralis Ecclesiae Ca-

iioiiico S.R.C. pro resolutione mfrascripli dubii, videlicet :

An Canonicus Calhedralis exercere possit munus Magistri Caeremoniarum, el quid si adsint Sacerdotes Licien., qui valeant dictum Officium peragere? ·

5. il. C., inhaerendo resolutionibus alias editis, respondit; < Non repugnare ». Die 10 Ianuarii 4693.

1890. GALLIARUM. (3301)

Supplicante P. Bernardo a S. Ludovico Ordinis SSiiiae Trinitatis Redemptionis Captivorum Nationis Galliarum S. R. C. pro resolulione seu declaratione infrascriptorum dubiorum, videlicet : (i)

1. An si uno die occurrant plura Officia Martyrum, unum semiduplex el aliud simplex, in Vesperis pro commemoratione simplicis dicenda sit antiphona : *Gaudent in coelis etc..,* de secundis Vesperis, ut exemplum est die 10 Septembris? et an detur ibi regula, vel exceptio regulae Rubricae de commemorationibus num. 8?

2. Ulrum in Officio simplici Martyris, qui sanguinem non fudit, semper pro secundo Responsorio dicendum sit: *Domine praevenisti etc.* quaecumque occurrat Feria, vel tantum dum occurrit Feria IV ?

3. Ulrum antiphona de B. Maria: *Are Regina etc.* semper dici debeat die 2 Februarii, etiamsi Festum Purificationis transferatur, vel habeat octavam?

4. Dum occurrit Festum duplex in octava Corporis Christi cum simplici, ulrum nona Lectio de simplici legenda nec ne?

6. Cum liat Officium alicuius Sancti in Ecclesia Cathedrali, el tale Officium praecipiatur in tola Civitate, el in Ecclesia Cathedrali ad Missam propter insignem Reliquiam recitetur Symbolum Apostolorum; in aliis ne Urbis Ecclesiis etiam dici debeal ?

6. Num in die Coenae Domini vel Sabbato Sancto Missae privatae dici possint, quacumque interveniente necessitate, praesertim dum his diebus occurrat Annuntiatio B. M. V.?

7. Si infra Hebdomadam Passionis Officium semiduplex aul simplex occurrat : utrum 1res dicendae sint Orationes m Missa vel lanium duae, quod insinuare videtur Gavanlus in Rubrica Missalis, part. 1, til. 9, num. 10, nisi inlelligat solum de Missa principali el solemn?

8. Cum superesl una Dominica post Epiphaniam, nec poni potest post Pentecostem, ulrum si Lola Hebdomada anle Septuagesimam, praeter feriam secundam, quae simplex habet Officium, impediatur Officio novem Lectionum, poni possit el debeal in dicta Feria secunda, vel legi homilia in Sabbato ante Septuagesimam?

9. Si in die S. Marci post Processionem in Ecclesia minori canietur unica Missa, utrum cantanda sit de Rogatione vel de S. Marco cum commemoratione de Rogationibus ?

S. R. C., ad relationem Emi el Rmi D. Card. Colloredo, respondit:

Ad 1. < Servandam esse Rubricam Tit. IX, de commemorationibus num. 8, nisi aliter assignetur m propriis locis, ut ibi docel eadem Rubrica ».

Ad 2. « Responsorium: *Domine praevenisti etc.* dicendum esse tn quocumque Officio Martyrum, qui perierunt non effuso sanguine ».

Ad 3. < Affirmative ad utrumque , ex Decreto S. Congregationis edito die H Ianuarii 1081 ».

Ad 4. < Legendam esse nonam Lectionem de simplici in Officio de Sancio duplici infra octavam Corporis Christi, ut in Nuscana 12 Septembris 1671 ».

Ad 6. < Si Officium et Missa celebrentur m Cathedrali propter insignem Reliquiam, quae ibi asservatur. non posse celebrari per Civitatem, sed in sola Cathedrali ex Decreto S. C. contra abusus edito die 8 Aprilis 1628, et impresso in Missali el Breviario Romano. Si autem Officium concessum sil universo Clero Civitatis de aliquo Sancio, cuius insignis Reliquia asservatur in Calhedrali, tunc Missa cum Symbolo celebranda est in Cathedrali tantum, m aliis vero Ecclesiis sine Symbolo, ex Rubrica Missalis Romani Tit. XI, de Symbolo, el Decreto S. Congregationis 2 Decembris 1684, ad i ».

Ad 6. « Quoad Sabbatum Sanctum negative; et Festum Annuntiationis transferendum esse ad Feriam secundam po<t Dominicam in Albis, ul in diem propriam el fixam ex Decreto edito die 11 Februarii 1690. Quoad Feriam V in Coena Domini servandum esse Decretum generale pro Festo S. Iosephi die 13 Septembris 1692 ».

Ad 7. < In Missa solemni in Feria commemorationem non esse faciendam de Festo semiduplici, et huius Missam pariter cantan-

(i) E. Dub. 1. 2. 3. 7. 8, W. 12 et 14.

dam esse absque commemoratione Feriae, el in ntrisque dicendam tantum secundam Orationem Ecclesiae vel pro Papa, ul docet ibi allegatus Gavantus. In Missis autem privatis de Festo semiduplici, cum sit clara dispositio onuncialae Rubricae Til. IX, de Orationibus num. S, dicendam esse secundam Orationem de Feria, tertiam Ecclesiae vel pro Papa: de simplici vero faciendam esse commemorationem, iuxta eamdem Rubricam ».

Ad 8. « Satis esse provisum per Rubricas Breviarii Romani Tit. IV de Dominicis, num. 15, el per aliam Rubricam propriam positam ante Dominicam primam post octavam Epiphaniae : nempe in casu proposito Officium de Dominica faciendum esse in primo Sabbato post Epiphaniam Festo duplici vel semiduplici non impedito; alioqum, scilicet si praedictum Sabbatum esset impeditum, faciendum in prima die post dictam octavam, quae non repentur impedita Festo duplici ».

Ad 9. < Servandam esse Rubricam Missalis Romani positam ante Missam Festi S. Marci. Nam de praedicto Sancio can landa esi Missa tantummodo, quando Processio terminatur ad Ecclesiam eidem Sancto dicatam, quemadmodum cavetur in Caeremoniali, lib. 2, cap. 32, § 0, el decrevit S. C. m Hispalen. 23 Maii 1603, el alias pluries ».

Ac ila declaravit. Die 10 lanuarii 1693.

1891. NICIEN. (3302)

Propositis ad instantiam Episcopi Nicien. in S. R. G. infrascriptis dubiis, videlicet :

1. An Presbyter (quicumque ille sit) assistens Episcopo tenere possit in capile pileolum, vulgo *berellino,* cum eidem porrigit incensum ul illud benedicat, vel (piando ipsum incensat, vel (piando ipsi assistit ad Missalo, cum Episcopus legit, sive in Throno, sive in Altari?

2. An porrigens (quicumque ille sil) aspersorium Episcopo Ecclesiam ingredient!, possit m capite tenere dictum pileolum, sieuli etiam ceteri, qui aqua benedicta pariter asperguntur ab Episcopo ?

3. Vu Canonici assistentes quandocumque Episcopo ad sedem Pontificalem, possint semper tenere in capite dictum pileolum ?

4. Au Canonici, assistentes quandocumqtie Episcopo el inservientes in (un< lionibus Pontificalibus quibuscumque, etiam quando ille assistit cum sola cappa magna, dictum pileolum in capite possint lenere ?

S. R. C., respondit : Ad 1 el 2. « Negative ».

Ad 3 el 'i. < Affirmative, dummodo non ministrent ». El ita declaravit. Die 10 la-, nuarii 1693.

1892. VERCELLEN. (3304)

Cum die 11 Augusti 1691, a S. R. C. ad instantiam Canonicorum Calhedralis Vercellen. decisum fuerit a Contionatore salutandos prius esse Canonicos diclae Calhedralis in apparatu chorali, absente Episcopo, capilulariter sedentes, et deinde Gubernatorem: cumque exortum fuerit dubium : An hoc procedere debeat, etiam praesente Episcopo ?

El S. R. C. respondit: « In decisis, etiam praesente Episcopo ». Die 24 lanuarii 1693.

1S93. VENAFRANA. (3306)

Remissis a S. C. Concilii Tridenlini pro resolutione infrascriptis dubiis, ad instantiam Riiii Episcopi Venafrani, videlicet :

1. Insignia Canonicorum sunt violacei coloris cum almulia gestata in brachiis, proinde stante eorum paupertate, concedi posset ut super humeris eam gestare possent.

2. Pro Sanctis Patronis Imius Civitatis venerantur Martyres Nicander·, Marcianus et Daria, quorum ossa creditur conquiescere subtus Altare maius Ecclesiae PP. Gapticcinornm, cum ea fuissent recognita per S. R. C. anno 1683, eadem S. R. C. proprium Officium concessit; sed cum in visitatione perspexerit ipse Episcopus orator intra armarium Sacrisliae Ecclesiae SSmae Annuntiationis conservari quasdam Reliquias dictorum Sanctorum ab Urbe obtentas anno 1673, lum petiit : An hae Reliquiae bâptizatae adorationibus Fidelium exponi possint el pro‹essionaliler deferri, quidve de eis agendum sil?

El S. R. C. respondit : Quoad I. « Nihil ». Quoad 2. « Posse continuari ad formam Decreti anni 1691, etiam quoad Processionem: salvo tamen eodem Decreto quoad Olficium el Missam ». Die 14 Martii 1693.

1891. FIRMANA. (3308)

Gum sub die 11 Martii 1690, propositis ab Emo de Lauraea Ponente nonnullis dubiis in causa Firmana inter Priorem el Parochum Ecclesiae Sanctorum lacobi et Quinn Oppidi de Lapedona Firmanae Dioecesis,

et Capitulum et Canonicos Collegialae S. Laurentii dicti Oppidi, ad 5 Dubium, nempe: Ati, interveniente solo Archipresbytero ad funus associandum, et Cui alo Stolam deferente, cui danda esset per viam praecedentia? responsum fuerit : *Curato habenti Stolam,* et ad (i: An omnes functiones, quas exercere solebat Parochus et Prior Sanctorum lacobi el Quirici ante erectionem Collegiatae praedictae, modo specient ad Archipresbyleriim el Canonicos eiusdem? *Dilata* fuerit resolutio; cumque eidem 5 dubio superadditum fuerit: An interveniente Archipresbytero cum Capitulo ad funus associandum, et Curato Stolam deferente, cui danda sil per viam praecedentia? Et petita pariter resolutio super 6,

S. R. C., instantibus iterum ulrisque partibus, et visis eorum iuribus, tam in scriptis quam in voce deductis, ad relationem Emi Colloredi, respondit:

Ad 5. « Praecedentiam competere Parocho Sanctorum lacobi et Quirici incedenti cum Stola etiam per viam, praesentibus Archipresbytero et Canonicis Collegiatae S. Laurentii ».

Ad 6. « Spectare ad eumdem Parochum Sanctorum lacobi el Quirici omnes functiones, de quibus agitur, non tamen pulsationem Campanarum in die Sabbati Sancti ». El ila declaravit el servari mandavit. Die 18 Aprilis 1693.

1895. SULMONEN. (3310)

In Causa inler Priorem Congregationis Patrum Coelestinorum et Parochum S. Mariae de Alloia Terrae Populi Sulmonen. Dioecesis ex una, el Patres Convenluales eiusdem loci ex altera partibus, recusantes intervenire in Processionibus solemnibus, videlicet Corporis Christi, Rogationum, el huiusmodi, iuxta solitum,

S. R. C. attenta relatione praehabila P. Procuratoris Generalis dicti Ordinis, mandavit : « Scribendum esse Episcopo, ut cum auctoritate el facultatibus eiusdem S. C., cogat ipsos Fratres Convenluales ad interessendum praedictis Processionibus, iuxta solitum , et de parilione doceat ». Die 9 Maii 1693.

189«. DUBIA. (3312)

Ad infrasmpta dubia perEmum elRiiiura I). Card. Colloredum in S. R. C. relata, videlicet :

I. An liceat Feria V in Coena Domini sanctum in Cappella pri-

. (•illicere Oleum

vata, et non in Ecclesia, adhibitis omnibus Ministris prout disponitur in Pontificali ?

2. An Episcopus, aegritudine impeditus, possit aut ilebeat demandare alteri Episcopo hoc idem praestare io aliqua Ecclesia?

3. An illud idem pnssil adimpleri in Cappella omnino incapaci omnium Sacerdotum, Diaconorum et Subdiaconorum, qui requiruntur m Pontificali?

S. R. C. respondil;

Ad 1. « Negative ».

Ad 2. < Posse, el ex necessitate propriae Ecclesiae etiam debere ».

Ad 3. < Negative ».

Et ita declaravit. Die 13 Iunii 1693.

1897. ORBIS. (3313)

Cum S. R. C. sub die 22 Iunii 1675 prohibuerit Regularibus, ne in posterum cum SSmo Eucharistiae Sacramento populo benedicerent cum trina benedictione, el modo exortum fuerit dubium: An sub nomine Regularium, Abbates Regulares comprehendantur?

S. R. C. declaravit : < Comprehendi etiam Abbates: el posse tantum dictos Abbates habentes usum Pontificalium benedicere tripliciter in ostensione SSmi Sacramenti, quando exercent Pontificalia, iuxta Decreta Alexandri Papae VII ». El ila omnino servari mandavit. Die 13 Iunii 1693.

1898. PORTUEN (3314)

Cum S. R. C. ad instantiam Arcbipresbyteri et Canonicorum Ecclesiae Collegiatae >ub titulo Assumptionis B. M. V., et Priorem Communitatis Castri Novi Porluen. Dioecesis, decreverit: Priores thurificandos esse ad formam Caeremonialis, et cum m dicto Caeremoniali non exprimatur, a quo Ministro thurifiean debeat .Magistratus; ideoque iterum ah oratoribus supplicatum fuerit pro declaratione magis praecisa;

S. R. C. respondil: < Huiusmodi Magistratum iliurificandiim esse per Acolythum ». El ila servari mandavit. Die 13 Iunii 1693.

1899. ROMANA (3315)
PRAECEDENTIARUM.

Infrascriptis dubiis ad instantiam Rectorum Parochialium Urbis in controversia cum Vicariis perpetuis S. loannis m Laterano, S. Petri in Vaticano, el aliis litis consortibus, pro resolutione in S. R. C. porrectis, el ab Emo el Riho Domino Card, de Carpineo in eadem relatis, videlicet :

1. An Rectores perpetui Parochialium Urbis debeant in Processionibus praecedere Vicanis perpetuis S. Ioannis in Laterano, S. Petri in Vaticano, ceterisque Vicanis Collegialarum et Parochialium ?

2. An Archipresbyleri S. Mariae in Rotunda, et Sanctorum Celsi el Iuliani, debeant praecedere supradiclos Rectores?

3. An Sacrisla, vel alius Minister S. Petri in Vaticano et S. Mariae Maioris, intervenire possit cum Stola in Processionibus funebribus, ipsosque Rectores Parochos praecedere, dum ad ipsorum Ecclesias parochiales defunctus tumulandus defertur?

S. R. C., visis el audilis iuribus ab ulraque parte, lam in scriptis quam in voce, deductis, respondit :

Ad I. « Vicariis perpetuis Basilicarum S. Ioannis in Laterano, S. Petri in Vaticano, S. Mariae Transtybcrim ei S. Laurentii in Damaso competere in Processionibus praecedentiam supra Rectores Parochos aliarum Ecclesiarum. Urbis, servata tamen allernaliva solila inter Ecclesias S. Mariae Transtyberim et S. Laurentii in Damaso ».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. « Dilata ». Dic 13 Iunii 1603.

1000. VADEN. (3348)

Propositis ab Eiho et Rmo Domino Card. Cosiagulo infrascriplis dubiis in S. R. G. allatis, inter Episcopum ex una, el Capitulum el Canonicos Calhedralis S. Angeli in Vado ex altera partibus, eisque plene discussis, videlicet :

1. Utrum possit Episcopus interdicere Regularibus utnusque sexus, aliisque Ecclesiarum Rectoribus, ne pulvinaria dentur Canonicis Calhedralis Ecclesiae, quando ad illorum Ecclesias capiiulariler accedunt ?

2. Num Episcopo liceat prohibere ne Canonicorum Collegium Calhedralis Ecclesiae ab ea capiiulariler exeat? (1)

3. Utrum Episcopus cogere possit Canonicos , ut suae Missae privatae assistant el inserviant?

4. Ulrum Episcopus ius habeat prohibendi vel reformandi mozzellani sericam Canonicorum ?

6. Utrum Episcopus possit cogere Capitulum ul coadunetur anle eum die Festo Sanctorum Innocentium in cubiculo, ad Officialium el mercede conductorum mutationem ?

6. An Episcopo ius sil eligendi duos Magistros Caeremoniarum ; an polius Episcopus suum , el Capitulum suum eligere debeal ?

S. R. G., ulraqtie parle audita el informante, respondit :

Ad I. «Negative, absente Episcopo».

Ad 2. « Exprimantur casus particulares».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. « Servetur uniformitas, nempe salex hyemali tempore, el cameloili aestivo ».

Ad 5. < Negative ».

Ad 6. « Magistri Caeremoniarum eligantur Episcopi ab Episcopo, Capituli a Capitulo ».

El ila declaravit el servari mandavil. Die 11 Iulii 1693.

1901. BRAGHAREN. (3320)

Moniales Conventus Villae *del Conte* nuncupatae Dioecesis Bracharcn. quaesiverunt: An recitantibus qualibet Feria V per annum Oilicium SSmi Sacramenti, liceat illud recitare cum *Alleluia* ?

S. R. G. respondit: «Non licere extra tempus Paschale ». Die 22 Augusti 1693.

1902. ÜRBEVETANA. (3324)

Relata ab Emo et Rmo D. Card, Indice in S. R. C. concordia super associatione Episcopi, tam in accedendo ad Ecclesiam quam in redeundo ad palatium episcopale post peracta Pontificalia, quam Emus el Rihus Dominus Gard. Millions Episcopus et Magistratus Urbevelanus confirmari et approbari petebant;

S. R. C. censuil: « Eamdem concordiam non esse confirmandam neque approbandam » sed decrevit: « Magistratum Urbevetanum teneri associare Episcopos proprios, tam m accedendo ad Ecclesiam quam in redeundo ab eadem ad palatium episcopale, ad formam Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 15». Et ila servari mandavit. Die 19 Decembris 1693.

1903. COMEN. (3327)

Relatis per Eihum el Rmum Dominum Card. Colloredum Ponentem in S. R. G., ad instantiam Promoloris Fiscalis Curiae episcopalis Comen., processibus in eadem Curia confectis super pervicaci renuentia Canonicorum Calhedralis eiusdem Civitatis praestandi debitam associationem eidem Episcopo ad Ecclesiam cum cappa accedenti,

(1) E. Dub 3. 4. 7. H. il, 12 cl 13.

et ab eadem ad palatium episcopale redeunti, cum aliis inde seqnulis, occasione associationis praedictae, in seditiosum contemptum praedicti Rihi Episcopi, nec non in spretum Decretorum huius Sacrae Congregationis·, aegre ferentes Eiiii Patres huiusmodi pervicaciam mandarunt: « Ut omnino serventur Decreta , et Episcopus cogat Canonicos iuris remediis ad praestandam associationem praedictam, el ad mentem; et mens fuit quod Canonici Marcus Antonius Caimo, Ballhassar Porro, Aloisius Caimo et Franciscos Fontana vocentur ad Urbem, ac insuper ut per Emum Cprd. Vicarium procuretur captura Canonici Pauli Iotii praesentis in curia. El ita S. R. C. servari mandavit ». Die 13 Martii 1694.

1904. MELITEN. (3328)

Petente Canonico Ioanne Maria Zalara, Calhedralis Ecclesiae Meliten. Canlore, mandari, quod ipse associetur a Magistro Caeremoniarum personaliter el non per substitutum, quando idem Cantor ex officio suo accedit ad suggerendum Episcopo tonum, *Gloriae, Credo,* anliphonaruin el hymnorum ;

S. R. C., audita relatione cum volo l). Inquisitoris Meliten., censuil: « Ul Episcopus curet adesse duos Magistros Caeremoniarum, quorum alter serviat soli Episcopo, alter Dignitatibus el Canonicis ad sacras caeremonias opportune peragendas ». Die 13 Martii 1694.

1905. LUCEN. (3331)

Emus et Rfinis D. Card. Bonavisius Episcopus Lucensis, ad sedandas controversias quae passim.inter Parochos praedictae Civitatis oriuntur, petiit a S. R. C. declarari infrascripla dubia, tenoris huiusmodi, nempe :

1. An, exeunto ab Ecclesia parochiali Regularium cadavere, praecedere debeat Crux et Capitulum eorumdem Regularium, an potius Crux Regularium Ecclesiae in qua tumulari debet cadaver? (1)

2. Utrum Canonici Regulares Lateranenses praecedere m funeralibus debeant aliis Regularibus ?

3. Utrum iidem Canonici Lateranenses et Salvatoris cedere in funeralibus primas debeant Ecclesiis Saecularibus?

4. Utrum procedere iidem valeant inter Collegiatas Ecclesias Sacculares, quae sibi invicem non cedunt, neque proinde extra funeralia conveniunt simul ?

5. Utrum, si decretum ea super rc Episcopus emanaret, tum Capitulum tum Regulares obtemperare teneantur?

6. Qualenam Decretum condere Episcopus debeat iuxla sensum S. R. C., ul omnes indiscriminalim obliget?

Et S. R- C., inhaerendo aliis Decretis m similibus editis, ad relationem Eiîii el Rmi D. Card. Colloredi, respondit:

Ad 1. < Deferendam esse Crucem illius Ecclesiae in qua tumulatur cadaver ».

Ad 2. « Affirmative, iuxla Constitutiones Pii IV et Pu V, el alias resoluta, el signanter in Monopohlana 23 Martii 1619 ».

Ad 3. < Affirmative ».

Ad 4. < Debere praecedere, iuxla anlianilalem erectionis, quatenus sint aequales ».

Ad B. < Ordinarium componere debere lites praecedentiae inler Regulares, omni appellatione remota, ad tenorem Concilii Tridentim Sess. 25, de Regularibus el Monialibus, cap. 3; ideoque posse etiam poenis el censuris ecclesiasticis ad excquutionem Decretorum super his editorum Regulares compellere ».

Ad 6. < Emus Episcopus facial Deere lum, quod confirmetur a S. R· C. ».

El ila censuil el declaravit. Die 15 Maii 1694.

1906. SULMONEN. (3332)

Propositis ab Emo et Riîio D. Card. Coslaguto infrascriplis dubiis inler Arcbidiaconum ex una, el Canonicos Calhedralis Sulmonen. ex altera partibus, excitatis;

1. An spectet ad Archidiaconum dare signum pro inchoando Officio el intonare Orationem Dominicalem?

2. An ad Archidiaconum spectet determinare horam celebrationis Ollicii ?

3. An solus Archidiaconus possit in Processione solemni Corporis Christi deferre pluviale?

4. An spectet ad Archidiaconum peragere solemnes functiones, absente Episcopo ?

5. An Canonici possint exire a Choro non expetita licentia ab Archidiacono ?

S. R. C. respondit ad prima quatuor dubia : « Affirmative ».

Ad quintum vero: < Negative ». Et ila declaravit el servari mandavil. Die 29 Maii 1694.

(1) E Dub i

1907. VADEN. (3333)

Instante in S. R. G. Episcopo Vaden, nedum pro nova audientia el recessu ab ultimo loco decisis sub die 11 Iulii 1693, super I, 3 el β dubiis, contra eumdem Capitulo et Canonicis Cathedralis Civilalis eiusdem excitatis, necnon pro declaratione secundi nondum decisi, videlicet: An Episcopus possit eisdem Canonicis prohibere ab Ecclesia capilulariler egredi super quo fuerat lanium a S. C. responsum : *exprimantur casus particulares ;* el supplicante tamdem humiliter S. C. de aliqua opportuna provisione, tam super renitenlia eorumdem Canonicorum ingrediendi Ecclesias in quibus terminantur Processiones, et pro eisdem Canonicis pulvinaria non parantur; quam super quodam asserlo decrelo ab iisdem Canonicis capilulariler facio, in quo Episcopo extra Calhedralem celebranti Canonici inservientes sub mulcla ponuntur el praedicta omnia non solum Capilulo el Canonicis praedictis impugnantibus, verum etiam praetendentibus ipsis intéresse licere aliquibus Processionibus, ul asseruerunt, Regularibus extra propria claustra ab Episcopo permissis, absque interventu Capituli ?

Eadem S. R. C., tam in voce quam in scriptis, auditis ulrisque partibus, ad relationem Emi et Riiii Cardinalis Costaguli, respondit :

Ad I.-dubium: « Negative. Quoad renilenliam Canonicorum ingrediendi Ecclesias, in quibus terminantur Processiones, Episcopus illos cogal ».

Ad 3. « Negative, el salis provisum, sed abolendum esse decretum a Capitulo factum ».

Ad δ. « Pariter negative ».

Ad 2. non decisum « Capitulum non posse egredi ab Ecclesia Cathedrali capilulariler, non petita licentia ab Episcopo ».

« El demum quoad instantiam Capituli interveniendi m Processionibus, Canonici utantur ture suo ». Die 29 Maii 1094.

1908. LUCERINA. (3334)

Relatis in S. R. C. infrascriplis dubiis ab Episcopo Lucerino excitatis :

1. An in Processione solemni SSmi Corporis Christi liceat Praesidi Provinciae uti umbraculo, sive umbella ?

2. An in Processione praedicta, insurgentibus controversiis super delatione ha»tarum baldachini, a quo seu a quibus deferri debeant, decidere speciet ad Episcopum, seu potius ad indices laicos?

Ad 1. S. R. C. respondit: « Nemini licere ».

Ad 2. « Servelur Caeremoniale, absque praeiudicio soliti ». Die 17 Iulii 1694.

1909. MACERATEN. (3338)

Ad instantiam Praepositi et Canonicorum Collegiatae SSmi Salvatoris Civilalis Maceratae contra nonnullos Mansionarios Collegialae praedictae, sequentibus dubiis, ab Emo et Rmo I). Cardinale Colloredo relatis :

1. An Mansionarii nuper electi, teneantur assistere Divinis, el celebrare Missam conveniualem ?

2. An el quomodo frui debeant vacatione triginta dierum per testatorem concessa ?

S. R. C., auditis el visis iuribus ab utraque parte tam in scriptis quam m voce deductis, respondil:

Ad 1. « Mansionarios praedictos teneri celebrare Missas Convenluales ».

Ad 2. « Erui debere vacatione ad formam testamenti Fundatoris respectu assislenliae Chori, non autem respectu Missarum ». El ila servari mandavit. Die 17 Iulii 1094.

1910. FÜLGINATEN. (333(5)

Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis Fuiginalen. humiliter supplicavit S. R. C.

1. Demandari Magistratui dictae Civilalis, iuxta solitum, ne post absolutam Missam Pontificalem discedat ab Ecclesia, non expeclala benedictione Episcopi, usque dum fuerit sacris vestibus exutus. *

2. Non obstante immemorabili, non licere eidem Magistratui assistere in Presbyterio.

El S. R. C., ad relationem Eiiii el Rini Dom. Cani. Colloredi, audito pariter Magistratu praedicto, respondil :

Ad 1. « Expoclel benedictionem Episcopi ».

Ad 2. < Conficiatur ichnographia iudicialis ». Et ita censuil el declaravit. Die 7 Augusti 1694.

19U. GERUNDEN. (3337)

Episcopus el Capitulum Gerunden. exposuerunt S.R. C., in dicta Civitate el Dioecesi quotannis celebrari de praecepto ex volo die 2 Aprilis Festum S. Francisci de Paula. El quia anno proxime fuluro 1698, prae-

fala dies incidit in diem Sabbati Sancli maioris Hebdomadae, supplicaverunt declarari, quomodo gerere debeant circa praeceptum audiendi Missam?

El S. 11. C. < Translationem Officii et obligationem audiendi Missam iu casu proposito ad prunam diem non impeditam, el iuxta Rubricas Breviarii el Missali·. Romani, arbitrio eiusdem Episcopi remittendam consuit ». Die 7 Augusti 1694.

1912. NOVARIEN. (3340)

Relato ab F.iiio el Riho D. Coslagnlo in S. R. C., super controversiis exortis inter Capitulum el Canonicos Collegiatae S. Gaudenlii ex una, el Capitulum el Canonicos Cathedralis Civilalis Novanen.ex altera partibus, infrascriplo dubio:

An liceat Capitulo el Canonicis Ecclesiae S. Gaudentii tam die Festivitatis dicti Sancli, quam quandocumque, Episcopo ibi ad Pontificalia exercenda accedenti obviam ire ad ianuam Ecclesiae, asporsorium praesentare, el successive illum circumcirca Interalliée comitari usque ad Altare, etiamsi dictum Episcopum processionaliler praeincedânt Capitulum el Canonici Cathedralis dictae Civitatis, inhibitione Episcopi el alus quibuscumque non obstantibus?

S. R. C., visis el auditis iuribus el informationibus ulriusquc partis, lam in scriptis quam in voce deductis, respondil : «Quoad porrectionem aspersorii, affirmative : quoad associationem, negative ». El ita declaravit el servari mandavit. Die 4 Septembris 1694.

(913. SULMONEN. (3341)

Cum S. R. C. sub die 9 Maii proximi praeteriti anni 1693, audita prius informatione P. Procuratoris Generalis Ordinis Minorum Conventiialium S. Francisci, ad instantiam Patrum Coeleslinorum el Parochi eorumdem Ecclesiae sub titulo S. Manae de Atloia Terrae Populi Dioecesis Snlmonen. decreverit, ac mandaveiil dictae Civitatis Episcopo ul cogeret Fratres Convenluales existantes intra limites dictae Parochiae ad intvressendum Processionibus fieri solitis a Parocho parochialis Ecclesiae praedictae S. Manae ; et modo iidem Patres instiierint pro extensione praefati Decreti ad Confralernitales S. Antonii et Pietatis in Ecclesia dictorum Fratrum Conventiialium existenlium ;

S. R. C., ad relationem Emi el Rnu D. Card. Pamphilii iterum decrevit : « Posse compelli ab Episcopo lam Fratres Convenluales quam Confralernilates praedictae ad inleressei.ihim Processionibus, de quibus agitur ». Die 4 Septembris 1694.

1914. APRUTINA. (3342)

Relatis ab Emo el Riho Dorn. Card, de Abdua Ponente in S. R. C. infrascriptis dubiis super nonnullis controversus exortis inter Episcopum el Vicanum Generalem eiusdem ox una, et Archidiaconum Cathedralis Aprulinae ex altera parte:

1. An stallum in Choro Archidiaconi Aprutini fixum, ei silum immediate ad dexteram Sedis Episcopalis in eodem Choro, possit a Vicario occupari, etiam m iudicio possessorio in casu, et ad effectum de quo agitur ;

2. An solita Sedes praefati Archidiaconi nli primae el unicae Dignitatis assistentis dicto Episcopo ponlificaliler celebranti, sila in pavimento Ecclesiae prope Thronum Episcopale ad istius pariem dexteram, possit ab eodem Episcopo mulari, et alterari in parvum scamnum, idque poni super thalamo ligneo noviter constructo in casu el ad effectum de quo agitur?

3. An liceat eidem Episcopo permutare et variare tabellam faciendam in persolvendo divinum Oflicium, et canendo Lamentationes el Lectiones Matutini tenebrarum in fer. 4, S el (5 Hebdomadae Maioris, fieri solita ab Archidiacono in casu el id effectum de quo agitur?

S. R. C., visis et auditis iuribus, et informationibus ab utraque parte lam in scriptis quam in voce deductis, respondit:

Ad 1. « Negative ».

Ad 2. « Affirmative ad mentem ».

\d 3. « Negative sine praeiudicio iurium Episcopi ».

El ita declaravit. Die 2 Octobris 1694.

1915. DERTONEN. (3343)

Super controversiis inter Archidiaconum el Praepositum Cathedralis Civitatis Derlonen. vertentibus, instante Archidiacono pro subscriptione proponendi in prima proxima Congregatione :

An ad Archidiaconum spectet etiam ius assistendi cuin pluviali Episcopo in Pontificalibus, ner non celebrandi et explendi alias functiones ad primam Dignitatem pertinentes, ipso Episcopo absente vel impedito?

Et nedum Praeposito contradicente, verum etiam pro subscriptione sequentis instante :

An, absente Episcopo, ius celebrandi Pontificalia; et Episcopo celebrante, ius assistendi tamquam primum Presbyterum; el ceteras in Pontificalibus functiones exercendi spectare debeant ad Archidiaconum, sen potius ad Praepositum in casu etc. ?

El quatenus ad Praepositum :

An ad eitmdem pertineat munus pariter in Pontificalibus thurificandi Episcopum, eique aspergillum porrigendi in casu etc.?

Ad relationem Rihi el Eihi Dom. Card. Colloredi huiusmodi causae Ponentis, auditis prius ulnsque partibus, tam in voce quam in scriplis informantibus,

S. R. C. censuit: « Probandam esse immemorabilem, quoad omnes actus controversos ».

El ita decrevit. Die *i* Octobris 1694.

1916. TRICASTINEN. (3344)

Episcopus Tricastinen. et Collegia Pontificia Avenionen. magna nuncupata, petierunt a S. R. C. declarari : An Syndico et Consulibus loci Bolenae Dioecesis Tricastinen. liceat in Ecclesia parochiali eiusdem loci detinere scamnum, eoque uti una cum postergali el stemmate Communitatis?

Et S. R. C. respondit: < Non licere ». Die *i* Octobris 1694.

1917. MONTIS REGALIS. (3347)

Supplicante Sacrae Rituum Congregationi Collégiale Terrae *liene* pro declaratione infrascripti dubii, videlicet:

An tempore Passionis in Invitatorio, omisso vers. *Gloria Patri etc.,* debeat fieri repetitio partis imperfectae Invitatorii — *Nolite obdurare corda vestra* — et inde integre— *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra* — vel integre lanium parlim a Chorista et partira a Choro, relicta parte imperfecta ?

S. R. C., inhaerendo etiam usui Basilicarum Urbis, el praecipue Vaticanae, declaravit: « Tempore Passionis, omisso versu *Gloria Patri etc.,* omittendam etiam repetitionem imperfectam Invitatorii, el tantum integrum Invitatorium, parlim scilicet a Chorista, et parlim a Choro repetendum esse declaravit, nempe:

A Choro: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra.*

A Chorista: *Hodie* si vocem Domini *audieritis.*

A Choro: *Nolite obdurare corda veslrn,*

El ila paritor in dicta Collégiale Terne *liene* Dioecesis Montis Rcgidis servari nundavit. Die 18 Decembris <694.

1918. ORDINIS DISCALCEATORUM (3348) SANCTISSIMAE TRINITATIS CONGREGATIONIS GALLICANAE.

Super infrascriplis quaesitis a P. Luca a S. Ioanne Procuratore Generali dictae Congregationis, S. R.C. pro eorumdem declaratione porrectis, videlicet:

1. Cum ex Decreto S. R. C. permissum fuerit Religiosis dicti Ordinis, quod singulis hebdomadis liat Officium sub ritu seiniduplici, duobus diebus (exceptis temporibus Adventus el Quadragesimae) una scilicet S. Ioannis de Malha el altera S. Felicis de Valois, et cum in primis Vesperis versiculus sil dicendus pro cominemoralione SSiiiae Virginis; ideo oralor supplicat de opportuno remedio.

2. An occurrente Officio duplici minori cum Vesperis secundis diei octavae SSiiiae Trinitatis, faciendum sil a Capitulo de duplici minori ?

3. An per lotam octavam SSiiiae Trinitatis Symbolum S. Alhanasii *Quicumque ruit salvus esse etc.* sit recitandum singulis diebus eiusdem octavae, cum Officium recitetur, sicut in die?

4. Cum Festum SSmi Nominis lesu sub ritu duplici secundae classis celebretur in Ordine Nostro sub die 14 lanuarii, ut concessum fuit a S. R. C., el concurrat cum Festo S. Hilarii semiduplici, Oralor supplicavit: quatenus dictum Festum S. Hilarii sub die 3 Februarii tamquam die proprio assignetur, ul concessum fuit Minoribus Observantibus S. Francisci ab eadem S. C.

5. R. C. respondit:

Ad 1. < Versiculum praedictum, iuxta Rubricam Breviarii Romani Til. 9, num. 8, non esse repetendum, sed mutandum, ita tamen, quod vers. *Ora pro nobis* dicatur de Beata Maria: pro aliis vero desumatur de communi Confessorum non Pontificum ».

Ad 2. « De sequenti duplici minori Commemorationem tantum esse peragendam ».

Ad 3. < Negative in diebus infra octavam; sed tantum in Dominica, sive Festo SSiiiae Trinitatis, et eius octava ».

Ad 4. < Servandas esse Rubricas ».

El ila declaravit, et a Religiosis dicli Ordinis seu Religionis servari mandavit. Die 18 Decembris 1694.

toto. HISPALEN. (3349)

Herum ab Emo el Rïïio I). Card, de Abdua, vigore novae Audientiae coûcessae die 20 Novembris proximi praeteriti, in Sacra Rituum Congregatione propositis infrascriplis dubiis controversis, et sub die 21 Ianuarii 1690, Ponente cl. mem. Card. Columna, inter Archiepiscopum Ilispalen. ex una, el Capitulum eiusdem Ecclesiae ex altera partibus, resolutis nempe: 1. An ad Archiepiscopum etc. *(omittitur tenor dubiorum, ne frustra repetantur, quae legi possunt in laudato Decreto anni 1690).*

S. R. C., utrisque auditis partibus, tam in scriplis quam m voce plene informantibus, omnibusque mature discussis, respondit :

Ad 1. « Quoad Processiones publicas tam ordinarias quam extraordinarias, in decisis. El quoad modum exquirendi consilium in extraordinariis, posse servari solitum. Quo vero ad Processiones privatas concelas fieri a Capitulo, tam intra quam extra Ecclesiam, recedendum a decisis, scilicet: non indigere novo consensu ».

Ad 2. « In decisis ».

Ad 3. « In decisis ».

Ad 4. « In decisis; et insinuandum eliam Archicpiscopo, ut ob reverentiam ipse quoque abstineat ».

Ad b. « In decisis ».

Ad 6. « Negative. Paramenta vero exhibita, et consimilia licere ».

Ad 7. « Affirmative quoad planetas complicatas: quo vero ad reformationem, nihil innovandum ».

Ad 8. « Ad mentem : et mens est, quod servetur solitum ». El ila declaravit. Die 22 Ianuarii 1G9S.

1920. ORDINIS CAPUCC1NORVM. (3350)

Fr. Franciscus a Monte Granario Ordinis Capnccinorum supplicavit S. R. C. pro declaratione infrascripti dubii, videlicet:

An Regulares licite celebrare possint Missas de Requiem, etiam non praesente cadavere diebus duplicibus, etiam secundae classis suae Religionis, in aliis Ecclesiis ubi non fit de tali Festo?

El S. R. C. respondit : < Dentur Decreta ». Die 22 Ianuarii 169K.

1921. BENEVENTANA. (3351)

Cum cx Caeremoniali Episcoporum lib. 2, cap. 9, minime colligi possit quonam tempore Episcopus in Missa solemni, quae coram ipso pluviali et mitra parato celebretur, debeal in Praefatione deponere mitram ; cumque in Caeremoniali Romano lib. 2, cap. 2, haec habeantur, videlicet: < Cum perventum fuerit ad Praefationem et incipit : *Per omnia saecula saeculorum,* Papa surgit cnm mitra, el postea omnes dicunt *Sanctus* cum Papa stante sine mitra »;

Emus et Rmus I). Card, ürsinius Archiepiscopus Beneventanus S. R. C. supplicavit pro declaratione sequentis dubii, videlicet: An supradicla expressa m Caeremomali sml servanda el ab Episcopis, quando Missae solemni (ul supra) parati assistunt? F.l quatenus affirmative, determinatum tempus pro mitrae depositione assignandum quaesivit.

Et S. R. C. < Surgal sine mitra » respondendum censuit. Die 5 Martii 1695.

1922. SAB1NEN. (3354)

Guardianus Conventus S. Mariae Gratiarum loci Ponlicelli Ordinis Minorum Reformatorum exposuit S. R. C. diem Festum Dedicationis Ecclesiae dicli Conventus occurrere in allero S. Caroli infra octavam omnium Sanctorum cadente; supplicavilque declarari infrascripla dubia, videlicet:

1. An reliquis diebus octavae omnium Sanctorum praeferri debeat octava Dedicationis Ecclesiae ?

2. An dies Festus S. Caroli transferri debeal ad diem sequentem?

El S. R. C. respondit :

Ad 1. « Praeferendam octavam Omnium Sanctorum tamquam digniorem ».

Ad 2. « Diem Festum S. Caroli transferendum esse, iuxta Rubricam X de Translatione Festorum, in casu praesenti ad diem sequentem ». Et ila declaravit. Die 5 Martii 1695.

1923. APRUTINA. (3355)

Cum sub die 2 Octobris 1694, ad relationem Eihi et Rihi D. Card, de Abdua Ponenti' in causa Aprutina inter Episcopum et Vicarium Generalem Aprutinum ex una, et Franciscum Riccium Archidiaconum ex altera partibus, inter alia super infrascriplis dubiis, nempe:

2. An solita Sedes coraminea praedicti Arehidiaconi uti primae el unicae Dignitatis, assistentis dicto Episcopo pontificaliler celebranti, sita in pavimento Ecclesiae prope Thronum episcopale ad istius partem dexteram, possit ab eodem Episcopo mulari, el alterari in parvum scamnum , ideoque

poni super thalamo ligneo noviler constructo m casu, et ad effectum, de quo agiiur?

3. An liceal eidem Episcopo permutare, et variare tabellam faciendam in persolvendo divinum Ofiicium, et canendo Lamentationes el Lectiones Matutini tenebrarum in Fena IV, V et VI Hebdomadae Maioris, fieri solitam ab Archidiacono, in casu et ad effectum de quo agitur? S. R. C. censuerii respondendum: Ad 2. *Affirm a lu e ad m tnlem.* — Ad 3. *hcgalite, absque piae- iudicio iurium Episcopi;*

Instante modo dicto Archidiacono pro recessu a decisis el mandari servari solitum lam quoad Sedem quam quoad tabellam ;

Eadem S. R. C., visis el auditis iterum iuribus ambarum partium lam in scriptis quam in voce deductis, ad relationem eiusdem Effli Ponentis respondit : « In decisis quoad ulrumque », El ita declaravit. Die 23 Aprilis 1698.

1924. SULMONEN. (3368)

Propositis in S. R. C. ab Ento et Rffio D. Card. Coslagulo, ad instantiam Canonicorum Cathedralis Sulmonen., infrascriptis dubiis, Archidiacono eiusdem Cathedralis tantum informante, (sub die 29 Maii anni proxime praeteriti 1694, alias resolutis) nempe :

1. Au spectet ad Archidiaconum dare signum pro inchoando Officio el intonare Orationem Dommicalem ?

2. An ad ipsum spectet determinare horam celebrationis Officii?

3. An ipse solus in Processione solemnialis Corporis Christi possit deferre pluviale ?

4. An ad ipsum spectet peragere solemnes functiones, absente Episcopo ?

ii. An Canonici possint exire de Choro, non expetita licentia ab Archidiacono?

5. R. C., visis el auditis iuribus ab ulraque parle informante lam in scriptis quam in iure deductis, respondit :

Ad 1. < Servandum esse Caeremoniale lib. 2, cap. 6, § G: *Postquam omnes ».*

Ad 2. « Serventur ordinationes Episcopi ».

\d 3. « Servetur Caeremoniale lib. 2, cap. 33, § 5 el 6 ».

Ad 4. « In Decisis ».

Ad 5. « Negative ».

El ila declaravit et servari mandavit. Die 7 Maii 1695.

1925. VERCELLEN. (33S9)

IURIS praecedendi.

Cum S. R. C. iu huiusmodi causa inter Confralernitalem SSffii Sacramenti loci Rubbii ex una, et Confralernitalem SSiîiae Trinitatis eiusdem loci partibus ex altera, referente clar. mem. Card. Columna, ulraque parte audita el informante in voce el in scriptis, die 20 Septembris 1687, indulgentium censuerii ut Societas SSffii Sacramenti praecederet tantum in Processionibus in quibus SSffium defertur Sacramentum, dummodo eadem accedat ad alias Processiones, iuxta ordinem anlianilalis ; cumque modo pro parte Confraternilalis SSihae Trinitatis super declaratione supradicli Decreti fuerint in S. R. C. excitata infrascripta dubia, videlicet :

1. An liceat Confraternilali SSffii Sacramenti praecedere alteri SSihae Trinitatis m associatione cadaveris demortui confralris eiusdem Societatis SSffii Sacramenti?

2. An el cui ex Confralernitalibus praedictis debeatur praecedentia in regressu ab Ecclesia parochiali, post absolutas Processiones, in quibus defertur SSffium Sacramentum ?

3. An occasione expositionis SSffii Sacramenti faciendae m Ecclesia Confralernilatis SSihae Trinitatis sub titulo S. Mariae Gratiarum, teneatur dicta Confraternitas SSiiium Sacramentum processionaliter desumere ab Ecclesia Confraternilalis SSmi Sacramenti, el pari modo illuc resliluerc: et an diclis Processionibus intervenire possit Confraternilas SSffii Sacramenti, el praecedentiam habere debeat.

S. R. C., lam in voce quam in scriptis, ulraque parte audita, ad relationem Effit el Rihi D. Card, de Abdua Ponentis, rescripsit :

Ad I. «In occasione cadaverum, servandam esse formam praescriptam in Sen lenliis Vicariorum ».

Ad 2. < In regressu non esse locum alicui praecedentiae ».

Ad 3. « Servandum esse indultum Ordinariorum, el in casu inlei ventus, praecedentiam deberi Societati SSffii Sacramenti ».

Et ita censuil, declaravit et servari mandavit. Die 18 Iunii 1696. ?

192(5. ORDINIS (3361)

CAPUCCINORUM..

Quaesitum fuit apud S. R. C. an Rubrii a XXXVI Breviarii Romani n. 3 de anti-

phonis B. M. V. ubi habe.lur quod Mimguum *diciitihii post aliquam Horam, quando suj-uquunlur cum Officio dici Officium defunctorum vel septem Psalmi Poenitenttales aut Litaniae,* habeat locum etiam quando .1 Patribus Capncrinis, post completas Laudes Matutini, dicuntur Litaniae, non pro fine Officii, sed specifice pro prae.ludio el principio orationis mentalis šubsequent!

Et S. R. C. respondit: < In casu proposilo Rubricam praedictam XXXY1, n. 3, non habere locum, el autiphonas finales dicendas esse ante Litanias, quae dicuntur pro principio orationis mentalis ». Et ila declaravit. Die 9 Iulii 1695.

1927. SPOLETANA. (3362)

Paulus Franciscus Spolia de Cuppis extra namerum Protonotarius Aposlolicus, qui primani oblinet dignitatem et primum stallum in Ecclesia Collegiata S. Michaelis Archangeli Terrae Mevaniae Spoletanae Dioecesis, supplicavit a S. R. C. declarari: An ipse, cum Choro interest in primo slallo cum habitu Protonolarii, possit distributiones quotidianas superlucrari?

El S. R. C. respondit: « Negative ». Die 9 Iulii 1695.

1928. SUESSANA. (3363)

Occurrente in die Dedicationis Ecclesiae Cathedralis Civitatis Suessanae Festo S. Basilii Magni, quod singulis annis recurrit die 14 Iunii, et celebratur ab Ecclesia universali sub ritu duplici minori, el proplerea in Civitate praedicta Suessana debet transferri ad diem proximo sequentem non impeditam; quaesitum fuit a Francisco Antonio Lisio Psesbylero Suessano: An, si in Civitate Suessana praedicta el in casu proposito esset, praeter Festum S. Basilii, remittendum eliam alterum antea translatum eiusdem ordinis seu ritus, nempe duplicis minoris, deberet in die non impedita proxime sequenti post Festum Dedicationis lien de S. Basilio, vel potius de Sancto antea translato?

Et S. R. G. « Servandas esse Rubricas » respondit. Die 9 Iulii 1695.

1929. IADREN. (3364)

Super infrascriptis dubiis ab Archiepiscopo Iadren. pro resolutione S. H. C. porrectis, nempe ;

!. An scilicet in Processionibus quotannis fieri solitis Feria V post Cineres, Feria III Rogationum de mane ac Feria \I secundae Hebdomadae mensis Martii post Completorium, accedente dicto Archiepiscopo cum Canonicis, Clero el Rectoribus dictae Civitatis Iadren. propria Cruce elata, ad Ecclesiam S. Chrysogoni Monachorum Cassinensium dictae Civitatis Patroni, teneantur Monachi expeclare, debilaqne cum reverentia recipere ad ianuam Ecclesiae dictum \rchiepiscopum, eique parare Missam privatam, cui assistit cum gennfiexorio el pulvinariis?

2. An assistente eodem Archiepiscopo cum Capitulo el Rectoribus Civitatis Missae solemni ac divinis Officiis cum Pontificalibus, vel sola cappa induto, in dicta Ecclesia S. Chrysogoni, aut cum Pontificalibus (ul libuerit) celebrante, praecipue in die Festo eiusdem Sancti teneantur Monachi pro eodem Archiepiscopo baldachinum attollere?

S. R. C., visis et auditis iuribus eiusdem Archiepiscopi ex una, el audiia pariter relatione Patris Procuratoris Generalis dictorum Monachorum ex altera partibus, ad relationem Efiii et Rmi D. Card. Colloredi, respondit :

Ad I. « Quoad receptionem ad ianuam Ecclesiae vel praeparationem Missae el genufiexorii cum strain , servetur solitum ».

Ad 2. « Quo vero ad erectionem baldachini detur decretum Clementis VIII sub die 10 Iulii 1603, in S. C. Episcoporum el Regularium, editum ». Die 13 Augusti 1695.

1930. NOYARIEN. (3366)

Proposilo ab Emo et Riiio D. Card. Costagulo infrascriplo dubio inter Capitulum el Canonicos Cathedralis Norarieu. accedentes ad Ecclesiam S. Gaudentii ex una, et Capitulum ei Canonicos S. Gaudentii eiusdem Civitatis ex altera partibus, excitato et controverso, nempe:

An Benedictio palmarum earumquo distributio, facienda io Ecclesia Collegiata S. Gaudentii, spectet ad Capitulum Cathedralis privative quoad Capitulum et Canonicos eiusdem Ecclesiae?

S. R. C., utrisque auditis partibus: « Affirmative, respondit; et quo.nl palmas servetur aequalitas». Et ila declaravit et servari mandavit. Die 13 Augusti 1696.

1931. URBIS. (3368)

Quaesitum fuit a Parochis Urbis : An ipsis, ministraturis SSniuin Sacramentum infirmis, liceal de die, vel sallem de node, uti parvo pileolo in delatione eiusdem per

Civitatem, sub praetextu alicuius infirmitatis, absque speciali licentia huius S. R. C.?

Et S. R. C. respondit: « Non licere ». Die 23 Augusti <695.

1932. U1SPALEN. (3369)

TRANSLATIONIS PROCESSIONIS.

Cum inter alia dubia sub die 21 lanuarii 1690, in S. R. C. a el. mem. Emo et Riho D. Card. Columna proposita ad instantiam Rmi Archiepiscopi Hispalen., contra Decanum et Capitulum Metropolitanae Ecclesiae eiusdem Civitatis, relato etiam infrascripto :

2. An ad Archiepiscopum pertineat Processiones consuetas transferre ex causa pluviae, vel alia causa suo iudicio legitima, idque sine vel cum Capituli consilio? An vero spectet ad Capitulum sine consensu Praelati? S. eadem C. responderit: < Spectare ad Archiepiscopum cum consilio Capituli lanium » ; cumque, reproposilo eodem dubio ab Emo et Riho I). Card, de Abdua sub die 22 lanuarii 1695, *In decisis* rescribendum censueril; non acquiescentibus Decano el Capitulo supradictis, ad relationem eiusdem Emi et Rmi 1). Card, de Abdua.

S. R. C., auditis ulrisque partibus tam in voce quam in scriptis bene informantibus, censuil : « Recedendum esse a decisis sub die 21 lanuarii 1690, in secundo dubio proposito; et translationem Processionum privatarum perlinere ad Capitulum, cum approbatione tamen Archiepiscopi ». El ita decrevil el servari mandavit. Die 3 Septembris 1695.

1933. ABELLINEN. (3373)

Archidiacono Ecclesiae Calhedralis Civitatis Abellinae humiliter S. R. C. supplicante, citatis ei intimatis Canonicis Ecclesiae Calhedralis praedictae, pro declaratione infrascripiorum dubiorum, videlicet :

1. An ad Archidiaconum speciei peragere solemnes functiones absente vel non celebranle Episcopo?

2. An Archidiacono solemniler celebranti debeatur assistentia a Iribus ultimis Canonicis Capitularibus ?

3. An Canonici exeuntes de Choro teneantur petere licentiam ab Archidiacono?

S. R. C., referente Emo Colloredo Ponente, respondit :

Ad 1. < Aflirmalive in diebus solemnibus explicatis in Capitulo ,I/πIII *Mater.* (Cap. 23, De Excom. m Sexto) ».

Ad 2. « Deberi assistenliam Canonicorum pro Diacono el Subdiacono tantum >.

Ad 3. « Aflirmalive, absente Episcopo».

El ita servari mandavit. Dic 17 Decembris 1695.

1934. · IANUEN. (3374)

Concessa alias a S. R. C. Monialibus *Turchine* nuncupatis Civitatis lanuen., quae Breviario Romano utuntur, facultate recitandi Officia propria Sanctorum rite approbata, vel alias Ordini Eremitarum S. Augustini ab Apostolica Sede concessa, ex communibus tamen desumenda el iuxta Rubricas Breviarii praedicli, humiliter eidem S. C. super infrascriplis dubiis respondere supplicarunt:

1. An in supradiclo privilegio comprehendantur Officia Sanctorum concessa tantum usque ad annum 1654, an vero dicta facullas extendatur eliam ad omnia alia (illicia a dicio tempore postea concessa praedicto Ordini usque ad praesens?

2. An per dictum privilegium inlelliganlur Officia duplicis translationis S. Augustini et S. Monicae, Canonizalionis S. Nicolai de Tolentino, el similiter Officia Commemorationis SSmi Sacramenti, Conceptionis Bmae Virginis, Sauciorum Augustini el Nicolai de Tolentino et S. Monicae, quae sub ritu semiduplici respective singulis mensibus vel hebdomadis recitanda, eidem Ordini concessa fuerunt ?

3. An recitatio dictorum Officiorum facienda sit eadem solemnilate ac eodem ritu quo fil in Ordine Eremitarum S. Augustini, el an Festa Sanctorum Nicolai de Tolentino , Thomae de Villanova ζ Gulielmi el S. Monicae, el respective eorumdem Officia, sub rilu duplici secundae classis cum octava sini facienda el celebranda?

4. An, daia facultate recilandi Officium S. Monicae sub rilu duplici 2 classis, debeai habere primas Vesperas cum commemoratione Inventionis Sanctae Crucis, ul legitur concessum dicto Ordini Eremitarum S. Augustini, an potius in secundis vesperis Festi Inventionis S. Crucis fieri debeat lanium commemoratio de S. Monica, ulpole de mimi' digno, iuxta Rubricas Breviarii Romani ?

5. An concessa octava S. Nicolai de Tolentino, debeat transferri Officium Sanctorum Cornelii el Cypriani extra suam diem in Breviario Romano assignatam, ul fiat de die infra octavam S. Nicolai, ut moris est apud dictum Ordinem S. Augustini?

Et S. R. C., ad relationem Emi el Rmi Domini Card. Petrucci Ponentis, respondit ul mira :

Ad 1. « Comprehendi eliam Officia post indultum, Ordini S. Augustini concessa ».

Ad 2. « Negative ».

Ad 3. « Recitanda esse iuxta ritum Breviarii Romani; el Officia quae non sunt in dicto Breviario recitari debere sub ritu seuiiduplici ».

Ad 4. « Facultatem non esse datam, el ideo negative ».

Ad t>. < Nun fuisse concessam, et ideo negative ».

Et ila declaravit el servari mandavit. Die 17 Decembris 1698.

1935. TOLETANA. (3378)

Cum in Villa Malrili Toletanae Dioecesis observetur ab antiquissimo tempore abstinentia a carnibus in die Vigiliae S. Marci, cumque de eius origine, praehabilis diligentiis, an fuerit ex volo, praecepto Ecclesiastico, consuetudine vel alia causa, minime sciri potuerit; et occurrente anno proxime venturo 4696 Vigilia S. Marci in Feria 3 Dominicae Resurrectionis, quaesitum fuit :

An pro tantae diei solemnilate et excellentia, praefata abstinentia a carnibus sil observauda vel dispensanda ?

El S. R. C. *tid mentem,* respondit: « El mens fuit, quod transferatur ieiunium ad diem quae immediate antecedit illam ad quam Officium Sancti praedicti transferetur». Die 17 Decembris 1696.

1936. IANUEN. (3377)

Supplicatum a S. R. C. humiliter fuit responderi infrascriplo dubio, videlicet :

An Sacerdos celebrans Missam Convenlualem, in qua Chorus cantare tenetur Symbolum Apostolorum, possit illam prosequi eo tempore quo a Choro cantatur Symbolum praedictum?

El S. R. C.: « Non posse » respondit. *i* Die 17 Decembris 1695.

1937. CAESARAUGUSTANA. (3378)

Cum S. R. C. super infrascriplo dubio, videlicet: utrum septem Diaconi, septem Subdiaconi et duodecim Presbyteri, qui in Oleorum consecratione Feria V in Coena Dom. Riiio Archiepiscopo Caosaraugustano inserviunt, Sacrosanctam Eucharistiam debeanl suscipere ante Capitulum, Dignitates el Canonicos in habitu Clericali e Choro egrcdienles, an vero post Capitulum el ante Poi Donarios, sub die 8 Aprilis 1690 declaraverit: < Omnes paratos, ratione paramentorum sacrorum, debere refici Sanctissima Eucharistia ante omnes de Choro non paratos » ;

Reproposito hodie supradiclo dubio in S. R. C. ab Emo et Rmo D. Card. Otlobono Ponente, ad instantiam Capituli praedicti supplicantis declarari, praevio recessu a decisis, attento maxime particular) Statuto Ecclesiae Metropolitanae Caesaraugustanae, supradiclos septem Diaconos, septem Subdiaconos, el duodecim Presbyteros debere refici Sacrosancta Eucharistia post Capitulum et Dignitates, et ante Portionarios.

S. R. C., auditis et visis iuribus, tum a Capilulo tum a Porlionanis, et in voce el in scripto allegatis et deductis : < Standum esse in decisis » respondit. Et ita declaravit el servari mandavit. Die 21 Ianuarii 1696.

1938. ROMANA. (3380)

Inslilum fuit a S. R. C. declarari : an Parochis ministraturis SSmum Eucharistiae Sacramentum infirmis liceat de die, vel saltem de node, uti parvo pileolo in delatione eiusdem per Civitatem, sub praetextu alicuius infirmitatis?

Et S. R. C., ul alias sub die 23 Augusti 1695, respondit: «Non licere, nec posse ». Die 21 Ianuarii 1696.

1939. IANUEN. (3382)

Quaesitum fuit: An duodecim Cruces, quae in solemni Dedicatione Ecclesiae apponuntur parietibus el ab Episcopo consecrante sacro Chrismate liniuntur, expleta consecratione possint evelli si sint factae ex marmore, aut deleri si sint depictae? An vero remanere debeanl perpetuis futuris temporibus in testimonium Consecrationis eiusdem Ecclesiae ?

El S. R. C.: < Omnino perpetuis in futuris temporibus remanere debere », respondit. Die 18 Februarii 4696.

1910. ABELLINEN. (3384)

Cum S. R. C. sub die 17 Decembris anni proximi praeteriti 1695, ad relationem Emi ac Rmi Cani. Colloredi, super pruno dubio videlicet: An ad Archidiaconum Calhedralis Abellinen. spectaret peragere solemnes functiones absente vel non celebrante Episcopo? responderit: « Affirmative in diebus soloiunionbus explicatis in cap. *Alma Mater* (cap. 23, De Excom. in Sexto) ; cumque contigerit dubitari: an solemnilates, in quibus

licitum est Archidiacono praefato celebrare, sint hae tantum explicatae in praedicto Cap. *Alma Mater,* an vero el ceterae omnes, quas lib. 2, cap. I, § 2; el cap. 34, § 2 Caeremoniale Episcoporum enumerat ? el proplerea Archidiaconus pluries, Canonicis Calhedralis praedictae adversariis legitime intimatis, pro declaration·· supradicti novi dubii humiliter institerit;

S. R. C., ad relationem eiusdem Eùii el Rmi I). Card. Colloredi, censuil: « Extendendum esse Decretum, sub die 17 Decembris 1695 editum, etiam ad Festa expressa in Caeremoniali Episcoporum lib. 2, cap. 1, §2; el cap. 34, § 2 ». El ila decrevit ac servari mandavil. Die 7 Aprilis 1696.

1941. MARIANEN. (3388)

Relatis in S. R. C. ab Emo el Riiio I). Card. Pelruccio Ponente informationibus Episcopi Civitatis Marianen., super excitata a Gubernatore Iotius Insulae Corsicen. praelensione exigendi a Concionaloribus primam salutationem ;

S. R. C., < Deberi Episcopo primam et distinctam salutationem », respondendum censuit. El ila decrevit et servari mandavil. Die 7 Aprilis 1696.

1942. SULMONEN. (3386)

Cum alias, ei sub die 7 Maii 1695, ad instanliam Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Civitatis Sulmonen. adversus Archidiaconum Ecclesiae praedictae repropositis nonnullis dubiis ab Emo et Rmo D. Card. Coslaguto Ponente super tertio, videlicet: An solus Archidiaconus in Processione solemnitalis Corporis Christi possit deferre pluviale? S. R. C. responderit: « Servetur Caeremoniale Episcoporum »; cumque Archidiaconus praedictus ad tollendas omnes dubitandi occasiones, quae possunt oriri super germana interpretatione Caeremonialis in loco 'Upracilalo, cum in Ecclesia Calhedrali Sulmonen. nulla alia praeter Archidiaconalem Dignitas existai, humililer S.R.C. supplicaverit declarari responsum ad tertium dubium praedictum benigne respondendo ad infrascripla dubia, videlicet :

1. An quando Archidiaconus incedit in Processionibus, debeat eidem assistere a sinislris antiquior Canonicus, qui dumtaxat eumdetn Archidiaconum comitetur cilm pluviali , quin ceteri Canonici deferant pluviale ?

z. An, Archidiacono deferente SSinnm Sacramentum, debeant duo tantum ex antiquioribus Canonicis deferre pluviale?

El S. R. C., referente eodem Eflio el Riiio D. Card. Coslaguto, respondil:

Ad 1. « Archidiaconum SSihum Sacramentum non deferentem debere associari a duobus Canonicis Planetis indutis ».

Ad 2. « Archidiacono deferente SSmum Sacramentum, duos Canonicos antiquiore: debere induere pluvialia », benigne respondil.

El ila decrevit el servari mandavil. Die 7 Aprilis 1696.

1943. S. MINIATI. (3387)

Commulalo a s. m. Gregorio XAr Oppido S. Miniati in Civitatem, Ecclesiaque Collegiala ibidem exisienle in Calhedralem eiecla, fuit subinde Praeposito eiusdem Ecclesiae sublatus, si quem habebat, usus Pontificalium ; et proplerea, prout Episcopus in sua relatione asseruit, tunc temporis Praepositus a celebratione Missarum solemnium caepil abstinere, et numquam impostorum solemniler celebravit. Verum anno 1650, in synodalibus constitutionibus demandato turno dierum, in quibus absente vel impedito Episcopo ad Praepositum celebrare spectaret, ex tunc ortum habuit consuetudo hactenus observata, et ab Episcopo tolerata, quod Praeposito solemniler celebranti non solum Diaconus el Subdiaconus, verum etiam Canonicus Hebdomadarius vel alius eius loco, pluviali indutus assisteret. Cumque modo insiiturn fueril S. R. C. declarare: An Praeposito supradiclo solemniler celebranti competat assistentia Canonici vel alterius pluviali induti, attenta maxime consuetudine supradicla?

S. R. C., audita prius relatione Episcopi, cui pro informatione seripium fuerat, ac referente Emo el Riiio D. Card. Colloredo : « Non competere assislentiam cum pluviali Praeposito S. Miniati celebranti » respondendum censuit. El ila decrevit el servari mandavil. Dic 7 Aprilis 1696.

1941. MONTIS ALTI. (3390)

Supplicatum humililer fuit Sacrae Rituum Congregationi ab Episcopo Montis Alti declarari: i

An ter benedicere populo cum SSmo Saci imenlo, vel m line Missae, vel in aliis functionibus, liceat Patribus Carmelilis?

Et S. R. C. * Non licere », respondil. El ila declaravit. Die 9 Iunii 1696.

1945. SARNEN. (3391)

Proposito dubio ad instantiam Episcopi contra Capitulum et Canonicos Calhedralis Ecclesiae Civitatis Sarnen. in Sac. Congreg. Concilii : an Canonici praedicti possint compelli assistere el inservire Episcopo Ordinationes habenti vel alia Pontificalia exercenti in palatii episcopalis Sacello? coque ab eadem S. Congregatione Concilii ad S. 11. C. pro declaratione remisso, cum ad relationem Enii el Rmi 1). Card. Colloredi Ponentis, S. eadem C. sub die 18 Februarii proxime praeteriti Canonicos praedictos audiendos responderit ; reproposilo modo ab eodem Emo el Rmo I) Card. Collorcdo. ad instanliam Episcopi praedicti praefato dubio:

S. R. C., Episcopo lanium informante, « Dispositionem S. Concilii Tridenlini Sessione 23, de Reformat, cap. 8 omnino servandam » censuit. Et ita decrevit ac servari mandavil. Die 9 lunii 1G9G.

1946. AUGÜSTAE PRAETORIAE. (3392)

Cum Episcopus Augustanus S. R. C. exposuerit :

1. Quod licet S. R. C. declaraverit : Breviarium Augustanum, quo utebantur Canonici illius Calhedralis aliique Presbyteri eiusdem Ecclesiae et Dioecesis, esse abolendum et eliminandum, eo quia continebat in se inultas historias falsas, Hymnos insipidos et ridiculos, Rubricas non solum contradicentes communi Ecclesiarum ritui, sed eliam confusas, prout aboleri mandavil; non obstante huiusmodi prohibitione el abolitione, fuit antequam ipse assumptus fuisset ad Ecclesiam praedictam, dentio typis impressum, ei ul praetenditur, correctum, quin supponeretur censuris huius Sacrae Congregationis: quo Breviario eliam in hodiernum diem Canonici Calhedralis utuntur, el quod peius est, ab Episcopo Praedecessore iniunclum fuit nl Parochi eiusdem Dioecesis in publicis Officiis eodem Breviario el Missnli Augustano uterentur, el in particulari recitarent Cilicium Romanum sive Augustanum id eorum beneplacitum ;

2. Quod eiusdem Calhedralis Canonici Sanctorum Officia ex praecepto S. Sedis recitanda receperint in parle, sed in maiori numero reiccerint;

3. Quod SSihum Eucharistiae Sacramentum continuo relinetur in eadem Ecclesia super duplici Altari, nimirum super Altare Chori el super dio S. loannis Baptistae, ratione Parochiae eidem Calhedrali unitae.

4. Qnod maxime congruum sil declarare : An permittenda sit Sanctarum Reliquiarum publica expositio venerationi fidelium, de quibus nullum authenticum documentum in Calhedrali praedicta ostenditur , nec immemorabilis; vel saltem ante Concilium Tridentinum, illarum expositio et veneratio probatur in publico ?

5. An liceat pro illanim ostensione recipere oblationes a sponte dantibus, easque in proprium nsum retinere?

6. An hceat Sacristie aliisque Sacerdotibus Calhedralis, inconsulto Episcopo, Terram el Candelas, nuncupatas S. Grati, benedicere, el recipere oblationes pro talibus benedictionibus, illasque in proprios usus convertere, vel eliam pro Ecclesiae manutenlione aliquid exigere?

7. Et an Canonici, qui Diaconales el Subdiaconales Praebendas possident, teneantur Evangelium et Epistolam respective cantare per se, vel per alium Canonicum eiusdem ordinis Praebendarum ?

Cumque pariter S. R. C. humiliter supplicaverit, super expositis el dubiis praemissis, provide responderi ;

S. R. C., auditis Capitulo et Canonicis Cathedralis Ecclesiae Augustanae praedictis, tam in voce quam in scriptis plene informantibus, referente Emo el Rmo D. Card. Pelruccio, respondit :

Ad 1. < Ad Eihum Petruccium , et ad mentem; et mens est, quod illos suadeat acceptare Breviarium et Missale Romanum ; el quatenus renuant, committatur Eminentissimis Pelruccio et Noris revisio, correctio el expurgatio Breviarii el Missalis Augustani ».

Ad 2. « Comminatur eisdem Pelruccio et Noris ».

Ad 3. « Sacratissimam Eucharistiam servandam esse in uno tantum Altari designando ab Episcopo ».

Ad 'i. < Episcopus utatur iure suo, iuxla Cap. 2, § ne in posterum, Tilul. XLV *De Reliqviis' 't Veneratione Sanctorum* ».

Ad 5 et G. « Ad mentem ».

Ad 7. < In casu, de quo agitur, posse servari statutum el consuetudinem ».

Et ita declaravit el servari mandavil. Die 21 lulii 1G9G.

1947. HISPALEN. (3398)

TRANSLAT10N1S PRi)CESSIONUM.

Cum S. R. C. sub die 3 Septembris anni 1695, super instantia Decani et Capituli Ecclesiae Metropolitanae contra Archie-

piscopum Hispalen., referente Emo el Rmo D. Card, de Abdua, censiieril recedendum esse a decisis sub die 21 lanuarii 1690, in secundo dubio proposito, el translaliouem Processionum privatarum perlinere ad Capitulum cum approbatione tamen Archiepiscopi : reclamantibus modo ab huiusmodi Decreto, tam Archiepiscopo quam Capitulo praedictis, et reproposito ab Erîio el Rmo D. Card, de Abdua praedicto secundo dubio:

S. R. C., auditis tam in voce quam in scriptis ulnsque partibus, respondit : < In decisis sub praedicta die 3 Septembris 1695, el amplius ». El ila decrevit el servari mandavii. Die 21 Iulii 1696.

1948. APRUTINA. (3397)

Cum S. R. C., ad relationem Erili el Rmi D. Card, de Abdua inter alia dubia ab Archidiacono Ecclesiae Calhedralis adversus Episcopum Aprulinum excilala super infra scriplo, videlicet :

An solila Sedes ex corio Archidiaconi praefati uti primae el unicae Dignitatis assistentis Episcopo pontificaliler celebranti, sita in pavimento Ecclesiae prope Thronum episcopale a parte dextera, possit ab eodem Episcopo mulari et alterari m parvum scamnum, ideoque poni super thalamo ligneo noviter constructo in casu el ad effectum, de quo agitur? Eadem S. R. C. respondent sub die 2 Octobris 1694: « Affirmative, et ad mentem » el sub die 23 Aprilis 1695: « In decisis »; cumque, obtenta ab Archidiacono praedicto nova audientia, idem Episcopus modo institerit responderi: an standum sil, vel recedendum a decisis?

S. R. C., auditis utrisque partibus, lain m voce quam in scriptis plene informantibus, ad relalionem eiusdem Emi el Rini D. Card, de Abdua, respondit : « In decisis, ampliata planitie Throni a parle dextera; el ad Emum Ponentem cum facultatibus S. C. ». Die 1 Septembris 1696.

1949. SPOLETANA. (3398)

Supplicatum fuit S. R. C. ab Episcopo Spolelano humiliter pro declaratione inirascripli dubii, videlicet :

An concessa Ecclesiae et Clero Spolelano, ad preces Emi el Rmi Domini Cardinalis Duratii, translatione nonnullorum Officiorum ad libitum, sub nomine lanium Ecclesiae el Cleri, comprehendatur eliam lota Dioecesis, ila ul indulla Ecclesiae el Glero gratia translationis praedictae, loti eliam Dioecesi Spolelanae censeatur concessa?

El S. R. C.: « Affirmative », respondit, Die I Septembris 1696.

1950. URBIS. (3399)

Qçcarrenle anno proximo venturo 169" die octava Nativitatis B. M. Virginis in Dominica, quaesitum fuil humiliter in S. 11. C. a compositore Calendarii Romani declarari:

An Officium SSmi Nominis eiusdem B. M. V., quod singulis annis in Dominica infra octavam Nativitatis piaedictae debet recitari, cum dies octava non admittat aliud Officium quam primae el secundae classis, debeat anno praedicto 1697 transferri?

El S. R. C.: « Decretum sub die 15 Septembris 1685 editum omnino servandum esse », respondit. Die 1 Septembris 1696.

Decretum autem quod laudatur, esi l>rout sequitur:

Officii iNominis B.M. V. Cum SSifilusD.N. de consilio Eihorum PP. S. R. C. praepositorum die 20 Novembris 1683 praeceperit, ul in memoriam Civitatis Viennae in Austria obsidione solutae el insignis victoriae de Tureis reportatae, quotannis ab Ecclesia celebrari debeat cum Officio el Missa sub ritu duplici maiori Festum Nominis B. M. V. Dominica infra octavam Nativitatis eiusdem B. M. V.; quaesitum fuit declarari quaenam regula servanda sil, quando idem Festum occurrit in die octava praedictae Nativitatis?

El S. R. C. censuil: « Si SSmo placuerit in casu proposilo faciendum esse Officium de Nomine B. M. V. absque commemoratione octavae». Die 15 Septembris 1685.

El facta de praedictis SSmo relatione, «Sanctitas sua benigne annuit, el sensum eiusdem S. Congregationis approbavit ». Die 24 eiusdem mensis Septembris 1685.

1951. HISPALEN. (3400)

Instantibus humiliter Decano el Capitulo Ecclesiae Metropolitanae Hispalen. nedum pro nova audientia super secundo dubio ex ropropositis die 21 Iulii proximi praeteriti, verum el pro concordatione primi resolutorum, et aliorum quatuor non relatorum ; nec non Archiepiscopo pro eorumdem resolutione supplicante, utrisque partibus auditis, ad relationem Emi el Rmi Domini Card, de Abdua, S. R. C. rescripsit;

Ad 1 el 2: «Nihil »; el reliqua quatuor dubia: « Omnino proponantur m prima ». El ila decrevit el servari mandavii. Die 1 Septembris 1696.

1952. APRÜTINA. (3401)

Enixe S. R. G. supplicante Episcopo declarari infrascripla dubia:

1. An et quoluplici duclu sit thurificandus Praeses Regius Provinciae Aprutinae, dum assistit Missae cautalae, quae solemniler celebratur ?

2. An sil thnrificandus eodem tempore, quo thurilicatur Episcopus? et quatenus post; an ante, vel post Canonicos?

3. An eidem Praesuli dandum sil osculum Evangelii? el quatenus affirmative, an eodem tempore quo Evangelium osculandum dalur Episcopo, el a quo sil dandum?

4. An eidem Praesidi sil dandum osculum pacis eodem tempore quo dalur Episcopo, et quo inslrumenlo ; alque an ante vel posl Canonicos? (1)

5. An Magistratui Therami debeatur thuriftcalio duplici duclu vel unico, cl a quo sil thurificandus ?

6. An Episcopus possit concedere Magistratui inferiori, quod thurificelur duplici duclu, conlra formam Caeremonialis ?

7. An possit Magistratus Therami habere el tenere scamnum in Ecclesia cum poslergali, suppedaneo el gennilexorio el brachiorum fulcro?

S. R. C. ad relalionem Enii et Rmi D. Card. Petrucci, respondit:

Ad 1. « Duplici duclu ».

Ad 2. « Negative quoad primam pariem, el quoad secundam servetur Caeremoniale lib. 1, cap. 23, § 30: (?IIo *veto ad laicos* ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. « Post Episcopum dandum esse osculum pacis iuxta Caeremoniale lib. 1, cap. 24, § 3 ».

Ad 5. « Servetur solitum ».

Ad 6. « Negative ».

Ad 7. « Detur Decretum in Baren. 2 Septembris 1690 ».

El ila declaravit el servari mandavii. Die 6 Octobris 1696.

1953. SALISBURGEN. ‘ (3402)

Cum in nuperi ima Processione SSmi Corporis Christi Archiepiscopus Salisburgensis ub visus imbecillitatem, et inde resultantem difficultatem legendi ac cantandi consuetas Orationes, ipsemet non detulerit SS. Sacramentum, sed illud, conconiitando tamen immediato Processionem, Episcopo Chiemiensi suo Sudraganeo dederit deferendum ; cumque inoleverit m Civitate Salisborgensi, sicut el in lota Germania, consuetudo, in viis per quas transire debet Processio, erigendi quatuor Altaria in quibus, Archiepiscopo vel Episcopo respective loci Ordinario deferente SSmum Sacramentum, quatuor Evangelia leguntur; orlum esi dubium:

Cumam potius honor incensalioms et deosculatioms libri Evangeliorum debeatur: an Archiepiscopd comitanti, an vero Episcopo deferenti Sacramentum?

Et propterea cum accidere possil quod Archiepiscopus imposterum etiam ex eadem causa impediatur SSmum Venerabile, occasione eiusdem Processionis, deferre; enixe S. R. C. supplicavit pro supradicli dubii resolutione.

Et S. R. C. respondendum censuil * Honorem incensalionis el deosculationis Evangelii deberi omnino eidem Episcopo Sacramentum deferenti, non autem Archiepiscopo cappa induto, illud comitanti ». Et ita declaravit. Die 6 Octobris 1696.

1954. ABELLINEN. (3403)

Praetendente Archidiacono Ecclesiae Cathedralis Abellinen., absente vel non celebrante Episcopo, nedum peragere solemucs functiones explicatas in cap. *Alma Mater* (Cap. 23, De Excom. in Sexto) et alias comprehensas in Caeremoniali lib. 2, cap. 1, § 2; el cap. 34, § 2, iuxta resolutiones huius S. R. C. sub diebus 17 Decembris 1695 el 7 Aprilis 1696 editas; verum eliam sibi licere qualibet die Dominica per annum, aliisque diebus Festis, eliam simplicibus, solemniter celebrare ; el ob huiusmodi praelensiones Capitulo et Canonicis Calhedralis praedictae reclamantibus, nec non super eisdem responderi humiliter supplicantibus;

S. R. C., ad relalionem Emi el Riiii D. Card. Colloredi respondendum censuil: « Gaudeat impetratis, el amplius ». El ila decrevit et servari mandavii. Die 24 Novembris 1696.

1955. BENEVENTANA. (3404)

Non minus munifice quam pie exoptante Eiiio el Hilio I). Card. Archiepiscopo Beneventano bases quatuordecim Altarium ex plastica iam constructorum destruere, earuniquo ex marmore novam constructionem demandare, a S. R. C. enixe quaesivit declarari; An integris, una cum sepulcris Sa-

ti) E. Dub. 5.

erarum Reliquiarum intactis permanentibus Mensis Altarium praedictorum, possit procedi ad noram eorumdem consecrationem, omissis caeremoniis ad repositionem Reliquiarum pertinentibus?

S. R. C. respondit : « Detur Decretum in Augustana die 21 Aprilis 1668 editum, dummodo non transeat in exemplum ». Die 26 Novembris <696.

Pacta igitur, per me Secretarium, de praedictis SS. I). Nostro relatione, < Sanctitas Sua benigne annuit ·. Died Decembris eiusdem anni 1696.

Tenor tero Decreti in Augustana, est gui sequitur:

Augustana. Cum ad praesens reperiantur in Dioecesi Augustae quamplurima millia Altarium pollutorum sola violatione sepulchrorum, ex quibus Sacrae Reliquiae extractae fuerunt in praeieritis Svevoruni invasionibus ; ideo Episcopus supplicavit S. R. C., pro facultate illa reconciliandi sola repositione Reliquiarum, iis tantummodo •Orvatis caeremoniis, quae in Pontificali Romano praescribuntur.

El S. R. C. referente Emo Brancalio, censuit : « In hoc casu gratiam praedictam posse concedi, si SSriio placuerit ». Die 21 Aprilis 1668.

Et facta de praedictis, per me Secretarium, SSiiio relatione, « Sanctitas Sua benigne annuit ». Die 1 Maii 1668.

1956. I1ISPALEN. (3406)

Propositis in S. R. C. ab Emo el Riho D. Cani, de Abdua infrascriptis dubiis, ab Archiepiscopo Hispalen. pro declaratione el eorumdem resolutione conlra Decanum et Capitulum illius Ecclesiae Metropolitanae eidem S. R.C. porrectis, videlicet etc. (omittuntur dubia el responsiones quae habentur sub die 3 mensis Septembris 1696) ;

• Concessa vero ulrique parti super huiusmodi resolutionibus nova audientia, supplicantibus Decano el Capitulo pro rocessu a decisis super 4, 4 el 6 dubio, Archiepiscopo vero instante pro confirmatione nec non pro recessu a decisis super 2 dubio, pro resolutione quoad 3 el pro declaratione quoad 6, videlicet: an iurisdiclio tributa per Hullam Gregorianam intelligenda sil conlunclim vel cumulative : Ab Emo et Rmo D. Card, de Abdua reproposilis primo el secundo dubio praedictis, quaesitum est : An esset standum vel recedendum a decisis sub praedicta die 3 Septembris 1696?

S. R. C., utrisque partibus, tam in voce quam m scriptis iterum auditis, respondit die 2! Iulii 1696: Ad 1. « In Decisis; et ad verbum *cumulative* addatur, praesertim négligente Decano vel illero Capitulari ; el amplius ».

Ad 2. «Quoad primam pariem recedendum a decisis; el quoad secundam, servandum esse solitum, lubenle Archiepiscopo».

Cumque instantibus humiliter Decano et Capitulo ne dum pro nova audientia super secundo dubio ox reproposilis die 21 Iulii proxime praeteriti, verum ei pro concordatione primi resoluti, el aliorum qualuor non relatorum, Archiepiscopo vero pro eorumdem resolutione supplicante, utrisque partibus auditis, ad relationem eiusdem Emi el Rihi D.Card. de Abdua, eadem S.R.C. die 1 mensis Septembris 1696 rescripserit:

Ad 1. el 2. « Nihil, el amplius: el reliqua qualuor dubia omnino proponantur in prima ».

In Congregatione tandem habita sub infrascripla die, ab Emo et Riho D.Card. Colloredo (in locum Emi et Rihi D. Card, de Abdua Relatore subrogato) facto verbo super secundo dubio diebus 21 Iulii et 1 Septembris 1696 resoluto , nec non reproposilis aliis qualuor dubiis sùpradiclis non relalis;

S. R. C., utrisque partibus lam in voce quam in scriptis auditis, censuit respondendum :

Ad 2. « Reformandum esse Decretum quoad secundam pariem ; el loco verborum *iubenle Archiepiscopo,* dicendum *ad nutum Archiepiscopi,* el amplius ».

Ad 3. « Quoad primam partem servandum esse solitum, salva semper auctoritate Archiepiscopi in omnibus approbandi el reprobandi ea quae resolventur per congregationem; el quoad secundam partem nihil innovandum; el amplius ».

Ad 4. « In decisis; el amplius».

Aii 5. «In decisis; et Bullam Grogoiii XV. intelligendam esse coniunclim. non cumulative. In reliquis ad mentem Emmenlissimt Ponentis ; el amplius ».

Ad 6. * In decisis ».

Et ila declaravit, decrevit el servari mandavit. Die 24 Novembris 1696.

4957. ARETINA. (3407)

Relalis in S. R. C. ab Emo et Rmo D. Card. Pelruc.cio infrascriptis dubiis a Capitulo el Canonicis Ecclesiae Cathedralis Aretinae, contra RR. PP. Priorem el Monachos Lassinenses SS. Florae el Luciliae eiusdem

Civitatis, pro declaratione eidem Sacrae Congregationi porrectis, videlicet :

1. An in associatione cadaverum sepeliendarum in Ecclesiis quorumcumque Regularium, el praecipue Cassinensium, liceat Capitulo et Canonicis Cathedralis ad associationem invitatis Ecclesiam eorumdem Regularium ingredi cnm cappa et rochello, el in eadem sic assistere usque ad humationem cadaveris sola Cruce dicli Capituli erecta, el non alia?

2. An iisdem modo et forma, de quibus supra, liceat Capitulo et Canonicis praefatis ingredi el permanere in Ecclesiis Regularium, quamvis Ecclesiae praefatae habeant curain animarum exerceri solitam a Presbytero vel regulari vel saeculari?

3. An ut supra, liceat Capitulo el Canonicis ingredi el permanere in Ecclesiis eorumdem Regularium, tam in casu quo isti fuerint invitati ad associationem cadaveris, quam in casu quo invilali non fuerint, el cadaver ad eorum Ecclesiam asportari et sepeliri deberet? (I)

S. R.C., utrisque partibus tam in voce quam in scriptis informantibus auditis, respondendum censuit :

Ad 1. < Affirmative : ita tamen, ut in absolutione funeris sola adhibeatur Crux Ecclesiae tumulantis ».

VI 2. « Affirmative, ul ad proximum ».

';Ad 3. « Affirmative, citra tamen praeiudicium haeredum ».

El ila decrevit et servari mandavit. Die 22 Decembris 1690.

(958. PANORMITANA. (3408)

Supplicantibus humiliter S. R. C. Momalibus Monasterii SSmi Salvatoris Ordinis S.Basilii Magni Civitatis Panormi responderi:

An liceat de Sanctis Dioecesis nec non •le eorumdem octavis Officia recitare, quibuscumque in contrarium non obstantibus, quando apud ipsas ab immemorabili, seu ultra ducentorum annorum spatium, eadem recitandi viget consuetudo?

El S. R. C.: « Doceant de immemorabili », respondendum censuit. Die 22 Decembris 1696.

(959. CAMERINEN. (3410)

Super controversis praeeminentiis inter Episcopum, Capitulum et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Civitatis Camerinen. ex una, et Magistratum eiusdem Civitatis ex altera partibus, supplicante Magistratu pro dilatione; S. R. C., ad relationem Emi et Rmi I). Card. Petrucii respondendum censuit: « Dilata ; el inierim Decreta sub diebus 9 Novembris 1669 et 24 Febrnani 1680 edita, servanda esse » decrevit et mandavit. Die 19 Ianuarii 1697.

Décréta ie>o. de (jiubtis lupra fit mentio, sunt iufrascripla ridelicet:

Camerinen. Die 9 Novembris 1669. Super abusu introducto a Magistratu Civitatis Camerinen., qui incepit uti panno coloris purpurei, in eoqne genufieclit in actu associationis Emi Ordinarii in Ecclesia Cathetirali contra antiquam consuetudinem; < Emo Episcopo, qui ne gravetur radicitus evellere dictum abusum, el mandare dicio Magistratui ul omnino abstineat, enmque monere ad deducendum iura sua in Sacra Congregatione , si quibus forsitan talem usum sibi competere putet ».

Camerinen. Die 24 Februarii 1680. Eme et Rme Domine Observandissime. Cum ad aures Eminentissimorum el Reverendissimorum Card. S. R. praepositorum pervenerit, quod Magistratus istius Civitatis Camerinen. ire recuset ad solemnes functiones , quae pontificaliler per annum celebrantur ab Eminentia Vestra m Ecclesia Calhedrali eiusdem Civitatis, et signanter diebus Cinerum, Palmarum et Feria VI in Parasceve, causa praecedentiae ab eodem praelcnsae supra Clerum; Emi Domini, inhaerendo Decretis alias in similibus emanatis, decreverunt: per Eminentiam Vestram « Esse cogendum opportunis remediis dictum Magistratum ad mteressendum et accedendum non solum ad functiones in praedictis diebus, sed etiam ad omnes alias et singulas solemnitates per annum fieri solitas; et quoad praecedentiam servandum esse Caeremomale el laudabiles consuetudines ipsius Civitatis ». Dignetur itaque, quod iisdem iniungitur, debitae exeeutioni demandare.

(960. GALLIARUM. (3411)

P. Valerianus a S. Caecilia Procurator Generalis Discalceatorum Ordinis S. Augustini Congregationis Galliarum, nomine lotius Congregationis, humillime S. R. C. exposuit : Patronam principalem Congregationis praedictae fuisse electam et concessam Binam Virginem Mariam de septem Dolori-

(t) E Dub. 4

bus, einsdemqrie Officium in Gallia recitari a Congregatione praefata ex peculiari induito die Sabbati ante Dominicam Palmarum; cumque tali die quandoque incidat Festum Annuntiationis eiusdem B. M. V., reverenter supplicavit tali casu loti Congregationi praedictae indulged, ut Oflicium B. M. V. septem Dolorum Patronae, eodem Sabbato ante Dominicam Palmarum recitari possit el valeat, cum translatione Festi SSiiiae Annuntiationis incidentis ;

El S. C. R. respondii: «Lectum ». Die 19 lanuarii 1697.

1961. VALENTINA. (3414)

Exposito per Collegiales, Cappellanos aliosque ministros Collegii Augustissimi Sacramenti Civitatis Valenlinae, ex lege praescripta m erectione dicti Collegii a Ven. loanne de Ribera Archiepiscopo Valentino illius Fundatore, ipsos debere, qualibet quinta Feria in qua non concurrat Festum primae vel secundae classis, recitare in Choro solemni cantu Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas el Completorium de SS. Sacramento tanta cum pausa el gravitate, ul septem horarum spatium in absolvendis horis praedictis insumatur; nonnullosque sibi scrupulum iniecisse : an deberent dictis V Feriis recitare eliam Oflicium currens. Ideo pro securitate conscientiae supplicarunt sub die 18 lunii 1695 S. 11. C. (S. R. C. simpliciter rescripsit: < Archiepiscopo pro meliori informatione, iuxla instructionem faciendam per DD. Promolorem Fidei el Secretarium ».) ul ipsos ad illud non teneri declarare dignaretur ; verum meliori Archiepiscopi informatione tunc expetita, eaque modo ab Eminent, el Rev. Dorn. Card. Colloredo una cum supplici Oratorum instantia relata;

S. R. C., omnibus bene perpensis ac consideratis: « Oratores dictis V Feriis eliam ad Oflicium currens teneri » censuil el declaravit. Die 16 Martii 1697.

1962. REC1NETEN. (3447)

Capitulo, el Canonicis Ecclesiae Recinelen. supplicantibus a S. R. C. infrascripla dubia declarari, videlicet :

1. An in Ecclesia Calhedrali Recineten. post Completorium singulorum dierum ferialium in Quadragesima possint dici Psalmi Graduates el Oflicium B. M. V. pro opportunitate dierum ^nulla stante consuetudine, el contra Rubricas) sine licentia S. R. C. ? el quatenus negative

2. An Episcopus pro tempore dispensare possit ut dicantur post Completorium, sine licentia S. C.?

El S. R. C. ad ulrumquo respondit: « Rubricas servandas esse ». Die 30 Marlii 1697.

1963. SALISBURGEN. (3418)

Cum in Caeremoniali Episcoporum lib. 1, cap. 23, § 43 habeantur sequentia verba: *lia ut Episcopus mitratus 1er in Missa thurificetur,* ab Archiepiscopo Salisburgensi a S. R. C. quomodo hoc verbum *Mitratus* inlelligendum sil, declarari quaesitum fuit.

Et S. R. C.: « Verbum *Mitratus,* in supracilato cap. 23 Caeremonialis Episcoporum , de Episcopo cum pluviali et mitra assistente inlelligendum esse », respondit. Die 30 Marlii 4697.

1964. ARET1NA. (3419)

Exposito ex parte Civitatis Aretii eiusdemque gerentium persona, quod in causa inter Capitulum Ecclesiae Cathedralis el Monachos Cassinenses in hac S. R. C. vertente, Decretis sub die 22 Decembris anni 1696 emanatis, minime acquiescentibus partibus, super eorumdem exequulione, quamplurima et quidem gravissima possint scandala exoriri; el proplerea pro opportuno enixe supplicantibus remedio:

Eminentissimi Patres S. R. praepositi Episcopo iniungendum duxerunt: « Ut non minus Decreta praedicta exequi mandet, quam super eisdem omnimodam parilionem consequi curet, indicendo eliam partibus eamdem S. C. in casu non parilionis ad censuras contra inobedientes omnino processuram. Quod si eidem constiterit quod illae sentientes se gravatas noviter iura sua intendant experiri; ul eadem coram S. R. C. nulla interposita mora deducant, omnino demandet ». Die 27 Aprilis 4697.

1965. COMEN. (3420)

Relatis ab Emo el Rmo D. Card. Colloredo in S. R. C. inirascriplis dubiis, inter Communitates Pelusii el Barnae ex una, et Capitulum el Canonicos S. Slephani Menasii Comen. Dioecesis ex altera partibus, excitatis:

1. An el in qua summa sil praestanda eleemosyna per homines Communitatum Pelusii et Barnae Archipresbylero el Canonicis Menasii, vocalis ad associationem alicuius cadaveris tumulandi in Ecclesiis parochialibus dictarum Communitatum?

î. An pro ilia et eadem eleemosyna praestanda pro associatione cadaveris teneantur Archipresbyleri el Canonici intéresse celebrationi Missae, aliisque Officiis defunctorum super cadavere agendis?

3. An Canonico antiquiori, in absentia Archipresbyleri, illius oflicium gerenti, praestanda sil eadem eleemosyna, quae ipsimel Archipresbylero solei praestari in funeribus?

An el quae Crux deferenda sil, quando cum Parocho Ecclesiae tumulantis conveniunt eliam Archipresbyler et Canonici Menasii?

5. An el ad quem speciei delatio Stolae in funeribus parochialibus seu non parochialibus peragendis intra limites Ecclesiarum Pelusii el Barnae, quando cum istarum Parochis intervenit Archipresbyler cum Capitulo?

6. An el ad quem speciet eleclio Sacerdotis, qui milii solei expensis Communitatum Pelusii et Barnae ad Ecclesiam Caihedralein ad efteclum reporlandi Oleum sanctum pro Ecclesia Matrice Menasii, el parochialibus dictarum Communitatum in eadem Matrice distribuendum?

S. R. C., auditis ulrisque partibus lam in voce quam in scriptis informantibus, censuit respondeudum :

Ad 1. « Praestandam esse summam conventam in instrumento separationis· ».

Ad 2. « Negative ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. « Deferendam esse solam Crucem Ecclesiae tumulantis ».

Ad 5. « Spectare ad Archipresbyterum el ad Parochum ».

Ad 6. « Episcopus provideat ».

Et ita declaravit, decrevit et servari mandavit. Die 27 Aprilis 1697.

1966. COTRONEN. (3421)

Ianuario Pelusio Archipresbylero Ecclesiae Cathedralis Civitatis Cotronen. supplicanto declarari infrascriptum dubium , videlicet:

An in omnibus Altaribus sive Cathedralis, sive aliarum Ecclesiarum, debeat erigi baldachinum, vel in maiori Ianium, in quo asservatur Augustissimum Sacramentum?

El S. R. C. respondii: « In omnibus ». Die 27 Aprilis 1697. .5

19(57. EÜGÜB1NA. (3422)

Quaesitum humiliter fuit a nonnulli·; Sacerdotibus Civitatis Eugubinae a S. R. C. declarari :

An liceat in Ecclesiis, in quibus occasione quadraginta horarum expositum delinetur Augustissimum Sacramenlum , celebrare Missas defunctorum? et quid si ex praescripto testamentorum essent celebrandae?

Et S. R. C.: «Congruentius abstinendum », respondit. Die 27 Aprilis 1697.

1968. EUGUBINA. (3423)

Fulvius Secundus Franceschinus Caeremoniarum Magister Oppidi Peniae Eugubinae Dioecesis humiliter a S. R. C. supplicavit declarari: In quanam parte Altaris, a Celebrante absque Diacono el Subdiacono, sit canendum Evangelium pro benedictione solemn! Palmarum?

El S. R. C.: « In cornu Epistolae », respondit. Die 27 Aprilis 1697.

1969. FLORENTINA. (3424)

Quaesitum fuit utrum Officia, quae alicubi supersunt in fine anni recitanda, sint omittenda, vel in sequentem annum transferenda ?

El S. R. C. respondit: « Serventur Decreta ». Die 27 Aprilis 1697.

1970. LAMACEN. (3425)

Ad evitandas lites, ab Episcopo Lamacen. humiliter supplicatum fuit a S. R. C. declarari : An ipsi liceat Canonicum seu Canonicos, qui eum in solemnitaiibus ad Ecclesiam cum cappa magna accedentem comitari recusant, in distributionibus quotidianis mulctan ?

El S. R. C. respondii: «Quoad distributiones non posse; ceterum utatur iure suo ». Die 27 Aprilis 1697.

1971. SPOLETANA (3426)
PROCESSIONIS.

Relatis ab Effio et Rffio D. Card. Homodeo in S. R. C. infrascriptis dubiis, inter Conventum el Fratres S. Francisci ex una, et Archipresbyterum et Canonicos Ecclesiae Collegialae S. Mariae Nursiae Spolelanae Dioecesis ex altera partibus, excitatis:

1. An Fratribus Conventus S. Francisci praedictis liceat facero Processionem per Terram Nursiae cum Reliquia S. \nlonii de Padua in die Festo vel infra octavam dicti S. Antonii, absque consensu Capituli Ecclesiae Collegialae S. Mariae Nursiae praedictae ?

2. An el cui spectet gestatio dictae Reliquiae in Processione?

S. R. C., ulrisque partibus lam in voce quam m scriptis auditis, censuil respondendum :

Ad I. < Licere de consensu el licentia Episcopi ».

Ad 2. « Spectare ad Religiosos S. Francisci ». Et ita decrevit el servari mandavit. Die 27 Aprilis 1697.

1972. VICENT1NA. (3427)

Monialibus *Convertite* nuncupatis Civitatis Vicentiae S. Augustini Regulam profilentibus, Ordinario subieclis, humillime obmxeque S. R. C. declarari supplicantibus:

An sibi, ex induito eiusdem S. C., concessa facultate recitandi Officia Sanctorum Religionis Auguslinianae cum Breviario tamen Romano, liceat etiam recitare quae Congregationi Lateranensi S. Augustini fuerunt concessa?

Et S. R. C. censuil respondendum: < Indultum oratricibus impertitum non comprehendere Officia Sanctorum Congregationis Lateranensis ». El ila declaravit. Die 27 Aprilis 1(597.

1973. PANORMITANA. (3428)

Cum S. R. C. super quaesitis a losepho Gamba Confessario Monialium S. Benedicti Panormi propositis, m ordine ad Officium S. Benedicti in Eeria III sub ritu semiduplici recitandum, responderit: Non posse recitari dictum Officium m Feria III in Quadragesima, Adventu ac Vigiliis, neque infra octavas; cumque benigne concesserit omnibus eiusdem Ordinis Congregationibus facultatem recitandi sub ritu semiduplici in qualibet hebdomada, Feria III sive alia die Festo duplici vel semiduplici non impedita (extra tamen Adventum el quadragesimam) Officium praefati S. Benedicti Congregationi Cassinen. concessum el ab eadem Cassinen. Congregatione recitari consuetum; idem Inseph Gamba humiliter modo responderi infrascriplis quaesitis supplicavit:

1. An praedictum Officium recitari possit in Vigiliis, cum S. C. in hac concessione excludat tantummodo tempus Adventus et Quadragesimae?

2. An supradictum Officium recitari possit die Sabbati , si tuta hebdomada sil impedita, et tunc debeal omitti Officium B. M. tu Sabbato?

3. An prima die mensis non impedita Festo duplici vel semiduplici, el in qua occurrat recitari Officium defunctorum, possit recitari supi idictum Officium S. Benedicti, transferendo, vel etiam aliquando omittendo Officium defunctorum; aut si sit recitandum Ofcium de simplici Festo occurrente, vel de feria simul cum Oflicio defunctorum, transferendo praefatum Officium S. Benedicti in aliam diem non impeditam diclae hebdomadae; et an, si ceteri dies (Sabbato excepto) omnes sint impediti, potius sit omittendum in tali hebdomada Officium S. Benedicti, vel B. .Mariae in Sabbato , ac eliam defunctorum, cum saepe contingat omitti Officium S. Mariae in Sabbato el defunctorum, quando occurrunt, pro recitatione praefati Officii S. Benedicti qualibet hebdomada?

4. An Officium S. Scholasticae Virginis sororis eiusdem S. Benedicti ab eadem S. C. concessum sub ritu semiduplici semel in mense , feria similiter non impedita Festo duplici vel semiduplici, supradiclis Congregationibus Ordinis Sancti Benedicti recitari possit in Vigiliis, et prima die mensis non impedita in qua occurrit Officium defunctorum, el in Sabbato omittendo Officium B. Mariae in Sabbato, vel polius sit recitandum Officium defunctorum, transferendo ad aliam diem praefatum Officium S. Scholasticae Virginis; et an si celeri dies mensis omnes sint impediti, tali mense sit omittendum Officium defunctorum, vel praefatae S. Scholasticae Virginis?

5. An in Vigilia Epiphaniae dici possint Missae privatae defunctorum ; in qua a Capitulis S. Petri et S. Ioannis Laleranen. non lit de S. Telesphoro Papa el Mari, occurrente cum dicta Vigilia?

El S. R. C., ad relationem Effli el Rmi 1). Card. Colloredi, censuit respondendum:

Ad 1. « Negative ».

Ad 2. « Posse ».

Ad 3. < Posse ».

Ad 4. « In Officio S. Scholasticae servandam esse regulam, ut in supra expressis».

Ad K. « Negative ». El ila declaravit. Die 27 Aprilis 1697.

1974. NEAPOLITANA. (34.30)

Super pi aeeminenliis inter loannem Petrum Parascandolnm Primicerium ct Canonicos Ecclesiae Collegialae S. loannis Maioris Neapolis controversis, relatis ab Emo et Rmo D. Card. Petruccio in S. R. C. dubiis infrascriptis, videlicet:

1. An Primicerius Ecclesiae Collegialae S. loannis Maioris Neapolis edictum sub titulo: *Monitiones pro BB. Canonicis et Canturibus* subscribere, illudque in Ecclesia

praedicis affigere et publicare posait? An saltem monere el corrigere?

2. An ad Primicerium in Choro permanentem speciei in principio Matutini, Horarum Canonicarum el Vesperarum inlonare *Pater noster,* el eo dicio, ad enmdem pariter speciei signum dare ul incipiantur: *Domine labia mea etc.* et *Deus in adiuloitum meum etc.* et *Dominus nos benedicat etc.,* nec non ad Completorium : *Nodem quietam etc. Benedicat et custodiat nos etc.,* ac in fine Horarum el Matutini : Dominus *det nobis etc.,* ac Lectiones ad Matutinum canlandum dislribuere?

3. An idem Primicerius a Choro exiens causam egressus Punclalori nolam facere teneatur?

4. An Canonici a Choro exeuntes veniam pelere debeanl Primicerio, el in egressu el regressu eidem reverentiam exhibere, et Punclalori causam egressus nolam facere?

5. An Primicerio in Choro debeatur pulvinar ex pelle?

6. An Primicerio competat canere Missas solemnes, deferre SSiiium in Processione Corporis Christi el aliis consuetis, nec non candelas in die Purificationis, cineres in die Cinerum et palmas in Dominica Palmarum benedicere, ac alias functiones solemnes explere, el Processiones dirigere?

7. An Primicerio solemniler celebranti Canonici pro Diacono et Subdiacouo inservire leneaniur?

8. An Primicerio compelal facultas convocandi Capitulum, dandi primum votum et suffragia Canonicorum recipiendi?

9. An Primicerius in Officiis Feriae V in Coena Domini ac Feriae VI in Parasceve, horis congruis, possit uti in Ecclesia cappa magna cum capulio et cauda violacea extensa?

S. R. C., tam in voce quam inscriptis informantibus, ulrisque partibus auditis, respondit :

Ad I. «Negative: sed tantum monere el corrigere oretenus ».

Ad 2. « Servetur Caeremoniale lib. 2, cap. (5 ».

Ad 3. « Teneri extra Chorum ».

Ad 4. « Affirmative ».

Ad 5. « Negative ».

Ad 6. « Affirmative, quatenus celebret el excepiis parochialibus ordinariis ».

Ad 7. « Dentur Decrela ».

Ad 8. « Servetur Decretum Emi Archiepiscopi ».

Ad 9. « Negative ».

El ila decrevit el servari mandavit. Die 22 lunii 1697.

1975. CONVERSANA. (3432)

Supplicantibus apud S. R. C. Canonicis Calhedralis Ecclesiae Conversanae ul declarare dignaretur, quodnarn e stallis choralibus Hebdomadarius Canonicus occupare deberet, cum a qualibet parte Chori extrema slalla a Dignitatibus occupentur; el an Hebdomadarius Dignitas in eodem stallo, in quo Hebdomadarius Canonicus pariter sedere deberet? S. R. C. sub die 22 Novembris anni 1669 respondit: «Hebdomadario tum Dignitati tum Canonico deberi stallum primae vel secundae Dignitatis a parte Chori, el immediate sub Hebdomadario sedere debere primam vel secundam Dignitatem respective: stallum vem e conspectu Hebdomadarii vacuum esse dimittendum, ul prima ct secunda Dignitas in stallorum paritate conveniant, el altera alleram ex directo respicial ». El quia supradicla resolutio vel nunquam, vel pro unica lanium vice execution! demandata fuerat, ad illam consequendam mensibus proxime elapsis Canonici Hebdomadarii coram A. C. monitorium super execulione supra enunciati Decreti expedii i curarunt; quare habito recursu ad hanc S. R. C. per Archipresbyterum el Archidiaconum Dignitates Ecclesiae Calhedralis Conversance praedictae, reproposiia est ab Effio el Rmo D. Card. Dnralio in Sacra Rituum Congregatione huiusmodi controversia.

S. R. C., tam in voce quam m scriptis ulrisque partibus informantibus, visi ichnographia Chori, relatione Episcopi audita ac omnibus mature perpensis ac consideratis, censuit: « Regulanda esse slalla Chori iuxla votum Episcopi, nempe primas Dignitates, Archipresbyterum scilicet et Archidiaconum occupare imposterum debere slalla, quae ad praesens occupantur a Primiceriis ; et deinde servandum osse Caeremoniale, et Decretum anni 1669». El ila decrevit el servari mandavit. Die 13 Iulii 1697.

197«. MONTIS POLITIANI. (3436)

De unanimi consensu tam Dignitatum quam Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Civitatis Montis Politiam ab Emo et Riîio D. Card. Colloredo in S. R. C. propositis infrascriplis dubiis, videlicet :

I. An in Ecclesia Cathedrali Montis Politiam ad Archidiaconum praesentem in Choro, et ipso absente, ad seniorem Canonicum, exclusis aliis Dignitatibus, iuxta praetensam

immemorabilem, spectet praescribere el ordinare in Choro, vel potius talis praeeminentia spectet ad Dignitates gradatim praesentes in Choro?

2. An in hebdomada dierum ferialium, m qua intervenit Praepositus cum alia parte Canonicorum, ad ipsum pariter spectet praescribere et ordinare in Choro, vel potius ad seniorem Canonicorum , excluso ipso Praeposito ?

S. R. C., audita relatione Episcopi ac omnibus mature consideratis, censuit respondendum ad utrumque : < Praeeminentia praescribendi et ordinandi elc. spectare ad digniorem praesentem in Choro ». Et ila decrevit et servari mandavil. Die 13 Iulii 1697.

1977. ANAGNINA. (3437)

Exposito S. R. C. per Episcopum Anagninum, occasione visitationis suae Dioecesis, ipsum reperisse absque ulla approbatione quasdam assertas Reliquias Sacerdotis Melchisedech, el partis loci, in quo asserebatur Christum Dominum Nostrum consedisse tempore quo Orationem Dominicalem composuerat, humiliter supplicavit sihi responderi: An assertae Reliquiae imposterum essent publicae venerationi exponendae?

El S. R. C. respondit: < Negative». Die 3 Augusti 1697.

1978. IMOLEN. (3438)

Quaesitum fuit ab Emo el Rmo Episcopo Imolensi D. Card, de Verme, declarari: an in Ecclesiis suae Dioecesis Altaria Sanctis Testamenti veleris Prophetis dicata essent permittenda ?

El S. R. C. respondit: « Antiqua tantum permittat». Die 3 Augusti 1697.

1979. H1SPALEN. (3439)

Concessa pro Regnis Hispaniarum extensione Officii S. Narcissi diebus 18 Marlii et 29 Octobris recitandi, prout recitatur in Civitate et Dioecesi Gcrunden., cum aliqui censuerint utrumque Officium praedictis diebus esse recitandum sub ritu duplici primae classis, cum octava vero dumtaxat die 29 Octobris, nonnulli autem sub rilu duplici per annum die 18 Marlii, servata octava in Officio diei 29 Octobris; Adnanus de Elessii Magister caeremoniarum Ecclesiae Metropolitanae Hispalensis,humiliterS.R.C. supplicavit declarari : Qna ratione veniant mielligenda Decreta S. R. G., cum ob huiusmodi dubia in aliquibus Ecclesiis Officium S. Narcissi praedicti neutro ex iis diebus receptum sil.

Et S. R. C., omnibus bene consideratis, perpensis ac pluries examinatis, ad relationem Emi et Riïii I). Card. Petrucii, respondendum censuil: « Oilicium S. Narcissi recitandum esse in Civitate el Dioecesi Gerunden. 29 Octobris cum Missa sub ritu duplici primae classis cum octava. Die vero 18 Marlii de eo faciendam esse lanium commorationem, prout quadragesimali tempore lit de simplicibus. In Regnis vero Hispaniarum recitandum esse sub rilu duplici minori die 29 Octobris lanium ». El ila decrevit, et servari mandavit. Die 3 Augusti 1697.

L980. ABELLINEN. (3440)

Relatis ab Eflio et Rmo I). Card. Colloredo in S. R. C. infrascriptis dubiis inler Capitulum Ecclesiae Collegiatae Oppidi Alripaldae ex una, et Patres Dominicanos Conventus S. Mariae Gratiarum el Gonfratres SSmi Rosarii eiusdem Oppidi Abellinen. Dioecesis ex altera partibus, exortis :

1. An Patribus Dominicains el Confratribus SSiîii Rosarii Oppidi Alripaldae liceat consuetam Processionem in prima Dominica Octobris cuiuslibet anni peragere extra ambitum, accedente dumtaxat Episcopi consensu, el irrequisilis Capitulo el Canonicis; vel competat Episcopo una cum Capitulo et Canonicis licentiam concedere?

2. An in dicla Processione possit intervenire Capitulum, et habere primum locum?

S. R. C., utraque parte tam in voce quam in scriptis informante, respondendum censuil:

Ad 1. < Sufficere licentiam Episcopi ».

Ad 2. « Competere Patribus Dominicanis ducere Processionem absque interventu Capituli ».

El ita decrevit et servari mandavil. Die 31 Augusti 1697.

1981. FANEN. (3441)

Vice-Curatus loci Puteoli Fanen. Dioecesis humiliter quaesivit a S. R. C. declarari :

An in depositione defunctorum in verbis illis iVon *intres in iudicium cum servo luo, Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo etc.* quando defunctus sil mulier, aut sint plures defuncti possint verba : *servo tuo,* immutari in *serva tua,* vel *servis tuis* absque Sacrae Rubricae laesione ?

El S. R. C. respondit : « Servandum esse Rituale ». Die 31 Augusti 1697.

1982. CORTONEN. (3444)

Inslanlibus Canonicis el Capitulo Collegjalae S. Mariae Novae Civitatis Cortonae in S. R. C., nedum pro approbatione, seu confirmatione, alias a bon. mem. Philippo Gallileo lunc temporis Episcopo Cortonensi obtentae facultatis erigendi in Processionibus propriam Crucem; verum etiam el pro concessione alterius indulti, parandi scilicet in eisdem Processionibus propriam Cappellam, super qua idem Episcopus Gallileus ipsi Collegiatae iura S. R. C. adeundi reservaverat ;

S. R. C., habita prius hodierni Episcopi super praemissis informatione, ad relationem Euii et Rihi D. Card. Petrucii, censuil respondentium : Negative in omnibus ». Et ita decrevit el servari mandavil. Die 5 Octobris 4697.

1983. URBIS. (3447)

Supplicatum humiliter fuit declarari : An Cappellani Ecclesiae S. Mariae de Horto, celebrantes Missam Festivitatis Consecrationis Ecclesiae die G Octobris et per totam octavam, possint pariter recitare Officium Consecrationis praedictae, ut se conforment cum Missa ?

El S. R. C. respondit: « Negative ». Die 5 Octobris 4697.

1984. CATAN1EN. (3449)

Ad animas defunctorum ob memorabiles Siciliae lerraemotus die !1 lanuarii <693 «equulos suffragandas, Patres Ordinis Eremitarum excalceatorum S. Augustini Conventus Novae Lucis Civitatis Calaniae, humiliter S. R. C. supplicarunt pro facultate dicla die i1 lanuarii, licet infra octavani Epiphaniae Domini, celebrandi Missas de Requiem.

El S. R. C. respondit : « Lectum ». Die 14 Decembris <697.

1985. URBIS. (3452)

Ex Monachis S. Pauli ob aeris intemperiem habitantibus in aestate, tamquam in hospitio, in aedibus S. Callisli, quotidie aliqui pergunt ad S. Paulum divini Officii persolvendi gratia in illa Sacra Basilica : alii vero, qui Romae remanent, persolvunt nihilominus Horas Canonicas in Ecclesia S. Callisli : omnes autem tam ex S. Paulo reduces, quam qui Romae remanserant, recitant simul Vesperas in eadem S. Callisli Ecclesia. Ideo S. R. C. humiliter hodiernus Abbas S. Callisli Urbis supplicavit declarari infrascripla dubia, videlicel :

1. An in Feslo S. Callisli die 14 Octobris (quo tempore Monachi adhuc sunt in hospitio S. Callisli) sit faciendum Officium eiusdem S. Callisli sub ritu duplici primae Classis cum octava, tamquam Titulans Ecclesiae ?

2. An illi Monachi qui quotidie pergunt ad S. Paulum debeant recitare in Ecclesia Pauli Officium S. Callisli?

3. Supposito, quod non sil faciendum in Ecclesia S. Pauli de oclava S. Callisli, quaeritur: quomodo sint dicendae Vesperae in Ecclesia S. Callisli ab illis Monachis, qui mane celebrarunt Officium m Ecclesia S. Pauli?

El S. R. C., ad relationem Emi el Rihi D. Card. Colloredi, rescripsit:

Ad 1. «Affirmative in Ecclesia titulari eiusdem Sancli, qua pro hospitio Patres Cassinenses utuntur ».

Ad 2. « Negative ».

Ad 3. « Continuent Officium iuxla Matutinum el Horas recitatas m aede S. Pauli ».

El ita declaravit. Die 14 Decembris 14497.

1986. ANAGNINA. (3453)

Supplicante humiliter apud S. IL C. Promoture Fiscali Curiae Episcopalis Civitatis Anagninae ad mfrascriptum dubium responderi, prout de iure, videlicet :

An Gubernatori Civitatis praedictae in assistentia, quam tenetur praestare Episcopo exercenti Pontificalia m Missis aut Vesperis, liceat galero cooperire caput, quoties Episcopus mitram assumit ?

Et S. R. C. respondit: « Negative ». Et ila decrevit el declaravit. Die 25 lanuarii 1608.

1987. CRACOVIEN. (3454)

Promoter Fiscalis Curiae Episcopalis Civitalis Cracoviae in Polonia petiit humiliter declarari :

\n liceat Praelatis inferioribus, ox indulto Apostolico habentibus usum ponlilicalium , benedicere Sanctimoniales de licentia Ordinarii absentis vel impediti ?

Et S. R. C. respondit: < Non licere ». Die 25 lanuarii 1698.

1988. NEAPOLITANA. (3455)

Nondum loanne Petro Parascaiidolo Primicerio et Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. loannis Maioris Civitatis Neapolis acquiescentibus Decretis super nonnullis dubiis

propositis ab Emo el Riïio D. Card. Peirncio die 22 Iunii proximi praeteriti anni 1697, editis ab eodem Emo et Rmo I). Card. Pelrucio, ad instantiam Primicerii fraedicti proposita inerunt infrascripla dubia, videlicet :

I. Λη ad Primicerium spectet dare signum inchoationis et dimissionis Chori in Matutinis, Horis, Missis et Vesperis?

2. Λη ad eumdem Primicerium spectet lectiones ad cantandum vel legendum distribuere, et Processiones dirigere?

3. An Primicerio competat canere Missas solemnes, deferte Sanctissimum in Processionibus Corporis Christi aliisque consuetis, candelas in Festo Purificationis, cineres in Feria IV Cinerum el palmas in Dominica Palmarum benedicere, aliasque solemnes functiones explere?

4. An Primicerio solemniter celebranti Canonici pro Diacono el Subdiacono inservire teneantur?

5. An Primicerio competat facultas convocandi Capitulum, non tamen suum votum dare in iis quae spectant ad emolumentum Canonicorum Ianium ?

El S. R. C., ulraque parle et voce et scriptis informante, respondendum censuil :

Ad 1. « Affirmative ; et dentur Decreta in Cassanen. 12 Martii 1651 et in Lamacen. 30 Augusti 1692 ».

Ad 2. «Affirmative; el quoad Processiones ad mentem Emi Ponentis ».

Ad 3. < Affirmative, scilicet competere Primicerio canere Missassolemnes; et quoad delationem SSiiu in Processionibus, quoad benedictiones candelarum, cinerum el palmarum, aliasque solemnes functiones peragendum, etiam affirmative, dummodo tamen in illis diebus celebrare solemniter velit ».

Ad 4. « Affirmative ».

Ad 5. « Affirmative; nec amplius in omnibus causam praedictam proponi decrevit ». El ila servari mandavit. Die 25 Ianuarii 1698.

1989. SENOGALLIEN. (3457)

Cum per Rodulphum Antonium de Rodulphi> Rectorem Ecclesiae parochialis Montis Marciani Senogallien. Dioecesis, habito ad S. R. C. recursu contra Cappellanum Confralernilalis SSmi Sacramenti exislonlis prope parochialem praedictam, praetendentem pluies functiones parochiales in Ecclesia ipsius Confralernilalis exercere, S.R.C. rescripserit : < Episcopus ulalur suis facultatibus», cumque Episcopus in execulionem huiusmodi Rescripti sub die 20 Marin anni 1697, Cappellano praedicto eiusque substituto functiones parochiales praedictas peragere prohibuerit; el sub vanis praetextis Cappellanus el Sodales supradiclae Confralernilalis Ium Decreta S. R. C. tum Episcopi praecepta usque adhuc eludere studuerint ; ad evitandas propterea dilationes, el ad tollenda dissidia, Parochus praefatus humiliter supplicavit pro omnimoda Decretorum Episcopi observatione, et pro resolutione infrascriplorum dubiorum, videlicet:

1. An liceal Cappellano Ven. Confralernitalis Sanctissimi Sacramenti Montis Marciani facere Processionem qualibet tertia Dominica intra ipsius Ecclesiam sine licentia, consensu el Cruce Parochi ?

2. An eidem Cappellano licitum sit canere Missam Feria V in Coena Domini et Sabbato Sancio in Ecclesia diclae sodalitatis ?

3. An liceat diclae sodalitati facere Sepulchrum Feria V in Coena Domini?

4. An, quatenus ei permissum sil facere dictum Sepiilchrum, licitum etiam sit conservare in eo SSiiiam Eucharistiam usque ad occasum solis, et illam amovere ad effectum asservandi in Tabernaculo, ac facere Processionem per Ecclesiam sine consensu Parochi ?

5. An licitum sil dicto Cappellano diebus Dominicis, aut aliis diebus intra hebdomadam, dare benedictionem cum SSiiia Eucharistia sine licentia vel consensu eiusdem Parochi ?

6. An supradiclus Cappellanus possii diebus festivis et solemnibus, ac présente cadavere, canere Missas, Vesperas vel alias functiones semper fieri solitas in parochiali?

7. An quatenus requiratur Parochus ad exercendum aliquam ex supradictis functionibus iu diclae sodalitatis Ecclesia, eo impedito, exerceri possint a praedicto Cappellano eodem tempore quo exercentur in parochiali, vel debeat expeclare postquam terminatae fuerint in parochiali, ne impediatur concursus ad eam ?

8. An licitum sit dictae Confralernilali continuo relinere SSiham Eucharistiam in sua Ecclesia ?

El S. R. C., referente Emo et Rmo D. Card. Francisco Barbarino, respondil: « Servetur lui Decretum Episcopi, qui etiam provideat, proui de iure». Et ila decrevit et servari mandavit. Die 25 Ianuarii 1698.

(090. TÜDERTINA. (3488)

In causa, quam habent condoinini de Ltaschis cum Nicolao Pennacchi Archipresbytero Terrae Baschi Tuderlinae Dioecesis, propositis ab Emo el Rffio D. Card. Francisco Barharino infrascriptis dubiis :

I. An Archipresbyter praedictus possit coarclari ad celebrandas, vel celebrari faciendas, Missas paratas seu solemnes?

S. An condoinini praedicti debeant ihurificari a Diacono, vel potius a Clerico thuriferario ?

3. An, Ordinario tamquam suspecto, Episcopo viciniori super praemissis execulio Decretorum Sacrae Congregationis veniat committenda ?

S. R. C. tam in voce quam in scriptis ulraque parte informante audita, respondit :

Ad 1. < Non posse coarclari ».

Ad 2. « Probetur foriniler consuetudo »

Ad 3. « Negative ».

El ila decrevit el servari mandavit. Die 25 lanuarii 1(598.

1991. PRAGEN. (3459)

Frater Adamus Turiensis Ordinis Capu· - cinorum Civitatis Pragen. humiliter S. R. C. supplicavit pro declaratione infrascriplorum dubiorum : . I

1. Utrum Calix in fine Missae debeat totus velari in parte anteriori, prout ab initio Missae ?

2. Utrum lectio festi simplicis, adhibita pro IX lectione in Officio divino, debeat legi cum titulo, verb. gr. nona lectio pro SS. Cosma el Damiano ?

Et S. R. C. respondil :

Ad i. « Ante versiculum, quod dicitur Communio, cooperiendum velo Calicem in anteriori parte, prout ante Confessionem ».

Ad 2. « Sine titulo ».

El ila declaravit. Die 1 Martii 1698.

1992. NARNIEN. (3464)

Quaesitum humiliter fuit a confratribus Confralernilalis S. Antonii Abbatis Civitatis Narnien. declarari :

Quot lumina sint adhibenda *in* expositione Sanctissimi Sacramenti, quae li.it ad instar proscaenii ; nec non an el quot requirantur in tali expositione etiam lumina candelarum spectabilia ?

Et S. R. C. respondit : « Luminum quantitatem pietati facientis expositionem remittendam, el in Altari super candelabris ad minus sex candelas accensas esse relinendas >. El ila declaravit. Die 18 Martii 1698.

1993. T1IEAT1NA ET PENNEN. (3465)

Ad humillimas preces Cleri, Communitatum el hominum Terrarum et Villarum respective Roccae S. loannis Fossae Caecae, S. Eusanu Theatmae el Capraiae Pennen. Dioecesium supplicantium pro confirmatione electionis S. Philippi Neni tn Patronum principalem electi, ab Effio et Rmo D. Card. Colloredo relatas,

S. R. G. electionem praedictam approbavit el confirmavit : « Et Festum eiusdem ex devotione, non autem ex praecepto, servari posse censuil ». Die In Martii 1698.

1994. VENETA. (3467)

Cum Monachi Ordinis S. Benedicti infra octavam omnium Sanctorum, celebrantes Festum omnium Sanctorum Ordinis praedicti, Introitui Missalis Romani, Orationibus atque Collectis superaddant sequentia verba videlicet : *sub honore Sanctorum omnium Ordinis nostri;* cumque Moniales eiusdem Ordinis recitantes Officia in Orationibus Breviarii cum Monachis praefatis se conformantes idem faciant : quaesitum fuit humiliter a S. R. C. declarari :

An Confessorii et Cappellani saeculares earumdem Moniahum in Missa superaddere possint praecitala verba : *Ordinis nostri.*

Et S. R. C. censuil: «Negative» respondendum. Die 15 Martii 1698.

1995. CAMERINEN. (3468)

Cum inler Episcopum et Canonicos Ecclesiae Calhedralis ex una, atque Gubernatorem et Magistratum Gamennen. ex altera partibus, ortae sint nonnullae controversiae super praeeminendis, Emi et Rihi D. Cardinales de Carpineo et Pelrucius a S. R. G. specialiter deputati censuerunl ut infrascripla Decreta alias emanata el Caeremonialis Constitutiones a partibus praedictis omnino servari debeant, videlicet:

« Magistratus in solemnionbus Festivitatibus a Caeremoniali praescriptis, absente Gubernatore, habita hora a Magistro Caeremoniarum seu alio Ministro, usque ad portam cubiculi Episcopi, quod dicitur *Anticamera.* accedere debebit, eumdem cappa indutum ad Ecclesiam comitabitur el peractis functionibus, ad portam maiorem eiusdem palatii pariter comitabitur; el Episco-

pus monitus de adventu Magistratus ei obviam procedet, et ad Ecclesiam perget ».

< Praesente vero Gubernatore, Magistratus el ipse Gubernator obviam procedent Episcopo egredienli usque ad portam palatii ipsius Episcopi; et in accessu ad Ecclesiam, Gubernator erit ad sinistram Episcopi, et idem in recessu servabitur ».

< E conspectu Altaris SSmi Sacramenti, factis inter se debilis salutationibus, Episcopus ad genuflexorium stratis el pulvinis ornatum preces effundet , et bine inde ad latera Canonici, Gubernator el Magistratus ad consueta eorum sedilia pergent, ibique genuilexi versus Altare SSiiii Sacramenti orabunt, et quando Episcopus ad Chorum perget, stantes ipsum Episcopum transeuntem salutabunt; et idem ordo servandus, eliam absente Gubernatore ».

< Si vero Episcopus per parvam portam pergat, Magistratus ad eamdem portam accedere et comitari debeal ».

« Magistratus non debel genufleclere supra panniculum, quod omnino alias prohibuit S. R. C. ».

« Nulla Canonicorum assistentia debetur Episcopo, quando ad Ecclesiam accedit et per eam incedit, dum est cappa indutus, secus vero quando est cum paramentis sacris; el tunc Gubernator el Magistratus erunt post Episcopum ». lia S. R. C. in una Interamnen. loquenie de Gubernatore Praelato 29 Martii 4669.

«Magistratus, prout in Caeremoniali, tum absento tum praesente Gubernatore, Episcopo m lotione manuum inservire debel ».

«· Quando Episcopus conciones audit, nulla Canonicorum assistentia ei debetur; el tunc Gubernator sedere debel prope Episcopum in Sede Camerati consimili in eadem linea, extra tamen baldachinum, el dummodo neuira Sedes sil coloris rubei ».

« Accedente Gubernatore in habitu ad Ecclesiam, aliquis Ecclesiae Minister colla indutus porrigat eidem aquam benedictam ».

El ita declararunt, el censuerunl ul haec omnia ab Episcopo , Gubernatore el Magistratu servari debeant.

Quae quidem Decreta ab Emis el Rutis DD. Cardinalibus du Carpineo el Pelrucio ul supra deputatis edita, in S. R. C. relata, licet parles non acceptassem, S. R. C. approbavit, el per modum concordiae inler Episcopum, Gubernatorem et Magistratum Civitatis Camerini omnino observanda esse mandavit. Die 19 Aprilis 1(198.

1996. COMEN. (3470)

Propositis ab Eiiio et Rmo I). Cardinali Colloredo infrascriplis dubiis inler Capitulum et Canonicos S. Stephani Menasii ex una, el Communitates Pelusii el Barnae Comen. Dioecesis ex altera partibus, controversis :

1. An haeredes defunctorum, posl expletum Officium funebre, possint celebrari facere Missam solemnem de Requit· a proprio Hectore absque interventu Capituli?

2. An homines Communitatum in omnibus functionibus teneantur semper invitare Capitulum Menasii, non obstante quod adsint alii Sacerdotes earumdem Communitatum ?

3. An Parochi dictarum Communitatum possint lolain functionem funebrem peragere, aut alia quaecumque Officia celebrare, absque interventu alicuius Sacerdotis, respondentibus alternative laicis cum Parocho?

4. An homines dictarum Communitatum possint compelli ad accedendum processionaliter ad Ecclesiam matricem in solemnilale SSmi Corporis Christi?

5. An infra octavam eiusdem Festivitatis, possint Parochi dictarum Communitatum Processionem facere in districtu suarum Parochialium cum interventu Sacerdotum sibi benevisorum, non vocato Capitulo Menasii?

G. An Canonici in casibus, quibus debent occasione Stationum accedere ad Ecclesias dictarum Communitatum, teneantur processionaliler discedere ab Ecclesia Collégiale, et eodem ordine accedere ad praefatas Ecclesias ?

7. An quartum vim, vel illius loco libraе 1res imperiales per dictas Communitates debeantur supradiclis Archipresbytero et Canonicis?

8. An ab Ecclesiis dictarum Communitatum praestandum sit cereum Ecclesiae matrici ?

S. R. C., tam in voce quam in scriplis partibus praedictis auditis, censuit respondendum :

Ad 1. < Affirmative ».

Ad 2. < Negative , dummodo non sint invitandi extranei ».

Ad 3. < Adeant Ordinarium ».

Ad 4. < Affirmative ».

Ad ti. « Affirmative ».

Ad 6. « Serventur Constitutiones Synodales Cap. 2 ».

Ad 7. « Ad Indices suos ».

Ad 8. « Affirmative ».

Ei ita decrevit ci servari mandavit. Die 31 Maii 1698.

1907. C0RT0NEN. (3471)

Denegata a S. R. C., ad relationem Emi el Rihi D. Card. Petrucii, Capitulo el Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. Mariae Novae Civitatis Corlonae sub die 5 Octobris 1697 approbatione seu confirinalione, alias obtenta a bon. mem. Philippo Gallilei lunc temporis Episcopo Cortonensi, facultatis erigendi in Processionibus propriam Crucem, nec non concessione alterius indulli, parandi scilicet in iisdem Processionibus propriam Cappellam, super qua idem Episcopus Galhleus ipsi Capitulo el Canonicis iura S. R. C. adeundi reservaverat; el non acquiescentibus Capitulo el Canonicis praedictis, vigore novae Audientiae, ab eodem Emo el Rmo 1). Card. Pelrucio proposito nunc infrascripto dubio, videlicet :

An sil standum vel recedendum a decisis sub dicta die 5 Octobris 1697? Et qualenus affirmative quoad secundam pariem ; An sil confirmandum decretum Episcopi Gallilei super facultate erigendi Crucem cum velo vel sine?

S. R. C., in voce et in scriplis tam pro Episcopo quam pro Capitulo el Canonicis praedictis informantibus auditis, censuit respondendum. « In decisis ». El ila decrevit et servari mandavit. Die 31 Man 1698.

1998. MONTIS CASSINI. (3472)

Quaesitum fuit humiliter a S. R. C., tam ab Abbate Curato quam a reliquo Clero Ecclesiae parochialis S. Pauli Terrae Cei varae Montis Cassini, declarari: \n in Processionibus SSiiii Corporis Christi Abbas praedirius, pluviali indutus, incedere debeal cum alio Presbytero antiquiori, similiter pluviali induto ?

El S. R. C. respondit : « Affirmative ». Die 31 Maii 1698.

1999. SOANEN. (3473)

Proposito ab Emo et Rffio D. Card. Pelrucio in S. R. C., ad instantiam simplicium Sacerdotum adversus Capitulum, Ar« liipresbylerum el Canonicos Ecclesiae Collegialae Terrae Pililiani Soanen. Dioecesis, mfrascripto dubio, videlicet :

An Capitulum Curatum Terrae Pililiani rogi possit ad subministranda paramenia, vinum, hostias, lumina et celera ad celebrationem necessaria Presbyteris commorantibus in dicto loco, iuxta praetensam consuetudinem ?

S. R. C., auditis tam m voce quam in scriplis parlibus informantibus, censuit dandum esse Decretum in Aegilanien. die 10 Iunii 1602 editum, sub qna ad supradiclum dubium fuit responsum ; < Episcopum non posse cogere Hectores, sed hortari; el Rectores recte facere, si monitionibus el hortamentis Episcopi pareant ». El ita declaravit, el in Terra Pililiani praedicta servari mandavit. Die 31 Maii 1698.

2000. BONONIEN. (3475)

Proposita ab Emo el Rmo D. Card. Colloredo in S. R. C. supplici instantia Promotoris Fiscalis Curiae archiépiscopales Civitatis Bononiae adversus Abbatem S. Slephani Congregationis Coelestmoriim, et alios \bbales nonnullarum eiusdem Civitatis Congregationum, Decretis super usu pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum editis, licet alias monitos, parere recusantes ;

S. R. C. censuit respondendum: < Servanda esse Decreta approbata ab Alexandro VII ; el ab Emo Archiepiscopo compellendos esse Abbates ad eorum observantiam, etiam sub censuris, iuxta formam eorumdem Decretorum ». Die 5 Iulii 1698.

2001. BONONIEN. (3476)

Remisso S. R. C. a SSffio D. N. Innocentio PP. XII supplici Libello Monialium Monasterii S. Chrislinae Ordinis Camaldulensium Civitatis Bononiae, humilitor ipsis in Ecclesia exteriori Monasterii ad formam Pontificalis Romani velum Consecrationis imponi supplicantium, eoque ab Effio el Riiio D. Card. Colloredo relalo ;

S. R. C., audito Effio el Riiio D. Card. Archiepiscopo, omnibusque bene perpensis el consideratis: «Servetur Pontificale Romanum, ei quoad modum egressus in Ecclesiam exteriorem, arbitrio Emi Archiepiscopi respondendum censuit ». El ila decrevit et servari mandavit. Die 6 Iulii 1698.

2002. COLLEN. (3477)

Supplicantibus humiliter Capitulo el Canonicis Calhedralis Collen. apud S. H. C. pro declaratione infrascriptorum dubiorum, videlicet :

1. Au recitatio Officii B. M. V. de Moule Carmelo possit (ul pluribus m locis fit) transferri in Dominicam post diem 16 Iulii ?

2. An Cathedralis Collen., quae per triginta circiter annos recitavit Oflicium S. Arelinae Virginis et Martyris die 2 Iunii, eo quod in ea asservatur Corpus, possit talem recitationem continuare ?

3. An, occuirente Feria III Rogationum Festo simplici, in Cathedrali el Collegiatis sint cantandae duae Missae ?

4. An in absolutionibus in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum sit dicenda tota conclusio in oratione? (1)

δ. An Parochus duarum Ecclesiarum unitarum debeat de ambarum Patrono et Titulari reciiare Oflicium iuxta Rubricas?

6. An in die anniversarii el depositionis possit cantari defunctorum Missa loco convenlualis, ut Rubrica innuere videtur?

7. Quando mense Novembri sunl eadem die ponenda plura initia Prophetarum, an sil lanium ex iis dicenda unica lectio?

8. An possint poni plura tribus initiis unica die?

9. An in Dominicis Adventus el Quadragesimae, in quibus fit de duplici primae classis, sint cantandae duae Missae?

10. An quando ab aliqua Congregatione dicitur lotum Officium defunctorum , dici debeat ul 2 die Novembris, omittendo Psalmos post Vesperas el Matutinum positos?

11. Si anniversarium, propria die impeditum, anticipetur aut postponatur per aliquos dies, an possit dici Missa ul in Anniversario ?

12. An occurrente Festo S. Marci infra octavam Paschalis, in Missa Rogationum sit dicendum *Credof*

13. An deficiente Subdiacono pro Missa solemni, possit per Superiores substitui constitutus in minoribus ad cantandam Epistolam, paratus absque manipulo?

14. An Sacerdos Missam celebraturus transiens ante Altare, ubi fit populi Communio, debeat permanere genuflexus quousque terminetur Communio?

15. An Oflicium defunctorum pro 2 die Novembris possit recitari, etiam praesente Episcopo, ante Completorium diei Festi omnium Sanctorum ?

16. An in Cathedrali Collen., quae habet privilegium recitandi Officium S. Crucis qualibet Feria VI non impedita, possit cantari unica Missa Feriae cum commemoratione S. Crucis, quando dicta Feria VI occurrit Fena quae habet Missam propriam, ul fit quando Vigilia infra octavam occurrit ?

(i) E. Dub. 8. 7, 8. 9 ul 13.

17. An sil toleranda consuetudo quod Hebdomadarius, vel alius Canonicus, post Processionem in Festo S. Agalhae V. el M. stans ad Altare maius benedicat populum habens tantum superpelliceum et Stolam, sicut in alus Processionibus in quibus circumferuntur aliquae Reliquiae, cum alba, Stola et pluviali?

S. R. C. respondit :

Ad 1. < Negative ».

Ad 2. « Doceant an sit descripta in Martyrologio, et de eius identitate ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. « Negative ».

Ad S. < Stante utroque Titulari, affirmative ; maxime si Ecclesiae sint peraeque unitae ».

Ad 6. « Negative ».

Ad 7. « Affirmative ».

Ad 8. * Negative ».

Ad 9. « Negative ».

Ad 10. « Negative ».

Ad 11. < Affirmative ».

Ad 12. « Negative ».

Ad 13. < Data necessitate, posse permitti ».

Ad 14. « Negative ».

Ad 15. < Affirmative ».

Ad 16. « Negative ».

Ad 17. « Posse permitti ». Die 5 Iulii 1698.

2003. PANORMITANA. (3478)

Supplicatum humiliter fuit a Magistro Caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis Civilalis Panormi declarari a S. R. C. infrascripla dubia, videlicet :

1. An Feria VI in Parasceve sint thurificanda oblata? et quatenus affirmative,

2. An dicta Feria VI post thurificationem oblatorum sil iterum ihurificandum SSmum Sacramentum ?

3. An praedicta Feria VI oh aperiam praesentiam SSiïii Sacramenti super Altare positi, omissa Crucis thuiificalione, sil tantum altare ihurificandum ?

El S. R. C. respondil.

Ad 1. < Affirmative ».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. < Crucem el Altare esse thnrificanda eo prorsus modo quo fit in aliis Missis, non omissis debilis genuflexionibus, transeundo ante SSmum Sacramentum ».

El ila servari mandavit. Die 5 Iulii 1698.

2004. SPOLETANA. (3479)

Praetendente Paulo Antonio Spelia de Cuppis Priore Ecclesiae Collegiatae S. Michaelis Mevaniae Spoletanae Dioecesis, lam m Choro quam in Processionibus aliisque functionibus ecclesiasticis, rocheltum cum inantellelta gestare more Protonotai iorum Apostolicorum , idque Canonicis eiusdem Collegiatae acriter impugnantibus, delata ad S. R. C. huiusmodi controversia, cum idem Paulus Antonius per bina Decreta emanata referente Eπιο et Riho D. Card. Petrucio, succubuerit; et exinde pro gestatione exoptata eiusdem habitus Prolonotarii Apostolici cum eisdem Canonicis convenerit, reservato tamen beneplacito eiusdem S. C., loco distributionum, quas vigore dictorum Decretorum amisisset, scuta quindecim singulis annis Sacristiae se persoluturum ; el instante modo humiliter pro confirmatione conventionis seu concordiae praedictae, el contradicentibus Praeposito el nonnullis Canonicis eiusdem Collegiatae in praedictam conventionem, seu concordiam, non vocalis ;

S. R. C., ad relationem eiusdem Emi et Rmi D. Card. Petrucii, omnibus mature Sperpensis, respondil: < Non esse locum aprobationi concordiae, el ideo in decisis sub ie 9 lulii 469B; et amplius huiusmodi instantiam proponi vetuit ». Die ů lulii 1698.

2005. ARAUS10NEN. (3481)

Humiliter apud S. R. C. supplicatum fuit a Praeposito Ecclesiae Cathedralis Arausionensis, penes quem residet cura habitualis Ecclesiae parochialis Albiniani Arausionensis Dioecesis in comitatu Venusino, pro declaratione infrascripti dubii, videlicet :

An Parocho Ecclesiae parochialis Albiniani praedicti, liceat porrigere propriis manibus aspersorinm aquae benedictae Baroni eiusdem loci et eius uxori, dum Divinis intersunt ?

El S. R. C. respondil : « Non licere ». Die 2 Augusti 1698.

2006. BOIANEN. (3482)

Remissa a SSmo I). Nostro Innocentio PP. XII ad S. R. C. supplici instantia lulii Mariae *della Leone^a* Principis Sepini Boianen. Dioecesis, supplicantis sibi benigne impertiri facultatem construendi et aperiendi m proprio palatio fenestram, seu ul vulgo dicitur *Corctto,* a latere Cappellae ab ipso in Ecclesia Archipresbyterali loci praedicti similiter propriis sumptibus constructae, pro consequenda audiendi inibi sacrum exoptata commoditate;

S. R. C., ad relationem Efïïi et Rmi D. Card. Imperialis, censuit, « Negative » respondendum. Die 2 Augusti 1698.

2007. FERRARIEN. (3483)

Remissa pro declaratione ab Emo el Rmo I). Card, de Abdua ad S. R. C. controversia nonnullis ab hinc annis inter Canonicos Ecclesiae Cathedralis et Magistratum Ferrarien. exorta, super modo sedendi in ipsa Ecclesia Cathedrali lempore quo, praesente Legato seu Episcopo, functiones peraguntur cum interventu eiusdem Magistratus, eaque ab Emo el Riho D. Card. Imperiali in eadem S. R. C. relata :

Emi Patres S. R. C. praepositi, visa relatione Emi et Rrhi D. Card, de Abdua una cum ichnographia Cathedralis transmissa, audilisque partibus tam in voce quam in scriptis informantibus: < Non esse amovenda sedilia Magistratus, utpole sita extra Presbyterium, et in reliquis Magistratum non esse audiendum » respondendum censuerunt. Et ita decreverunt el servari mandarunt. Die 2 Augusti 4698.

2008. URBIS. (3487)

Leonardo tngrosso Parocho Ecclesiae S. loannis nuncupati *della Malia* Urbis humiliter supplicante a S. R. C. declarari:

An m expositione SSmi Sacramenti, cantatis versiculis: *Panein de Coelo etc.,* Sacerdos ministrans insurgens debeat reiterare genuflexionem, antequam recitet Orationes?

Et S. R. C. respondil : < Genuflexionem non esse iterandam ». Die 2 Augusti 1898.

2009. CREMF.N. (3488)

Cum in Civitate Cremensi dies festus S. Panlaloonis ex voto singulis annis cum ieiunio die 10 lunii celebretur, cumque anno proximo venturo ieiunium diei Fesli praedicti incidat in Feria III post Pentec., Episcopii' praedictae Civilalis a S. R- C. humiliter exquisivit responderi: An illud possit anno proximo in his circumstantiis omitti ?

Et S. R. C. censuil : « leiunium esse transferendum ad aliam diem ab Episcopo designandam ». Die 6 Septembris 1698.

2010. VELITERNA. (3490)

Relatis ab Emo el Riho D. Card. Petrucio in S. R. C. infrascriplis dubiis inter

Episcopum Suffraganeum atque Capitulum et Canonicos Ecclesiae Calhedralis Civitatis Veliternae excitatis, videlicet :

I. An Suffraganeus Veliiernen., occasione fune nonum Episcopalium solomnium, teneatur se parare in Sacristia, vel polius possil paramenia sumere ab Altari vel in faldislorio ?

i. An valeat deferre cappam pontificalem m accessu el recessu ad Ecclesiam Calhedralem? et quatenus affirmative,

3. An possil sibi deferri facere caudam eiusdem cappae per alium, seu polius illam deferre leneaiur involutam sub brachio sinistro?

i. Au similiter possil sibi deferri facere caudam vestis violaceae una cum elevatione limbnae anterioris in plano pavimenti Ecclesiae ? (1)

5. An possil per Civitatem uli mantello oblongo coloris violacei <-um signis rubeis supra vestem nigram interiorem, vulgo Zi-*iiiarra f*

6. An per eamdem Civitatem possil sibi deferre el elevare umbellam sericam viridis coloris ?

S. il. C., lam in voce quam in scriptis informante ulraque parle audita, censuil respondendum :

Ad 1. < Si accedat cum cappa, m Ealdislorio ; secus, in Sacrario ».

Ad 2. < lam provisum ».

Ad 3. < Negative, quoad primam partem; Affirmative, quoad secundam ».

Ad 4. < Negative ».

Ad 5. « Negative ».

Ad 6. « Negative ».

El ita declaravit el servari mandavil. Die 6 Septembris 1698.

2011. VELITERNA. (3491)

Relatis ab Emo el Riho D. Card. Petrucio in S. R. C. infrascriplis dubiis inter Episcopum Suffraganeum atque Capitulum el Canonicos Ecclesiae Calhedralis Civitatis Veliternae exortis, videlicet :

I. An «altem aliqui Canonici Ecclesiae Veliternae teneantur eidem Suffraganeo olivum ire usque ad ostium Ecclesiae, ibique ex iisdem Canonicis dignior aspersorium porrigere, el in reditu usque ad eamdem unuam cumilan, dum cappa indutus ad Pontificales functiones obeundas accedit, Antecessoris non usu minime obstante?

i. An eidem debeatur genuffexorinm, el an cum pulvinaribus el strato, ad orandum ante SSiiium Sacramentum, dum occasione functionum ingreditur Ecclesiam?

3. An facienti Ordinationes generales m aliquo eiusdem Ecclesiae Sacello (proptei impedimentum Altaris maioris ex causa recitationis Horarum m Choro) debeanl in eodem Sacello assistere aliqui ex Canonicis?

4. An dum assistit concioni, Praedicatoris salutatio ei prius dirigi debeat distincte ab illa Canonicorum et Magistratus saecularis ?

5. R. C., auditis lam in voce quam in scriptis partibus informantibus, respondit:

Ad 1. < Posse de licentia Eiiii el Rmi Dom. Card. Decani Episcopi Ostiensis et Veliterni deferre cappam; el in hoc casu teneantur duo Canonici ire usque ad ostium Ecclesiae, el dignior porrigat ei aspersorium, quo Suffraganeus se ipsum lanium aspergat, el pariter eum associent in reditu usque ad eumdem locum ».

Ad 2. « Iuxta voium Magistri Caeremoniarum, videlicet, Negative ».

Ad 3. < Servetur Pontificale cum Missa solemni in Altari maiori, praesente Clero».

Ad 4. « Affirmative; quatenus sedeat m Presbyterio ».

El ita decrevil el servari mandavil. Die 6 Septembris 1698.

2012. BIINONIEN. (3492)
CONSECRATIONIS MONIALII'M.

Epistola Domini Secretarii ad Eihum Bononiensem Archiepiscopum sequentis tenoris, videlicet :

Cum Euius Dom. Card. Colloçedus in S. R. C. proposuerit iteratas preces Monialium S. Chrislinae super observantia eorum omnium quae in Pontificali Romano praescribuntur circa Monialium consecrationem, maxime in egressu a Monasterio el ad idem redilu ; eadem S. C. censuil rescribendum esse ; *ad Secretarium ad mentem.* Mens auiem fuit, significandum esse Eminentiae Vestrae, Sacrorum Rituum Tribunalis esse propositum, ut Pontificale, tam in egressu quam m redilu ad Monasterium, absque ulla innovatione servetur, eademque prorsus ratione ab illo praescripta: videlicet, ut consecrandae e consueta Monasterii tanna egrediantur, ei per eamdem absoluta fnuctione ingrediantur. Insuper significat indicium, datum in resolutione diei Hi Iulii proxime praeteriti, spectare praecautiones el cautelas

(i) e. Uub. 5. ot a.

pro pi udenlia adhibendas ab Eminentia Veolia, quas el ipsae Moniales suggerebant, ul functio cum decore persolvatur absque ullis inordinationibus. Quare Eminentia Vestra, dummodo Pontificale observetur, cautelas in reliquis opportunas el pro prudentia adhibeat. Die 27 Septembris 1698.

2013. LEODIEN. (3493)

lacobo Accourt, asserto 1'1olonolario Aposlolico el Canonico Ecclesiae Collegiatae S. Dionysii Civitatis Leodien., aliisque pluribus Sacerdotibus ac Parochis Dioecesis eiusdem Civitatis humiliter in S. R. C. supplicantibus pro declaratione infrascnplorum dubiorum, videlicet:

1. An Parochus, seu alius, Missam dominicalem celebraturus possit offerre Domino temporali loci aquam benedictam manu eiusdem ex aspersorio sumendam, vel polius teneatur ipse illum aspergere, non obstante contraria consuetudine?

2. An Sacerdos Missam dominicalem celebraturus in Ecclesiis Collegiatis possil offerre aquam benedictam Diacono el Subdiacuno manu eorum aspersorio capiendam, vel polius ipsos aspergere debeat, non obstante contrario usu?

3. An dictus Sacerdos debeat aspergere Decanum, Canonicos ac reliquum Clerum, quavis contraria consuetudine pariter non obstante?

4. An dictus Sacerdos debeat aspergere Decanum; et singulos Canonicos singillalim, reliquum autem Clerum el populum non singillalim, sed quolibet ictu aspersorii pluies simul?

5. R. C., exquisito prius volo Magistri Caeremoniarum, censuil respondendum:

Ad 1. < Dentur Decrela ».

Ad 2. < Negative, ad primam partem; Affirmative, ad secundam ».

Ad 3. < Affirmative ».

Ad 4. « Quoad Decanum ei singulos Canonicos, Affirmative; quoad reliquos de Clero, si sint in parvo numero, pariter AL lirmaiive, seu singillalim; si vero in magno numero, Negative, scilicet omnes unico ictu quasi in gyrum aspergendos; populum demum a Sacerdote 1er, scilicet in medio, a dextris et a sinistris aspergendum ».

El ila declaravit. Die 27 Septembris 1698.

2014. S. GERMANI (3496)
MONTIS CASSINI.

Capilulo el Clero Ecclesiae Collegiatae S. Germani Montis Cassini humiliter a S.R.C. declarari supplicantibus; An m die Commemorationis omnium Defunctorum, in qua quotannis occurrit dies octava Dedicationis eiusdem Collegiatae, sim Missae privatae celebrandae de defunctis, vel de octava?

S. R. C. respondit: * Missas privatas dicendas esse de mortuis; cantandas vero esse duas Missas, unam scilicet de die octava, el alleram de mortuis, iuxta Rubrica··. Quando vero dies octava incidat in Dominicam, omnes Missas esse celebrandas de die octava, cum Commemoratio omnium Defunctorum transferatur in diem sequentem ».

Et ila declaravit. Die27 Septembris 1698.

2015. CAMER1NEN. (3498)
PRAEEM1NENTIARUM.

Instante Episcopo Camerinen. adversus Magistratum Civitatis praedictae, nedum sibi impertiri facultates cogendi etiam sub censuris, el aliis turis remediis sibi benevisis, Magistratum praedictum ad omnimodam observantiam Decretorum S. R. C. sub die 19 Api ihs anni labenlis 1698 editorum; verum etiam declarari § < Si vero Episcopus ad Ecclesiam per parvam portam pergat, Magistratus ad eamdem portam «ccedere el convenire debeat etc. », habere locum indefinite in omnibus el quibuscumque vicibus Episcopus pro quacumque functione ac etiam pro audienda concione se conferat ad Ecclesiam per parvam portam praedictam;

S. R. C., ulraqtic parte audita, ad relationem Erili et Riiii D. Card. Pelrucii, « Magistratui novam audientiam concedendam esse censuil ». Quare iterum proposita causa supra dubiis alias resolutis S. C. respondit; < Dilata, el inierim mandavil servari provisionem alias pro festivitatibus Nataliliis D. N. I. G. demandatam, el ad mentem; el mens est quod omnino pareat »: Hinc revocata ad examen controversia, confirmati fuerunt Decreta alias lata, quae habentur in resolutione die 19 Aprilis 1698. El Erili Patres nedum ea omnino servari mandarunt, sed insuper partes amplius audiri vetuerunt. Die 27 Septembris 1698.

201«. HERBIPOLEN. (3800)

Relatis ab Eiîio et Riiio D. Card. Collo-redo in S. R. C. iuli ascriptis dubiis inter Pi o-motorem Fiscalem Cimae Episcopalis atque Praepositum el Decanum Calhedialis Ecclesiae Herbipolen. excitatis, videlicet:

1. An Praeposito el Decano Calhedralis Ecclesiae Herbipolen. in Choro el in alus partibus eiusdem Ecclesiae, nec non eliam

in aliis Ecclesiis Civitatis et Dioecesis, liceal mi pulvinaribus cum stratis seu tapetibus ex oloserico, sive *vdlulo,* sive ex alia materia? El quatenus negative,

2. \n illis permitti possit usus solius pulvinaris ex corio absque tapete?

3. An Praepositus vel Decanus dictae Cathedralis Ecclesiae ilerbipolen., thurificando Episcopum, leneantur genuilectere?

S. R. C., lam m voce quam in scriptis partibus auditis, respondit :

Ad 1. « Negative ».

Ad 2. « Posse permitti pulvinar laneum coloris violacei ».

Ad 3. « Servandum osse Caeremoniale Episcoporum lib. I, cap. 9, § I ». El ila decrevit, el servari mandavit. Die 22 Novembris H»98.

2017. BERGOMEN. (3504)

Humiliter a S. R.G. supplicantibus Parochis Civitatis Bergomen. declarari : An Pyxis, in qua proprio velo cooperta defertur SSfltum Viaticum infirmis, debeat eliam cooperiri extremitatibus veli oblongi humeralis, etiamsi SSmum Viaticum cum solemnitale deferatur?

S. R. C. respondit: « Decere deferri Pyxidem cooperiam eliam extremitatibus veli oblongi humeralis ». El ila declaravit. Die 21 Februarii 1699.

2018. URBIS. (3505)

Supplicante loanne Baptista Gori Sacerdote Beneficialo Basilicae S. loannis in Laterano humiliter S. B. G. pro declaratione infrascripli dubii, videlicet :

An ad Acolythum, vel potius ad Magistrum Caeremoniarum spectet recipere birelum primi Presbyteri Assistentis Canonico m Vesperis celebranti, tempore, quo a celebrante praedicto, dum in Choro canitur *Magnificat,* thurificantur Altaria SStîii Sacramenti el Sanctorum Apostolorum?

S. R. C. respondit : « Spectare ad Magistrum Caeremoniarum ». El ila declaravit. Die 21 Februarii 1699.

2019. NUVARIEN. (3506)

Relato ab Emo et Riiio D. Card. Coslaguto m S. R. C. novis controversiis exortis inter Capitulum atque Canonicos Cathedralis Ecclesiae ex una. alqn · Capitulum et Canonicos Ecclesiae Collegialae S. Gaudentii Civitatis Novarien. ex altera partibus, super dubio :

An provisio Rmi Episcopi Novarien., demandantis Canonicos Collegialae S. Gaudentii praedictos, porrecto Episcopo accedenti ad Pontificalia in eorumdeni Ecclesia exercendum a^persotio, posse post ipsum suumqm· Vicarium Generalem incedere, eumdemque Episcopum usque ad Altare el Presbyterium comitari ad interessendum functionibus, esset servanda ?

S. R. G., utraque parte lam in voce quam in scriptis informante audita, respondit : « Decretum Episcopi posse servari, dummodo Canonici S. Gaudentii praedicti non incedant processionaliter ». El ita decrevit el declaravit. Die 21 Februarii 1(199.

2020. GABALLIONEN. (3508)

Propositis ab Eiho et Rnto 1). Card. S. Clementis in S. R. C. infrascriptis dubiis intei Praepositum el Canonicos Ecclesiae Collegialae Insulae Caballionen. Dioecesis in comitatu Venusino : (1)

1. An Praepositus teneatur in Choro cantare antiphonam post Officianlem ?

2. An Praepositus debeat surgere, quando unus ex Canonicis cantat in Choro antiphonam sibi delatam a Chorisla, adslanlibiis omnibus aliis Canonicis?

3. An Praeposito non officianli debeatur trina thurificalio, ad distinctionem Canonicorum non officientium, qui duplici ductu thurificantur ?

S. R. C. respondit :

Ad 1. « Teneri ».

Ad 2. « Teneri ».

Ad 3. « Non deberi Irinam ihurificalionem ».

El ila declaravit el servari mandavit. Die 21 Martii 1(199.

2021. MARSICEN. (3509)

Renuentibus Fratribus Ordinis Praedicatorum et S. Francisci Oppidi Melilerm Marsicen. Dioecesis, invitatis ad associandum cadaver vel in Ecclesiis dictorum Regularium, vel in altera parochi.di sepeliendum, convenire in Ecclesia parochial) praedicta, el praetendentibus vel recto tramite ad domum defuncti se conferre, vel per vias el plateas Parochum expectore ; Archipresbyter et Clerus Saecularis Oppidi praedicti humiliter de aliquo opportuno iuris remedio in S. R. C. supplicaverunt.

(I) E bub l

El S. H. G., iuxta alias in similibus decreta, et signanter in Enniana sub die 24 Mail 1664, respondit: « Fratres Reformatos 8. Francisci et Ordinis Praedicatorum praedictos leneri convenire in Ecclesia paro·chiali; et Episcopus curet servari Decreta ».

El ila decrevit et servari mandavit. Die 21 .Martii 16911.

2022. MONTIS REGALIS. (3510)

Obtento a Confratribus Confraternilalis Disciplinantium Cunei Montis Regalis Dioecesis induito, sub die 10 Octobris 1674 in forma Brevis expedito, asservandi in perpetuum in eoriimdem Oratorio S. Sebasliani nuncupato SSihtim Eucharistiae Sacramentum, dummodo quotidie in eodem Oratorio qualuor Missae celebrarentur; cum hodiernus Episcopus Montis Regalis, in actu visitationis Oratorii S. Sebasliani praedicti, compereril pro celebratione trium Missarum tantum reditus certos assignatos reperiri, et haesitaverit an, obstante defectu quartae Missae quotidianae ex eleemosynis Confraternilalis praedictae celebrandae, etiamsi plures ultra dictas 1res Missas ab aliis Sacerdotibus aliunde percipientibus eleemosynam fere quotidie in eodem Oratorio celebrentur, esset impostorum m supra recensito induito permittenda continuatio ; S. R. G. Confratribus praedictis humiliter supplicantibus pro facultate continuandi in asservalione SSiîii Eucharistiae Sacramenti praedicta ;

S. R. C., audita relatione Episcopi Montis Regalis, cui pro informatione scriptum fuerat, ad relationem Emi el Riiii D. Card. Colloredi : « Pro continuatione gratiae » respondendum censuit. Die 21 Martii 1699.

2023. ORDINIS MINORUM OBSERVANTIUM S. FRANCISCI. (3511)

Supplicante humiliter P. Procuratore Generali Ordinis Minorum Observantium S. Francisci a Sarra Rituum Congregatione declarari infrascripta dubia :

1. An facta Gnardianis Ordinis Minorum Observantium S. Francisci Provinciarum Regni Neapolis licentia ab Ordinariis locorum, «retenus vel in scriptis, faciendi solemnes Processiones per Civitates vel Oppida extra limites Conventuum suae Religionis, cum Statua mi Reliquia alicuius Sancti, possint Religiosi sui Ordinis uti pluviali, licet in licentia obtenta non fuerit expressus usus pluvialis ?

2. An usus pluvialis in Processionibus solemnibus sii testimonium el signum jurisdictionis in mente Sacerdote?

S. 11. C. censuil respondendum:

Ad 1. < Affirmative ».

Ad 2. < Negative ».

El ila declaravit. Die 2! Martii 1699.

2024. AQUILANA. (3512)

Supplicantibus humiliter Parochis Civitatis Aquilae a S. R. C. declarari :

An ipsis, non Diaconis et Subdiaconis, Feria V Maioris Hebdomadae cum habitibus sacris inleressentibus Oleorum consecrationi, debeatur, el anle quos, thurificalio?

S. R. C. respondit: «Servandum esse Pontificale Romanum, el ante mm indutos vestibus sacris, omnes indutos vestibus sacris praedictis Ihurilicandos fore declaravit ». Die 4 Aprilis 1699.

2025. BONONIEN. (3513)

Reclamantibus consorlialibus Mansionariis Ecclesiae Cathedralis Bononiae a quodam Decreto Vicani Generalis Civitatis praedictae ad favorem Paiochorum eiusdem Civitatis super iure praecedendi prolato, causaque ab Auditore SSmi ad S. R. C. remissa, propositis ab Eiîio et Rmo D. Card. Colloredo infrascripto dubio:

An Decretum Vicarii Generalis emanatum sub die 30 Iulii 1695 sii servandum? et quatenus negative, quomodo sit procedendum in associatione funerum?

S. R. C., ulraque parte tam in voce quam in scriptis informante audita, censuit : < Consorlialibus, dummodo incedant sub unica Cruce Parochi, deberi praecedentiam respectu Cappellanorum conductitiorum ». El ita decrevit el servati mandavit. Die 'i Aprilis 1699.

2026. BURGI S. SEPULCHRE (3514)

Supplicante humiliter i S. R. C. Episcopo Burgi S. Sepnlchri declarari :

An sit permittendus Confessariis Moniahum Civitatis praedictae tam exemptarum quam Episcopo subieclarum, Feria III Maioris Hebdomadae, ingressus njtra septa Monasteriorum, ad aspergendum aqua benedicta ipsarum Moinaliuni cubicula?

S. R. C. respondit : * Secretario ad mentem ; el mens fuil : scribendum esse Episcopo pei eumdern Secretarium, quod non permitteret ». Die 4 Aprilis 1699.

2027. BURGI S. SEPULCHRE (3516)

Ad eliminandos nonnullos abusus, quos Episcopus Burgi S. Sepulchri circa ritus ecclesiasticos m sua Dioecesi irrepsisse asseruit, a S. R. C. declarari infrascripta dubia humililer supplicavit :

1. An liceat Canonico usus pulvinaris sub genubus, lam intra cancellum quam in gradibus Altaris, Episcopo praesente?

2. An liceat Canonico celebranti sedere in Sede cum suppedaneo, una cum Ministris hinc inde adstanlibus in Missa cantata, Episcopo Missae eidem cum cappa in Throno assistente ?

3. An Canonicus Hebdomadarius post aspersionem aquae benedictae die Dominica, possit m medio Altaris ante gradus se spoliare pluviali, et induere Casulam in eodem loco immediate celebraturus, etiam Episcopo assistente ?

4. An liceat Canonico gestare capillos ficlitios, vulgo *Parrucca,* in deferendo SSiiium Eucharistiae Sacramentum processionaliler immediate post Missam ab eodem cantatam, lam in Ecclesia Calhedrali quam per Civitatem?

ii. An Praeposito el aliis Canonicis Cathedralis Ecclesiae Missas celebrantibus, ul supra, liceat geslare ficlitios capillos vulgo *Parrucca 1*

G. An Diaconus ministrans thus Canonico celebranti, ul benedicat, dicere debeat : *Benedicite, Hereread issimr Pater,* vel potius: *Benedicite, Reverende Paler 1*

1. An liceal Canonicis paratis et Episcopo solemniler celebranti ministrantibus, nempe ipsum pontificalibus vestibus in Throno induentibus, uli pileolo seu birelo, el eliam durante tola Missa pontificali super Altare el Throno ?

8. An liceal Clericis ministrantibus thuribuliiiu seu naviculam Canonico celebrante coram Episcopo, genua illi llectere, sicut Episcopo ?

Et S. R. C. censuil respondendum :

Ad 1. « Negative ».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. * Affirmative, dummodo Casulam non accipiat de Altari ».

Ad 4. « Negative ».

Ad ». « Negative ».

Ad 6. « Dicat : *Benedicite, Reverende Paler ».*

Ad 7. < In actu ininistralionis, Negative».

Ad 8. < Negative ».

El ila declaravit. Die 4 Aprilis 1699.

2028. CIVITATIS CASTELLI. (3518)

Supplicantibus humililer Ecclesiasticis Civitatis Castelli tum Saecularibus cum Regularibus, ad negotia publica deputatis, a S. R. C. declarari :

An in Congressibus, sive Congregationibus coram Gubernatore dumtaxat eiusdem Civitatis in eius cubiculo privato pro negotiis publicis habendis , ipsis competat praecedentia supra deputatos laicales?

S. R. C., audita relatione Episcopi, cui prius pro informatione scriptum fuerat : < Praecedentiam supra deputatos laicales Ecclesiasticis deputatis competere » censuil. El ila decrevit el servari mandavil. Die 9 Maii 1699.

2029. MANTUANA. (3520)

Super controversiis inter Parochos el Patres Thealinos nonnullosque alios Regulares Civitatis Mantuae in associatione cadaverum exortis, propositis in S. R. C. ab Emo el Riiio D. Card. Golloredo infrascriplis dubiis, nempe :

1. An liceat Parochis in associatione cadaverum suorum parochianorum ingredi Ecclesias Regularium etc.? El quatenus affirmative,

2. An ipsis liceal ingredi cum Stola, superpelliceo el Cruce erecta; ila tamen, ul in absolutione funeris sola adhibeatur Crux Ecclesiae tumulantis?

S. R. C. respondil :

Ad 1 el 2 : < Affirmative, absque tamen facultate deferendi Crucem intra Ecclesiam ». El ila declaravit el servari mandavil. Die 30 Maii 1699.

2030. LISBONEN. (3821)

Congregatio Oratorii Lisbonensis, quae ex legitima concessione ordinat Calendarium ecclesiasticum pro toto Regno Lusitaniae, ac singulis eiusdem Dioecesibus el Ecclesiis, sequentia dubia super recitatione Officii humiliter S. R. C. resolvenda proposuit :

1. Utrum Officium S. Petri de Arbues, concessum Hispaniarum Regnis, possit debealque in Lusitania el aliis Regnis extra Hispaniam recitari ?

2. Ulrum in diebus infra octavam Corporis Christi possit Officium recitari de dupl. I el 2 class, translato ?

3. Ulrum in die octava Corporis Christi possit récitai i de duplici 2 classis?

4. Ulrum Decretum s. m. Inuocentii

PP. XI, sub die 24 Ianuarii <682 editum, prohibeat recitari Officium de Sanclis ad libitum, non solum m die octava cuiuscumqne solemnitalis, sed eliam in diebus infra octavam ?

Et S. H. G. respondendum censuit :

Ad 1. < Negative ».

Ad 2. < Affirmative ».

Ad 3. < Negative ».

Ad 4. < Affirmative ».

El ila declaravit. Die 30 Maii 4099.

2031. BAREN. (3623)

Relato ab Emo el Rmo Domino Card. Noris in S. R. C., ad instanliam Fratrum S. Francisci de Paula Conventus Terrae Castellanae, conira Syndicum Universitatis eiusdem Terrae, infrascriplo dubio, videlicet :

An Concionalores teneantur accedere ad suscipiendam benedictionem a Vicario Generali deputato per Abbatissam S. Benedicti Conversanen. in oppido Castellanae, dum concionem habere debent, tam in Ecclesia parochiali quam in Ecclesiis Regularium?

S. R. C., audita prius relatione Archiepiscopi Baren., censuil respondendum: < Non posse Vicarium benedictionem concionatoribus impertiri ». El ila decrevit et servari mandavil. Die 11 Iulii 1699.

2032. CONGR. MISSIONUM PROVINCIAE LITUANIAE. (3324)

Non valentes Sacerdotes Congregationis Missionum Provinciae Liluaniae in exercitio earumdem, ob deficientiam in dicla Provincia Ecclesiarum, magno locorum intervallo disjunctarum, Sacrum, ad quod ex Instituto tenentur, celebrare : humiliter Sac. Hit. Congregationi supplicaverunt in casibus necessitatis pro induito usus altaris portalilis, el respective celebrandi etiam in locis non sacris.

Et S. R. C., ad relationem Emi et Rmi D. Card. Colloredi : « Gratiam petitam oratoribus posse concedi censuit, si SSino Domino placuerit ». Die II Iulii. 1699.

El facta deinde per me Secretarium SSino Domino Nostro de praedictis relatione, Sanctitas Sua benigno annuit. Die K mensis Angusti eiusdem anni.

2033. ORDINIS CAPUCCINORUM. (3625)

Exposito humiliter in S. R. C. per Procuratorem Generalem Ordinis Capnccinoriim m nonnullis Provinciis, in quibus Chori Ecclesiarum suae Religionis supra valvas earumdem Ecclesiarum dtamclraliler Altari SSmae Eucharistiae oppositas existant, consuetudinem obrepsisse in iisdem Choris tempore nocturno ad lumen afficiendum tum Altari SSmi Sacramenti, tum dormitoriis, unicam lampadem in arcellula ex tela constructa retinendi, cum ex tali situatione lampadis ob maximam distantiam Chori ab Altari SSmi Sacramenti, hoc nullum vel pauxillum lumen recipiat, a S. R. C. supplicatum est declarari :

An in Ecclesiis praedictis, inxta recensitam consuetudinem retentio lampadis ante Altare SSmi Sacramenti nocturno tempore, modo superius expresso, sufficiat; vel potius sit relinenda lampas intra el ante Altare SSmi Sacramenti semper accensa, proui de die retinetur?

Et S. R. C. respondil: < Negative; et omnino lampadem esse relinendam intra et ante Altare SSmi Sacramenti, ut continuo ardeat». El ila decrevit el servari mandavit. Die 22 Augusti 1699.

2034. MAIORICEN. (3628)

Provincialis el Religiosi Ordini' Minimorum S. Francisci de Paula Provinciae Maioricen. humililer a S. R. C. supplicaverunt declarari : An liceat ipsis recitare Officia SSmi Sacramenti qualibet Fena V, et B. M. V. quolibet Sabbato non impeditis, virtute participationis prixilegiorum aliarum Religionum, quibus haec Officia concessa fuerant?

El S. R. C. respondit: < Non licere ». Die 12 Septembris 1699.

2035. TAURINEN. PRAEEMINENTIARUM. (3630)

Propositis in S. R. C. ab Eiho el Riiio Domino Cardinali Francisco Barbarino infrascriptis dubiis inter Monachos Congregationis Reformatae S. Bernardi Monasterii B. Mariae de Teslona ex una, atque Capitulum el Canonicos Ecclesiae Collegiatae Montis Calerii Taurinen. Dioecesis ex altera partibus excitatis, videlicet :

1. An et a quo et quomodo sil danda aqua lustralis Capilulo el Canonicis processionaliter accedentibus ad Ecclesiam Beatae Mariae de Teslona ?

2. An constet de consuetudine faciendi commemorationem defunctorum a Capitulo et Canonicis in ingressu dictae Ecclesiae usque ad medium in die tertia Rogationum, ac in Nativitate B. Virginis? el quatenus affirmative : \n dicta consuetudo sit servanda ?

Et S. R. C., lam in voce quam inscriptis partibus informantibus auditis, censuil respondendum :

Ad 1. « Dandam esse aquam lustralem per Monachum Sacerdotem seu Clericum cotta indutam, per aspersionem cum aspergillo, Capitulo el Canonicis processionaliler accedentibus ad Ecclesiam B. M. de Teslona; Sacerdoti veio pluviali induto per contactum ».

Ad 2. < Non licere canere *De. piofundis* et *Libera me Domine etc,* in casu de quo agitur ».

El ila decrevit el servari mandavii. Die 12 Septembris IG99.

203«. AMERINA. (3831)

Cum S. R. C. in causa Amerina inter l'romolorem Fiscalem Curiae episcopalis ex una, et Magistratum Civitatis Amerinae ex altera partibus vertente, ad relationem Emi el Rmi Domini Card. Noris sub die G Decembri' 1G98, unum ex SSmi Domini Nostri Innocenlii PP. XII Magistrum Caeremoniarum cum instructionibus opportunis, sumptibus ulriusque partis, ad Civitatem Amerinam transmittendum esse censueril ; cumque vigore facultatum sibi sub die 18 Iulii proxime praeteriti ab Emo et Rmo Domino Card. Noris praedicto attributarum, ad Civitatem praedictam el ad Ecclesiam Calhedralem eiusdemque Presbyterium Abbas Candidus Cassina se contulerit, ibique una cum peritis descriptionem ichnographicam lotius Ecclesiae praedictae, el signanter Presbyterii, confecerit, eamque cum nonnullis declarationibus in S. R. C. exhibuerit ;

Reproposila ab Eiim et Rmo Domino Card. Noris causa praedicta ;

S. II. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis , censuil : « Aptandum esse locum Magistratui extra Presbyterium iuxta designationem; el supra delinealam ichnographiam a Magistro Caeremoniarum exhibitam, cum hoc Decreto palam in Sacrario Ecclesiae Calhedralis et Cancellarii' Episcopi el Magistratus perpetuis futuris temporibus retinendam ».

El ila decrevit el servari mandavii. Die 12 Septembris 11199.

2037. GERUNDEN. (3832)

Relatis ab Emo el Rmo Domino Gard. Colloredo infrascriptis dubiis inter Dignitates, Capitulum e' Canonicos Ecclesiae Calhedralis Civitatis Gerunden. excitatis:

1. An Canonici possint in Processionibus deferre pluvialia, vel potius teneantur uti Planetis el Tunicellis, iuxta distinctionem Ordinis unicuique competentis, vel habilibus Chori respective?

2. An Dignitates cogi possint ad Evangelium canendum, celebrante Canonico vel alio Porlionario inferiore; vel eliam celebrante Episcopo? et quatenus affirmative,

3. An in casu absentiae vel legitimi impedimenti, teneantur dictae Dignitates subrogare alium seu alios, qui praefata et similia munera pro eis adimpleant m Choro vel in Altari ?

S. R. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, respondit:

Ad 1. « In casu de quo agitur, attenta immemorabili, Affirmative ».

Ad 2. « Negative ».

Ad 3. « Iam provisum in secundo ».

Et ita decrevit el servari mandavii. Die 3 Octobris 1G99.

203S. GRAVINEN. (3833)
FUNERUM.

Cum Si R. C. super controversiis inter Capitulum et Canonicos ex una, et Conventum el Fratres S. Augustini Civitatis Gravinae ex altera partibus excitatis, ad relalionem Eiîii et Rmi Domini Card. Colloredi rescripserit: < Transmittantur acta expensis cuius de iure, et inierim nihil innovetur »; Nunc vero transportatis actis ac reproposilo ab eodem Emo et Rmo D. Card. Colloredo infrascriplo dubio, videlicet :

An Capitulo el Canonicis Ecclesiae Calhedralis liceal asportare ad eamdem Ecclesiam cadavera quorumcumque Clericorum in Civitate decedentium, licet elegerint sepulturam in aliis Ecclesiis eliam Regularium , atque in eadem Cathedrali funus peragere, el postea consignare huiusmodi cadavera Clero Ecclesiae tumulantis, cum retentione tamen illius partis cerae dumtaxat, quae circa cadavera exposita fuerat, in casu etc.?

S. R. C., partibus tam in voce quam m scriptis informantibus auditis , censuil respondendum : « Negative ». El ita decrevit el servari mandavit. Die 3 Octobris 1699.

2039. ZAREN. (3838)

Quaesitum humiliter fuit ex parte Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Civitatis Zaren. a S. R. C. infrascripla dubia declarari :

1. An Beneficiati seu alii inferiores Canonicis, supervenientes in Chorum inchoatis Officiis divinis et Missa, debeant ante Altare genufleclere ?

2. An inferiores Canonicis praedicti surgere debeant tam Canonicis ingrcdienlibus Chorum, quam antiphonas intonantibus?

3. An iisdem inferioribus liceat in Choro uti pileolo?

Et S. 11. C. respondit:

Ad 1. « Tam a Canonicis, quam ab aliis inferioribus Canonicis servandum esse Caeremoniale Episcoporum, lib. 1, cap. 18, § 3 ».

Ad *'i.* < Quoad primam pariem non teneri ; quoad secundam pariem servandum esse Caeremoniale lib. 1, cap. 18, § 3 ».

Ad 3. « Licere ».

Die 3 Octobris 4699.

2040. URBIS. (3836)

Ex parte Ioachimi de Simeombus Ecclesiae S. Mariae ad Montes. Sacrislae, ad tollendas controversias inter Sacerdotes ad eamdem Ecclesiam confluentes exortas, humiliter supplicatum fuit declarari :

An in die depositionis sive anniversarii simplicis Sacerdotis defuncti debeat celebrari prima vel secunda Missa, cum Rubrica videatur assignare easdem Orationes pro simplici Sacerdote, quae assignantur pro Episcopo, et recitantur in prima Missa, mutato verbo *Pontificali* in *Sacerdotali?*

Et S. R. C. respondit : « Salis explicari in Rubrica Missalis Romani in tine quartae Missae pro defundis ». Die 3 Octobris 1699.

2041. CAVEN. (3537)

Remisso S. R. C. a SSmo Domino Nostro Innocenlio PP. XII pro voto supplici libello Sanctitati Suae porrecto ex parte Capituli et Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Civitatis Caven. humiliter supplicantium, ut, Purgatorii animas commiserando, dignaretur ex speciali gratia indulgere, ul ad instai declarationum S. R. C. sub die 5 Augusti 1(162, s. m. Clementis PP. IX sub die 23 Septembris 1669 et Innocenlii PP. XI sub die 4 Maii 1688 editarum, Sacerdotes eiusdem Civitatis cum celebratione Missae de Eesto duplici et applicatione Sacrificii ad Altare Pnvilegialuni Montis Pietatis nuncupatum intra Ecclesiam Calhedralem Cavensem existons, ad consequuüonem Indulgentiarum pro aniinabus defunctorum, possent satisfacere, menlemque benefactorum adimplere i ac insuper, ul indultum s. m. Gregorii XIII pro praedicto Altari privilegialo Montis Pietatis, Calendis Iulii 1581, pro Missis defunctorum dumtaxat concessum, adeo posset eliam cum celebratione Missae de Festo duplici praedicto suffragari, ac si Missa de Requiem celebraretur; ex eo maxime quia, cum in eodem Altari hactenus non parva extent Legata Missarum, earumdem celebrationem ob innumera Officia Sanctorum <ub ritu duplici praescripta, ob distantiam Calhedralis a casaiibus, in quibus ipsi Sacerdotes habitant, et ob caeli inclementiam, ad diem primam non impeditam et ultra eliam, Sacerdotes praedicti, cum maximo animarum suffragia expeclanlium praeiudicio, poirahere cogantur; praedictoque libello ab Emo et Riiio Domino Card. Imperiali in S. R. C. relato,

S. eadem R. C., omnibus bene perpensis ac mature consideratis, censuil respondendum: « Oratorum petitioni posse annui, quatenus non possim adimplere in diebus non imped ilis, si SSmo Domino Nostro placuerit ». Verum super intellectu supradicti Decreti nonnullis difficultatibus exortis, iisdemque ab Emo et Riiio Dommo Card. Colloredo in locum Enti et Riiii Domini Card. Imperiali absentis in Ponentem subrogato propositis, S. eadem R. C. respondit: < Oratores quoad fruitionem Altans induito non indigere; atque in reliquis consulant conscientiis suis ». Die 3 Octobris 1699.

2012. CARPENTORACTEN. (3539)

Supplicante humiliter Episcopo Carpenloracten. a S. R. C. declarari :

An liceal Rectori seu Gubernatori Laico Civitatis Cirpeniornclen. gestare caudam et uti umbella, tam in functionibus ecclesiasticis quam in Processionibus, praesente Episcopo ?

S. R. C. respondit: < Non licere ». Die 3 Octobris 1699.

2043. **ROMANA** (3541)

PROCESSIONIS APERITIONIS PORTAE SANCTAE.

Praetendentes vigore assertae consuetudinis Patres Poenitenliarii Basilicarum Lateranensis et Liberianae sacris vestibus induti, mantilia, spongias et malleos deferentes in Processionibus solemnibus aperitionis Portarum Sanctarum, lateialiler hinc inde ad Eihos Legatos duas alas constituentes incedere, pio imminenti solemnilale proximi lubilaei, observantiam antiquae consuetudinis adversus Capitulum et Canonicos

praedictarum Basilicarum excitantes: enixe pro asserti consueti observantia praedicta S. R. C. supplicaverunt permittere, ut ipsi in proximae aperitionis Portarum Sanctarum Processionibus, ut supra, lateraliter incedere possent et valerent.

Et S. R. C., lam in voce quam inseriptis partibus informantibus auditis, ad relationem Eini et Rmi Domini Card. Pelrucii, respondii : « Poenitenliarii vel praecedant iuxla Decretum anni 4650, vel expeclent parati apud Portam Sanciam, eorumdem arbitrio in ulraque Basilica ». Et ita docrevit et servari mandavit. Die3 Octobris 1699.

2044. ROMANA (3842)

PROCESSIONIS APERITIONIS PORTAE SANCTAE.

Cum in causa Processionis, seu iuris praecedendi inter Capitula el Canonicos Basilicarum Lateranensis et Liberianae ex una, el Poenilentiarios earumdem Basilicarum ex altera partibus vertente, ad relationem Emi el Ilihi Domini Cardinalis Pelrucii, responderit sub die 3 Octobris proxime praeteriti Poenilentiarios vel praecedere debere, iuxla Decretum anni 1650 seu potius 1649, vel paralos expeclare apud Portam Sanciam, eorumdem arbitrio, in ulraque Basilica; Capitulum el Canonici Basilicae Lateranensis humiliter S. R. C. supplicaverunt pro recessu a decisis in ea parle, in qua alternative Poenitentiariis permittitur posse expeclare paralos anle Portam Sanciam.

El S. R. C., ad relaiionem Emi el Rmi Domini Card. Pelrucii, respondii: «Salis provisum ». Die 21 Novembris 1699.

2045. CAPUANA (3545)

PRAEEMINENTIARUM.

Super controversiis inter Capilulum el Canonicos Ecclesiae Metropolitanae ex una, el Magistratum Civilalis Capuae ex altera partibus exorlis, ab Effio el Rffio Domino Card. Colloredo propositis in S. R. C. infrascriplis dubiis, videlicet :

1. An Capitulo Ecclesiae Metropolitanae debeatur praecedentia super Magistratu saeculari eiusdem Civilalis in omnibus functionibus ecclesiasticis?

2. An concionalor debeat prius salutare Capilulum quam Magistratum?

3. An, absente Archiepiscopo, Magistratus debeat salutari cum titulo Illiiii el Capitulum eum titulo Riiii?

S. R. C., lam in voce quam m scriptis informantibus partibus auditis, censuit respondendum :

Ad I. « Deberi ».

Ad 2. « Affirmative ».

Ad 3. « Negative in casu proposito ».

El ita decrevit el servari mandavit. Die 23 lanuarii 1700.

2046. NOVARIEN. (3548)

THURJFICAT1ONIS.

Proposito ab Effio el Rmo Domino Cardinali Colloredo in S. R. C. infrascriplo dubio inter Canonicos Cathedralis Sanciae Mariae el Collegialae Sancti Gaudenlii Civilalis Novariae excitato, videlicet :

An, intervenientibus Canonicis insignis Collegialae Ecclesiae S. Gaudenlii una cum Canonicis Cathedralis Novariae in functionibus pontificalibus, dehealur praedictis Canonicis Collegialae thurificalio et pax, a quo et quomodo ?

S. R. C., lain in voce quam in scriptis informantibus partibus auditis, respondit: « Thurificalionem Canonicis Collegialae S. Gaudenlii deberi ab eodem Ministro, sed unico ductu; el idem servandum esse in dando osculo pacis ». El ila declaravit el servari mandavit. Die 23 lanuarii 1700.

2047. URBINATEN. (3549)

Exorlis inler Archiepiscopum, Capitulum et Canonicos Ecclesiae Metropolitanae Civilalis Urbini nonnullis controversiis, Emus et Rmus Dominus Cardinalis Pelrncius in Sacra Rituum Congregatione infrascripla dubia d·', id» uda proposuit :

1. An Canonici Metropolitanae possint benedictionem SSmi Sacramenti populo dare cum simplici Stola, super habitu canonical')?

2. \n iidem Canonici celebrantes, praesente Archiepiscopo, possinl uli pulvinari pro genufleclondo ?

3. An el in quo loco sit collocanda Sedes seu Thronum Archiepiscopi, durantibus sessionibus synodalibus?

4. An dicti Canonici in Synodo possinl sedere in scamno duorum graduum ?

5. An praefati Canonici in Synodo debeant omnes sedere ad dexteram Archiepiscopi, vel potius hinc inde ad dexteram el sinistram ?

6. An Vicario Genendi, Prolonolario, debeatur in Synodo praecedentia supra omnes Canonicos et Dignitates habitu Canonical! indutos ?

7. An Magistratus, Indices el ceteri laici de Collegio possinl, etiam non invitante el

contradicunto Archiepiscopo, interisse Synodo, et locum ac Sedem in eo habere?

EI S. R. C., ulraque parle lam in voie (piam m scriptis informante audita, respondendum censuil :

Ad 1. < Negative ».

Ad 2. « Probetur consuetudo formilei ».

Ad 3. « Arbitrio Episcopi ».

Ad 4. « Posse in casu hoc, dummodo Sedes Archiepiscopi sit elevalior ».·

Ad {$. < Servetur forma praescripta a Caeremoniali ».

Ad C. « Affirmative: secus vero quando Canonici sint induti sacris vestibus ».

Ad 7. « Negative ».

EI Ha declaravit el servari mandavit. , Ilie 23 Ianuarii 1700.

2048. TRANEN. (3Γ>50)
PRAEEMINENTIARUM.

Super controversiis inter magnum Priorem ex una, el Presbyteros el Capiinlare-Ecrlesiae S. Sepulchri Terrae Baruii Tranen. Dioecesis ex altera partibus nuper exorlis, propositis ab Eiiio el Riiio Domino Card.de Noris in S. R. C. infrascripliis dubiis:

1. An Priori, non vero Celebranti debeatur osculum Evangelii, el cum eodem Priore recitari debeat Introitus ad Missam? (i)

2. An dictus Prior, in ingressu Ecclesiae, recipi debeat a Sacerdotibus sub pallio seu baldachino?

3. An eidem debeatur genuilexio el osculum manus a Sacerdotibus S. Sepulchri ?

4. An dictus Prior possit m dicta Ecclesia Thronum erigere, el possit ibidem pro se ei celeris Equilibus Assemble.™ relinere sedilia, genufiexonum Pl pulvinaria?

5. R. G., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuil respondendum :

Ad 1. < Negativo ».

Ad 2. « Negative ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. < Quoad Thronum , Negative ; quoad reliqua , Dilata ».

EI ita decrevit el servari mandavit. Die 13 Februarii 1700.

2049. AREQUIPAE. (3ÏÎS11

Ex parte Decani el Canonicorum Ecclesia·· Cathedralis Civitati- Arequipae in Regno Peruano. humiliter supplie alum Imi a S. R. C. déclarai! inirascrtpta «labia, videlicet :

1. An dum expositum SSmum Sacramenlum reperïlnr super Allare maius diamelraliter anle Chorum, sed in notabili distantia silum, Celebrans, prima genuflexione Venerabili non praetermissa, debeat postea se inclinare seu genufieciere anle Episcopum ?

2. An in Processione SSmi Corporis Christi seu alus, Celebrans, parum ab Episcopo distans, debeat eidem Episcopo se inclinare, antequam Orationem recitet ?

3. An m collecta Missae Convenlnalis Episcopo ibidem assistenti debealur reverentia, quando eiusdem nomen legitur?

4. An quando Episcopus assistit m Choro aliquantulum distante ab Altari maiore, hoc minime obstante, post canium Evangelii Subdiaconus debeat illi Missale ad deosculandum deferre; et an inierim m huiusmodi actus executions Sacrificium intermittendum vel continuandum sil, non expectato quod Episcopus Evangelium deosculatus fuerit?

5. An Episcopus in Choro absque baculo el milia, sed solum cum cappa assistas, sit thurilicandus?

ti. An si Praelatus nonnullos introduxerit usus, udem servandi sint, celeris quae a Caeremoniali praescribuntur praetermissis?

7. An Dignitates el Canonici genufle-c.lere debeant benedictionibus quae ab Episcopo in Choro cum sola cappa exislenli fiunt, vel quod capui lanium inclinem sufficiat ?

8. An Digmlate-s et Canonici pariter genufleclere debeant, quando Episcopus benedictionem in Missis pontificalibus imparlilui , vel per sol un capitis inclinationem id oxpleanl?

9. An quando Dignitates el Canonici, sacris vestibus cclel randi causa iuduli, Episcopo celebranti assistunt, debeant m ultima benedictione, ab eodem Episcopo celebrante facienda, genufieciere ?

10. An quando Dignitates et Canonici supradicli sacris vestibus ad colebiandum niduli in Allan existant, Episcopus vero in Choro cum sola ‹ ppa, debeam lidem geniillexionem facere in Introitu Missae., qui ab Episcopo in Choro exislenli) recitatur ?

11. An quando Praelatus nonnullos introduxerit usus circa adhuc relaia concernentes, nc Dignitates el Canonici illi assen-

ti) E. Hui· 2 el ‹··

sum praestiterint, debeant ne dicli usus praetermitti vel contionari, ad iurgia vi Unda pacemque servandam?

12. An m Processionibus çonvenlualibus, in quibus Episcopus cum sola cappa intervenit, debeat Celebrans lateraliter a sinistra Episcopi sistere; el sic Episcopus el Celebrans praedicti inter duas primas Dignitates incedere, alii vero Praebendali anteire debeant Processionem efformando?

13. An quando Episcopus Ecclesiam ingreditur, debeal eidem aspersorium porrigere Decanus, qui est pruna Dignitas, vel antiquior Dignitas seu Canonicus, ul adamussim senator in Calhedrali Ecclesia, dum fertur acerra el thuribulum intra Chorum, quando Episcopus ibi assistit ; el an in isto casu eidem Episcopo osculum manus debeatur ?

14. An debeat Episcopi manus oscu lari, quando eidem aspersorium porrigitur, non obslanle quod chirolhecas ferat?

15. An Episcopus aspersionem per digniorem incipere debeal?

16. An quando Episcopus Ecclesiam Regularium ingreditur, a suis Canonicis ct Dignitatibus associatus, debeal aspersionem incipere per Praelatum Regularium vel per primam Dignitatem ?

17. An Episcopi cauualariiis, qui non est de gremio Capituli, possit in Choro permanere, ibique divinis Officiis assistere cum suo pallio nigro, el absque almulia, cum videatur ab Ecclesiae consuetudine velitum quemquam ibi absque almulia manere posse ?

18. An in Vesperis el Missis pontificalibus, ubi primum stallum occupat Presbyter assistens, duabus Dignitatibus vestibus Diaconatibus indutis, auliphona debeal a Presbytero assistente primum praeinlonari, vel a dicla Dignitate Dalmaticam deferente ?

19. An in casu praedicto Presbyter assistens ante Diaconum praefatum thurificari debe.it?

20. Au in Ecclesiis Cathedralibus Indiarum, ubi Praebendae non distinguuntur in Diacundes el Subdiaconales, neque adest notabilis numerus Canonicorum, qua de re Hebdomadae a Dignitatibus et Canonicis panformiler peraguntur, Cappellani d». Choro pluvialibus induti debeant ad instar Digni- i.ilum el Canonicorum duplici ductu thnrilican? el quatenus affirmative : an hoc privilegium debeal intelligi, in Missis pontificalibus lanium, in quibus subrogantur pine fati Cappellani in locum Canonicorum ad praeiiilonandum *Gloria* el *Credo;* vel ui omnibus Missis solemnities?

21. An in casibus praenarratis dicli Cap pullant, ratione paramenlorum, debeant m Choro praecedere Canonicos, Beneficiates nec non Caudalanuin Episcopi?

22. An in iribus ultimis diebus Officiorum Hebdomadae Maioris, ac in aliis infra annum, in quibus cantantur Prophetiae, debeant Dignitates el Canonici cantare Lectiones el Prophetias in eodem loco, in quo canunt Cappellani?

23. kn caudatai ius Episcopi debeal Lections el Prophetias canere in Choro, quando ibidem absque almulia, et cum solo pallio nigro persistit?

24. An quando Dignitas, seu Canonicus Hebdomadarius, postquam celebraverit, ad Chorum regreditur, causa persolvendi Horas Canonicas, Praelalus existons in Choro surgere debeal, cum Hebdomadarius praedictus Chorum ingreditur, vel saltem capul delegere causa illum benedicendi, eo quod tunc Hebdomadarius gcnuflectil vel reverentiam Praelato exhibet?

25. An Sedes episcopalis in Choro Cathedralis posita debeat excedere per duos gradus Sedes Dignitatum el Canonicorum: el quot gradus debeant esse in Sede pro Episcopo in Choro Cathedralis parata?

26. An Feria VI in Parasceve, in qua Episcopus Pontificalia exercet, debeal Presbyter assistens descendere ad Crucis adorationem inter duas Dignitates ; quae pro Diacono et Subdiacono inserviunt, vel functionem praefatam inter duos Cappellanos explere teneatur?

27. An, absente Episcopo, Decanus Processionem SSiiii Corporis Christi peragere debeal, nec. non et alias functiones in Feria V et VI Hebdomadae maioris, attento quod pariformiler Dignitates el Canonici Hebdomadas per annum expleant, absque ulla differentia seu distinctione, et nulla adsit in praedicta Calhedrali consuetudo in ordine ad supradiclam Corporis Christi Processionem ?

El S. It. C. censuit respondendum :

Ad 1. « lu eundo salutabit, se inclinando piofunde Episcopo; deinde genufleclal SSiho, el procedat in Missa. In redeundo genuflectat SSiho; deinde se inclinet Episcopo, et procedat quo debet; celebrans enim numqnam genufleclil Episcopo, sed se inclinat ».

Ad 2. « Negative ».

Ad 3. « Caput esse inclinandum versus librum ».

Ad 4. « Affirmative; el continuandum Sacrificium post osculum Evangeiii lantum ».

Ad ». « Post obtain lanium ».

Ad 6. < Servelur Caeremoniale ».

Ad Dignitates et Canonici stent, ceteri genu (let tant ».

Ad 8. * Prout ad septimum ».

Ad 9. « Stare debent, et se inclinare».

Ad 10. < Pro Introitu sumitur principium Missae, quando dicitur Confessio, et in isto casu stare debent, sicut Episcopus ».

Ad 11. « Posse continuari, dummodo non obstet Caeremoniale Episcoporum ».

Ad 12. « Servetur Caeremoniale ».

Ad 13. « Servetur Caeremoniale Episcoporum lib. 1, cap. 1», § 3: scilicet, spectare ad digniorem de Capitulo, osculando manum ».

Ad 14. < Ul ad decimum tertium, sed Episcopus non debet uti cbirolbecis, nisi m iis functionibus pontificalibus, in quibus Episcopi eisdem utuntur ».

Ad 1». « Affirmative ».

Ad 16. « Per eum a quo accepit aspersormni ».

Ad 17. « Caudalarius Episcopi potest eidem inservire in Choro m habitu caudatami ».

Ad 18. « Servetur Caeremoniale Episcoporum lib. 2, cap. 1, §2; videlicet: secunda primo Diacono, tertia Presbytero assistenti, quarta primo ex Canonicis, quinta secundo Diacono assistenti ».

Ad 19. « Affirmative, el servetur idem Caeremoniale in capite supradiclo, § 16 ».

Ad 20. « Affirmative, quotiescumque fuerint pluviali induti ».

Ad 21. «Omnibus scilicet non indutis sacris vestibus ».

Ad 22. « De Leclorili ».

Ad 23. « Negative ».

Ad 24. « Negative, el sufficit quod Episcopus producat signum Crucis super eum ».

Ad 2». « Sedes Episcopi debet esse alitor sedilibus Canonicorum ; ad eam autem ascendatur per 1res gradus ».

Ad 26. « Episcopus debet adorare Crucem in medio duorum Diaconorum, cum quibus incessit; Presbyter vero in medio duorum Canonicorum ex dignioribus».

Ad 27. « Spectare ad digniorem de Capitulo, dummodo celebret ».

El ila declaravit. Die 13 Martii 1700.

2050. CIVIT/VTEN. (31152)

lien nentibus Canonicis Cathedralis Ecclesiae Civitatis Roderici sub praetextu abusivae consuetudinis parere Decretis super observantia Ritualis Romani et Caeremomalis Episcoporum ab Episcopo m visitatione latis, idem Episcopus in suis literis datis die 13 Augusti 1699, recensendo abusus circa sacras Caeremonias in sua Calhedrali repertos, humiliter S. R. C. exposuit:

1. Quod in consecratione sacrorum Oleorum, quae fit Feria V in Coena Domini, Canonici non Presbyteri qui induebantur ut Diaconi praecedeuant Presbyteros non Canonicos?

2. Quod fiebant duae lotiones ab Episcopo, una pedum mane duodecim pauperibus ante divina Officia sine luce, sine Cruce, sine Evangelio el absque Ministris; altera mannum ad Vespera^ omnibus Canonicis el reliqui», lam Clericis quam saecularibus, qui invemebantui in Choro?

3. Quod m Sabbato Sancio ponebantur duo Cerea Paschalia auferendo ab illis ipso die grana incensi?

4. Demum, quod petebantur ab Ecclesiis parochialibus stipendium pro sacris Oleis, quae sacra Olea portabant ad Ecclesias viri saeculares ?

Et quaesivit ab eadem S. R. C. declarari : an Canonici praedicti se debeant conformare cum Rituali Romano ac Caeremoniali Episcoporum el parere, vel potius persistere m abusu, quem vocant consuetudinem ?

El S. R. C. respondit :

Ad 1. * Pro meliori informatione, auditis Canonicis ».

In reliquis, nempe 2, 3 el 4: «Pareant ». El ila decrevit el servari mandavit. Dio 13 Martii 17(0.

2051. COMEN. (3553)
1UR1UM PAROCHIALIUM.

Cum super infrascriplis dubiis inter Capitulum et Canonicos S. Stephani Menasii, el Communitates Pelusii el Ilarnae Comen. Dioecesis excitatis :

1. \n haeredes defunctorum, post expletum Officium funebre, possint celebrari facere Missam solemnem de Requiem a proprio Rectore, absque interventu Capituli?

2. \n homines Communitatum Pelusii et Barnae in omnibus functionibus leneaniui semper invitare Capilulum Menasii, non ob-

stante quod adsint alii Sacerdotes earumdem Communitatum ?

S. K. C., referente Efiio el Rmo Domino Cardinali Colloredo, sub die 31 Maii 1698, responderit :

Ad 1. < Affirmative ».

Ad 2. « Negative, dummodo non sint invitandi extranei ».

Cumque Capitulum et Canonici Ecclesiae 8. Slephani praedicti adversus huiusmodi responsa institerint pro nova audientia, ipsique benigne concessa fuerit ; proposito nunc in S. II. C. ab eodem Emo el Rilio Domino Cardinali Colloredo dubio;

An sil standum vel recedendum a decisis quoad 1 el i dubia proposita, el resoluta die 31 Maii 1698?

S. R. C., tam in voco quam in scriptis partibus informantibus auditis: < In decisis quoad ulrumque, respondendum censuit; ac amplius proponi vetuit ».

El ila decrevit et servari mandavit. Die 13 Marlii 1700.

2052. ANAGNINA. (3855)

Ex parte Episcopi el Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Civitatis Anagniae humiliter supplicatum fuit a S. R. G. declarari :

An, quia saepius mulli ex Canonicis in Civitate Anagniae non sunl paraît m recipiendis ab Episcopo candelis vel cineribus in diebus Purificationis B. Mariae Virginis el Cinerum, debeant genuflectere, vel solum se profunde inclinare ?

El S. R. C. respondit: « Debere se lanium inclinare ». El ita declaravit. Die 8 Maii 1700.

2053. BERGOMEN. (35511)

In Ecclesia B. M. V. Assumptae Oppidi Coloneae Bergomen. Dioecesis, concurrente Eesto Assumptionis B. M. V. in secundis Vesperis cum Eesto Dedicationis Ecclesiae praedictae, ex parle Cleri dicli Oppidi supplicatum humiliter fuit a S. R. C. declarari, quomodo in secundis Vesperis praefatis sii ordinandum Officium ?

Et S. R. C. respondit : « Totum de praecedenti cum commemoratione sequentis ». El ita declaravit. Die 8 Maii 1700.

2051. N0VAR1EN. (3559)

In causa Novarien. Praeeminenliarum inter Capitulum el Canonicos Ecclesiae Calhedralis, el Ecclesiae Collegialae S. Gaudenlii aiqne aliarum Collegialarum Dioecesis, propositis in S. II. C. ab Emo et Rmo Domino Card. Colloredo infrascriptis dubiis, videlicet :

1. An m proximo habenda Synodo Dioecesana Capitulum el Clerus Ecclesiae Calhedralis sedere debeanl intra Presbyterium hinc inde a lateribus Episcopi, vel extra Presbyterium ante Episcopum in forma semicirculi ?

2. Quatenus sedere debeant intra Presbyteriiim hinc inde a lateribus Episcopi, an ibidem sedere, debeanl eliam Canonici Collegialae Sancti Gaudentii post terga Canonicorum Calhedralis?

3. Quatenus iidem Canonici Ecclesiae Calhedralis sedere debeanl extra Presbyterium ante Episcopum in forma semicirculi, an inlelligi debeal de semicirculo perfecto et rigoroso, an vero satisfactum censeatur dispositioni Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. 31, § 9, si dicli Canonici occupent faciem anteriorem ex ulraque parte?

4. An eodem casu, quo Canonici Calhedralis sedere debeanl extra Presbyterium, Canonici Collegialae S. Gaudenlii sedere debeanl post terga Canonicorum ex ulraque parte, vel tantum ex una?

5. An scamna sive sedilia Canonicorum Ecclesiae Calhedralis debeanl esse elevata a pavimento per unum gradum? et quaternis affirmative,

(5. An huiusmodi scamna debeantur Canonicis Collegialae S. Gaudenlii ?

7. An dicia scamna pro Canonicis Ecclesiae Calhedralis vestiri debeant aliquo panno, el cuius coloris? el quatenus affirmative,

8. An eumdem ornatum, cum eodem vel alio colore, habere debeanl sedilia pro Canonicis Sancii Gaudenlii ?

9. An Collegiatis Urbanis assignari possil locus intra Presbyterium , quatenus idem non sii capax aliarum CoUegialarum insignium Dioecesis?

10. An iisdem Collegiatis insignibus Dioecesis debeamur praerogativae, qnibus in Synodo gaudere possit Collegiala S. Gaudenlii, excepta sola praecedentia?

11. An et quibus Collegiatis Dioecesis praecedere debeal Collegiala Burgi Manerii?

S. R. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, respondit ul infra, videlicet :

\d 1. « Ad mentem. El mens est quod in casu, de quo quaeritur, Synodus liat extra Presbyterium·, et quoad secundam pariem circa sessionem, arbitrio Episcopi ».

Ad 2. * Provisum in primo ».

Ad 3. « Satisfieri, si occupent factem aiitoriorem ex ulraque parle ».

Ad 4. « Sedere debere ex una lanium parle a dextris ».

Ad îi. * Affirmative ».

Ad 6. « Negative ».

Ad 7. « Cooperiantur si .mina Canonicorum Calhedralis aliquo panno viridi ».

Ad 8. * Affirmative, eodem colore viridi ».

Ad 9. * Provisum in primo ».

Ad 10. * Servetur solitum ».

\d 11. « Praecedentiam competere Collegialae Burgi Manerii super alias Collegiatus, praeterquamquod super illas S. Iulii Gaudiani, Sauciorum Gervasii el Prolasii Domus Ossulae, el S. Victoris Intrae ».

El ila decrevit el servait mandavit. Die 8 .Maii 1700.

2055. CONGREGATIONIS MONACI1ORUM CASSINENSIÜM. (3561)

Praesidente ac Procuratore Generali Congregationis Monachorum Cassinensium pro declaratione infrascriptorum dubiorum humillime apud S. R. C. supplicantibus:

1. An Festum S. Ildefonsi celebrari debeat a Congregatione Cassinensi sub ritu duplici secundae classis, pruul i elebratui a Congregatione ilispaniarum V.dlisolelana, mediante benigna facultate huius S. C. extensa loti Congregationi Cassinensi ?

2. An Officium S. Suitberli Episcopi recitandum sil die 2 Marlii tamquam sibi assignata, an vero iuxta regulam translatorum, cum incidat eius Festum (secundum Marti rologium Romanum) die 1 Marlii, iu qua fieri nequit de eo, quia occurrit aliud Festum S. Rudesindi Episcopi, a quo impeditur eius Officium el Missae celebratio?

3. An omittenda sil commemoratio S. Eulogii Martyris die 11 Marlii, cum dictus Sanctus non nominetur expresse m Decreto) an vero facienda sit utpote quae praescribitur in Calendario eorum Sanctorum qui in Decreto exprimuntur ?

4. An in concursu S. Aemiliaiii Abbatis cum Festo omnium Sanctorum Monachorum, facienda sil in primis ipsorum Vesperis commemoratio praedicti S. Aemiliani, iuxla Rubricas generales; an vero omittenda tamquam unius ex ipsis Sanctis Monachis ?

5. R. C. censuit respondendum :

Ad 1. « Officium S. Ildefonsi esse recitandum sub ritu duplici dumtaxat, iuxta concessionem factam Congregationi Valtisolelanac ».

Ad 2. < Officium S. Suitberli recitandum esse, iuxta Rubricas Breviant de translatione Festorum, him alia fuerit assignata dies fixa pro eodem a S. R. C. ».

Ad 3. < Melius se explicent ».

Ad 4. « Commemorationem S. Aemiliani non esse omittendam ».

Ei ila declaravit. Die 22 Maii 1700.

2056. LAURETANA. (3562)

Praemisso quod in Ecclesia Cathedrali Lauretana adsit laudabilis el immemorabilis consuetudo, quod quatuor Dignitate» nullum officium faciant quando Episcopus assistit cum cappa, et quod non adsil m dicta Cathedrali distinctio Ordinis Presbyleralis vel Diaconahs ; quaesitum fuil humiliter a S. R. C. declarari :

An, Episcopo solemniler celebranti vel cum cappa tantum assistenti, antiquiori Canonico compelal dumtaxat officium primi Presbyteri, vel polius Diaconi assistentis iu utroque casu?

El S. R. C. respondit: < Antiquiori Canonico, in casu de quo agilur, competere tantum officium Presbyteri assistentis ». El ila declaravit. Die 22 Maii 1700.

2057. TROIANA. (3563)

In causa Troiana Praeemineotianilii inter Capitulum Ecclesiae Calhedralis ex una, el alterum Ecclesiae Collegialae Fodianae ex altera partibus, vertunto; propositis ab Efno et Riiio D. Card, de Noris uifrasi riplis dubiis, videlicet :

1. An Canonici Ecclesiae Collegialae Fodianae possint m propria Ecclesia mutare habitum Choro consuetum, el assumere vestimenta sacra, el taliter assistere in certis anili diebus Episcopo in dicta Ecclesia celebranti, ad instar Canonicorum Calhedralis?

2. Vn in Processionibus solemnibus, quae circumferuntur per Civitatem, possint dicli Canonici parati incedere, sive praesente sive absente Episcopo ?

3. An, praesente Capitulo Calhedralis, m Collegiala praedicta, possint Canonici diclae Collegialae assistere paraît?

4. Vn possint in Processionibus Synodi incedere parati, el assistere in ceteris Synodi actibus parati, sicuti assistunt Canonici Calhedralis ?

5. An Archipresbyler diclae Collegialae possit assumere pluviale m Processionibus Synodi ad instar Dignitatum Calhedralis, vel

potius illud deponere teneatur, prout Archipre-byteri rurales, nec non assistere in actibus Synodi cum habitu canonical! tantum ?

(i. An el quomodo Canonici Collegiatae sedere debeant m omnibus Synodi actionibus celebrandis m Ecclesia Calhedrali, praesentibus Canonicis Calhedralis paratis?

El S. R. C., tam in voce quam in scriptis |Mtlibus informantibus auditis, censuil respondendum :

Ad 1. < Affirmative ».

Ad 2. < Posse in Processione solemnilalis Corporis Christi ».

Ad 3. < Providebitur, quando evenerit casus ».

Ad *h.* « Negative ».

Ad S. « Debere assistere in actibus synodalibns cum habitu chorali ».

Ad (>. < Servetur Caeremoniale lib. I, ip. 31, § 9; el ad montem ». El ila declaravit el servari mandavil. Die 22 Man 1700.

2058. URBIS. (3864)

Cum in diebus Quadragesimae, Adventus, Quatuor temporum ac Vigiliarum, Missa praedictarum Feriarum ac Vigiliarum iuxla Rubricasdebeal celebrari post Nonam; cumque eliam contingat, quod in Feriis ac Vigiliis praedictis, occasione Orationis quadraginta horarum, ex praecepto s. m. Innocenlii PP. XI, m Ecclesiis Urbis sil celebranda Missa votiva contra paganos; quaesitum fuit humiliter a S. R. C. declarari: Quonam ordine sint in Choro Missae praedictae celebrandae ?

El S. R. C. respondit: « Arabas post Nonam esse celebrandas, ila tamen ut Missa votiva contra paganos ultimo loco celebretur ». El ila declaravit el servari mandavil. Die 22 Mm 1700.

2059. CURIEN. (3B6B)

Propositis m S. R. C., ad humillimas preces Decani el Capiluli Calhedralis Ecclesiae Curien., ab Effio et Rmo D. Card. Colloredo infrascnplis dubiis, videlicet : (i)

1. Quando duae oclavae simul concurrunt, scilicet Palroni principalis sub rilu duplici primae classis, el B. M. V. rilu dupl. secundae classis, de quonam infra octavam sil dicendum Officium?

2. Cum Officium SSmi Nominis Mariae sub ritu duplici maiori ex Decreto S. R. C. celebrandum sit Dominica mira oclavam Nativitatis eiusdem B. M. V., in quam Dominicam fere singulis annis incidit in Dioecesi Curien. dies octava Sanctorum Angelorum Custodum sub rilu dupl. min.: utrum liceat transferre Festum SSthi Nominis Mariae in primam diem non impeditam, el in Dominica praefata celebrare Oilicium de die octava Sanctorum Angelorum Custodum ?

3. Utrum m Festo el per oclavam Sanctorum Angelorum Custodum Hymni eiusdem metri terminari possint, sicut terminatur eorum Hymnus in Laudibus per stro-, pharn : *Deo Patri sit gloria, qui quos redemit Filius, et Sanctus unxit Spiritus per Angelos Custodes* ?

4. Utrum in Festo translationis Patroni principalis Ecclesiae Calhedralis sub rilu duplici maiori, in Missa dici possil Symbolum non solutu in Ecclesia Calhedrali, sed etiam per lolam Dioecesiut ?

ii. Utrum in Festis SS. Marlyruui, Confessorum el Virginum sub rilu duplici maiori, m Missa dici possil Symbolum ?

6. Utrum ex privata devotione parochianorum petentium saepius per annum anniversaria pro defunctis parentibus, fratribus, amicis el aliis defunctis, Missa solemnis in ruralibus Ecclesiis cantari possil de Requiem in Festo duplici minori: altera Missa cantata de Feslo , ubi adsunt plures vel saltem duo Sacerdotes?

5. R. C. respondit ul infra, videlicet :

Ad I. «Recitandum Officium de Patrono principali cum commemoratione oclavae B. M. V. ».

Ad 2. < Affirmative ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. « Negative ».

Ad δ. « Negative; el serventur Rubricae generales Missalis Romani Til. XI ».

Ad (L «Affirmative, dummodo sermo sil do die vere anniversaria a dic obitus ».

Et ila declaravit. Die 19 lunii 1700.

2060. FOROLIVIEN. (3506)

Humillime S. R. C. supplicante Ambrosio Genovini Monacho Vallumbrosano el \bbale Monasterii S. Mercurialis Civitatis Forolivu pro declaratione infrascnpli dubii, videlicet :

An Abbates in functionibus quae heri solent ab eisdem in ambitu Monasterii, ut puti in coemeteriis dio Commemorationis omnium Defunctorum, in Dominica Palmarum et similibus, possint uti mitra?

(I) E. Dub I. 5. C el 9.

S. R. C., requisitu prius Magistri Caeremoniarum voto, respondit: «Negative». Die 19 Iunii 1700.

2061. VICENT1NA. (3568)

Moniales poeUitenles Ordinis S. Augustini Monasterii S. Mariae Magdalenae Civitatis Vicenliae, obtenta alias facultate recitandi Officia Sanctorum Ordinis, ignorantes an concessis Officiis praedictis Sanctorum Ordinis S. Augustini, inlelliganlur eliam Officia concessa Congregationi Lateranensi, humillime a S. R. C. supplicaverunt declarari : An Sancti Congregationis Lateranensis sub Religione Augustiniann comprehendantur ?

El S. R. C. respondit: « Negative ». El ila declaravit. Die 19 Iunii 1700.

2062. FERRARIEN. (3569)
STALLI.

Praetendente Praeposiio secunda Dignitate Calhedralis Ecclesiae Ferrarien. occu-I>are primum stallum a latere dexlero Sedis episcopalis, alias Vicariis pro tempore eiusdem Civitatis Generalibus assignatum; Archipresbyler prima Dignitas Ecclesiae Calhedralis praedictae, qui occupat primum stallum a parte sinistra dictae Sedis episcopalis, humillime S. R. C. supplicavit pro consueti observantia, nec non pro declaratione. quod imposlerum stallum Vicarii Generalis praedicti non liceat a Praeposiio occupari, sed ab ipso tertium sibi debitum occupetur.

El S. R. C., partibus tam in voce quam in scriptis informantibus auditis, ad relationem Eiiii el Rihi Dom. Card. Colloredi respondii: «Praeposiio non licere occupare stallum Vicani ». El ita decrevit cl servari mandavit. Die 31 Iulii 1700.

2063. SPOLETANA. (3570)

In Processionibus Rogationum , prout Episcopus Spoletanus asseruit, quae a toto Clero tam intra quam extra Civitatem Spolcti fieri consueverunt, accidit quod unus ex Canonicis Calhedralis, qni incedens cum alba, Stola el pluviali defert Crucem a collo supra pectus pendentem, in qua Sanctae Crucis lignum pluresque aliae Reliquiae continentur, exeundo a Civitate, slatim dimittit pluviale, et alba solum Stolaque indutus iter prosequitur usque ad Ecclesiam vel S. Petri, ad quam prima Processio dirigitur; vel S. Pauli, ad quam secunda; vel S. Pontiam, ad quam tertia: quapropter, cum hoc indecorum ei valde indecen videatur, idem' Episcopus, qui dictis Processionibus intéresse non solet, a S. R. C. humillime declarari supplicavit;

An Canonico processionaliter ul supra incedenti, nec non sacras Reliquias gestanti, liceat pluviale extra portam Civitatis dimittere, et absque illo inchoatam Processionem prima, secunda, el tertia die Rogationum perficere? eliarn stante antiqua consuetudine, quatenus illa ex parte Capituli concludenter probetur.

El S. R. C. respondit: « Non licere ». El ila declaravit. Die 31 Iulii 1700.

2064. LEOPoLIEN. (3572)
PRAECEDENTIAE.

Reproposita in S. R. C. ab Emo el Rmo I). Card. Francisco Barbanno causa praecedentiae inler Canonicum loannem Skarbeki Episcopum M irrochiensem Suffraganeum, custodem Ecclesiae Calhedralis Leopolien., atque Capitulum ac Decanum et alias Dignitates eiusdem Calhedralis vertente;

S. R. C., tam m voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuil: « Praecedentiam competere Episcopo suffraganeo, licet Canonico, in Choro, Processionibus et aliis functionibus ecclesiasticis supra primam el alias Dignitates el Canonicos ». Et ila decrevit et servari mandavit. Die 11 Septembris 1700.

2065. NOVARIEN. (3573)

Ex parte Caeremoniarum Magistri Burgi Maineni Novarien. Dioecesis humillime quaesitum fnil declarari :

An adstanles in Choro ad celebrationem Missae solemnis, dum actu cantant, sive ad stalla sive ad Lectorile adsunt, debeant stare?

Et S. R. C. respondit: « Servandam esse Rubricam MissalisRomam Tit. XVII, num. 7 ». Et ila declaravit. Du II Septembris 1700.

2066. THIDENTINA. (3574)

Cum ab antiquo tempore in Oppido Rivae Trideminae Dioecesis viguerit ei vigeat consuetudo singulis Dominicis per annum, excepta tertia cuiuslibet mensis, post decantatas Vesperas, a pueris deferentibus quoddam pallium una cum duobus Syndicis dicli Oppidi ac unico Sacerdote, ab Ecclesia Disciplinae nuncupati ad alteram Divi Rochi Processionem peragendi: a Syndicis praedictis S. R. C. humiliter supplicabatur ad scandalis el irrisiuuibus obviandum, quae

ex Processione praedicta continuo exorie-li.intur, eannlem vel interdicere vel in aliud opu> pium benigne commutare.

El S. R. C., ad relationem Emi el Riiii Doni. Card, de Noris, censuil: < Processionem, de qua supra, non esse prohibendam, -ed arbitrio Episcopi regulandam ». El ita decrevit. Die ii Septembris 1700.

2067. CONGREGATIONIS MONTIS CORONAE. (3575)

Supplicanti· humiliter in S. R. C. P. Iuvcnale Visitatore Generali Congregationis Canùddulensium Montis Coronae infrascnpta dubia declarari :

1. An in Quadragesimae, Adventus el Vigiliarum temporibus, nec non in diebus Rogationum, occurrente aliquo Festo duplici vel semiduplici, liceat post Primam celebrare Missam praedictarum feria-lnm ?

2. An m die Commemorationis omnium Defunctorum celebrari possit Missa solemuts de Requiem post Primam?

3. An Matutinum diei praedictae Commemorationis omnium defunctorum recitari possii m Choro in die Festivitatis omnium Sanctorum post Completorium?

4. An benedictio publica sacrarum cinerum, prima die Quadragesimae facienda, fieri possii post Tertiam?

5. An liceat non habentibus usum pluvialis in die el infra octavam Corporis Christi peragere Processionem cum SSmo Sacramento; el illud sine pluviali exponere?

G. An in Sacrificio Missae uti possii palla a parle superiori drappo serico cooperta?

7. An Sacerdotes in Sacrificio Missae uti possint cingulo serico?

8. An concesso a S. R. C. pro Regnis Hispaniarum Officio Patrocinii Biiiae Virginis rei itando m una ex Dominicis mensis Novembris ab Ordinariis Locorum assignanda, nomine Ordinariorum in hoc et similibus casibus intelligantiir etiam Superiores, nec non Priores locales Regularium ?

9. An ante Sacras Reliquias expositas unica solum lampas continuo ardere debeat vel plures?

It). An ante ostiolum Tabernaculi SSiiii Sacramenti retineri possit vas Horum, vel quid simile, quod praedictum oi cupel ostiolum cum Imagine Domini Nostri in eodem insculpta? (1)

11. An in Missa Convontuali dierum solemniuin , quae absque cantu ac ministris celebratur, fieri possit thurifii alio ?

El S. R. C. censuil respondendum: Ad 1, 2, 3 el 4. « Servandas esse Rubricas ».

Ad 5. «Negative, quoad primam partem; Affirmative, quoad secundani ».

Ad G. « Negative ».

Ad 7. « Congruentius uti cingulo lineo».

Ad 8. * Negative ».

Ad 9. « Omnino oportere ul super Altare saltem ardeanl duo lumina: alias Reliquiae non exponantur ».

Ad 10. « Negative : posse tamen in humiliori el decenliori loco ».

Ad II el ultimum: « Negative ».

El ita respondit ul declaravit. Die 22 lanuarii 1701.

2068. ACERRARUM. (3577)

Canlore el Primicerio Poenilenliario Ecclesiae Calhedralis Acerrarum humililei a S. R. C. supplicantibus infrascripla dubia declarari, videlicet :

1. An Primicerio celebranti primus locus debeatur in Choro?

2. An etiam Canonico celebranti competat primus locus in Choro ?

3. An numerus Clericorum seu alumnorum Seminarii assistentium Celebranti, idem esse debeat, si celebret quaelibet Dignitas vel Canonicus ?

El S. R. C. censuil respondendum, iuxta votum Abbatis de Rossana Magistri Caeremoniarum. Ad 1, 2 el 3: «Affirmative». El ila declaravit. Die 2G Februarii 1701.

2069. NAZARENA (3879)
IUR1UM II0N01UF1C0KUM.

Supei infrascriptis dubiis inter Archtpresbylerum Calhedralis Ecclesiae Nazarenae, et alterum S. Mariae Maioris Terrae Baruli Tranen. Dioecesis excitatis, el ab Emo el Riiio Dom. Card. Colloredo propositis, videlicet :

1. Au Archipresbyter celebrans Vesperas solemnes in Ecclesia Metropolitana Nazarena, absente vel impedito Rmo Archiepiscopo, uti possit assistentia sex Presbyterorum pluvialibus paialorum, iuxta disposita in Caeremoniali Romano lib. 2, cap. 3, § I.

2. An ei, ul supra, celebranti Missam in diebus solemnibus, praeparari possit abacus seu credentia, ‹ uiu pelluvio el gullurmo ad abluendas manus?

(1) K Dub. II

3. An eidem permittendus ait usiH Stolae latioris, quam arcem vocant?

S. It. C., tam in voce quam m ščripti partibus informantibus auditis, respondit sub die 21 Februarii 1699: Amotu piius quocumque genullexorio a quacumque Dignitate, una cum tapete et pulvinaribus,

Ad 1. * Affirmative ».

Ad 2. « Concedendum esse ex gratia usum pelluvn cum urceolo ».

Ad 3. « Negative ».

El ila decrevit el servari mandavit.

Instilum modo humililer fuit per Archipresbyterum Ecclesiae Nazarenae ab eadem S. R. C. declarari: An ťub praedictis resolutionibus sub dicta die 21 Februarii 1699 edita, qua fuerunt Archipresbylero prohibita genullexorium cum tapete el pulvinaria, fuerit comprehensus etiam Vicarius Nazarenus, cuius officium reponebatur, el ad praesens reperilur unitum ipsi Archipresbylero Nazareno ?

El S. R. C., ulraque parte tam in scriptis quam in voce informante audita, ad relationem Emi el Riiii Dom. Card. Colloicdi, ťonsuit « Decretum die 21 Februarii 1699 allicere Archipresbyterum etiam Vicarium ». El ila declaravit. Die 30 Aprilis 1701.

2070. T0LENT1NA (3680)
IURIS SEDENDI.

r

Exortis inler Priorem, Capitulum el Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. lacobi ex una, atque Capitulum et Canonicos Ecclesiae Calhedralis Civitatis Tolenliuae ex altera partibus, nonnullis controversiis in functionibus publicis stiper iure sedendi in Presbyterio Calhedralis praedictae una simul cum Canonicis eiusdem Calhedralis; proposiloque ab Eiito el Rmo Dom. Card. S. Clementis in S. R. C. dubio:

An in functionibus publicis Priori el Canonicis Collegiatae S. lacobi Civitatis Tolenlinne competat ius sedendi in Presbyterio Calhedralis Ecclesiae nua simul cum Canonicis eiusdem Calhedralis? et quatenus negative : in quo loco sedere debeant m casu etc.?

S. R. C., tam in voce quam m scriptis partibus informantibus auditis, respondit : < In functionibus mtia Ecclesiam Episcopus provideat de loco condocenti; in Processionibus vero salis provisum per Caeromoni.de lih. 2, cap. 33 ». El ita decrevit et servari mandavit. Die 30 Aprilis 1701.

2071. VITERBIEN. (3581)

Inter Beneficiatos Ecclesiae Calhedralis el Magistrum Caeremoniarum eiusdem Ecclesiae, super loco eidem Magistro Caeremoniarum , dum functionibus ecclesiasticis pro eorumdem directione incumbit, assignando , nonnullis controversiis exortis, proposiloque m S. R. C. ab Emo el Riiio Dom. Card. Petniccio infrascriplo dubio, videlicet :

An liceat Magistro Caeremoniarum tn Matutino Nativitatis Domini Nostri lestt Chri-.sti, Officiis lenebrarum et Officio defunctorum m die Commemorationis, sedere inter Beneficiatos el m eorum stallis?

S. R. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuil : « Danda esse Decreta in Patavina 28 Novembris 1609 ot 8 Maii 1617 ». El ita decrevit , el in Ecclesia Vilerbiensi servari mandavit. Die 30 Aprilis 1701.

2072. NULLIUS ALTAMURAE. (3584)

Exponentes Canonici Ecclesiae Collégialité Allamurae Nullius Dioecesis, quod, licet ipsi eodem indumento ac Dignitates m Processionibus incedant, ňihilominu Dignitates praedictae, quando Canonici sunt numero dispares, intendunt divisim a Canonicis incedere: humilitor S. R. C. de opportuna provisions supplicaverunt.

Et S. R. C.: « Decretum in Melphilen. di·· li Novembris 1054 editum dandum esse» respondil. Die 11 lunii 1701.

2073. SUTRINA (3585)
PRAECEDENTIAE.

Per transitum Canonici Dominici Gabriolli ad alium Canonicatum, inter eumdem et \rchipreshyterum el Canonicos Ecclesiae Coi legiatae Terrae Roncilionis Sutrinae Dioecesis, exorta super iure praecedendi in Choro controversia, necnon proposito ab Emo el Riiio Dom. Card. Pelrucm in S. R. C. super eadem controversia infrascripto dubio, videlicet : An, el quo loco sedere debeat Canonicus Gabnellus m casu etc.?

S. R. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuil : «Canonico Gabriello competere locum secundi Caiionic.iliis ; et amplius dubium proponi vetuit ». Die 11 lunii 1701.

2071. TRAGUR1EN. (3587)

Attento Decreto fel. mem. Alexandri VII, quo iubelui describendas esse ab omnibus

Sacerdotibus singulas Missas solemnes vel privatas m libro ad hoc in Sacristia relinendo, Stephanas Cappelli Episcopus Tragunen. humiliter i S. H. C. supplicavit declarari : Utrum Missas Pontificales celebratas teneatur m dicto libro describere Episcopiis ; an primus Diaconus assistens in celebratione Missarum ?

Et S. R. C. respondit : < Ex vi enunciati Decreti non tenori nec per so, nec per hum ». El ila declaravit. Die 11 Iunii 1701.

2075. FANEN. (3591)

Eum in Civitate Fani septeni reperiantur Curae perpetuae seu Parochiales, quarum Parochi, prout assertum fuit, in Processionibus et aliis functionibus ecclesiasticis praecedunt secundum antianilalem eorumdem in adeptione cuiuslibet ex dictis Parochiis; cumque Paulus Bellinus Parochus S. Andreae, qui sextum oblinebat locum in praecedendo, a Parochia S. Andreae, praevio consensu, ad alleram S. Leonardi transierit, tam a Paracho Paulo Bellino quam ab Eugenio Gaudentio Parocho S. Ioannis, qui septimam oblinet curam in praecedendo, a S. R. C. concorditer supplicatum fuit infrascriptum dubiam declarari :

An Parochus Paulus Bellinus, attentu transitu de una Parochia ad alleram, amiserit suam antianilalem, ila ut in Processionibus ei aliis functionibus ecclesiasticis ultimos incedere debeat, wl potius eam conservet, licet ab una ad aliam Parochiam transierit ?

Et S. R. C., in casu de quo agitur, censiiit : « Primam praecedentiam competere Paulo Bellino, nisi inter Ecclesias parochiales adsit privilegium ». El ila declaravit. Di< |(i Iulii 1701.

2O7G. GERUNDEN. (3693)

Propositis ab Efto cl Riiio Dora. Card. Colloredo in S. R. C. infrascripti» dubiis inler Dignitates, Capitulum el Canonicos Ecclesiae Calhedralis Gerunden. excitatis:

1. Ad quem spectet ministrare Sacramenti Episcopo infirmo; eoque defuncto, Officia celebrare?

2. An nolente vel impedito Episcopo celebrare m Solemnitatibus maioris Hebdomadae, Paschalis, Pentecostes ac ceteris exßre m Caeremoniali Episcoporum lib. 2, cap. 34, § 2, proni eliam occasioni' Processionum SSftt Corporis Christi el similium ; um islie quam ceterae fum tiones expleri vilr.inl in ciu< locum a Vicano Generali, sive Canonico statore Episcopi, sive Canonico Hebdomadario, sive alio quocumque Canonico, vel potius peragendae sint a pruna Dignitate, islaque impedita, ab aliis ordine successivo, in casu etc.?

3. An Dignitates Sanctae Ecclesiae Gerunden. teneantur descendere a suo sedili in medium Chori, et ante Leelorile intonare Gradualia, Versus, Invitatoria etc., pro hbito Subcanioris, m solemnilaiibiis, et etiam m Missa defunctorum ?

4. Quando antiphonae canendae seu intonandae sunt ab aliqua Dignitate simul cum alio Canonico, an eo casu teneatur Dignitas discedere a suo sedili, el accedere ad sedile Canonici, vel e contra ?

5. An liceat Canonicis sedere in slallis pro Dignitatibus destinatis, tam praesentibus quam absentibus iisdem?

S. R. C., utraque parte in voce el in scriplis informanti· audita, censuit respondendum :

Quoad 1. «Servetur Caeremoniale lib.2, cap. 38, § 4 ».

Quoad 2. < Dilata ».

Quoad 3. « Servetur Caeremoniale lib. 2, cap. 6, a § S ad 16 ».

Quoad 4. < Provisum m tertio ».

Quoad 5. « Non licere ».

El ila decrevit et servari mandavit. Die 13 Augusti 1701.

2077. ORDINIS EREMITARUM (5595) S. AUGUSTINI CONGREGATIONIS DE OBSERVANTIA LONGOBARDIAE.

Procuratore Generali Congregationis S. Augustini de Observantia Longobardiae humiliter apud S. R. C. supplicante pro declaratione infrascripti dubii : An, scilicet, quoties qui celebrat de simplici, vel réassurait Missam Dominicae praecedentis in Feria secunda, vel prima die mensis non impedita, teneatur dicere secundam Orationem *Fidelium.* tam m Missa Conventual· quam in celeris privatis?

S. R. C. censuit respondendum : « Affirmative ». Dio 13 Augusti 1701.

2O7S. PRAENESTINA (3596) PRAECEDENTIAE.

Praetendente Gregorio Mastrillo Presbytero C.ippcllano ordinato ad titulum simplicis Beneficii Cappellae Sanctorum Ioannis Baptistae el Ioannis Evangelislae, de im e patronatus laicalis, cum onero tamen residendi ei coadiuvandi Parochum in Ecclesia S. Bla-

su Terrae S. Viti Praenestinae Dioecesis, quae est simplex Parochia non autem Collegiata, sibi competere praecedentiam in Missis, Vesperis solemnibus, Processionibus el aliis functionibus ecclesiasticis, supra Sacerdotes ordinatos ad titulum Patrimonii antiquiores in ordine : adversus huiusmodi praetensionem praedicti Sacerdotes antiquiores ad S. R. C. habito recursu, eidem pro decisione huiusmodi controversiae humiliter supplicaverunt.

El S. R. C., relatione pnus Vicarii Generalis Praenestini, el partibus tam in voce quam m scriptis informantibus auditis, ad relationem Emi el Riiii Dom. Gard. Colloredi, censuit : « Praecedentiam deberi Sacerdotibus antiquioribus, praeterquam in functionibus, in quibus Cappcllanus supplet vices el munus Parochi ». Et ila decrevit el servari mandavit. Die 13 Augusti 1701.

2079. C0RT0NEN. (3597)

Episcopo Cortonensi a S. R. C. benigne responderi ad inirascripta dubia enixe supplicanti :

1. An qui cantat Passionem in Missis Hebdomadae Sanctae possit eo tempore, quo cantat, uti pileolo; ac similiter, qui in Officiis eiusdem Hebdomadae cantat Lectiones in Choro ?

2. An Canonicis aliisque Lectiones cantantibus in Choro, vel ahliphonas suggerentibus, debeal solus Caeremoniarius comes adesse, vel etiam unus vel duo alii Clerici?

3. An in Lectionibus canendis competere possii Canonicis usus instrumenti vulgo *litigia,* vel usus candelabri ab alio subslenlali ?

't. An Canonicis accedentibus Feria VI m Parasceve ad Crucis adorationem cum cappis explicatis, earum extremitates sint a Clericis elevandae?

5. An ad eamdem adorationem exhibendam cogendi sini Canonici non impediti?

6. An Episcopo celebranti in Pontificalibus debeant assistere duo CanOnici, donec alii quinque in Sacrario desuimini paramenia ?

7. An Canonico vel Dignitati Vesperas infra annum cantanti debeatur pulvinar el tapete ante ipsum ?

8. An Canonicis permitti debeal celebrare Missas cum annulo lapide pretioso ornato ?

9. An debeantur distributiones Canonicis, qui tempore Horarum Canonicarum exeunt proprio marte a Choro ad celebrandam Missam ?

10. An in slallis canonicalibus deceat tempore divinorum Officiorum residere eos, qui non sunt in habilu chorali?

11. An Canonicus Théologale eo tempore quo legit, possit abesse a Choro?

12. An recte tertia Rogationum die, cum Episcopus processionaliler procedit ad Collegialam S. Mariae Novae, Canonici non occurrant ipsi ad portam Ecclesiae, sed tantum illum excipiant circa medium Ecclesiae, nec ipsi porrigat aspersorium dignior Canonicus, sed simplex Cappellanus?

13. An cum Chorus ex una parte surgit pro inlonalione antiphonae, possit aliquis ex eadem parte non surgore?

14. Au Canonicis, tam in Calhedrali qtlam exira, Missam canlanlibus tolerari possit assistens cum pluviali ?

15. An diebus ferialibus, dum Horae Canonicae cantantur, permitti possit quod loro candelarum adhibeantur duo luminari.» cum oleo?

1G. An Feria V in Coena Domini Canonici , qui non celebrant, possint cogi ad susceptionem Sacrae Eucharistiae de manu Episcopi ?

17. An puncialoi Chori possit esso Cappell.mus amovibilis ad nutum Capituli ?

18. An tempore quadraginta horarum in Calhedrali vel Collegiata debeal semper assistere aliquis Sacerdos, vel Clericus cum superpelliceo ?

S. R. C. censuit respondendum :

Ad 1. « Negative ad ulrumqne ».

Ad 2. « Solus Caeremoniarius; quod eliam in tali casu observai Cappella Pontificia cnm Eminenlissimis Cardinalibus ».

Ad 3. < Negative; el si obscuritas ingruat, poterit prope Lectorile apponi candelabrum ».

Ad 4. < Negative ».

Ad 5. < Posse cogi el mulclari ».

Ad (5. < Affirmative; et servetur omnino Caeremoniale ».

Ad 7. « Absente Episcopo, iuxta Caeromoniale lib. 2, cap. 3, § 4, debetur pulvinar el tapete pro Hebdomadario Canonico ».

Ad 8. «Negative: el dentur Decreta».

Ad 9. « Episcopus utatur mre suo, iuxta Decreta Sacrae Rituum Congregationis, tam in hoc quam in iis quae respiciunt disciplinam Chori ».

Ad 10. < Negative; et Episcopiis utatur ture suo, prohibendo extraneos ».

Ad U. < Tempore Lectionis semper est dispensatos a servitio Chori ».

Ad ii. « Episcopus debet obviari ad ia· nuam, el aspersorium est porrigendum a digniori ».

Ad 13. « Teneri omnes surgere ».

Ad <4. < Negative; el dentur Decreta ».

Ad 15. « Negative ».

Ad 16. < Debent ».

Ad 17. « Punclatores convenit esse de gremio Capituli el residentes in Choro ».

Ad 18. < Hoc maxime decere iuxta edictum Eiiii Vicani pro Urbe ; et Episcopus in hoc quammaxime incumbat ».

El ila declaravit. Die 10 Seplembr. 1701.

2OSO. FESULÀNA. (3598)

Propositis ab Emo el Riho 1). Card. Colloredo in S. H. C. mfrascriptis dubiis inter Episcopum el Abbatem Monasterii S. Bartholomaei Congregationis Lateranensis Civilalis Fosularum, videlicet :

1. Utram Abbas regularis usu Pontificalium gaudens Missas et Vesperas 1er ponnlicaliler agere valeal infra octo dies?

2. Utrum eidem Abbati liceat Sedem praeparatam habere ac baidai hinum cum suis paramenlis per octo supradiclos die·'?

3. Utrum idem Abbas alii Abbati pariter regulari eiusdem Ordinis, sed exiero, potestatem facere valeal celebrandi ponlilicaliter in proprio Monasterio?

4. Utrum idem Abbas loci possit, praesule Ordinario, rochellum induere et mozzolam deferre, aliisque Abbatibus exteris Ha se induendi concedere facultatem? El si affirmative :

5. Utrum, lam dictus Abba» quam alii exteri, praefato habilu induti, pergere valeant processiumditer extra Ecclesiam per Paruociam, sine licentia Ordinarii?

t». Utrum praefatus Abbas trinam benedictionem populo impertire valeal extra tempus Missae pontificalis?

7. Uirum Episcopus Ecclesiam dicti Ablutis mgrediens accipere valeal aspersorium ab eodem Abbate porrigendum, el non solum populo, sed ipsi Abbati suisque Monachis benedicere?

S. 11. C., Lam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuil respondendum :

Ad 1 el 2.: « Licere, in casu de quo agitur ».

Ad 3, 4 el < Affirmative ».

Ad 6. < Non licere ».

Ad 7. « Ailirmalive, dummodo incedat m habilu piaelalilio, etiam viatorio ». Et ita declaravit. Die 1 Octobris 1701.

2081. MACERATEN. (3599)

S. R. C. sub die 17 lulii 1694, ad instantiam Praepositi et Canonicorum Collegiatae Ecclesiae SSlhi Salvatoris Civilalis Maceratae, adversus Mansionarios eiusdem Collegiatae, ab Eluo el Rmo D. Card. Colloredo relato dubio ; scilicet : An Mansiunarii nuper electi teneantur assistere Divini» el celebrare Missam conveniualem? respondil : « Mansionarios praedictos leneri celebrare Missas Convenluales ».

Praetendentibus Praeposito et Canonicis Ecclesiae Collegiatae praedictae sub nomine Missae convenlualis comprehendi etiam Missas votivas et de Requie ex diversis legalis piorum testatorum in dicta Collegiala celebrandas ; el propterea Mansionarios vigore supradiclae resolutionis teneri etiam celebrare Missas votivas et de Requie; ipsis vero Mausionariis reclamantibus, ac instantibus declarari ad easdem non leneri ; idcirco ab eodem Emo et Rmo I). Card. Colloredo in S. R. C. propositis sequentibus dubiis :

1. An sub nomine Missarum Convcnlualium, de quibus in Decreto emanato sub die 17 lulii 1644, veniant Missae votivae el de Requie? El quatenus negative:

2. An Manstonarii Ecclesiae Collegiatae Sanctissimi Salvatoris teneantur cantare Missas, prout in labella dictae Ecclesiae?

S. R. C., audilis ac visis iuribus ab utraque parle lam in voce quam in scriptis in formante deductis, censuit respondendum :

Ad 1. « Negative ».

Ad 2. « Pariter negative ».

El ita declaravit el servari mandavit. Die 1 Octobris 1701.

2082. N0VAR1EN. (3601)

Cum S. 11. C., occasione Synodi supei controversiis inter Capitulum Cathedralis el alterum Collegiatae Civilalis Novarien. excitatis, respondendo ad plurima dubia ab Emo et Riiio D. Card. Colloredo relata, super quinio censueril: «Scamna seu sedilia Canonicorum Ecclesiae Cathedralis debere esse elevata a pavimento per unum gradum »; praetendente modo Capitulo Cathedralis praedictae recensitam resolutionem servandam el exequendam esse, nedum in celebratione Synodi, verum etiam m aliis quibuscumque functionibus, in quibus cum allero S. Gaudenlii insimul con-

veneiil, ac pro eiusinodi declaratione in S. R. C. suppliciter instante;

S. R. C., nIroquo Capitulo lain m voce quam in scriptis informante audito, ad relationem Emi el Rmi I). Card. Colloredo, respondil : « Canonicis Cathedralis non competere scamnum, seu altiorem locum, nisi in Synodo». El ila decrevit ac servari mandavit. Die 1 Octobris 4701.

2083. ANDRIEN. (36021

Quaesitum fuit ex parte Aloisii Donati Archipresbyleri Ecclesiae S. Luriae Andrien. Dioecesis a S. R. C. declarari :

An in duplici non de praecepto, licet non sil dies depositionis vel anniversaria defunctorum, dum ex devotione alicuius benefactoris privalim multae Missae cum applicatione Sacrificii celebrantur, possit etiam cum Nocturna in Choro Missa cum cantu pro iisdem defunctis celebrari de Requie ?

Et S. R. C. respondil: < Negative ». El ila declaravit. Die 3 Decembris 1701.

2084. AA'ENIONEN. (3603)

Remissis ad S. R. C. ab Auditore SSrin D. Nostri Clementis PP. XI, praevia avocatione ab A. C., controversiis inter Patres (trdinis Praedicatorum aliosque Regulares Civilalis Avenionen., el Clerum Saecularem el Parochos eiusdem Civitatis nuper excitatis, propositisque ab Emo ot Riho D. Card, de Noris infrascriplis dubiis inter partes concordatis, ac de more resolvendis:

1. An liceat Parochis corpora defunctorum sepulturam eligentium in Ecclesiis Regularium, prius deferri facere ad Ecclesias parochiales, vel potius recto tramite debeant ad Ecclesias dictarum Regularium deferri ?

2. An liceat Parochis in delatione cadaverum ingredi Ecclesias Regularium, ibique manere usque ad terminationem funeris?

3. Et quatenus negative: An, et m quo loco cadavera defunctorum relinqui debeant a didis Parochis?

S. R. C., lam in voce quam in scriptis utraque parte audita, censuil respondendum·.

Ad I. « Quoad primam partem, Negative; quoad secundam, Affirmative ».

Aii 2. « Licere ingredi, dummodo non faciat Oflicium ».

Ad 3. « Teneri relinquoro cadaver ad ianuam Ecclesiam ».

Et Ha declaravit. Die 3 Decembris 1701.

2085. CARPENCTORATEN. (3606)
IURIS HONORIFICI.

Super controversiis inter Promolore.m Fiscalem Curiati Episcopalis ex una, et Rectorem, Consules ac Magistratus Civilalis Carpenctoraten. ex altera partibus, super associatione Episcopi ac aliis iuribus honorificis exortis, ab Efno et Riiio D. Card. Colloredo infrascripto dubio m S. R.C. proponito :

An Rector, Magistratus el Officiales Civilalis Carpenctoraten. teneantur intervenire in Ecclesia Cathedrali m Feslis solemnibus ecclesiasticis et Processionibus annuis, ac associare Rihutn Episcopum lam eundo quam recedendo ab Ecclesia, eumque salutare; ac respective ad id cogi possint m casu el ad effectum de quo agitur?

S. R. C., tim m voce quam m scriptis partibus informantibus auditis, respondil: < Affirmative iuxta formam servatam ante molam litem ; et Rector pareat Decreto sub die 21 Novembris 1699 edito». Ei ita decrevit el servari mandavit. Die 3 Decembris 1701.

2086. TAVRINEN. t3607)

Archipresbyter et Canonici Ecclesiae Collegiatae Oppidi Cherii Taurinen. Dioecesis pro declaratione mfrascripli dubii humillime supplicaverunt :

An post Missam solemnem dec.mt.uam in nocte Nativitatis D. Nostri lesu Christi, licoal successive celebrare Missas privatas, nec non Sacram Eucharistiam Chrislilidelibus illam deposcentibus exhibere?

S. R. C. iuxta alias Decreta respondil : « Negative ». El ita declaravit. Die 3 Decembris 1701.

2087. CARPENCTORATEN. (3611)

Super iuribus honorificis, sive praeeminemus, inter Episcopum, Rectorem et Magistratum Civitatis Cai pencloratensis controversis, ab Emo el Rmo D. Card. Colloredo proposito in S. R. C. infrascripto dubio, videlicet :

An Rector, .Magistratus el Officiales Civilalis Larpeiii loralensis teneantur intervenire in Ecclesia Cathedrali in Feslis solemnibus ecclesiasti! is et Processionibus annuis, el associare Riiium Episcopum lam eundo quam redeundo ab Ecclesia, euinquesaliil.ii··? El respective'. An ad id COgi possint ?

Cum S. H. C. sub die 3 Decembris anni proxime praeteriti responderit : « Affirmative iuxta formam servatam ante motam Iitem, el Rector pareat Decreto sub die 21 Novembris 1699 edito * ; cumque Rector recurrentibus Domini Nostri Festis Natalilis, non 4ne scandalo populi, proul ab Episcopo asserebatur, Decreto praedicto parere detrectaverit, de huiusmodi contemptu una cum instantia eiusdem Episcopi pr<> remotione sedilium Rectoris el Magistratus a presbyterio, ab eodem Effio el Riiio D. Card. Colloredo facta relatione ;

S. R. C. censuil respondendum : < Ad Dominum Secretarium cum SSffio pro remotione Rectoris ob spretum Decretorum; el in reliquis proponatur causa, auditis partibus ». Die 21 Ianuarii 1702.

2088. GERUNDEN. (3612)

Concessa Capitulo el Canonicis Cathedralis Ecclesiae Gerunden. nova audientia super dubiis, referente Effio et Rffio D. Card. Colloredo sub die 13 Augusti 1701 ad favorem Dignitatum eiusdem Cathedralis resolutis ; reproposilisque ab eodem Emo el Riiio D. Card. Colloredo una cum secundo, super quo fuerat dilata resolutio, omnibus dubiis praedictis videlicet :

I. \d quem spectet etc.? *(Vide Decretum diei 13 Augusti 1701).*

S. R. C., Iam in voce quam in scriptis partibus Iuformanlibiis auditis, censuil respondendum ;

Ad 1. « In decisis; el amplius ».

Ad 2. « Spectare ad primam Dignitatem, eaque impedita, gradalim ad alias ».

Ad 3. « Negative; el amplius ».

Ad 4. * Ut ad prunum ».

Ad 5. « In decisis; el amplius ».

El ita decrevit el servari mandavit. Die II Februarii 1702.

2089. LERIEN. (3614)

Humillime a S. R. C. Episcopo Lerien. supplie ante infrascripta dubia declarari :

1. Cum in Lusitania multis in Ecclesiis, praesertim Cathedralibns el Collegiatis, Fena VI m Parasceve, postquam Celebrans sumpsit Communionem, soleat fieri solemnis Processio, m qua SSffium Sacramentum arca in· lusum a quatuor Sacerdotibus amicto, alba, cingulo et Stola indutis defertur ib Allan ad Sacellum, ubi pridie fuerat reconditum, ut ibi usque ad diem fb surrectionis iterum recondatur ; utrum III pueiliclj Processione dicti Sacerdotes Stola alba aut nigra uti debeanl; ac eliam m Officio huius Feriae, post Oblata, sit Crux Allai is thurificanda ?

2. An in aspersione aquae benedictae coram Episcopo facia, postquam Episcopus se ipsum ei Celebrantem nspersil, sit eliam duo sibi assistentes Diaconos aspersurus, el aspersione huiusmodi durante, a principio usque ad finem stare debeat?

3. Sil ne in Dominica Palmarum, Episcopo earumdem benedictionem solemniler celebrante, facienda huiusmodi aquae benedictae aspersio ?

4. An in Communione quae confertur ab Episcopo in Ordinum collatione, vel Foria V in Coena Domini, solemniler celebrante, sint ab Episcopu dicenda illa verba, *Ecce Agnus Dei etc.,* el *Domiile non sum dignus* ?

5. Utrum in Missa solemni quae coram Episcopo celebratur, Diaconus Evangelii a Celebrante vel a Subdiacono pacem sil recepturus ; et sil pax ipsa a Diacono vel a Subdiacono, in defectum Presbyteri Assistentis, Episcopo deferenda?

6. An accedente Episcopo alienae Dioecesis, finita Missa, cum quatuor Dignitatibus seu Canonicis ad castrum doloris pro faciendis absolutionibus, ul in Caeremoniali Episcoporum, incensum pro omnibus absolutionibus sil ab ipso Episcopo Ianium benedicendum ?

7. Denique, utrum a Parocho Viaticum ad infirmos deferente anliphona *Asperges etc.* aut *Vidi aquam etc.* tempore Paschali, sil recitanda, el ab ipso quoque ad Ecclesiam redito Oratio dicenda: *Deus qui nobis etc.* aut *Spiritum nobis Domine?*

El S. R. C., ad relationem Emi cl Riîii D. Card, de Carpineo, censuit respondendum :

Ad 1. < Quoad primam pariem, talem Processionem tamquam abusum esse reprobandam, et tollendam; et quoad secundam, Affirmative ».

Ad 2. « Convenire et decere ».

Ad 3. < Negative ».

Ad 4. « Quoad Presbyteros Ianium in Ordinatione habiia esse reticenda, in aliis vero casibus semper proferenda ».

Ad t>. « In hypoihesi, ad Diaconum Evangelii ulpole digniorem spectare ».

Ad 6. < Negative, praeterquam pro ultima, quae special ad ipsum Episcopum ».

Ad 7. « Servandum esse omnino Rituale, nulla habiia ratione temporis Paschalis ».

El ila declaravit. Die tl Februarii 1702.

2090. LUNEN. SARZANEN. (361«)

Michael Maggesius, proul asseruit, Abbas el Parochus Oppidi Massac Canariae Lunen. Sarzanen. Dioecesis, caput Ecclesiae Collegialae S. Pein eiusdem Oppidi, habens usum mitrae, baculi el omnium Pontificalium, S. R. C. pro declaratione infrascripli dubii humiliter supplicavit:

Λη Canonici Ecclesiae Collegialae S. Petri praedicti debeanl in distributione candelarum, et respective palmarum, deosculare candelam, palmam et manum Abbatis ad formam Caeremonialis el Rubricae Missalis, cum inter Canonicos non sil alia Dignitas?

El S. R. C. censuil respondendum: « Affirmative ». Et ila declaravit. Die 11 Februarii 1702.

2091. SEBENICEN. (3646)

Exposito humiliter S. R. C. ab Episcopo Sebenicen. apud Dignitates el Canonicos suae Cathedralis in expositionibus SSini Sacramenti infra octavam Corporis Christi fieri consuetis, abusum irrepsisse trina benedictione populo benedicendi, nempe in cornu Epistolae, deinde in cornu Evangelii el demum in medio; eamdem S. C. de huiusmodi abusu quid sentiret, humiliter requisivil.

Et S. R. G. respondit: « Non permittat ». Die 11 Februarii 1702.

2092. TARVISINA. (3647)

Presbyter Clemens Bartolucius, Confessarius Monialium Ordinis S. Benedicti Civitatis Tarvisinae, humillime supplicavit S. R. C., quatenus dignaretur declarare in-(rascripla dubia, videlicet:

1. An declaratio S. R. C., in una Ordinis Minorum de Observantia, anno 1683 die 20 Martii ad 5, quod scilicet Regulares non possint recitare Ofiicium de octava Patroni Principalis loci, sine speciali induito eiusdem S. R. C., comprehendat etiam Moniales Ordinariis subiectas?

2. \n eaedem Moniales Ordinariis subieclae leneantur recitare Ofiicium de octava Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, vel saltem ad libitum possint recitare de eadem? (I

El S. R. C. censuil respondendum:

Ad 1. « Affirmative ».

Ad 2. « Negative quoad utramqiie partem; el lanium tenentur recitaro Officium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis sub ritu duplici secundae classis sine octava ».

El ila declaravit. Die II Februarii 1702.

2093. URBIS. (3618)

Cum ex antiqua consuetudine, prout asseruerunt, Moniales Monasterii S. Silvestri de Capite in ďiebu Festivis, post completas Horas Canonicas, recitent sempei Psalmos Poenilentiales cum ădnexi Litaniis maioribus, a S. R. C. humiliter supplicaverunt declarari:

An ipsis liceal in piaediclis Litaniis, praeter in iisdem descripta, superaddere nomina SSruiu earumdem Ordinis?

El S. R. C. respondit: « Si couforment Breviario quo utuntur ». Die bruarii 1702.

2091. MACERATEN. (3620)

Cum inter Canonicos et Mansionarios Ecclesiae Collegialae S. Salvatoris Civitatis Maceratae super celebratione Missarum Conventualium exorta controversia, el ab Emo el Rmo D. Card. Colloredo in S. R. C. proposilo dubio: An praedicit Mansionarii nuper electi tenerentur assistere Divinis el celebrare Missas Conventuales? sub die 17 Iulii 1694 affirmativa prodierit resolutio, quae execution! a Mansionanis fuit eliam demandata. praetendentibus nunc Canonicis sub nomine Missae Convenlualis venire eliam Missas votivas el de Requie ex diversis Legalis piorum testatorum, qualibet hebdomada in eadem Collegiata celebrandas; idcirco praefati Mansionarii humiliter institerunt a S. R. C. declarari ad praedictas Missas votivas ei de Requte non leneri: el per eumdem Eihum et Rmum D. Card. Colloredum propositi. infrascriptis dubiis: \n sub nomine Missarum Conventudium, de quibus in Decreto emanato sub die 17 Iulii 1694, veniant Missae de Requie, el votivae? el quatenus negative: An Mansionarii Ecclesiae S. Salvatoris teneamur ad cantandas Missas, prout in labella Ecclesiae etc.; S. eadem R. C. sub die 8 Oclobris 1701 < Negative ad utrumque » respondendum censuit. Vei um huiusmodi resolutioni Canonici praedicti minime acquiescentes, obtenta nova audientia pro recessu a decisis consequendo, ab eodem Emo et Riiio D. Card. Colloredo dubium proponi curaverunt mitascnplum, videlicet:

(I) E. Hub. d 4·

An esset standum primo, vel secundo loco decisis in casu etc.

Et S. R. C., lam in voce quant in scriptis partibus plene informantibus auditis: < In decisis standum esse decrevit; el causam amplius proponi posse vetuit ». Die 18 Martii <702.

2095. MAZARIEN. (3621)

Cum alias S. R. C. praeter solemnem Conveniliaient in die Sabbati Sancti alias Missas celebrari vetuerit, ex parte Episcopi Mazarien. eidem S. R. G. supplicatum fuit declarari : An Episcopus volens m dictu die Sabbati Sancti Ordines conferre, licite praestare hoc valeat, Sacrum privatim peragendo in proprii palatu Sacello vel alibi?

El S. R. C. respondit: « Negative». El ita declaravit. Die 18 Martii 1702.

2096. **VICEN.** **(3624)**

Praetendente Episcopo Vicen., vigore assertae consuetudinis m universa Dioecesi vigentis, lam pro prima quam pro secunda seu tertia vice ad visitandum accessuro, iuxla modum in Ponlilicali Romano praescriptum, in porta Civitatis a Capitulo et Canonicis Ecclesiae Collegiatae Minorissae processionaliler recipi; atque bine inter Episcopum el Canonicos super receptione Episcopi occasione visitationis faciendae exortis controversiis el ad S. R. C. delatis; super iisdem ab Emo el Riiio 1). Card. Colloredû infrascriplis dubiis propositis :

1. An Capitulum el Canonici Collegiatae Ecclesiae Minorissae teneantur recipere processionaliler m porta diclae Civitatis Episcopum Vicen. quotiescumque accedit pro facienda visitatione?

2. An Episcopus possit idem Capitulum et Canonicos censuris aliisque poenis compellere in casu etc.?

S. R. C., lam in voce quam m scriptis partibus informantibus auditis, censuit respondendum : < Negative ad utcumque ; nempe non teneri nec posse cogi, nisi pro primi vice ». El ita decrevit ei servari mandavit. Die 18 Martii 1702.

2097. ALEXANDRINA. (362t>)

Episcopo Civitatis Alexandrian apud S. R. C. pro declaratione inii ascriptorum dubiorum enixe supplicante :

1. An Presbyter assistens, qui est semper pruna Dignitas, et e.i impedita, altera gradalim ex Dignitatibus Cathedralis, in functionibus pontificalibus quae ab Episcopo peraguntur, teneatur sustinere supra caput Missale, prout a Ponlilicali el Caeremoniali Episcoporum disponitur, non obstante quacumque consuetudine ?

2. An eadem Dignitas, ul supra, Episcopo Missam pontificalem celebranti in intimationibus Orationum, *Gloria in Excelsis Deo* et *Credo* teneatur auferre el imponere pileolum, toties quoties auferenda el imponenda esi mitra?

3. An similiter sustinere debe.il Missale, dum in Missa ab Episcopo thurilicalur Altare ?

4. Item, el Canonem Episcopo canente?

5. An eliam, antequam ab Episcopo legatur *Communio,* a cornu Evangelii ad cornu Epistolae transferre teneatur?

6. An in benedictionibus palmarum ac candelarum, Missale debeat pariter sustinere?

7. An die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, dum super sepulchra Coemeterii, seu ad castrum doloris, canuntur Orationes, eodem modo sustinere Missale teneatur?

S. R. C. censuil respondendum :

Ad 1. « Affirma live ».

Ad 2. < Spectare ad assistentem a dexteris ».

iAd 3. < Affirmativo ».

Ad 4. < Affirmative ».

t Ad 3. « Affirmative ».

i Ad (>. < Negative ».

Ad 7. « Negative ».

El ila declaravit. Die 8 Aprilis 1702.

2098. FANEN. (3G2G)

IURIÜM PAROGHIALIUM.

Excitatis inter Parochum el Patres Ordinis Minorum Convenlualium Montis Avii Fanen. Dioecesis quamplurimis controversiis, ac super iisdem ab Etiio et Rmo D. Card. Francisco Barbarmo infrascriplis dubiis in S. R. C. relatis :

1. An Patribus Conventnalibus in eorum Ecclesia cineres benedicere illosque populo distribuere in die prima Quadragesimae, in praeiudicinm inriiim Ecclesiae parochialis, liceal ?

2. An eisdem liceal in die Dominica Palmarum palmas benedicere illarumqne distributionem facere?

3. An eisdem liceal candelas benedicere populoque distribuere in Festo Purificationis B. M. V.?

4. An eisdem liceal facere Processionem extra ambitum et claustrum eorum Conventus?

5. R. C., ulraque parte lam in voce quam m scriptis informante audita, censuil respondendum :

Ad 1, 2 el 3. « Affirmative ».

Ad 4. « Non licere, nisi de licentia, vel probata formiler consuetudine ».

El ila declaravit el servari mandavil. Die 8 Aprilis 1702.

2099. HISPALEN. (3027)

Cum super controversiis Ecclesiae S. Crucis Conventus Tertii Ordinis S. Francisci de Jefes *tie hi Fionbru.* el Confralernilatem S. verae Crucis Hispalen. exoriis, relatis in S. R. C. infrascriplis dubiis, videlicet:

1. An Confralribus S. verae Crucis liceal celebrare, seu celebrari facere, Missam solemnem in Cappella S. loannis Fena \ maioris Hebdomadae?

2. An eadem die possint dicti Contraires monumentum construere in dicta Cappella, d in eo asset vare SSïiinm Eucharistiae Sacramenittin in sequentem diem Feriae VI in l'arasceve ?

S. R. C., exquisita prius el audita relatione Archiepiscopi Hispalen., < Negative in omnibus censuil respondendum ».

Cumque huiusmodi resolutioni non acquiescentes, Contraires S. verae Crin is praedicti obliuueiinl iterum audiri, et allegando suspecliim Archiepiscopum Hispalensem, lituras eliam pro Episcopo Cadicen. uli viciniori pro ulteriori informatione 'Ub die 23 Aprilis 1098 reportaverint ; nec non. pendente hoc recursu, audacter el de farto construere fecerim murum dtvisorium intei navim principalem Ecclesiae, ubi silum est Allai t· maius, ac alleram in cornu Epistolae, in qua reperilur erecta eorumdem Confratriim Cappella: reproposilis modo in S.R.C. ab Emo el Rmo D. Card. Colloredo suprascriplis dubiis, una cum relatione Episcopi Cadicen ac omuibiis, post eorumdem supra recensitam divisionem, inde sequelis ;

S. R. C., lain in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuil respondendum : < hi decisi^ sub die 20 Decembris 1G92, et amplius; et Archiepiscopus purgare omnino faciat attentata, cum reductione Ecclesiae ad primum statum, sumptibus Confralernilalis ». El ita decrevit et servari mandavil. Die G Maii 1702.

AullUMiUcji s K. C. — Vu). I.

2100. SARNEN. (3G29)

FUNCTIONUM ET CONTRIBUTIONIS.

Eo sub praetextu, quod ex longaeva consuetudine ad exteros ministros pei Ordinarium deputandos spectaret, Canonicis Ecclesiae Calhedralis Samen. Altari pro Diacono et Subdiacono ministrare recusantibus, cum S. R. C., ad instantiam Episcopi sub die Io Septembris 4001, Canonicos semper et quandocumque teneri declaraverit; et successive, iterum auditis Canonicis : in decisis responderit, et amplius causam proponi veinent'. cumque anno 1093 udem Canonici ex gratia S. R. C. ad exercendum munus Diaconi et Subdiaconi facultatem sufficiendi propriis expensis duos Presbyteros non de gremio Capiiuli obtinuerint ; ipsisque praetendentibus modo ad contributionem salarii, quod pro virili el peculiariter praefatis ministris ab ipsis substitutis iuxta conventionem persolvitur, Dignitates eiusdem Cathedralis etiam teneri ; ab Emo el Riiio D. Card. Gabriello in S. R. C. adversas easdem Digmlales infrascripta dubia proponi curarunt :

1. An Primicerius, Archidiaconus, Cantor et Archipresbyter >inl Dignitates m Ecclesia Calhedrali Sarnensi ; et ulterius, an sint eliam Canonici ? el quatenus affirmativo,

S. An eaedem censeantur comprehensae in Decreto seu Decretis huius S. C., in quibus dictum fuil, Canonicos semper ei quandocumque teneri ad exercendum officium Diaconi et Subdiaconi m Missis Solemuibus ei Conventualibus?

3. An diclae Dignitates teneantur consolvere pro salario duobus Presbyteris a Canonicis assignato, pro explendo munere Diaconi el Subdiaconi in praedictis Missis? el quatenus negative,

i. An praedictae Dignitates teneantur per se ipsas explete dictum munus Diaconi el Subdiaconi?

ii. An praedictae Dignitates teneantur descendere et assistere ad Leclorile?

El S. R. C., ulraque parte lam in voce quam m scriptis informante audita, respondendum censuit ;

Ad i. « Quoad primam partem, Affirmative; quoad secundam, Negative».

\d « Negative ».

Ad 3. < Non lenert ».

Ad « Non teneri ».

Ad « Ut ad proximum ».

El Ha decrevit el servari mandavit. Die I Iulii 1702.

Jo

2101. CAMERINEN. (3031)

Sacerdote \/> naulio Pellegrini Monialium Monasterii S. Romualdi Terrae Fabriam Cameriuen. Dioecesis Confessario humiliter apud S. R. C. supplicante declarari :

\n in die Vestilionis cl Professionis Monialium, recurrente Festo Sanctorum Apostolorum Petri el Pauli, sive quolibet alio duplici, el Dominicis per annum, liceat celebrare Missam de Spiritu Sancio ?

S. R. C. respondit: < Negative ». Die 26 Augusti 1702.

2102. FANEN. (3632)

Super controversiis inter Episcopum el Canonicos Ecclesiae Calhedralis Civitatis Fani nuper exortis, ab Emo et Rriio D. Card. Colloredo in S. R. C. infrascriplis dubiis propositis :

1. An et quot el quales Canonici el Dignitates ex praeseniibus in Ecclesia, et impeditis in actuali servitio Chori, teneantur excipere ad ostium Ecclesiae, illucque associare Episcopum rochetlo el mozzetla indutum, quando accedit, nl intersit benedictioni SSriii Sacramenti aliisque functionibus ecclesiasticis ?

2. An el quot el quales Canonici sive Dignitates ex praesentibus in Ecclesia, non tamen impeditis in actuali servitio Chori, teneantur excipere el associare Episcopum, ul supra?

3. Quando in expositione SSmi Sacramenti Episcopus assistit cum rocheilo et mozzetla in suo faldfelorio sive genuflexorio, an ad ipsum pertineat impositio thuris in ihuribulo, vel polius ad Canonicum Hebdomadarium pluviali indutum facientem functionem? el quatenus pertineat ad Episcopum,

4. An eidem thus imposituio ministrari debeat navicula el cochlear a Magistro Caeremoniarum, vel polius a digniore ex capitularibus praesentibus ?

5. An Canonicus Hebdomadalius pluviali indutus ante SSfhum Sacramentum solemnitei expositum, permanere debeat genuflexus .mle Altare, etiamsi una cum Cappellanis assistentibus lerga vertat Episcopo ante idem \ltarc genuflexo in suo faldislono sive geuuflexorio, per quatuor vel quinque passus distanti, vel potius debeat permanere genuflexus a cornu Evangelii/

El 6. An Episcopo rocheilo el mozzetla induto, ac genuflexo in no faldistorio sive genuflexorio ante SSiiinm Sacramentum, assistere debeanl duo Canonici unus ad dexteram alius ad sinistram, vel potius omnes simul in stallis suis choralibus intéressé?

S. R. C., lain in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuil respondendum :

Ad 1. < Teneri duos Canonicos ».

Ad 2. « Sallem duo ».

Ad 3. el 4. < Dilata ».

Ad 5. « Aflirmalive quoad primam partem : Negative quoad secundani ».

Ad 6. < Negative, quoad pinnam pariem; Aflirmalive, quoad secundam ».

El ila declaravit el servari mandavil. Die 26 Augusti 1702.

2103. IANUEN. (3633)

Inter Promolorem Fiscalem Curiae Arl hiepiscopalis lanuae, el Capitulum cl Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Mariae cl Sanctorum Fabiani et Sebasliani Carignani eiusdem Civitatis, super delatione Crucis tripartitae, seu Palriarchalis, exortis nuper controversiis, eisque ad S. R. C. ab Auditore SSmi remissis, ab Emo et Rmo D. Card. Francisco Barbarino super delatione Crucis praedictae infrascriplnm dubium propositum fuit: An scilicet Capitulum el Canonici Ecclesiae Collegiatae S. Mariae et Sauciorum Fabiani el Sebasli.ini Carignani, cum Cruce tripartita seu Patriarchal! in Processionibus el aliis actibus valeal intervenire?

S. R. C., lain in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuil respondendum: « Non licere ». El ila decrevit el servari mandavit. Die 26 Augusti 1702.

2101. REGNI LUSITANI. (3635)

Patribus Oratorii Sindi Philippi Nerii Congregationis Lisbonen. humiliter a S. R.C. supplicantibus declarare :

Utrum in die Feslo Nativitatis Domini Nostri lesu Christi in prima el secunda Missa debeat fieri purificatio Calicis?

S. R. C. respondit: « Non debere ». El ila declaravit. Die 16 Septembris 1702.

2105. LARINEN. (3636)

Iuter Episcopum Civitatis Larini et Diiam Mariam CaralTa eiusdem Civitatis Prim ipissam, super praelensa in Missis solemnibus ihurificalione et pace, exorta controversia proposiloque supei eadem in S. R. C. ab Eiiio el Riim Dom. Cardinali Gabiiello in frasi ripto dubio, videlicet:

An, stante praelensa consuetudine im-

memorabili thurificandi el dandi pacem Ducissae Casaecalendae, et Principissae Larincn., sil eidem continuandus el permillendus talis honor?

S. R. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuil respondendum: < Negative ». El ila decrevit et servari mandavit. Die 9 Decembris 1702.

2106. FANEN. (3642)

Super controversiis inter Promolorem Fiscalem Cunae episcopalis atque Capitulum el Canonicos Civitatis Fanensis exortis, ex sex dubiis sub die 26 Augusti anni 1702, ab Emo et Riho D. Card. Colloredo relatis, dilata resolutione super lerlio el quarto, nempe :

3. An, quando in expositione SS. Sacramenti Episcopus assistit cum rochetto et mozzetla in suo faldistorio vel gt nuflexorio, ad ipsum perlineal impositio thuris, vel potius ad Canonicum Hebdomadarium pluviali indutum facientem functionem?

4. An, quatenus perlineal ad Episcopum, eidem thus imposituro ministrari debeat navicula et cochlear a Magistro Caeremoniarum, vel polius a digniore ex capitularibus praesentibus ?

Reproposilis modo ab Emo et Riho D. Card. Colloredo supradictis dubiis;

5. R. C., lam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, respondendum censuil:

Ad I. alias 3.: «Perlinere ad Episcopum, quatenus assistat saltem cappa indutus; sin minus, ad Hebdomadarium ».

Ad 2. alias 4.: « A digniore Canonico, non Dignitate, quando Episcopus accedit cum cappa, ministrandam esse naviculam ».

El ita declaravit ac servari mandavit. Die 31 Martii 1703.

2107. NERIEN. (3043)

\nlonio Campanella Plebano Ecclesiae Parochialis S. Iuliae loci Nuntiae Nebieu. Dioecesis a S. II. C. humiliter supplicante declarari :

\n ab Episcopo possil cogi ad submistrandum \innm, hostias, paramenta et celera ad celebrandum necessaria Presbyteris in loco Nuntiae commorantibus, et in praedicta Ecclesia parochiali celebrare volentibus ?

S. R. C. respondit : « Dandum esse Decretum m Aegitanien. sub die 10 Iunii 1602 editum (ad 3.); nempe Episcopum non posse cogere Rectores, sed hortari ; el Rectores recte facturos, si monitionibus et hortamentis Episcopi pareant ». El ita declaravit. Die 31 Martii 1703.

210«. POMPEII STVBIAE. 3644)

Episcopo Civitatis Pompeii Stabiae pro declaratione infrascripli dubii apud S.R. C. enixe supplicante: An Canonici Ecclesiae Calhedralis interessentes concionibus, praesertim quadragesimalibus, debeant esse induti habitu canonical), dum sedent in propriis stallis?

S. R. C. censuil : « Affirmative » respondendum. Et ita de< laravil. Die 31 Martii 1703.

2109. SALERNITANA PROCESSIONIS. (3646)

Inter Clerum tam Saecularem quam Regularem el Confralernilales status Serini Salernitanae Dioecesis ex una, et Parochum SS. Petri el Pauli ac Universitatem Casalis S. Luciae status Serim praedicti ex altera partibus, super modo peragendi Processionem die Festo SS. Corporis Christi controversiis exortis ; ex parte Cleri Um Saecularis quam Regularis et Confraternitalum praedictorum , attentis irrationabilitate supra recensitae Processionis resultante ex via sex milliarium mensuratae longitudinis difficillima, incommoda, sepibus ic (luminibus impedita, per quam dirigenda esi Processio; nec non quamplurimis abusibus, qui m lam longo itinere et adeo difficili m ea peragenda irrepserunt : num pro abolitione dictae Processionis, ila nl imposternin viro eiusdem unicuique ex Parochis cum suis Clero et Confraternilatibus in dicta die Solemnitalis Corporis Christi intra limites propriae Parochiae Processionem peragendi facultas benigne concedatur humiliter a S. R. C. supplicatum fuit.

Et S. R. C., ad rei itionem EiTii el Rmi 1). Card. Gabrielli, relatione \rchiepiscopi et partibus lain in voce quam in scriptis informantibus auditis, censuil : « Processionem non esse permittendam eo modo, quo nun· peragilui ; sed faciendam iuxla modum ab Archiepiscopo praescribendum». El ita decrevit ei servari mandavil. Die 31 Martii 1703.

2110. GIENEN. (3647)

Elbi et Rmi D mini, Episcopus Giemn. EE VV. devote exponit in Civitate de An-

dinar soi Episcopatus adesse Confralerni-Ulem 'ub denominatione lesu Nazareni, in Conventu PP. Calceatorum SSmac Trinitatis legitime erectam: quae usque a longaevo tempon consuevit qualibet Feria VI maioris Hebdomadae sumniu mane in recolilionem SS. Passionis Domini Nostri lesu Christi devotam facere Processionem , deferendo solemniler 1res imagines, alleram eiusdem I). Nostri lesu Christi Nazai em habentis supra caput coronam spineam, supra humeros Crucem ligneam el iu collo limem ex sparto, sive cannabe de more compositam; alteram B. M. V. sub titulo *dellu Solitudine;* et S. loannis Evangehslae alleram, sme ulla prorsus pompa el procaci venustate. Anno autem 1701, recedendo ab hoc solito, el inconsulto ipso oratore, inhoneste nimis el indecenti luxu per dictam Civitatem incessit, exponendo el respective gestando dictam effigiem Salvatoris Nostri cum dicta Cruce super humeris undique argento subsuta el totaliter cooperta, cum capillamentis cincinnalis, cum corona non amplius spinea sed argentea, cum fune non ex sparto seu ex cannabe sed ex funiculis aureis inlexlo el varus ornato geminis et adamanlinibus; el quoad alias imagines B. Mariae Virginis et S. loannis, uiramque composuit quibusdam indumentis totaliter impropriis, scilicet coloris rosei, el aliis profanitatibus prorsus damnabilibus·, quin dictus orator in sequenti anno 1702, antequam immineret designata dies dictae Processionis peragendae, virtute suorum lurium praeceptive mandavit, ul Confralres ab illicita pompa se abstinerent. Hoc tamen non obstante non cessant ipsi m hoc vano luxu persistere, et licet satis superque provisum sil pei Decretum Sacrosanctae Tndenlioae Synodi (Sess. XXV, De invocationi , veneratione el Reliquus Sanctorum, el sacris imaginibus) sancientis: *Lt procaci venustate imayines non pinyantui nec ornenlui <lc. fustiemo, lania circa haec diligentia et cum ab Episcopis adhibeatur, ut* ni/nl *inordinatam, aut praepostere ct tumultum te accommodatum, nihil ptufanum, nihil inhonestum appaual;* nihilo tamen minus idem orator, cum propriae conscientiae 'limulis 'H agitatus, ad tutius agendum ab EE. VV. humiliter declarari exposcit: Num huiusmodi vana el lasciva foi ma deferendi imagines in die lam memoranda, sil toleranda, ac respective permittenda?

S. R. C- respondit: « Episcopus Processionem, ut praeferlut, omnino prohibeat ». Die 28 Aprile» 1703.

2111. SEGUNT1NA. (3049

Super modo recipiendi in die Purificationis, Feria IV Cinerum el Dominica Palmarum, candelas, cineres el ramos inter Canonicos el Porlionarios Ecclesiae Calhedulis Segunlinae controversia nuper exorta; proposiloque in S. R. C. ab Emo et Biim Dom. Card. Gabriello infrascriplo dubio;

An Portionaril Ecclesiae Segunlinae in die Purificationis, Feria IV Cinerum et Dominica Palmarum recipere debeant candelas, cinere·» et ramos cum inclinatione tantum vei.'iis Celebrantem, ad instar Canonicorum ; an vero teneantur eliam adhibere genullexionem cum osculo manus, in casu el ad effectum etc.?

S. R. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuit respondendum : « Negative, quoad primam partem; Affirmative, quoad secundam ». El ila declaras il et servari mandavit. Die 28 Aprilis 1703.

2112. SUTRINA (3680)
PRAEEMINENTIARUM.

Contendente Redore Ecclesiae Parochialis S. Silvestri Civitatis Sutrinae, m funeribus sui parochiam, m Processionibus el aliis functionibus ecclesiasticis, praesentibus Capitulo el Archipresbylero Ecclesiae Calhedralis eiusdem Civitatis, sibi competere nonnullas praeeminendas; hinc super eisdem controversiis exortis, Capitulum una cum \rchipresbytero pro declaratione infrascriplorum dubiorum humiliter supplicavit :

1. An Parochus S. Silvestri teneatur accedere ad Calhedralem ad levandum Capitulum Calhedralis pio associando cadavere 'ili parochiam defuncti, vel paro· hiani Calhedralis sepeliendi in dicla Parochiali, vel m quacumque alia Ecclesia eliam Regularium, quando Capitulum intervenit in associatione ?

2. An eliam Regulares, in casibus praedicti', teneantur prius accedere ad Calhedralem ad levandum Capitulum, non autem ad Parochialem S. Silvestri ?

3. An Capitulum ei Canonici non solum in via, sed eliam in propria Ecclesia parochiali, praecedere debeant ipsi Parocho tn funeribus el alus functionibus, non obstante praelen&i contraria consuetudine ?

4. An Parocho praedicto tam in via quam in Ecclesia parochiali, quando associat ra-

davera suorum parochianoriim, prohibita sit erectio propriae Cruris, praesente Capitulo Calhcdralis ?

B. An liceal dicto Parocho, occasione Processionum, discedere a sua Parochia, accedere el transire per Parochiam Calhedralem cum Stola el Cruce erecta, et simili modo redire ad suam Parochiam: vel potius debeat in Cathedrali deponere Crucem et Stolam?

0. An deceat Capitulum et Canonicos assistere praedicto Parocho solemniler celebranti m Festivitatibus SS. Annae et Silvestri, quando invitatui ad Ecclesiam parochialem : an vero unus de Capitulo debeat Missam cantare? (1)

El S. R. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, ad relalionem Emi el Riin Dom. Card. S. Clementis, lespondendum censuil:

Ad 1. < Affirmative ».

Ad 2. « Affirmative ».

Ad 3. « Affirmative , praeterquam in actu faciendi Officium, quod special ad Parochum ».

Ad 4. « Affirmative , praeterquam in aciu peragendi Officium ».

Ad fi. « Affirmative, quoad primam pariem ; Negative, quoad secundam ».

Ad 6. < Affirmative, quoad primam partem; Negative, quoad secundam».

El ila declaravit et servari mandavit. Die 28 Aprilis 1703.

2113. CONCORDIAE. (36B1)

P. Alexandro Alexandrino Ordinis Praedicatorum Congregationis Veneliarum infrascripla dubia a S. 11. C. humiliter supplicante declarari :

1. An, non obstante Bulla s. m. Urbani Papae VIII de observatione Festorum, edita 13 Septembris 1042, vigeant el observari debeant Festa illa, quae confirmata erant voto alicuius Communitatis ?

2. \n Episcopus in sua Dioecesi Festa praedicta possit confirmare, adeo ul sint obligatoria, et alia Festa instituere de praecepto praeter illa quae m dicla Bulla expressa sunt?

El S. K. C. censuil respondendum:

Ad 1. « Festa ex volo personas lanium voventes leneri observare, iuxta declarationum S. R. C., dio 18 \pnlis 1643, cum approbatione Sanctissimi ».

Ad 2. < Negative ». F.t ila declaravit. Die 23 lunii 1703.

Jill. C0BT0NEN. (3652)

Super controversiis inter Episcopum, Capitulum et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Civitatis Cortonae nuper exortis, ex parte Capituli el Canonicorum humiliter penes S. It. C. supplicatum fuit pro concessione hierarum remissori.dium, ad effectum probandi tam consuetudinem immemorabilem ducendi Processiones per plateam Civitatis aliasque vias nobiliores, quam alteram praeintonalionis *Gloria in txcehit D<0* el *Cretio* usque adhuc Canonicis solemniler celebrantibus factae; el ab Emo el HAo Dom. Card. Gabriello proposilo dubio: An sini concedendae Lilerae Remissoriales m casu elc. ad effectum etc. ?

S. R. C., tam in voce quam m scriptis partibus informantibus auditis: < Neutras concadendas esse, et Canonicos teneri intonare absque alia praeintonatione », respondendum censuil. El ita decrevit et servari mandavii. Die 23 lunii 1703.

2115. MONTIS ALTI. (3654)

Remissa ad S. R. C. ab Auditore SS. Domini Nostri Papae Clementis XI cognitione controversiae inter Episcopum et Gubernatorem exortae super praetcnsa a Gubernatore manulentione sedendi in Presbyterio e conspectu Episcopi in functionibus ecclesiasticis; propositoque ab Enio el Ribo 1). Card. Colloredo super praemissis infrascriplo dubio: An Gubernatori Montis Alti liceat relinere Sedem intra Presbyterium e conspectu Episcopi?

S. R. C., licet ex parte Gubernatoris pro dilatione resolutionis inslitum fuerit, Episcopo tam m voce quam in scriptis informante tantum audito, censuit respondendum: «Negative». Ei it i decrevit et servari mandavit. Die 23 lunii 1703.

2116. SQUILLACEN. (36B5)

Inter Canonicos Ecclesiae Collegialae el Clerum ex una, et Monasterium ac Monachos S. loannis Theresli Ordinis S. Basilit Magni Oppidi Stili Sqtiillacen. Dioecesis ex altera partibus, super praelonsa a Monachis praedictis exemptione ab accessu ad publicas Processiones, nec. non praecedentia supra Clerum Regularem in Processionibus fieri consuetis cum delatione Reliquiarum

(1) E Dul>. 7

S. Ioannis Theresti, controversiis exortis risque ad S. H. C. delatis; tandem ab Eiûo et Rmo Dont. Card, Gabriello infrascriplis propositis dubiis:

1. \n Monachis S. Ioannis Theresti Ordini' S. Basilii Magm teneantur accedere ad poblicas Processiones, quae infra annum habentur, iuxla ritum Ecclesiae?

2. An dicli Monachi teneantur accedere ad alias Processiones exliaordinarias, quae pro aliquo bono publico fieri acciderent, etiam cum delatione Reliquiaium dicli S. Ioannis Theresti, quae asservantur in Ecclesia eonimdera Patrum, talique casu debealui praecedentia Clero Saeculari etiam in atrio Monasterii ?

S. R. C., lam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, respondendum censuit :

Ad i. < Affirmative ».

Ad 2. « Quoad primam el tertiam partem Affirmative; quoad secundam vero partem Negative, idesl Monachos non posse compelli ad deferendas Reliquias S. Ioannis Theresti; quod si illae Reliquiae deferantur, deferenda.' esse per Monachum iucedentem in loco digniori ».

El ita decrevit el servari mandavit. Die 23 Iunii 1703.

2117. URBIS ET ÜRBIS. (3G57)

Occurrentibus anno proxime venturo 1704 dte prima mensis Maii Festo Ascensionis Domini Nostri lesu Christi el allero Sanctorum Apostolorum Philippi el lacobi, dubitatum fuit super Missa celebranda in Ecclesiis, in quibus dies Festus praedictorum Sanctorum Apostolorum ad tempus non Paschale transferri contingat.

El S. R. C,, re mature discussa , consuit: «Celebrandam esse, proul iacet in Missali, demptis tamen in omnibus partibus eiusdem Missae, *Alleluia,* ratione tempori' Paschalis in eadem appositis ». El ila declaravit el sen an mandavit. Die 23 Iunii 1703.

2118. PISAUREN. (3661)

Fratre lacobo de Monte lano Ordinis Minorum dc observantia S. Francisci Conventu' a Monte *Baioccio* Pisauren. Dioecesis, humiliter supplicante a S. R. C. declarari: An Sacerdotibus liceat deferre manulergiuin supra Calicem, lam eundo quam redeundo ah Altari?

S. R. C., ad relationem Eihi el Rmi D. Card. Gabriellt omnibus maturo perpensi' ac consideratis, censuit respondendum :

Ad 1. « Affirmative vigore communica lionis privilegiorum, non consuetudinis, el in locis propriae iurisdiolionis ».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. « Adeat SSihum ».

Ad *'i.* « Cum SSiho pro induito ».

El tla respondit el declaravit. Die 22 Septembris 1703.

2119. NULLIUS. FULDEN. (31103)

Proposito per D. Abbatem Fuldensem Ordinis S. Benedicti Nullius Dioecesis cum Territorio separato Provinciae Moguntinac, quod Abbatiae Fulden. per Breve speciale s. m. Urbani VIII communicata fuet uni omnia privilegia Montis Cassini ; idem dubitans modo de nonnullis, ad infrascripla dubia respondere S. R. C. humiliter supplicavit :

1. An ad facilitatem consecrandi el benedicendi supradiclo Abbati Fulden. sulfragotur communicatio privilegiorum Montis Cassiuen.; vel, si adesset consuetudo immemorabilis, eum posset iuvare? el quatenus affirmative,

2. An Vicario.Generali delegari potuerit el possit lam benedictio paramonlorum el utensilium Allans, quam consecratio Campanarum aliarumque rerum in quibus unctio sacri Chrismatis intervenil? el quatenus negative quoad alterutrum, vel ulrumque, (1)

3. An in casibus supra recensitis opus sil, et possit provideri dignitati Abbatial! el Vicario Generali specialibus induitis?

'i. An possit suis subditis, vigore eiusdem Brevis, Sacramentum Confirmationis conferre ?

El S. R. C., ad relationem Eihi el Rmi D. Card. Gabriellt omnibus maturo perpensi' ac consideratis, censuit respondendum :

Ad 1. « Affirmative vigore communica lionis privilegiorum, non consuetudinis, el in locis propriae iurisdiolionis ».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. « Adeat SSihum ».

Ad *'i.* « Cum SSiho pro induito ».

El tla respondit el declaravit. Die 22 Septembris 1703.

2120. GERUNDEN. (3B6fi)
IURIS OFF1C1ANDI.

Cum super controversiis inter Dignitates, Capitulum el Canonicos Ecclesiae Calhedralis Gerunden. exortis, inter alia dubia ab Efno el Riho D. Gard. Colloredo, sub die 13 Augusti 1701 proposita, super secundo :

An scilicet, nolente vel impedito Episcopo celebrare m solemnilalibus maioris Hebdomadae, Paschalis, Pentecostes ac celeris expressis m Caeremoniali Episcoporum, ei signanter bb. 2, cap. 34, § 2, proul etiam

(1) E. Dub. 3 ei V

occasione Processionum Corporis Christi et similium; lam istae quam ceterae functiones expleri valeant in eius locum a Vicario Generali, sive Canonico statore Episcopi, sive Canonico Hebdomadario, sive alio quorumque Canonico, vel potius peragendae sint a prima Dignitate, islaque impedita, ab aliis ordine successivo?

S. R. C. responderit: «Dilata»; el postea, sub die 11 Februarii 1702, reposilo ab eodem Efno el Riiio Doni. Card Colloredo supradicto dubio: « Spectare ad primam Dignitatem, eaque impedita, gradatim ad alias Dignitates», responsum luerit; obtenta subinde ex parte Capituli et Canonicorum praedictorum nova audientia, ac eisdem literis remissorialibus concessis, ad effectum probandi asset lam immemorabilem, contigit in praesenti disputari dubium :

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

Eoque ab Emo et Riiio D. Card. Colloredo proposito,

S. R. Ç., utraque parte lam in voce quam in scriptis acerrime informante audita : « Standum esse censuit in decisis ». El ita declaravit ac servari mandavit. Die 24 Novembris 1703.

2121. H1SPALEN. ^GGG)

Petro Francisco Episcopo Lacedemoniae Suffraganeo et Auxiliario Archiepiscopi Hispalensis demisse supplicante declarari:

An ipsi, uti Archidiacono el Canonico Ecclesiae Metropolitanae Hispalensis, liceat ingredi Chorum el Capitulum cum superpelliceo el habitu Canonical!?

S. R. C. censuit : « Teneri incedere cum habitu episcopali ». Die 24 Novembris 1703.

2122. M1NDONIEN. plGG7)

Ad enixas instantias Episcopi Mmdonien., ab Eiiio el Riho D. Card. Colloredo infrascriplo supplici libello m S. R. C., proul iacel, relato, videlicet :

Emi ei Rihi Dom., Episcopos Mmdonien. devotus El·. VV. orator humiliter exponit, quod cum ipse pro prima vice voluisset anno praeterito Feria V in Coena Domini conficere et consecrare Olea sacra, reperiit el vidit quod duodecim Presbyteri assistentes nedum inspirabant, sive halabant super os ampullarum el saluiabanl eadem Olea sacra, sed ulterius illa exorcizabant , benedicebant, oratione·, legebant celerasque omnes caeremonias faciebant ad instar ipsius Episcopi ; idque ila servari audivit vigore antiquissimae consuetudinis innixae certo Caeiemoniali olim edito a bon. mem. Christ.(phoro Valtodano Episcopo Valentino, el impresso anno 1563, quod pariter ob>ervan asseritur in aliquibus alus Ecclesiis Regnorum Hispaniarum.

Verum quia huiusmodi consuetudo in eo, quod pertinet ad exorcismala, benedictiones et orationes, videtur u pugnare formae praescriptae in Pontificali Romano, quod s. m. Clemens VIII districte praecipit observari in omnibus universi Orbis Ecclesiis, privative quoad omnia alia Caeremonialia el Pontificalia, derogando insuper quibusvis consuetudinibus ;

Ideo Episcopus oralor, ad tollendas imposleium quascumque controversus inter ipsum et Capitulum suae Cathedralis Mindonien. supplicat humiliter EE. VV., quatenus dignentur declarare : An in futuris Consecrationibus sacrorum Oleorum servari debeal supradicta consuetudo et Caeremoniale Episcopi Vallodani, sicuti hactenus fuil observatum, vel potius sil observanda forma designata a Pontificali Romano, nempe quod duodecim Presbyteri Episcopo assistentes debeant tantummodo assistere Consecrationi, ac debito tempore inspirare seu halare et respective salutare eadem sacra Olea, non autem possint illa exorcizare el benedicere nec non orationes legere vel proferre cum Episcopo.

S. R. C., omnibus bene perpensis ac consideratis, censuit: < Servandum esse Pontificale Romanum ». El ita decrevit ac servari mandavit. Die 24 Novembris 1703.

2123. URBIS ET ORBIS. (3G70)

Iurium parochialium functionum el praeeminеiitiarum inter Parocho» et Confia leniitates laicorum eorumque Cappellanos et Officiales.

Ad debitum imponendum finem controversiis, quae inter Parochos el Confr.ilei nilales saeculares earuinque Cappellanos el Officiales super iuribus parochialibus el functionibus ecclesiasticis, nonnullisque praeennnentiis seu praerogativis frequenter exoriri solent, iu S. R. C. ab Eriio el Rmo D. Card. Colloredo propositis infrascriplis dubiis, videlicet :

1. An Confralernilales laicorum légitimé erectae in Ecclesiis parochialibus habeant dependentiam a Parocho in explendis functionibus ecclesiasticis non parochialibus?

2. An dictae Confraternitales erectae in Cappellis vel Oratoriis lain publicis quam privatis, adnexis parochialibus Ecclesiis et ab eis dependentibus, habeant dictam dependentiam a Parocho quoad ditias functiones ?

3. An Confraternitales erectae in aliis Ecclesiis publicis habeant quoad easdem functiones aliquam dependentiam a Parocho, intra cuius Parochiae limites sitae sunt Ecclesiae ?

i. An Confraternitales erectae in Oratoriis tum publicis tum privatis seiunctis ab Ecclesiis parochialibus, quoad dictas functiones ecclesiasticas habeant dictam dependentiam a Parocho?

5. An benedictiones el distributiones ‹andelarum, cinerum el palmarum sint de turibus mere parochialibus?

6. An benedictiones Mulierum post parium, Fontis Baptismatis, Ignis, Seminis, Ovorum et similium sint de iuribus mere parocbiaiibus?

7. An functiones omnes Hebdomadae Sanctae sint de iuribus mere parochialibus?

8. An celebratio Missae solemnis Feria V in Coena Homini sil de dictis iuribus parochialibus ?

9. An prima pulsatio Campanarum in Sabbato Sancto sii de diclis iuribus parochialibus?

19. An celebratio Missarum solemniiim per annum, sive pro vivis sive pro defundis, sil de diclis iuribus parochialibus?

H. An expositio quadraginta horarum el benedictio, quae fit super populo, sil de dictis iuribus mere parochialibus?

12. An expositio, quae lit cum Reliquus et Sacris Imaginibus, el benedictio quae cum eis fit super populo, sil de diclis iuribus parochialibus?

13. An functiones in praecedentibus ocio dubiis, videlicet a dubio 5 ad 12 expressae, peragi possinl in Oraloriis privatis, conlradicenic Parocho?

14. An in diclis Oratoriis privatis Confralernilalum per Confratres statis horis recitari possinl Horae Canonicae cum cantu vel sine cantu, absque alia licentia Parochi?

ii». An in didis Oraloriis privatis sil linia celebratio Missae privatae, assvnlienle Ordinario loci, el conlradicenic Parocho?

ili. An Cappellani Confralernilaium possint populo denunciare Festivitates et Vigilias occurrentes in hebdomada, absque licentia Parochi ?

17. An Parochus, invitis Confralnbus, docere possit Hoclrinam Christianam in praedictis Ecclesiis el Oraloriis publicis vel privalis, a Parochiali divisis el separatis?

18. An in diclis Ecclesiis publicis Confralerniialum possinl haberi publicae conciones, eliam per totum cursum Quadragesimae vel Advenias, cum liceniia Ordinarii et absque liceniia Parochi ?

19. An in eisdem Ecclesiis possit celebrari Missa sive leda sive cantata, unie Missam Parochialem sive ledam sive cantatam ?

20. An ad Parochum speciet facere Oflicium funebre super cadaveribus sepeliendis in diclis Ecclesiis el Oraloriis publicis Confralernilaium ?

21. An intra ambitum earumdem Ecclesiarum fieri possinl Processiones, iuxla cuiusque Confraternitalis Institutum , absque interventu vel liceniia Parochi ?

22. An eaedem Processiones fieri possinl extra ambitum dictarum Ecclesiarum, absque liceniia illorum Parochorum, per quorum leiriloriuin transeundum est ?

23. An m diclis Processionibus Cappellani Confralernilaium possint deferre Stolam ?

24. An Episcopi» accedenti ad Ecclesias publicas Confralernilaium quae non sini Regularium, neque proprium Rectorem Benelicialum habeant, porrigendum sil aspersorium a Parocho, in cuius territorio sunt sitae diciae Ecclesiae?

25. An earumdem Ecclesiarum et Conlralernilalum Rectores et Cappellanos possit Parochus, cessante speciali ac legitimo titulo et ex solo iure parochiali, compellere invitos ad assistendum functionibus Ecclesiae parochialis ?

2G. An in didis Ecclesiis Confralernilaium, neque Parochialibus neque Regularibus, retineri possit SS. Eucharistiae Sacramentum sine speciali Induito Sedis Apostolicae ?

27. Praesupposila facultate relinendi, an possit infra annum publice exponi sine licentia Ordinarii?

28. An possit Parochus se ingerere in idiniuisIraiione oblationum, eleemosynarum in diclis Ecclesiis collectarum, vel capsulae pro illis recipiendis exposilae elavem relinere?

29. An in Ecclesia parochiali Confratres vel eorum Cappellani immiscere se valeant, invito Parocho , in eiusdem Ecclesiae functionibus, sive parochialibus sive non parochialibus?

30. An Confraternitales, sive sini erectae m Ecclesia parochiali sive extra illam, possinl pro libitu el iuxla uniuscuiusque peculiaria sialula Congregationes suas facere, absque interventu vel licentia Parochi?

31. An possinl propria bona administrai e ac de illis disponere, absque ulla dependentia a Parocho?

32. Quando Parochus eisdem Congregationibus intersit de mandato Ordinarii, el tamquam eius delegatus, an possil suffragium decisivum ferre? el quatenus affirmative,

33. An eliam suffragium duplex?

S. R. C., re mature discussa, respondendum esse censuil:

Ad 1. « Affirmative ».

Ad 2. « Affirmative ».

Ad 3. « Negative ».

Ad 4. « Negative ».

Ad 8. « Negative ».

Ad 6. «Negative; sed benedictionem Fontis Baptismale fieri debere a Parochis ».

Ad 7. < Negative, prout iacel ».

Ad 8. « Negative, prout iacel; sed spectare ad Parochos ».

Ad 9. « Negative, prout iacel, >ed spectare ad Ecclesiam digniorem ad formam Constitutionis Leonis X n. 22, § 14 ».

Ad 10. * Negative, prout iacel; sed licere Conlratribus dumtaxat in Festivitatibus solemniuribus eiusdem Ecclesiae vel Oratorii ».

Ad 11. «Negative».

Ad 12. «Negative; el quoad benedictiones cum Reliquiis et Imaginibus serventur Decreta ».

Ad 13. * Satis provisum m superioribus ».

Ad 14. «Affirmative; nisi aliler Ordinarius statuat ex rationabili causa ».

Ad 15. « Affirmative ».

Ad Iff. « Affirmative ».

Ad 17. « Negative ».

Ad 18. « Affirmative ».

\d 19. « Negative; nisi aliler Episcopus disponat ».

Ad 20. « Affirmative, quando tumulandus esi sublectus Parocho, intra cuius lines est Ecclesia vel Oratorium ».

Ad 21. « Affirmative ».

Ad 22. « Negati'e, nisi adesset licentia Episcopi ».

Ad 23. < Negative extra propriam Ecclesiam ».

\d 24. « Negative ».

Ad 25. < Negative ».

Ad 20. « Negative ».

Ad 27. « Negative ».

Ad 28. « Negative ».

Ad 29. « Negative ».

Ad 30. «Affirmative, dummodo non impediant functiones et divina Officia ».

Ad 31. « Affirmative ».

Ad 32. « Negative ».

Ad 33. « Negative ».

El ita, salvis tamen conventionibus el pactis m erectione Confialernilatum forsan fartis, concordiis inter partes mills el a S. Sede approbatis, Induitis, Constitutionibus synodalibiis el provincialibus, consuetudinibus immemorabilibus vel saltem centenariis, declaravit ac decrevit; « Si SSfno Domino Nostro videbitur ». Die 10 Decembris 1703.

El facia deinde per me Secretarium de praedictis Decretis SSmo Domino Nostro relatione, praevia eorumdem integra lectura, « SS. laudavit benigneque approbavit, et publicari et, non obstantibus quibuscumqiie ahis in contrarium facientibus, servari mandavit ». Die 12 lanuarii 1704.

2124. CAMERINEN. (3671)

In memoriam quod insignis Terra Fabriani Camerinen. Dioecesis a tremendis terrae periculis fuerit specialiter praeservala, m Consilio generali ipsius Terrae emanatis Decretis, ul pervigilium Purificationis Ihiiae Virginis el Festus dies S. Romualdi Abbatis Patroni minus principalis, etiam in toto comitatu, perpetuis futuris temporibus de praecepto observaretur et respective coleretur; ex parte Magistratus Terrae praedictae pro approbatione eorumdem Decretorum demisse supplicatum fuit.

El S. R. C., ad relationem Etiii et Illiii Domini Card. Colloredi, audita relatione Episcopi, nec non attento tam Saecularis quam Regularis Cleri consensu: « Ulruinque Decretum posse approbari censuil ». Secundum tamen, de celebratione nempe diei Festi S. Romualdi: « Cum obligatione lanium audiendi Sacrum, non 'ero abstinendi ab operibus servilibus, si SSmo Domino Nostro placuerit ». Die 19 lanuarii 1704.

Et facta deinde per me Secretarium de praedictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 26 eiusdem mensis el anni.

212.). CREM0NEN. (3672)

Inter Cantorem tertiam, et Decanum quartam Dignitatem Ecclesiae Cathedrals

Cremonae exortis controversiis super iure, Epis< opo ponlificaliler celebrante, supplendi vices Arc.hipresby1eri primae Dignitatis absentis vel legitime impediti, absente item vel impedito Archidiacono secunda Digni tale; eisque per Decanum ad S. R. C. delatis, ab Emo el Rmo Domino Card. Colloredo infrascripla dubia super eisdem decidenda proposita fuerunt :

1. An, absente vel impedito Vrchidiacono secunda Dignitate Calhedralis, vices \rchiprosbyieri primae Dignitatis pariter absentis vel impediti, in peragendis functionibus ecclesiasticis, suppleri debeant a Canlore vel polius a Decano? el quatenus a Canlore,

2. Ad quem pertineat in tali casu delatio baculi pastoralis?

S. R. C., tam m voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, respondit:

Ad I. < Suppleri debere a Caniore».

Ad 2. « Perlinere ad Decanum ».

Et ila decrevit ac servari mandavit. Die 19 lanuarii 1704.

2126. NUCERIAE PAGANORUM. (3673)

Cum in Cathedrali Nuceriae Paganorum paucis ab hinc annis eredum fuerit Seminarium, Episcopus, Capitulum, Parochi el Clerus Civitatis el Dioecesis praefatae demisso S. R. C. declarare supplicarunt, quem locum Clerici praedicti Seminarii habere debeant, cum ante el post ipsius erectionem usque adhuc praecesserit Crux Calhedr.ilis, quam sequebantur Clerus, Parochi, Abbas el Canonici Ecclesiae Terrae Angriae dictae Dioecesis, el postremo Capitulum Calhedralis ?

Et S. R. C. censuil: < Locum Seminarii in casu esse debere immediate post Crucem, iuxla Caeremoniale hb. 2, cap. 33, § ▮· ». El Ha declaravit. Die 19 lanuarii 1704.

2127. PAP1EN. (3676)

Demisse ad S. R. C. pro declaratione uifrascripli dubii supplicatum fuil :

4n Praepositi Curati, qui simul sunt Dignitates el Capita Collegialaruin Episcopo sublectarum, debeanl inclinari ipsi Episcopo ecclesiasticas functiones peragenti, eo modo quo Canonici Cathedral.,, vel polius ad differ· nliam Canonicorum Calhedralis teneantur genuilectere eidem Episcopo, el praecipue in Consecratione Oleorum Feria V in Coemi Domini, cum ipsi Praepositi munia gerunt duodecim Sacerdotum tamquam Parochi ; el ila in visitatione peragenda ab ipso Episcopo Ecclesiarum Collegialaruin?

El S. R.C. censuil respondendum: «Secundum quae proponuntur in casu, teneri genuilectere >. Die 23 Februarii 1704.

2128. CIVITATIS PLEBIS. (3677)

Ex parte Capituli el Canonicorum Ecclesiae Calhedralis Civitatis Plebis demisse S. R. C. expositum fuil: .

1. Quod in Ecclesia Cathedrali Civitatis Plebis die 20 lanuarii recolitur Festum S. Sebastian! Martyris magno populo concursu, el lit Processio cum Statua eiusdem Sancti per Civitatem cum interventu Magistratus, adstridi voto solemnizandi dictum Festum ad 1res dies continuos, cum Missa votiva pro re gravi ; et quaesitum fuil declarari : An possit dividi a S. Fabiano P. et M. celebrando Officium S. Sebasliani, cum sit Palronus minus principalis, sub ritu dupl. mai., transferendo Officium S. Fabiani ad primam diem non impeditam sub ritu semiduplici?

2. In dicta Ecclesia die 10 lunii incidit dies Dedicationis eiusdem, quae saepe occurrit cum Dominica SSffiae Trinitatis, el institam est pro declaratione : An debeal Officium Dedicationis, cum sil duplex prunae classis, lien die immediate sequenti, transferendo Officium S. Barnabae Apostoli ?

3. Die 16 Augusti lit Processio cum Statua S. Rochi per Civitatem, ut supra, cuin interventu Magistratu·' volo adstricli el populi concursu, el supplicatum responderi : An Episcopus possit concedere Officium dicti Sancii sub ritu dupl. mai., cum sil Patronus minus principali', transferendo Officium dupl. mm. S. Hyacinthi ad primam diem non impeditam?

El S. R. C. censuil respondendum :

Ad 1. « Officia non esse dividenda ».

Ad 2. < Servandas esse Rubricas ».

Ad 3. « Negative ».

El ila declaravit. Die 8 Marlii 1704.

2129. VITERBIEN. (3678)

Emus et Rinus Episcopus Vitei biensis a S. R. C. benigne declarari expostulavit : An Officium Dedicationis Ecclesiae Calhedralis, quod a loto Clero Civitatis el Dioecesis Viterbiensis recitatur, debeat etiam a Clero Civitatis Tuscanellae singuli·' annis recitari?

El S. R. C. respondit : « Negative ». Die 8 Marlii 1704.

2130. AQUAE SEXTIAE. (3«79)

Cum ux parle Fratris Thomae de Merles du Beauchamps, Gommendatarii Aquat Sextiae Ordinis Hierosolymitani in Provincia, expositum fuerit S. R. C. ad ipsum tamquam Ordinarium spectare collationem Beneficiorum Ecclesiae sibi commendatae, demisse supplicatum fuil sequentia dubia declarare :

1. An Prior praedictae Ecclesiae commendatae, ipsi Gommendatario uli Beneficiorum collatori subtectus, possit celebrare Missam privatam cum quatuor luminibus accensis ?

2. An eliam celebrare cum annulo gemmato el pileolo absque speciali induito Sedis Aposlolicae?

3. An eliam a Sacrario ad Altare progredi, duobus Acolythis associatus el celebrare Missam privatam cum rochetto, nec non cum assistentia Sacerdotis?

4. An eliam uli in Ecclesia Sede camerali cum tapeie ac pulvinaribus?

El S. R. G. censuil in omnibus respondendum : « Negative ». El ila declaravit. Die 12 Aprilis 1704.

2131. FERRARIEN. (3080)

Inter Canonicos Ecclesiae Calhedralis Civitatis Ferrariae Hyacinthum Nonium el Horatium Scalabvinum, qui in habitu canonicali sedentes in stallo praetendunt participare distributionibus in anniversariis Azzolmis niimupalis, atque Mansionarios el Cappellanos eiusdem Calhedralis, controversiis exorlis et ad S. R. C. delatis; Emus et Rihus I). Cardinalis Gabriellus infrascripla dubia inter paries concordala proposuit:

1. An liceal Canonicis oblinentibus Cappellanias in Ecclesia Cathedrali Ferrarien. assistere anniversariis cum Mansionariis el Cappellanis, et participaro de eorum emolumentis? el quatenus affirmativo,

2. An dicli Canonici leneaniur deferre habitum Cappellanorum, et sedere inter eosdem Cappellanos iuxla illorum antianilalem ?

S. R. C., tam in voce quam in scriptis, partibus informantibus, ad utcumque «Affirmative» respondendum censuit. El ila declaravit. Die 12 Aprilis 1704.

2132. AVERSANA. (3082)

Remissis ab Auditore SSrhi ad S. R. C. controversiis inter Civitatem Aversanam et Promoiorem Fiscalem Curiae episcopalis eiusdem Civitatis supei praetensis a Civitate praedicta praeeminemus, mediante <uo deputato, inleresaendi Synodis cum Sede holoserica el pradella, nuper excitatis;

Emus et Rihus D. Card. S. Clementis in Ponentem datus infrascripla dubia coram ipso inter partes, tam Oper praemissis quam super aliis, deinde per eumdem Promoiorem Cunae episcopalis promotis concordata proposuit :

1. An Civitas Aversam, sive eius deputatus, intimari debeal pro celebratione Synodi ?

2. An dictus deputatus intervenire el admitti debeal, proul admittuntur alii cives, quando, ianuis aperus, promulgatur Synodus?

3. An sedere debeal I latere sinistro exteriore suggestus, el exira Presbyterium el omnem Clerum, vel in rho luco congruo .nbili io huius Sacrae Congregationis?

4. An sedere debeal cum Sede holoserica rubra, pradella substrata panno viridi cooperta ?

5. An Episcopo ponlitii aliler celebranti Electi Civitatis cum Gubernatore assistentes possint et debeanl sedere super quartum ex sex gradibus Chori desuper pradella, el contecta pulvinari ; vel potius in planitie Ecclesiae ?

6. An iidem possint el debeanl sedere in Sedibus holosericis villosis rubri' mni pulvinaribus similibus, addito g»muflexono, panno viridi ornato, cum duobus pulvinaribus rubris pro Gubernatore, pradella omnibus substrata panno viridi cooperta?

7. An iidem, Episcopo cum mitra sedente, possint el valeant in parte Missae sedere capite pileis cooperio?

8. An duo deputati pro aqua Episcopo celebranti ministranda sedere possint et debeant super eodem quarto gradu Chori, in scamno tapeie viridi cooperio cum pulvinaribus substratis?

9. An Electi el Gubernator ihuritkandi sini eodem tempore, quo Canonici parati thunlicanlur, etiamsi adesset consuetudo; vel polius expleta Canonicorum thurifieatione ?

10. An iidem thurificari debeanl duplici thuribuli duclu, stanle usu; vel unico tantum ?

11. An iidem Electi el Gubernator m Ecclesiis Regularium, vel quomodolibel el qualitercumque exemplis, non praesente Episcopo, possint thurificari triplici ductu?

12. An possint thurificari a Diacono pa-

nio ; el quatenus negative, a quo sinl thn-rificandi ?

13. An (liens Electis el Gubernatori in supradictis Ecclesiis Regularium ml exemptis permittendum sit osculum Missalis, stante consuetudine?

14. An ipsi Electi et cuiuscumque Ecclesiae exemptae Gubernatores possint sedere intra Presbyterium idesl cancellos, vulgo *babiustrala,* ante Altare maius, dum Missae celebrantur aliaeque functiones solamnes peraguntur, in praefatis Ecclesiis quomodocumque el qualitercumque exemplis ?

15. An publicae preces et gratiarum actiones possint peragi m Ecclesiis Regularium vel ul supra exemplis absque licentia Ordinarii ?

El S. R. C., tam in voce quam in scriptis utraque parle informante audita, respondendum censuil :

Ad I. < Negative ».

Ad 2. < Posse admitti, prout alii cives ».

Ad 3. < Negative ».

Ad 4. < Negative ».

Ad 5. «Negativo, quoad primam partem; quoad secundam, Emo Ponenti iuxla mentem ».

Ad 6. « Negative ».

Ad 7. < Negative ».

Ad 8. « Negative ».

Ad 9. < Negative, quoad primam partem ; Affirmative, quoad secundani ».

Ad 10. < Duplici ductu ».

Ad 11. « Negative ».

Ad J2. * Eiiio Ponenti ad mentem, quae est pro tolerantia ».

Ad 13. < Negative ».

Ad 14. < Negative ».

Ad 15. < Affirmative; demptis Processionibus aliisque actibus velitis lien absque licentia Ordinarii ».

El ila declaravit el servari mandavil. Die 26 Aprilis 1704.

2133. MELITEN. (3684)

Obtento ab A. C. adversus Promolorem Eisi .dem Cunae Episcopalis Meliten., per Alphonsum Toralba Baronem Cahmerae eiusdem Dioecesis, monitorio super inannientione m quieta ei pacifica possessione detinendi in parochiali Ecclesia dicli Castu Galimerae Sedem, stratum et genufiexorium, atque recipiendi aquam benedictam, consuetas thnriticaliones, Osculum Evangelii; el exercendi celeras praerogativas el praeeminentia ic jura etc., pro avocatione huiusmodi causae a Tribunali A. C. el eiusdem remissione absolute ad S. R. G., quampluries ex parte Promotoris Fiscalis Curiae episcopalis praedictae coram Auditore SSiiii institum fuit, eaque tandem avocata el ab eodem Auditore SSmi ad S. R. C. sub die 4 Ianuarii 1703 absolute remissa; ab Eiiio et Rmo D. Gnrd. Francisco Barberino super praemissis infrascriptis propositis dubiis :

1. An liceat D. Alphonse Toralba Baroni Galimerae relinere in Ecclesia matrice seu parochiali dicti loci, pro audiendis Divinis, Sedem lixam extra Presbyterium, absente et non residente Episcopo, vel polius umovibilem cum scabello, tapeie, suppedaneis alqne postergalibus ?

2. An eidem liceal relinere genullexonum cum tapeie el pulvinaribus? el quatenus affirmative,

3. Au eaedem praerogativae, in eodem dubio recensitae, competant eliam Baronissae eius matri?

4. An eidem Baroni ministranda sit propriis manibus aqua lustralis a Parocho, superpelliceo vel pluviali induto, in solita aspersione facienda anle initium Missae, in diebus Dominicis ac Festivis?

5. An ipsi pariter debeatur incensatio seu ihni ificalio inter Missarum solemnia triplici ductu, el sil praebendus ulterius ad osculandum sacer Evangelii textus?

S. R. G., tam in voce quam in scriptis panibus informantibus auditis, censuil respondendum :

Ad 1. < Quoad Sedem lixam, Negative; quoad amovibilem el cameralem lanium, Affirmative: in reliquis, Negative ».

Ad 2. « Affirmative, iuxla Decrela in Amerina 12 Septembris 1699 ».

Ad 3. < Negative ».

Ad 4. « Negative ».

Ad 5. « Negative ».

El ila decrevit el servari mandavil. Die. 26 Aprilis 1704.

213-1. ROMANA. (3686)

Inter Subdiaconum el Praefectos Caeremoniarum Cappellae Pontificiae super iure supplendi vices Diaconi impediti m explendo innuere imponendi et auferendi mitram el gremiale Celebranti in Cappella Pontificia, excitata controversia eaque ad 8. R. C. a SSmo D. N. Clemente Papa IX remissa, Emus ei Rmus 1). Card. Franciscos Barbeπηικ m Relatorem datus, infrnscriplum dubium inter pailes concordatum proposuit:

An, impedito Diacono, munus auferendi

illinam et gremiale Celebranti in Cappella Pontificia, et aha eiusdem Diaconi munera, specient ad Subdiaconum, vel potius ad Caeremoniarum Magistros in casu?

Et S. R. C., tam in voce]uam in scripiis partibus informantibus auditis, censuil respondendum: « Dilata ; el ad Elbum Ponentem ad mentem ». El mens esi : « quod Emus Ponens curet ut Magistri Caeremoniarum asblineant in futui uni ab imponendo el auferendo mitram et gremiale in casu, nisi impediti' Diacono el Subdiacono ». Die 20 Aprilis 1704.

3135. tPRRIXANA. (3687)

In multiplicibus controversiis exui tis inter Archiepiscopum Turritannm , C.quiuluni el Canonicos Ecclesiae Melropohlanae m materia respiciente sacros Ritus, quamplurimae eliam emersere discopiationes, super quibus Elinis cl Rmus Dominus Cardi nalis Gabriellas infrascripla dubia inler partes concordata in S. R. C. proposuit :

1. An Canonici Metropolitanae Ecclesiae Turrilanae tam in Missjs privatis quam su lemmbus uti valeant instrumento vulgo *litigia* *

2. An dictis Canonicis liceat tempore divinorum Officiorum, absente Praelato vel Sedo vacante, sedere in quadam Sede exislenle in antiqua Ecclesia extra Civitatem Tnrrilanam, ul asseritur S. Gavini, ad quam duobus gradibus ascenditur?

3. An liceat Canonicis i delirantibus s< - dere cum poslergali in Ecclesia Calhedrali?

4. An Archiepiscopus Tumlanus Regularis Ordinis S. Augustini possit uti ro< hello <•1 fascia violacea in eius pallio?

An Archiepiscopus Tumlanus accedens ad Ecclesiam Cathedralem in solemnilaiibus, ad effectum assistendi functionibus ecclesiasticis, tenealui deferre cuppam magnam ; sive potius possil incedere cum sola niozzelta, sive alio habitu minus solemni?

(i. Au Capiluhim el Canonici Turntani teneantur processional11er accedere ad palatium 1). Archiepiscopi Turritani, ad effectum eumdem associandi tam in accessu quam in recessu a praedicta Ecclesia Calhedrali ad palatium, non obstante distantia bisceninm el ultra passuum, el inieimediatione viae publicae?

7. An Archiepiscopus Turrilanus valeat peragere functione.·» solemnes maioris Hebdomadae in Ecclesiis particularibus, derelicta Ecclesia Calhedrali, el in quibus casibus ?

El S. R. C., lam in voce quam in sen pii·» partibus informantibus pluries aiidilis, censuil respondendum:

Ad 1. « Negative ».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. « Negative ».

Ad *i.* < Negative ».

Ad .3. «Quoad prunam pariem, Affirmativo; m reliquis, Negative >.

Ad 6. * Affirmative ».

Aii 7. « Negative ».

El ila declaravit ac servari mandavil. Die 26 Apulis 1704.

2136. ÜRBEVETANA. (3688)

Cum ex parle Capituli el Canonicorum Ecclesiae Collegiatae S. Andreae I!ibi«veteris a S. R. C. declarari demisse supplicatum fuerit :

An ipsi m peculiari Processione, quam sine interventu Canonicorum Ecclesiae Cathedrali' infra oclavam SSmi Corpori' Christi peragunt, possint incedere cum Planetis?

S.R.C. censuil respondendum: < Posse». El ila de» laiavil. Die 26 Aprili' 1704.

2137. AESINA. (3689)

Excitata per Gubernalorem Civitatis Aesii accedentem ad quascumque Ecclesias tam Saecularium quam Regillanum praelensione recipiendi ipsum aspersorinm, t um ipso m· signandi ei per contactum eliam alus aquam benedictam ministrandi, eaque ad S. H. C. ab Episcopo Aesino reclamante delata; Elini' el Ruins I). Cardinalis Colloredus infi.isi riplum dubium declarandum proposuit :

An Praelato Gubernatori Civitatis accedenIt ad aliquam Ecclesiam sire Regularem sive Saecularem cum Magistratu, sive sine illo, et in habitu praelalilio, sufficiat ministrari aquam benedictam ab aliquo Sacerdote vel alio ministro per simplicem contactum aspersorii ; vel potius debeal porrigi ac tradi ipsum aspersorium ad hoc, ul I'I aelalus ,e ipsum el alius signet etiam per aspersionem ?

El S. eadem R. C., tam in voce quam in scriptis partibus inforiuaniibus auditis, censuil respondendum : « Quoad primam pariem, attenta consuetudine, Affirmative; el quoad secundam, Negative ». Et ita declaravit. Die 7 Iunii 1704.

2138. ROMANA. (3691)

Cum inler Subdiaconum ct Praefectos Caeremoniarum Cappellae Pontificiae super iure supplendi vices Diaconi impediti m

explendo munere imponendi et auferendi mitram el gremiale Celebranti in Cappella Pontificia excitata controversia, el ea ad S. R. C. a SSiim Domino Nostro Clemente PP. XI remissa : ab Emo et Rmo D. Cardinali Francisco Barbarino infrascriplo dubio proposito :

An, impedito Diacono, munus auferendi mitram et gremiale Celebranti in Cappella Pontificia el alia eiusdem Diaconi munia spectent ad Subdiaconum , vel potius ad Caeremoniarum Magistros m casu?

S. eadem R. C. sub die 26 Aprilis proxime praeteriti censuil respondendum: « Dilata, et ad Eiiiuin Dominum Ponentem ad mentem » : et mens fuerit, < quod Emus Ponens curaret ut Magistri Coeremoniarum abstinerent in futurum ab imponendo el auferendo mitram et gremiale in casu, nisi impeditis Diacono el Subdiacono »;

Non acquiescentes huiusmodi resolutioni Praefecti Caeremoniarum praedicti, pio nova audientia etiam S. it. C. supplicaverunt:

Et eadem S. R.C., ad relationem eiusdem Enii el Rihi D. Card. Francisci Barbaiini, respondit : < Nihil de' nova audientia et servetur Decretum sub die 26 Aprilis proxime praeteriti ». Die 7 Iunii 1704.

2139. CAMERINEN. (3692)

Ex parte Canonicorum Ecclesiae Collegiatae S. Genesii Camerinen. Dioecesis apud S. R.C. demisse supplicatum fuit, prout in infrascriplo supplici libello, videlicet :

Eiiii ac Riiii Domini : Canonicorum Collegium Ecclesiae Collegiatae S. Genesii humiliter exponunt, quod dicla Collegiala Ecclesia duos habet Sanctos Palronos, nempe S. Genesium Romanum qui principalis est, et S. Bariholomaeum Apostolum mimis principalem : quorum amborum Festum occurrit die 25 Augusti, qua etiam die Festum quoque occurrit S. Ludovici Francorum Regis. Cum autem ab immemorabili dicla die semper celebratum fuerit Festum S. Genesii ulpole principalis Patroni, aliud S. Barlholomaet translatum fuerit in sequentem diem 26, Officium vero S. Ludovici repositum post octavam S. Genesii ; nunc quidam sunt qui asserunt Festum S. Ludovici celebrandum esse die 26, et aliud S. Barlholomaei, licet Patroni, in alium diem transferendum. Hinc humilitet exorantur Eminentiae Vestrae, ul praecipere dignentur praefata Festa eodem ess< ordine celebranda, quo hactenus celebrata sunt.

El S. R. C. censuil : « Ofticium S. Genesii Patroni principalis celebrandum fore die 25 Augusti, Officium vero S. Barlholomaei die 26 immediate sequenti ; translato Officio S. Ludovici ad primam diem non impeditam ». Et ita declaravit. Die 26 Iunii 1704.

2110. GERUNDEN. (3694)

Inter Capitulum et Canonicos ex una, el Bénéficiâtes Ecclesiae Calhedralis Gerunden. ex altera partibus, super iure deferendi in Processionibus pluvialia controversiis exortis, in S. R. C. super eisdem, ad relationem Emi el Riiii Dom. Card. Colloredo infrascriptis dubiis plene examinatis atque discussis :

1. An etiam Beneficiaii Ecclesiae Cathedralis Gerunden. incedere debeant in Processionibus induti pluvialibus, sicut Dignitates el Canonici ? el quatenus affirmative,

2. Si in Ecclesia non adsint pluvialia eiusdem coloris in numero sufficienti pro Dignitatibus, Canonicis atque Beneficialis, quomodo sil providendum ?

3. An Beneficiaii, qui non interfuerunt Processioni in die Nativitatis, debeantur specialia emolumenta dari solita ?

Favorabilis Beneficialis in omnibus alias resolutio prodiit : et ad prunum * Affirmative, attenta immemorabili »; ad 2. « Sumptibus Ecclesiae iuxta solitum »: et ad 3. « Affirmative » responsum fuit :

Expedito postmodum ex parte Beneficialorum coram A. C. Monitorio, introducloqûe indicio super execulione el observatione praedictarum resolutionum ; cum Capitulum el Canonici pro declaratione, tam supra praefixione competentis termini ad conficiendum pluvialia, quam super modo praefatas resolutiones reducendi ad praxnn, donec eadem pluvialia conficerentur ; nec non pro impetranda ad effectum praedictum a S. R. C. remissione causae, ad Auditorem SSihi recursum habuerunt. Huiusmodi instantia ad S. R. C. ab Auditore SSnii iemiss.i, lirina in reliquis remanente causa coram A. (.., el ab Emo et Rnio D. Card. Colloredo proposita·. S. eadem R. C., tam in voce quam in scriptis partibus auditis, sub die 24 Novembris proxime praeteriti ad eumdem Eihum el Rriium D. Card. Ponentem < luxta mentem, remittendam censuil »: el mens fuit: < Quod Episcopus praescriberet terminum competentem ad paranda pluvialia, el inierim provideret pro suo arbitrio el prudentia, et S. R. C. cer-

liorein redderet ». Cum vero a praedicta die 24 Novembris usque adhuc, nullus terminus ad parandum pluvialia assignatus, nulla provisio ab Episcopo capta et mens S. R. C. in nihilo adimpleta fuerit ; ex parte Benelicialorum ad finem imponendum controversiae pro aliquo opportuno c-l ultimo remedio apud S. R. C. demisse supplicatum fuit; el huiusmodi supplici instantia ab eodem Emo et Hπιο I). Card. Colloredo relata,

S. eadem R. C., tam in voce quam in scriptis utraque parte informante audita, respondit: < In decisis; el Episcopus omnino praefigat terminum competentem ad parandum pluvialia, el inierim, quousque fuerit completus numerus pluvialium, servetur omnino Caeremoniale, tam quoad Canonicos quam quoad Bénéficiâtes ». El ila decrevit ac servari mandavit. Die 12 Iulii 1704.

MOTULEN. (369.3)

Episcopo Civitatis Molulae S. R. C. demisse supplicante responderi :

An sit permittendum Gubernatori, Syndico el aliis Nobilibus Terrae Massafrae Molulen. Dioecesis intra Presbyterium sedere super scamno ligneo et absque poslergali in loco inferiori, et a Clero separato, sub praetextu inserviendi de aqua, el linteo Episcopo pontificaliter celebranti?

S. eadem R. C. respondil : « Non permittat ». Die 12 Iulii 1704.

ALENTIN4. (3696)

Rectore Ecclesiae Parochialis S. Andreae Apostoli Civitatis Valentiae a S. R. C. demisse supplicante declarari:

An recte in sua Ecclesia prohibuerit in Officio el Missa superaddi in *Confiteor: et S. Andreae Apostolo ?*

S. R· C. respondil : « Bene prohibuisse ». Die 12 Iulii 1704.

UBB1S. (3697)

P. Iosepho Maria a Turribus Ordinis Cpnccinorum supplicante a S. R. G. <l «clarari :

1. An Cruces Altarium seu Processionum sini benedicendae de praecepto?

2. An, si non de praecepto, possii simplex Sacerdos eas benedicere private et non solemniter?

El S. R. C. censuil respondendum :

Ad 1. < Negative ».

Ad 2. < Affirmative »,

El ila declaravit. Die 12 Iulii 1704.

2144. CATANIEN. (3701)

Ad humillimas preces Magistri Caeremoniarum Jacis Dioecesis Calanien. Emus et Binus I). Card. S. Clementis sub diebus 23 \ugusti el 13 Septembris labentis anni 1704, infrascripla dubia in S. R. C. declaranda proposuit : (1)

1. An Canonici debeant uti mozzetu nigra tempore Adventus, quando in Bullis de dicto colore non fit exceptio?

2. An Canonici possint uti mozzetu violacea in exequiis parvulorum, ex eo quia Parochus utitur Stola alba ?

3. An Canonicus paratus ad Vesperas, qui ex consuetudine incensat Chorum debet ne incensure Mansionarium etiam paratum, qui simul assistit cum dicto Canonico primae Dignitati celebranti?

4. An Canonici in Choro debeant recitare Vesperas defunctorum pro prima die mensis, rum sil pars Officii illius diei, quando die sequenti non recitant Olficium defunctorum, quia non sunt obligati Choro ex fundatione ?

ii. An Titularis matricis Ecclesiae, quae est matrix totius populi Civitatis, habeat aliquam specialitatem aliarum Ecclesiarum tilularium, ila ut possit recitari Oflicium el Missa a toto Clero Saeculari Civitatis, vel an lanium ab illis qui sunt de gremio eiusdem Ecclesiae matricis?

6. 4n si m Dominicis Septuagesimae, Sexagesimae el Quinquagesimae occurrat Eestum Purificationis B. M. V. (cum per Rubricas generales transferatur) m Ecclesiis dictis B. Mariae sub alio titulo, scilicet Annuntiationis, Missa solemnis post Processionem candelarum debeat cantari de Festo Purificationis, an vero de Dominica?

El S. R. C. censuil lespondendum :

Ad 1. « Negative, el servandam formam praecisam et colorem praecisum, prout in induito Apostolico exprimitur ».

Ad 2. « LT ad proximum ».

Ad 3. « Affirmative in casu »,

Ati 4. « Vesperas defunctorum non esse omittendas ».

Ad 5. « Ab illis lanium qui snnl de gre inio ».

(I) E. Dub. I, 2 <·1 5.

Ad 6. « Celebrandam Missam de Dominica ».

El ita declaravit. Die 23 Augusti el 13 Septembris anni 1704.

15. MAIORICEN. (370(1)

Supplicant·· Ioanne Baptista Cercreolo Clerico Maioricensi a S. R. C. benigne declarari :

An in Ecclesiis, in quibus Festum SSiiiae Trinitatis est primae classis, concurrentibus Vesperis diei Octavae eiusdem cum duplici sequenti maiori Ianium, Vesperae debeant fieri integrae de die octava cum commemoratione sequentis, ul Rubrica generalis praescribi! in octavis Epiphaniae, Paschalis, Ascensioni' el Corporis Christi?

El S. R. C., ad relationem Emi el Rihi Domini Card. Colloredi», censuit respondendum: « Affirmative ». El ila declaravit. Die 13 Septembris 1704.

2UG. HAVENNATEN. (3707)

Per Ioannem Franciscum · Visloli, tamquam unum ex Cappellani Confralernilatis Suffragii Civitatis Ravennae, demisse expositum fuit m Ecclesia Confralernilatis praediciae morem invaluisse, quod tam super Altari Privilegialo in quo quimplures, quam super ceteris in quibus frequenter celebrantur Missae, Sacerdos qui esi primo celebraturus extendit Corpor.de, et nonnisi ab alio qui ultimo celebrat amovetur, illud etiam ad Sacrarium una cum Calice extra bursam reportando, cum in bursa nulla adsit pars aperta ad effectum, ul in ea valeal sacrum linum includi; quare pro declaratione sequentium dubiorum apud S. R. G. enixe supplicatum :

1. An deceal nec ne Corporale relinere extensum super Altare tolo tempore quo celebranlui Missae, donec ab ultimo in eo celebrante reportetur ad Sacrarium?

2. An conveniat Corporale extra bursam deferre?

El S. R. C., referente Emo el Riiio D. Card. Colloredo, ad ulrumque respondit: < Negative, ei Archiepiscopus incumbat observantiae el execution! Rubricarum ». Die 13 Septembris 1704.

BAREN. (3708)
PRAEEMINENTIARUM.

Super praelensts praeeminendis inter Priorem et eius substitutum Ecclesiae Coll. gulae Civitatis Baren. ex una, ei The-**-jiiiatium eiusdem Collegialae** ex altera partibus, controversiis exortis, eisqae ad S. R. C. delatis, et deinde a SSmo Domino Nostro Clemente Papa XI ad Congregationem particularem plurium Emorum et Rihorum Dominorum Cardinalium el Praelatorum remissis, Emus el Rmus I). Card. Barbarim Relator deputatus, in Congregatione particulari praedicta in aedibus Efhi el Riiii D. Card, de Carpineo congregata , sub infrascripla die sequentia dubia declaranda proposuit :

1. An, absente vel impedito Priore prima Dignitate, spectet ad Thesaurarium secundam Dignitatem in ordine praecedentiae celebrare Missas solemnes aliaque pariter solemnia exercere; vel potius ad substitutum eiusdem Prioris, vulgo Vicarium nuncupatum ?

2. An in casu praemisso ad Thesaurarium vel potius ad Prioris substitutum pertineat dirigere Chorum?

3. An licentia aperiendi el ostendendi devotis concurrentibus Sacrum Corpus S. Nicolai et Thesaurum Ecclesiae privative speciei ad Thesaurarium ?

i. An distributio sacri liquoris Afunno nuncupati privative pariter speciet ad ipsum Thesaurarium ?

Ac petente Priore super primis duobus dubiis admissionem articulorum ad probandam immemorabilem,

S. R. C. rescribendum esse censuit, ut infra :

Ad 1. * Nihil de admissione articulorum; et Affirmative quoad primam pariem, Negative quoad secundam ».

Ad 2. « Ul ad proximum ».

Ad 3. < Affirmative ».

Ad 4. « Affirmative ».

El ila declaravit el servari mandavit. Die 23 Decembris 1704.

21 18. ORDINIS CAPUCCINORUM (3710)
GALLIAE.

parte Capuccinorum Galliae infniscripla dubia declarari a S. R. G. humillime supplicatum fuit :

1. An cum Decreto Urbis el Orbis S.R.G. 11 Ianuarii 1081. dicenda sii anliphona Iimae Virginis: .fee *Regina Coeloiutn* cum \ . *Dignare me etc.* in line Completorii diei 2 Februarii, heel transferatur Officium Purificationis Binae Virginis; similiter licet nondum recitatum su Officium Purificationis, dici tamen debeal in Suffragiis, quando Iit de Officio semiduplici vel simplici, y. *Ora pro uuliis Saucia Dei Genitrix* cum Oratione

Concede nos famulos etc. el in Missa secunda Oralio *A cunctis,* tertia ad libitum? (4)

, 2. An in Dioecesibus, in quibus in Dominica Septuagesimae vel Sexagesimae vel Quinquagesimae occurrit Festum Purificationis Bniae Virginis, debeamus vel possimus iis diebus recitare Offieium de B. M. V. cum sola commemoratione et IX Lectione Dominicae in gratiam populorum ad nostras Ecclesias accedentium?

3. An sub nomine Patroni loci, de quo iuxta Bullam Gregorii XIII lenemur recitare Oflicium sub ritu duplici primae classis, veniat etiam Patronus Parochiae in qua commoramur? el si sub hoc nomine comprehendatur: An ubi Ecclesia parochialis dedicata est in honorem el memoriam Plagarum lesu Christi vel Dolorum Bmae Virginis, debeamus de his recitare Ufficium?

4. An tn Dioecesibus, in quibus, Festo S. Marci occurrente per octavam Paschae vel in Dominica, Litaniae transferuntur t um abstinentia post octavam vel post Dominicam, debeamus haec observare?

5. An dignior de Clero, a quo Celebrans in diobus Purificationis, Cinerum el Palmarum recipit candelam, cineres, palmam, debeat accedere ad Altare cum vel sine Stola? et si sine Stola: An ipse debeat genuflexus, sicut alii, vel stans inclinatus recipere candelam, cineres, palmam a Celebrante, el osculari manum Celebrantis porrigentis candelam, cineres et palmam?

6. An toleranda sil consuetudo quorumdam qui, contra quod praescribitur in Missali, exponunt patenter Hostiam consecratam conservandam a Feria V in Coena Domini usque ad ipsius consumptionem in Feria VI in Parasceve?

7. An primo possit omitti in Choro anliphona Bmae Virginis in fine Officii, iuxta Rubricas Breviarii Tit. XIV, n. 4, licet immediate sequatur Missa, quam nos Capuccini vocamus Conventualem; quae cum non cantetur a Choro sed submisse recitetur a Celebrante, vere Conventualis dici non potest, nec pars Officii antecedentis? Secundo cum non vere Conventualis sit talis Missa nec solemnis, licet in Festo secundae classis celebretur cum incenso, sed non cum aliis caeremoniis el ministris ad Missam solemnem requisitis, ul palet ex ritibus Missae solemnis in Missali: An in ea m j Festis secundae classis possit omitti com- 1 memoratio simplicis eodem die occurrentis, cuius omissio praescribitur a Rubrica Missalis Til. VII, num. I, in Missa lanium solemni?

Et S. R. C., referente Emo el Rmo Domino Card. Colloredo, respondendum censuit:

Ad 1. < Affirmative]».

Ad 2. < Negative ».

Ad 3. < Negative ».

Ad 4. < Quoad primam partem, idest: quoad Litanias el Processiones servetur Rubrica particularis Missalis in Festo S. Marci; quoad secundam pariem, servetur consuetudo loci ».

Ad 5. < Quoad primam partem, sine Stola; quoad secundam, cum gcnuflexione et osculo manus ».

Ad 6. < Servandam omnino Rubricam Missalis ».

Ad 7. « Quoad primam partem circa anliphonam finalem, servetur Rubrica Breviarii Til. XXXVI, num. 3, circa Missam quae habenda est tamquam Conventualis. Quoad secundam partem, provisum m prima; et servetur Rubrica Missalis in dubio allegata Tit. VII, num. i ».

Et ita declaravit. Die fi Februarii 1705.

2149. AVERSANA. (37 M)

Cum S. R. C. sub die 26 Aprilis proxime praeteriti, referente Emo et Rmo D. Card. S. Clementis, super 6 dubio responderit: < Electos Civitatis Aversae cum Gubernatore non posse nec debere in Sedibus holosericis villosis rubris sedere»; praetendentibus Electis praedictis ab huiusmodi responso ipsos affici dumtaxat Episcopo ponlilicaliler celebrante; ex parte eiusdem Episcopi m praesentiarum S. eidem C. demisse supplicatum fuit declarari supra recensitum responsum seu Decretum non solum comprehendere functiones pontificales, verum etiam ul assistentium concionibus el omnes alias non pontificales, tam in Ecclesia Calhedrali quam in aliis Ecclesiis.

Et S. R. C., referente eodem Blito el Riiio D. Card. S. Clementis, respondit: « Electos Civitatis et Gubernatorem non posse sedere in Sedibus rubri coloris, neque in functionibus pontificalibus, neque in audiendo conciones aliisque functionibus ecclesiasticis ». Et ita decrevit el declaravil. Die 21 Martii 1705.

(I) E. Dub. 1

2150. NEAPOLITANA. (3742)

Inter Contraires Congregationis B. M. V. sub titulo Humilitatis el Hebdomadarios Ecclesiae Cathedralis Civilalis Neapolis oria controversia super obligatione deferendi collam cum bireto in associatione cadaverum aliorum Confralrum, eaqne ad S. R.C. delata, Emus et Rihns Dorn. Card. Gabriellas , cui haec controversia commissa fuit, infrascriplum dubium resolvendum proposait :

An Hebdomadarii Cathedralis Neapolitanae habenles usum cappae el rochelti cum manicis, non incedentes collégialité!·, sed uti Confralres in associatione cadaverum aliorum Confralrum S. Mariae Humilitatis, teneantur deferre collam el birelum, proul alii Confralres; vel potius incedere debeant cum pallio post feretrum, iuxta praerogativam concessam a Statuto Confratemilalis habentibus usum mitrae, proul habent Canonici dictae Cathedralis?

El S. R. C., lam in voce quam in scriptis ulraque parte informante audita, consult respondendum : « Quoad primam partem, Ailirmalive; el quoad secundam, Negative >. Et ila declaravit el servari mandavit. Die 21 Martii 1705.

2151. NICOTEREN. (3713)

Penes S. R. C. Episcopo Nicoleren. pro declaratione infiascripti dubii demisse supplicante, videlicet:

An Canonici Cathedralis Ecclesiae Nicoleren. teneantur assistere celebrationi diei anniversariae obitus Episcopi immediate praedecessoris absque ulla retributione?

Eadem S. 11. C. respondil: « Teneri ». Die 21 Martii 1708.

2152. LYC1EN. (3718)

Magistro Caeremoniarum Ecclesiae Calliedralts Civitatis Lyciensis pro declaratione mirascriplorum dubiorum apud S. R. C. demisse supplicante :

1. An si Festum Purificationis B. M.Y. sit transferendum vel ratione octavae diutius perseveret, eo usque perseverare debeat anlipbona .Urna *Hedenifitonx Alato :* m vero in hoc casu die 2 Februarii ad Completorium dicenda sit anliphona .Ire *Hegiua Coelorum f*

2. An si dies anniversaria Consecrationis Episcopi incidat in Dominica primae classis vel mira lotam Hebdomadam maiorem vel die S. Paschae, Pentecostes, Nativitatis Domini vel alio dio solemniori, debent aul possit dici eo die Missa de dicta Consecratione, cantata altera Missa de die ; vel in ipsa Missa do die possit aul debeat fieri Collecta pro dicta Episcopi Consecratione? el in casu quo neque debeat neque liceat tali die praedicta Missa vel sola collecta pro Episcopo; An possit vel debeat transferri Missa pro anniversario dictae Consecrationis, el m quem diem?

3. An in Missa votiva SSmi Sacramenti tertia Oratio dicenda sil ea, quae secundo loco dicenda forel ratione temporis occurrentis, an potius ea, quae est assignata secundo loco infra octavam SSmi Sacramenti ?

4. An Oflicium Expectations partus B. M. V. concessum sit omnibus Regnis Hispano Monarchae subieclis, an solum aliquibus, el quibus? In quibusdam enim Breviariis apparet generaliter concessum omnibus; in quibusdam vero solum aliquibus determinatis.

8. An Officia Sanctorum ad libitum sive duplicia sive semiduphcia, occurrentia in die quo lieri debeat Officium de Dominica anticipanda ante Septuagesimam vel ante Dominicam XXIV post Pentecosten, sint transferenda vel potius omittenda; aut die illa Officium praedicti Sancti ad libitum recitandum , et solum sit facienda commemoratio illius Dominicae?

6. An si Feria VI post Octavam Ascensionis occurrat Festum novem Lectionum, facienda sit in Missa commemoratio illius diei ?

7. An infra octavam Corporis Christi occurrente Festo novem vel trium Lectionum, intelligatur eo die militare Rubrica Breviarii ante praedictum Festum posita, de non recitanda IX Lectione Festi simplicis occurrentis infra dictam octavam, an polius eo die legi illa debeal ?

El S. R. C., ad relationem Eiîii et Rmi Dom. Card. S. Clementis, respondendum censuil :

Ad 1. « Servelur Decrelum Urbis el Orbis 11 lanuarii 1lÎ81 ».

Ad 2. < Circa commemorationem serventur Caeremoniale Episcoporum et Rubricae. El si dies anniversaria Consecrationis fuerit impedita, eo anno Missa omittatur ».

Ad 3. < Dilata ».

Ad 4. « Indultum Gregorii XIII esse tantum pro lota Hispania ».

Ad 8. « Esse omittenda Officia Sanctorum ad libitum ».

Ad (». « Faciendam commemorationem Feriae VI, nisi Festum fuerit ex solemnioribus, iuxta Rubricas ».

Ad 7. * In Officio tantum de octava omittendam IX Lectionem Festi simplicis ».

Et ita declaravit. Dic 4 Aprilis 1705.

2153. AMALPH1TANA. (3720)

Ad tollendam in posterum omnem controversiam cum Episcopis suae Provinciae Sulïraganeis, Archiepiscopo Amalphitano pro declaratione infrascripti dubii demisse supplicanto :

An ipse, tamquam Metropolitanus, per Dioeceses Suffraganeorum Episcoporum pertransiens possit elevare Crucem ?

S. R. C. respondil: « Posse ». El ila declaravit. Die 9 Maii 1705.

2154. SALERNITANA (3721)
PRAEEMINENTIARUM.

Inter Carolum Siniscalcum Parochum Ecclesiae S. Angeli a Macerata, atque Cappel-l.inos, Rectores el Gubernatores Ecclesiae S. Ioannis Baptistae Terrae S. Severim Dioecesis Salernitanae, super nonnullis actibus iurisdiclionalibus el praeemineniialibus a Garolo Siniscalco praedicto, tamquam Parocho in supra recensita Ecclesia S. Ioannis Baptistae, intra limites suae Parochiae existenle, controversiis exortis, eisque ad S. R. C. delatis; super eisdem Emus el Rmus 1). Cardinalis de Garpineo in Relatorem deputatus infrascripla dubia resolvenda proposuit :

1. An Cappellani seu Rectores el Gubernatores Ecclesiae S. Ioannis Baptistae seu Montis mortuorum de iurepatronaio familiae de Iordano silae intra lines Parochiae S. Angeli a Macerata Terrae S. Severini, possim et valeant anniversaria nec non funeralia cum tumulo el praesente etiam cadavere, Missam solemnem aliasque functiones , lam publicas quam privatas, per se facere absque ulla dependentia a Parocho, coque magis absque illius interventu el assistentia ? el quatenus negative,

2. An Parocho debeatur praecedentia in sedendo, Officiumque ipse dirigere debeat, Stolamque deferre et primam antiphonam aliasque Orationes canere in funeralibus, praesento cadavere; Ialique casu teneantur Cappellani el Rectores seu Gubernatores dictae Ecclesiae duplicem tradere eleemosynam dicto Parocho el Vicario Foraneo ?

3. An liceat dictis Cappellanis Missas votivas solemues celebrare, benedicere el distribuere populo palmas in die Dominica Palmarum, candelas m Festivitate SSmae Purificationis B. M. V., necnon cineres, oleum el panem pro devotione fidelium, independenter a Parocho et absque illius interventu ?

4. An dicti Cappellani possint et valeant in dicta Ecclesia celebrare Festivitate», nedum Sancti Titularis dictae Ecclesiae, verum etiam aliorum Sanctorum Tilularium in Lappelbs et Altaribus eiusdem Ecclesiae aliorumque Sanctorum mira annum, pro eorum el Gubernatorum devotione ac arbitrio, pariter tndependenier a Parocho el absque illius interventu?

5. An liceat Parocho absque licentia Gubernatorum aul Cappellanorum dictae Ecclesiae die Festivitatis S. Ioannis Baptistae Missam solemnem aul privatam in illa Ecclesia celebrare ad suum libitum ?

El S. R. C., tam m voce quam m scriptis partibus informantibus auditis, censuil respondendum :

Ad i. « Ailirmalive: ila lamen ul speciet ad Parochum peragere Oflicium funebre, praesente cadavere, ad formam Decretorum generalium ».

■Ad 2. « Affirmative, ad primam pariem, quatenus interveniat ; Negative, ad secundam ».

Ad 3. « Affirmative ».

Ad 4. < Licere dumtaxat in Festivitatibus solemnioribus ipsius Ecclesiae ».

Ad 5. < Negative ».

Et ila decrevit ac servari mandavit. Die 9 Maii 1705.

LYCIEN. (3723)

Qiiainplurimis ad instantiam Magistri Caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis Lycieu. ab Effio el Rmo Dom. Card. S. Clementis sub die 'l Aprilis proxime praeteriti propositis dubiis, cum S. R. C. ad tertium censueni respondendum : < Dilata » : in praesentiarum, reproposilo ab eodem Emo el Rmo Dom. Card. S. Clementis tertio dubio praedicto, nempe :

An in Missa voliva SSiiu Sacramenti pro Ierlia Oratione dicenda sit ea quae secundo loco erat dicenda talione temporis occurrentis, vel polius ea quae esi assignata secundo loco infra octavam eiusdem SSmi Sacramenti ?

Eadem S. R. C.: < Orationem temporis occurrentis dicendam esse censuil ». Et ila declaravit. Die 4 Iulii 1705,

21.56. PRAENESTINA. (3725)

Inter Archipresbytenim Romulum Antoninum P.irochum S. Blasii el loannem \nloninm Testam Parochum S. Mariae Terrae S. Viti Praenestinae Dioecesis, nonnullis iurisdictionalibus et praeemineniialibus controversiis exortis, eisque ad S. R. C. delatis, super eisdem Elbus el Rmus Dominib Cardinalis Colloredus in Relatorem datus infrascripta dubia inter partes concordata resolvenda proposuit :

1. An constet de matricitale Ecclesiae S. Blasii respectu Ecclesiae S. Mariae de Arce ?

2. An liceal pulsare Campanas Ecclesiae S. Mariae de Arce Fena V in Coena Domini post silentium Campanarum Ecclesiae S. Blasii ?

3. An liceal pulsari Campanas dictae Ecclesiae S. Mariae Sabbato Sancio, non expedita pulsatione Ecclesiae S. Blasii?

't. An Fons Baplismalis noviler constructus in Ecclesia S. Mariae sil relinendus; vel potius removendus aut demoliendus, ila ul omnes de Tena S. Vili baptizari debeant in Ecclesia S. Blasii ?

5. An Rectori Ecclesiae S. Blasii competat titulus Archipresbyleri ?

G. An idem titulus competat Rectori Ecclesiae S. Mariae de Arce?

7. An el in qua parte sil confirmanda vel infirmanda sententia lata per bon. mem. Caesarem Panimoll.i olim Vicarium Generalem Praenestinum inter praedictas Ecclesias ·.irumque Reclores sub die 2 Iulii 1686? et quatenus sil confirmanda :

8. Au Parocho S. Mariae liceal voluntarie abes »· ab Oppido S. Vili, eliam sub molivo alibi condonandi, illis diebus, in quibus ad formam praedictae senteuliae tenetur assistere functionibus peragendis in Ecclesia S. Blasii?

9. λη omnes Processiones quae fiunt in Oppido S. Vili, -ive ordinariae sive extraordinariae , debeant convocari in Ecclesia S. Bl i'ii privative quoad Ecclesiam S. Ma- 11 te?

10. An in illis Processionibus in quibus uterque Parochus intervenit liceal utrique deferre Stolam el propriam Crucem, vel potius eorum alteri lautum, el cui?

tl. An Parocho S. Blasii compelal praecedentia supra Parochum S. Mariae m omnibus Processionibus et functionibus Ecclesiasticis, eliam intra limites Parochiae, imo eliam inlra ambitum dictae Ecclesiae S. Manae ? el quatenus negative,

12. An dicta praecedentia in iisdem functionibus compelal Parocho S. Mariae supra Parochum S. Blasii, inlra limites Parochiae, imo eliam inlra ambitum praefatae Ecclesiae S. Blasii?

13. An in Processionibus funerum, quando cadavera deferuntur ad Ecclesiam S. Mariae el Parochus S. Blasii invitatus intervenit, possit idem praecedere Parocho S. Mariae functionem facieuli, nec non deferre Stolam el propriam Crucem, ultra Crucem Ecclesiae sepelientis ?

Et S. R. C., lam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuit respondendum :

Ad 1. « Negative ».

Ad 2 ei 3. « Licere ».

Ad 4. « Affirmative, quoad primam partem ; quoad secundam, Negative ».

Ad 5. « Affirmative ».

Ad 0. < Negative ».

Ad 7. < Reformandam sententiam arbitrio Emi Sperclli, firmis remanentibus praesentibus Decretis ».

Ad 8. « Negative ».

Ad 9. < Servetur solitum ».

Ad 10. « Ut ad proximum ».

Ad II. «Affirmative, praeterquam in circuitu Parochiae el Ecclesiae S. Mariae ».

Ad 12. « Negative ».

Ad 13. « Negative in omnibus, praeterquam quoad delationem Stolae ».

Et ila declaravit el servari mandavit. Die 4 Iulii 1705.

2157. SARLATEN. (3726)

Antonius Philopaldus Sacerdos Sarlaten. a S. R. C. infrascriplum dubium declarari demisse supplicavit ·.

Utrum Abbas Iure Pontificalium el Episcopali iurisdiclione gaudens, dum Ofiicium facii ad Maiuiinum, possit sedens dare secundam, tertiam, quintam, sextam el octavam benedictiones, quae Lectionibus praemittuntur, proul f.icil Episcopus; an vero teneatur stare dum eas impertitur, ul mos esi Sacerdotum inferiorum ? (1)

El S. R. C. respondendum censuil : « Affirmative quoad primam pariem, nempe ter in anno ad formam Decreti s. m. Alexandri PP. VII, dummodo Abbas pontificalibus ornatus sil indumentis m exercitio

(1) E. Dull. i.

Pontificalium in Decreto Alexandrino praescriptorum; et Negative, quoad secundam».

Et ila declaravit. Die 4 Iulii <705.

2158. SÉGOBRICÉN. (3727)

Episcopus Segobricen. annorum 02 et atrophia laborans apud S. R. C. demisse supplicavit pro facultate transferendi promotionem Ordinandorum ad Presbyteratum in Dominicam proxime sequentem diem Ordinationum, licet numerus Ordinandorum non ascenderet ad numerum intentum in Rubrica.

Et S. R. C. respondit: « Negative ». Die 4 Iulii 1705.

2159. VENETIARUM. (3732)

Posilis Edicto, Regulis et Instructionibus per Emum el Rmum Dominum Card. Vicarium circa maiorem cultum el venerationem SSmi Viatici de ordine s. m. Innocenlii XII publicatis, proul continetur in libello Romae impresso anno 1701 ; el extra Urbem, posito allero Ordinarii loci Edicto quoad normam dictarum Regularum; certae solemnilates pro communione infirmorum iubenlur cum earumdem subsequula observantia in Civitate el Parochiis; ex parte Patriarchae Venetianun a S. R.C. infrascripta dubia declarari demisse supplicatum fuit:

1. An, data distantia Ecclesiae parocbialis ab infirmo SSiiio Viatico reficiendo et proximitate Ecclesiae Regularium, quae sila est inlra limites Parochiae, Parocho vel illius Coadiulori urbane petenti Sacram Eucharistiam extrahere ab Ecclesia Regulari praedicta, ut opportune consulat saluti spirituali infirmorum, liceal Regularibus ipsis, cuiuscumque sint Ordinis, Instituti vel Societatis, illam denegare sub molivo exemptionis el privilegiorum? et quatenus affirmative, (1)

2. An in dicta occasione Regulares leneantur aliquem actum venerationis exhibere erga SSmum Sacramentum in aedificationem el populi exemplum? el an aliqui ex Regularibus leneantur comitari SSiiiam Eucharistiam, dum defertur ad infirmum, vel saltem obviam »l|i ire in reditu ad Ecclesiam ipsorum et simul cum celeris canere et intéressé functionibus supradiclis ?

3. An in dicto casu Regulares teneantur, tam in exitu SSihae Eucharistiae ab eorum Ecclesiis quam in reditu, pulsare Campanas ?

4. An ad pulsationem Campanarum leneantur celeri Regulares, quando SSihum Viaticum non exit ab eorum Ecclesiis, sed tantummodo ante eorum Ecclesias transit?

Et S. R. C. censuil ťespondendum

Ad i. < Non licere nec Regularibus nec Presbyteris Saecularibus eliam exemplis in casibus necessitatis denegare ».

Ad 2. « Non indigere responsione, cum S. R. C. salis fidat pietati Religiosorum ».

Ad 3 el 4: « Ul ad 2 ».

El ila declaravit. Die 22 Augusti 1705.

21GO. ARETINA. (3733)

Praetendentibus Mansionariis lam Ecclesiae Cathedralis quam Collegialae S. Mariae Plebis Civitatis Arelinae, eliam ab eorum Capitulo disiunctis, praecedentiam in Processionibus funeralibus supra Parochus eiusdem Civitatis ; hinc inter Parochos et Mansionarios praedictos orta controversia super iure inter ipsos praecedendi, eaque ad S. R. C. delata; Emus et Rmus Dominus Card. Rubini in Relatorem datus infrascripta dubia inter paries concordata decidenda proposuit :

1. An in Processionibus funeralibus debeatur Parochis praecedentia supra Mansionarios lam Ecclesiae Cathedralis quam S. Mariae Plebis incedentes sine Canonicis et Capitulo? el quatenus affirmative,

2. An eadem praecedentia debeatur Sacerdotibus Vice-Parochis et de Parochorum mandato intervenientibus in dictis Processionibus funeralibus?

3. An licitum sil Mansionariis Ecclesiae S. Maliae Plebis incedentibus, ul supra absque Capitulo, deferre pelles super brachio m Processionibus funeralibus?

Et S. R. C., utraque parte lam in voce quam in scriptis plene informante audita, respondendum censuil :

Ad 1. < Praecedentiam deberi Parochis in casu de quo agitur ».

Ad 2. < Negative, exceptis Vice-Parochis exercentibus ius parochial® ».

Ad 3. < Negative ».

El ila declaravit el servari mandavit. Die 12 Septembris 1705.

2101. CONIMBRICEN. (3734)
INSIGNIUM.

Supplicantibus SSiho Domino Nostro Dignitatibus et Canonicis Ecclesiae Cathedralis Conimbricensis pro induito deferendi nonnulla Insignia, supplicationeque ad S.R.C.

(1) E. Dub. 2 el 3.

remissa, ac proinde inter Dignitates, Canonicos et Porltonarios Semicanonicos nuncupatos eiusdem Ecclesiae Cathedralis controversiis exortis, seu potius veteribus super aequalitate habitus inter eosdem excitatis; Emus et Ribus D. Card. Rubini in Relatorem datus infrascripta dubia declaranda in eadem S. R. C. proposuit :

1. An Dignitatibus et Canonicis eurumque Coadiutoribus Capituli Conimbricen., ac etiam Portionariis seu Semicanonicis nuncupatis et Tertionariis, licuerit et liceat, absque Indultu Sedis Apostolicae, deferre Insignia canonicalia? el quatenus negative,

2. An sint concedenda dictis Dignitatibus et Canonicis eorumque Coadiutoribus Insignia diversa a Portionariis Semicanonicis nuncupatis ac Tertionariis, hoc modo: videlicet , quod Dignitates et Canonici eorumque Coadiulores deferant supra collam mozzettam cum caputio coloris violacei a parle foris, el a parle intus coloris rubicundi: Porlionarii veru seu Semicanonici el Terlionarii deferant mozzettam sine caputio, intus el foris coloris nigri : In Adventu autem et Quadragesima Dignitates et Canonici eorumque Coadiulores utantur cappa magna coloris nigri, cum caputio a parte fons coloris nigri cl a parte intus coloris violacei ; Porlionarii vero seu Semicanonici el Terlionarii utantur cappa magna inlus et foris coloris nigri ?

El S. R. C., audita relatione Episcopi, Portionariis Semicanonicis el Tertionariis, licet citatis, minime comparentibus, respondendum censuil :

Ad 1. < Negative >.

Ad 2. < Pro gratia cappae magnae el rochelti pro Dignitatibus el Canonicis cl Coadiutoribus tantum, expedienda tamen per Datariam ». Die 12 Septembris 4708.

2162. TURRITANA. (3736)

Inter Archiepiscopum el Canonicos Ecclesiae Metropolitanae Turritanae exortis controversiis super iure praetenso a Canonicis celebrantibus impertiendi benedictionem concionaiori inter Missarum solemnia concionanli, eisque ad S. R. C. delatis; super eisdem ab Eiho et Riiio Domino Card. S. Clementis in Relalorem dalo infrascripta dubia inter paries concordata decidenda proposuit :

1. An liceal Canonico Turrilano solemniler celebranti impertiri benedictionem cuncionalori evangelico, quoties infra Missarum solemnia, non intéressante Archiepiscopo, ascendit pulpitum ad praedicandum; vel putius sufficiat unica benedictio impertita ab Archiepiscopo dum illum eligit ad praedicandum ? et quatenus affirmative quoad primam pariem,

2. An debeat eidem Cauonico impertiri praedictam benedictionem sedendo vel potius stando m medio Altaris, antequam sedeat pro concione audienda ?

Et S. R. C., utraque parte lain in voce quam in scriptis audita, respondendum censuit :

Ad 1. < Negative ».

Ad 2. < Provisum in primo ».

El ila declaravit et servari mandavit. Die 12 Septembris 1705.

FINIS VOL. I.

Décréta in hoc volumine relata ita reperiunlur in Regestis Decretorum in Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis exislentibus.

In fidem etc.

Loco >i< Sigilli

Diomedes Panici **S. R.** *C. Secretarius*